BULLARII ROMANI

CONTINUATIO
SUMMORUM PONTIFICUM
CLEMENTIS XIII. CLEMENTIS XIV. PII VI.
PII VII. LEONIS XII. PII VIII.
ET GREGORII XVI.
CONSTITUTIONES, LITERAS IN FORMA BREVIS
EPISTOLAS AD PRINCIPES VIROS, ET ALIOS
ATQUE ALLOQUUTIONES COMPLECTENS
QUAS COLLEGIT
USQUE AD PONTIFICATUM PII VIII.

ANDREAS ADVOCATUS BARBÈRI
CURIÆ CAPITOLII COLLATERALIS
ADDITIS SUMMARIIS, ADNOTATIONIBUS, INDICIBUS
OPERA, ET STUDIO
RAINALDI SECRETI I. C.

TOMUS DECIMUS QUINTUS
CONTINENS PONTIFICATUS

PII VII.

ANNUM DECIMUM NONUM AD VICESIMUM QUARTUM

ROMÆ - 1855

INDEX RUBRICARUM

OMNIUM CONSTITUTIONUM

QUAE

IN HOC DECIMOQUINTO TOMO

CONTINENTUR

PII PP. VII.

ANNO XX.

ANNO XXIV

INDEX

VOCABULORUM INITIALIUM

OMNIUM CONSTITUTIONUM

QUAE

IN HOC DECIMOQUINTO TOMO

CONTINENTUR

A

C

D

L

M

N

O

P

Q

PIUS VII

ANNO DECIMONONO

DCCLXXVI.

Dat. die 15 martii 1818 Anno XIX.

Allocutio habita in consistorio secreto diei xvi martii MDCCCXVIII et publicatio conventionis initae inter sanctam Sedem et serenissimum regem utriusque Siciliae, et indultum nominandi ad plures ecclesias praedicti regni favore ipsius regis.

Venerabiles fratres

Tenor allocutionis.

Non alieno tantum admoniti exemplo, venerabiles fratres, sed propria etiam experientia edocti probe intelligimus misericordem Deum ita cum servis suis agere, ut illis neque tribulationes, neque jucunditates sinat esse perpetuas, sed moestis rebus secunda quaedam permisceat, ut recreati confirmatique justitiae iter alacri animo insistere pergant. Dum enim calamitates illas, quibus Ecclesia Dei premitur, et gravissima quae catholicum gregem circumstant pericula meditantes vehementer angimur, ecce Dominus subito – *in ista nostra fluctuatione qua laboramus dat Nobis fiduciam veniens ad Nos, et confortans Nos, tantum ne turbati in navi excutiamus Nos, et projiciamus in mare* – (1). Hoc plane modo infirmitatem Nostram erigere, ac Nostra studia excitare videtur, ut nullis deterriti difficultatibus vires omnes ad explendas apostolici ministerii partes intendamus, memores illum, *cui data est omnis potestas in coelo et in terra* perpetuo excubare conservandae tuendaeque Ecclesiae suae, contra quam nullos unquam inferorum conatus praevalituros spopondit. Divinae hujus bonitatis argumenta aliqua non ita pridem vobis ex hoc ipso loco exposuimus; quod autem hodierna die vobiscum communicamus eo vobis ipsis gratius futurum existimamus, quo diutius expetitum est, ut propterea minime dubitemus, quin par Nostrae futura sit consolatio vestra. Eam Nos carissimo in Christo filio nostro Ferdinando I regni utriusque Siciliae regi referre debemus acceptam, qui recenti ac luculento testimonio comprobavit quam merito in ejus religione ac pietate firmissimam ordinandarum in suo regno Ecclesiae rerum fiduciam collocassemus.

In tanta regionum propinquitate profecto non ignoratis, venerabiles fratres, quot quantasque perturbatae in eo regno vel ante praeteritos casus ecclesiasticae res felicis recordationis Pio papae VI. praedecessori Nostro sollicitudines attulerint. Scitis etiam quam deterior proximorum temporum acerbitate, ac publicarum rerum conversione ecclesiarum illarum conditio evaserit. Non est igitur cur in exponenda tot calamitatum congerio vos detineamus.

Opus similiter non est ut vobis in mentem revocemus praedicti praedecessoris Nostri numquam intermissa studia, ut opportunis tractationibus Ecclesiae res in praedicto regno componerentur. Cum tamen ejus iterata conamina, permittente Deo, effectu caruerint, ad colligendos laborum ab eo susceptorum fructus divina Nos clementia, licet immeritos, reservasse videtur.

Et sane ubi primum demandata Nobis fuit suprema ovilis dominici cura, illico ad ecclesiastica illius regni negotia cogitationem curasque Nostras convertimus. Postulabat id quidem Nostra ecclesiarum omnium sollicitudo. Nos vero tanto id ipsum ardentius cupiebamus, quanto idem regnum vicinitate ipsa sua Nobis est carius. Singularis praeterea illa qua semper carissimum in Christo filium Nostrum Ferdinandum regem sumus prosequuti benevolentia vehementer Nos urgebat, ut de

(1) S. Aug. serm. 75 de verb. Matth.

illius glorie, perfectaque populorum suorum felicitate, quae a prospero religionis statu sejungi non potest, praecipuum in modum solliciti essemus. Semel atque iterum ad eam rem manum admovimus, eamque totis viribus conficere pertentavimus ante illas etiam vicissitudines quibus a Sede Nostra erepti in exteras regiones abducti sumus. Statim vero ac Nos ditioni Nostrae miserante Deo redditi, et rex in principem regni sui urbem fuit restitutus, cum ejus desideria Nostris plane studiis faverent, venerabili fratri Nostro Inico Didaco S. R. E. cardinali Caracciolo episcopo Praenestino, qui Neapoli morabatur, et presbytero Romano Philippo Guidi nuper e vivis erepto, quem illi adjunximus, in mandatis dedimus ut de componendis religionis Ecclesiaeque negotiis, quae potior Nostra cura est, cum regiis ministris dilectis filiis marchione Thoma de Somma, equite Aloisio de Medicis, et marchione Donato Tommasi majestatis suae consiliariis atque a secretis status ad hanc rem destinatis agerent, quod diu, summoque utrinque cum studio, ac diligentia peractum est.

Cum vero Neapoli res perfici non potuisset, praestantissimus rex ratus difficultates illas, quae felicem tractationum exitum prohibuerant, removeri posse si dilectus in Christo filius Noster Hercules S. R. E. cardinalis Consalvi a secretis Nostri status, atque ex praedictis regiis ministris alter, in colloquium una venirent, hoc suum consilium aperuit Nobis, cumiterque obtulit se illum ex suis ministris quem ad id destinasset in eam, quae Nobis placuisset ditionis Nostrae urbem missurum. Oblatam opportunitatem libentissime amplexati, cardinalem praedictum, nulla mora interposita, misimus Terracinam, quam in urbem cum jussu regis dilectus filius eques de Medicis majestatis suae consiliarius, a secretis status, ac regio aerario praefectus, eodem tempore venisset, re per plures dies sine intermissione discussa, tandem Deo favente confecta est. Itaque uterque illorum die 16 februarii conventioni subscripsit, Nostrae ac regiae approbationi subjiciendae. Quam quidem conventionem cum et Ferdinandus rex ratihabuerit, misso ad Nos per dilectum filium marchionem Thomam Spinelli suum ministrum plenipotentiarium apud Nos et sanctam hanc Sedem ratihabitionis instrumento, Nosque ipsi, audito consilio selectae congregationis nonnullorum VV. FF. NN. S. R. E. cardinalium pariter probaverimus, eam apostolicis literis Nostris solemniter confirmatam vobis exhiberi mandamus.

Prope est igitur jucundissimus ille dies quo ecclesiasticis utriusque Siciliae regni negotiis compositis, viduatas magnam partem illarum regionum ecclesias, pastoribus suis instructas recreatasque videbimus. Praeficere quidem hoc ipsi in consistorio iis ecclesiis episcopos voluissemus: sed cum temporis angustiae prohibuerint ea quae ad id necessaria sunt in promptu esse, cumque consistorium ipsum differre noluerimus, ut faustum initae conventionis eventum citius vobis nuntiaremus, quod hodierna die praestare non potuimus, quam primum Deo adjuvante perficiemus.

Conventio inter sanctissimum dominum Pium VII summum pontificem, et majestatem suam Ferdinandum I. regni utriusque Siciliae regem.

In nomine sanctissimae Trinitatis

Sanctitas sua summus pontifex Pius VII., et majestas sua Ferdinandus I. regni utriusque Siciliae rex pari studio consulere cupientes malis, quae in res ecclesiasticas in regno irrepserunt, collatis consiliis novam inire conventionem decreverunt. *Concordiae tenor.*

Illinc Sanctitas sua summus pontifex Pius VII. in suum plenipotentiarium nominavit eminentissimum dominum Herculem Consalvi S. R. E. cardinalem diaconum s. Mariae ad Martyres suum a secretis status.

Et majestas sua Ferdinandus I. regni utriusque Siciliae rex excellentissimum dominum Aloisium de Medicis regii ordinis s. Januarii equitem, nec non regiorum ordinum s. Ferdinandi, *del Merito*, Constantiniani s. Georgii, atque Imperialis s. Stephani de Hungaria magnae crucis equitem, suum consiliarium, et a secretis status, atque aerario regio praepositum.

Qui post sibi mutuo tradita respectivae plenipotentiae instrumenta in sequentes articulos convenerunt.

Articulus I.

De observantia Catholicae religionis.

Religio Catholica Apostolica Romana est sole religio regni utriusque Siciliae, atque in eo semper conservabitur cum omnibus juribus, ac praerogativis, quae ipsi competunt ex Dei ordinatione, et canonicis sanctionibus.

Articulus II.

De institutione universitatum, collegiorum, et scholarum publicarum.

Consequenter ad articulum praecedentem institutio in regiis universitatibus, collegiis, et scholis tam publicis, quam privatis erit in omnibus conformis doctrinae ejusdem religionis Catholicae.

Articulus III.

De unione nonnullarum sedium episcopalium.

Cum in conventione anni MDCCXLI unio nonnullarum sedium episcopalium, quae angustissimis continentur limitibus, et ubi episcopalis dignitas reddituum etiam modicitate vilescit, necessaria agnita fuerit, cumque unionem istam, quae tunc peracta non fuit, tum earumdem, tum aliarum sedium deterior facta conditio nunc magis magisque postulet, ideo in ditione citra Pharum, servatis servandis, et exquisito prius interesse habentium consensu, nova fiet dioecesium circumscriptio. In ea constituenda fidelium commodum, et spiritualis praesertim utilitas respicientur. Ex episcopalibus sedibus, quae ob nimiam reddituum modicitatem, aut locorum obscuritatem, aut ob alias rationabiles causas conservari non poterunt, antiquiores et insigniores conservabuntur tamquam concathedrales.

In ditione vero trans Pharum omnes archiepiscopales, et episcopales sedes, quae nunc existunt, conservabuntur; imo earum numerus, ut commodo, ac spirituali fidelium utilitati melius prospiciatur, augebitur.

Territoria quarumdam abbatiarum nullius dioecesis, quae aut angustis nimium continentur limitibus, aut sua bona amiserunt, aut modicis admodum dotatae sunt redditibus, collatis consiliis iis unientur dioecesibus, intra quarum fines in nova circumscriptione sita reperientur.

Abbatiarum consistorialium, quarum annui redditus summam ducatorum quingentorum excedunt, nulla unio fiet. Bona aliarum abbatiarum pariter consistorialium (iis exceptis quae sunt jurispatronatus) quarum annui redditus supradictam summam non attingunt, aut unientur aliis abbatiis ecclesiasticis usque ad quingentorum ducatorum summam, aut augendis dotibus capitulorum et paroeciarum applicabuntur. Haec dispositio ordinum militarium commendas non respicit.

Articulus IV.

De reddita singularum mensarum.

Quaelibet mensa episcopalis in regno gaudebit annuo redditu ad minus trium millium ducatorum ex bonis stabilibus, publicis deductis oneribus.

Sanctitas sua collatis cum regia majestate consiliis ejusmodi dotes quam citius fieri poterit constituet pro iis sedibus episcopalibus, quibus praesens dispositio applicanda erit.

Articulus V.

De capitulis, et seminariis singularum mensarum.

Quaelibet ecclesia tam archiepiscopalis, quam episcopalis, suum habebit capitulum, ac seminarium, quibus si dos sufficiens erit, conservabitur, sin secus augebitur, aut si opus fuerit etiam ex integro constituetur in bonis stabilibus.

Quaelibet dignitas capituli archiepiscopalis ecclesiae Neapolitanae redditu annuo ducatorum ad minus quingentorum, reliqui vero canonicatus redditu ad minus ducatorum quadrigentorum gaudebunt.

Singulae dignitates capitulorum caeterarum ecclesiarum partis regni citra Pharum, quae in nova circumscriptione constituentur, ducata ad minus centum octoginta, reliqui vero canonicatus ducata ad minus centum pro annuo uniuscujusque redditu habebunt.

Excipiuntur canonicatus patronatus regii, ecclesiastici, et laicalis, qui manebunt ut sunt, nisi forte eorum annui redditus a suis patronis canonica methodo augeantur.

Seminaria dirigentur, eorumque bona administrabuntur juxta concilium Tridentinum.

Articulus VI.

De applicatione bonorum ecclesiarum supprimendarum.

Bona ecclesiarum uniendarum iis ecclesiis applicabuntur, quae in nova circumscriptione conservabuntur, nisi forte carumdem ecclesiarum uniendarum necessitates diversam praedictorum bonorum applicationem ecclesiasticam postulent, quae fieri debebit eum interventu auctoritatis sanctae Sedis.

Capitula earum ecclesiarum, quae in nova circumscriptione non conservabuntur, exquisito prius interesse habentium consensu, commutabuntur in capitula collegiata cum fundis ac redditibus quae nunc possident.

Articulus VII.

De dotatione paroeciarum.

Paroeciis, quae sufficientem congruam non habent, dos ita augebitur, ut iis paroeciis, quae duobus hominum millibus non constant, ad minus ducata centum; iis, quae numerum quinque millium animarum non attingunt, ad minus ducata centum quinquaginta, caeteris vero quae majorem animarum numerum continent, ducata ad minus biscentum pro annuo reddītu constituantur.

Parochialis ecclesiae conservatio, uti et cooperatoris parochi stipendia, ubi redditus ad id attributi non adsint, respectivis civitatibus incumbent, et praedes dabuntur fundi, aut vectigalis privilegiata pecunia.

Haec dispositio non respicit ecclesias parochiales juris patronatus sive regii, sive ecclesiastici, sive laicalis canonice acquisiti, quarum onus respectivis patronis incumbet.

Excipiuntur pariter ecclesiae receptitiae sive numeratae, sive innumeratae, capitula, et collegiatae, quibus cura animarum inest, cum suam congruam in communibus bonis habeant.

Articulus VIII.

De collatione abbatiarum.

Collatio abbatiarum consistorialium, quae jnria patronatus regii non sunt, perpetuo spectabit ad sanctam Sedem, quae illa viris ecclesiasticis subditis majestati suae conferet.

Collatio beneficiorum simplicium liberae collationis eum fundatione, et erectione in titulum ecclesiasticum fiet a sancta Sede, et ab episcopis pro diversitate mensium, quibus vacabunt; scilicet a mense januarii usque ad mensem junii conferentur a sancta Sede, a mense vero julii usque ad mensem decembris conferentur ab episcopis. Provisio autem semper fiet in favorem subditorum majestati suae.

Articulus IX.

De catalogo abbatiarum sanctae Sedi exhibendo.

Catalogus tam abbatiarum regii patronatus, quam earum quae regii patronatus non sunt, prout apud cappellanum majorem descriptae reperiuntur, quam primum Sanctitati suae exhibebitur. Catalogus iste deinceps concorditer corrigi poterit.

Articulus X.

De canonicatibus liberae collationis.

Canonicatus liberae collationis in capitulis sive cathedralibus, sive collegiatis respective conferentur a sancta Sede, et ab episcopis; scilicet sex primis anni mensibus a sancta Sede; aliis vero sex mensibus ab episcopis.

Prima dignitas semper erit liberae collationis sanctae Sedis.

Articulus XI.

De collatione paroeciarum.

Sanctitas Sua concedit episcopis regni jus conferendi paroecias, quae quovis anni tempore erunt vacaturae. Praevio concurso in paroeciis liberae collationis, episcopi eas conferent iis inter approbatos, quos digniores judicabunt. In paroeciis vero juris patronatus ecclesiastici, praevio pariter concursu, eos instituent, quos tanquam digniores inter approbatos ab examinatoribus, patronus ecclesiasticus praesentabit. Tandem in paroeciis juris patronatus regii, et laicalis, episcopi praesentatos instituent, dummodo praemisso examine idonei fuerint inventi.

Excipiuntur paroeciae vacaturae in curia, aut quarum parochi fuerint a s. Sede do aliqua ecclesiastica dignitate, aut canonicatu provisi. Harum omnium collatio spectabit ad summum Pontificem.

Articulus XII.

De restitutione bonorum ecclesiasticorum non alienatorum.

Omnia bona ecclesiastica non alienata a gubernio militari, quaeque in reditu majestatis suae penes administrationem vulgo *del Demanio* reperta sunt, Ecclesiae restituuntur.

Praedictorum bonorum procuratio statim post praesentis conventionis ratificationem quatuor selectissimis viris, quorum duo a Sanctitate sua, duo a regia majestate nominabuntur, interim committetur, qui illa fideliter administrabunt, donec modo debito destinentur, et applicentur.

Articulus XIII.

De conservatione alienationum bonorum ecclesiasticorum, jam perfectarum.

Cum in ditionibus citra Pharum sub militari regimine haud parva pars bonorum ad Ecclesiam spectantium alienata fuerit, cumque majestas sua nt omni qua posset ratione hostium incursioni obsisteret, tum Neapoli antequam hostes praedictas ditiones invaderent, tum in ditionibus trans Pharum ne invaderentur, bona pariter ecclesiastica in parva quantitate alienare et ipsa coacta fuerit, assignatis tamen possessoribus ecclesiasticis in praedicta ditione trans Pharum pro debita indemnitate totidem redditibus civilibus; hinc instante majestate sua, et ne publica tranquillitas perturbetur, cujus conservatio religioni quam maxime interest, Sanctitas sua declarat eos omnes, qui praedicta Ecclesiae bona alienata possident, nullam molestiam habituros neque a Se, neque a Romanis pontificibus successoribus suis; ac consequenter proprietas eorumdem bonorum, redditus, et jura iis inhaerentia immutabilia penes ipsos erunt, atque ab ipsis causam habentes.

Articulus XIV.

De restitutione domorum regularium.

Bonorum patrimonii regularis, quae a militari regimine non alienata, et in administratione vulgo *del Demanio* in reditu majestatis suae reperta fuere, cum ea sit conditio, ut minime sufficiant restituendis omnibus utriusque sexus religiosis domibus, eaedem eo majori numero restituentur, quem dotationum quae supersunt modus patietur, ex iis praesertim institutis, quae juventuti in religione, et literis instituendae, curae infirmorum, et praedicationi verbi Dei incumbunt.

Bona ordinum regularium possidentium non alienata, debita proportione religiosis domibus reserandis assignabuntur, quin ulla habeatur ratio de antiquae proprietatis titulis, qui tituli omnes in vim hujus articuli declarantur extincti.

Domus religiosae non alienatae exceptis iis, quae publicis usibus in totum addictae sunt, si ob redditnum defectum restitui non poterunt, patrimonii regularis partem efficient. Quoties autem dicti patrimonii utilitas id postulaverit, etiam alienari poterunt, ea tamen lege, ut pretium inde percipiendum in favorem praefati patrimonii cedat.

Numerus existentium conventuum religiosorum Mendicantium, quos Minores

Observantes, Reformatos, Alcantarinos, et Capucinos vocant, quoties circumstantiae, et fidelium necessitates id postulent, augebitur.

Postquam religiosae domus constitutae et dotatae fuerint ordinibus regularibus possidentibus, nec non sacris virginibus, habito respectu ad ea quae ad vitam sustendendam iis suppetent, novitios acceptare liberum erit. Eadem ratione acceptatio novitiorum libera erit religiosis Mendicantibus.

Puellarum, quae in posterum sese Deo mancipabunt, dotes quas attulerint, juxta leges canonicas monasterio cedent.

Religiosi omnes tam mendicantes, quam possidentes in utriusque Siciliae regno vel existentes, vel restituendi, suis superioribus generalibus subditi erunt.

Religiosis eorum institutorum regularium possidentium, quae in dominiis citra Pharum restituentur, secularizationis indultum a s. Sede obtinentibus, et de aliquo ecclesiastico beneficio non provisis, gubernium aerarii publici sumptibus, titulo patrimonii, annuam pensionem, qua nunc gaudent, persolvet, donec de congruenti beneficio, aut cappellania provideantur. Religiosis autem illorum institutorum, quae restitui non poterunt, annua pensio, qua nunc gaudent, a gubernio indistincte persolvetur.

Articulus XV.

De jure ecclesiae acquirendi novas fundationes.

Ecclesia jus habebit novas acquirendi possessiones, et quidquid de novo acquisierit faciet suum, et censebitur eodem jure, ac veteres fundationes ecclesiasticae.

Hac libertate in posterum gaudebit Ecclesia, quin tamen praejudicium ullum afferatur legalibus effectibus legum vulgo *di ammortizzazione*, quae in regno viguerunt usque ad hanc diem, earumque legum executioni etiam in posterum pro casibus nondum consummatis, et conditionibus nondum impletis.

Nulla fundationum ecclesiasticarum fiet suppressio, aut unio absque interventu auctoritatis Sedis apostolicae, salvis facultatibus a sacro concilio Tridentino episcopis tributis.

Articulus XVI.

De exemptione ecclesiasticorum a gravioribus taxis.

Quum luctuosae temporum circumstantiae non patiantur ecclesiasticos exemptione a publicis regiis, et civitatis oneribus gaudere, majestas sua pollicetur abusum superioribus temporibus in regno introductum, quo ecclesiastici, eorumque bona durioribus taxis prae laicis praegravabantur, cessaturum: quin imo cum per feliciora tempora status conditio prosperior evadet, regia majestas largitionibus clero opitulabitur.

Articulus XVII.

De montibus frumentariis, et eorum administratione.

Mons *Frumentarius* nuncupatus, Neapoli erectus, sive regia procuratio spoliorum, et reddituum mensarum episcopalium, abbatiarum, aliorumque beneficiorum vacantium supprimetur.

Vix nova dioecesium circumscriptione peracta, in qualibet earum constituentur administrationes dioecesanae, quarum unaquaeque constabit duobus canonicis a capitulo seu metropolitano, seu cathedrali, tertio quoquo anno per suffragiorum pluralitatem eligendis, ac renovandis, et a regio procuratore, quem majestas sua nominabit.

Cuilibet congregationi, seu administrationi dioecesanae praesidebit episcopus, aut ejus vicarius generalis, seda vero vacante vicarius capitularis.

Ordinarius, et regia majestas per suum administrum, collatis consiliis, fructus ex supradictis beneficiis vacantibus perceptos in favorem ecclesiarum, hospitalium, seminariorum, in subsidia charitatis, et in alios usus pios erogabunt, servata tamen dimidia parte reddituum mensarum episcopalium vacantium pro futuro earumdem episcopo.

Regia praescriptio adhuc vigens, vi cujus tertia pars reddituum mensarum episcopalium, et beneficiorum sub appellatione *Tertii pensionabilis* apud supradicti montis frumentarii administratorem deponebatur, per praesentem articulum abrogatur, quin tamen praesentes pensionarii priventur pensionibus, quibus nunc gaudent.

Tempore provisionum episcopatuum, et beneficiorum regiae nominationis, reservatio pensionum secundum formas canonicas locum habere perget. Nominati a majestate sua ad praedictas pensiones a s. Sede bullas apostolicas obtinebunt, vi quarum pensiones ipsas quoad vixerint percipere, et suas facere poterunt. Pensionario vita functo, episcopatus, aut beneficium ab onere persolvendae pensionis qua gravabatur, liberum erit.

Articulus XVIII.

De pensionibus super mensas, et abbatias regi reservatis.

Sanctitas sua super aliquas episcopales mensas, et abbatias regai designandas sibi reservat in perpetuum annuas pensiones in summa ducatorum duodecim millium, quas Romanus pontifex pro tempore suis subditis status Ecclesiastici pro lubitu conferet.

Articulus XIX.

De beneficiis et abbatiis jam applicatis.

Beneficia et abbatiae existentes in regno utriusque Siciliae, quarum fructus aut ex toto, aut ex parte applicati reperiuntur personis ecclesiasticis, et aliquibus ecclesiis, collegiis, monasteriis, et

piis domibus urbis, aliorumque locorum status Ecclesiastici suam conservabunt applicationem in favorem praedictorum. Haec dispositio non respicit beneficia, et abbatias regii patronatus, et illam quorum bona alienata fuerunt.

Articulus XX.

De libero exercitio episcoporum, et archiepiscoporum.

Archiepiscopi, et episcopi in exercitio eorum pastorelis ministerii prorsus liberi erunt secundum sacros canones.

Causas ecclesiasticas, atque in primis causas matrimoniales, quae juxta canonem 12 sess. 24 sacri concilii Tridentini ad judices ecclesiasticos spectant, in foro eorum cognoscent, ec de iis sententiam ferent. Haec dispositio non respicit causas civiles clericorum, exempli gratia contractuum, debitorum, heereditatum, quas laici judices cognoscent, et definient.

In clericos reprehensione dignos, aut honestum clericolem habitum eorum ordini, et dignitati congruentem non deferentes, poenas a sacro concilio Tridentino statutas, aliasque quas convenientes judicaverint, salvo canonico recursu, infligent, eosque in seminariis, et domibus regulerium claudent: censuris quoque animadvertent in quoscumque fideles ecclesiasticarum legum, et sacrorum canonum transgressores.

In sacris visitetionibus suarum dioecesium, et ad limina apostolorum peragendis, et in dioecesanis synodis convocandis liberi erunt.

Cum clero, et populo dioecesano pro munere officii pastoralis communicare, suasque instructiones, et ordinationes de rebus ecclesiesticis libere publicare, indicere preces publicas, aliaque pia opera, cum id bonum Ecclesiae, vel status, aut populi postulet, archiepiscopis, et episcopis regni liberum erit.

Causae majores spectabunt ed summum pontificem.

Articulus XXI.

De promotione clericorum ad ordines sacros.

Archiepiscopi, et episcopi, praemisso praescripta exemine, clericos de necessario petrimonio, eut alio canonico titulo provisos, quos suis dioecesibus necessarios, aut utiles judiceverint, ad sacros ordines promovebunt, servatis tamen cautelis, et praescriptionibus in decreto die prima julii anni MDCXXIII a sa. me. Gregorio XV. lato, nec non capite 4 conventionis anni MDCCXLI cujus titutus est - *Requisiti de' promovendi* - contentis, quibus cautelis, et praescriptionibus per praesentem conventionem non derogatur.

Ne autem ecclesiasticis ad vitam sustentada mnecessaria desint, ennona praesentibus temporibus arctiore facta, archiepiscopi, et episcopi post hujus conventionis publicationem taxam sacri patrimonii promovendorum ad sacros ordines, quae in bonis stabdibus constituenda erit, augebunt, ita tamen ut nec minor sit ducatis quinquaginta, nec ducatis octoginta major.

Quia vero experientia compertum est, in regno per artem et fraudem clericis ed sacros ordines promovendis pro sacro patrimonio eos fundos seepe assignari, qui vel ficti sunt, vel hypothecis, aliisque vinculis ohnoxii, quo fit ut pluribus ecclesiasticis post ordinationem modos sustentandee vitae desit; ut hujusmodi abusus evitetur, ad facti veritatem adstruendem, de pertinentia, ut ajunt, atque esemptione ab omni hypothecae vinculo. fundi, vel fundorum, qui a promovendis ad sacros ordines pro sacro patrimonio exhibentur, legaliter constare debebit, ad quem effectum euriae ecclesiasticae documentum authenticum de pertinentia, ut supra dictum est ot liberta'e fundi a tribunali civili provinciae exquirent, a quo illud recusari non poterit.

Si qui vero clerici ad sacros ordinea beneficii ecclesiastici, aut cappellaniae titulo promovebuntur, quoties talis beneficii, aut cappellaniae annuus redditus ad taxam dioecesanam, ut supra, non pertingat, tantumdem sibi ex aliis liberis fundis constituent, quantum supradictas taxae integritas postulaverit.

Excipiuntur illae dioeceses, in quibus ex dioecesane loge taxa sacri patrimonii in majori summa canonice constituta reperiatur, respectu quarum nulla mutatio fiet.

Articulus XXII.

De appellatione ad sanctam Sedem.

Liberum erit ad sanctam Sedem appellare.

Articulus XXIII.

De libera communicatione episcoporum, cleri, et populi cum sancta Sede.

Episcoporum, cleri, et populi communicatio cum sancta Sede in rebus spiritualibus, et negotiis ecclesiasticis prorsus libera erit, ac consequenter epistolæ, ut ajunt, circulares, leges, et decreta circa *Liceat scribere* abrogantur.

Articulus XXIV.

De vetita librorum divulgatione.

Quoties archiepiscopi, et episcopi in libris introductis, vel qui introducuntur, impressis, vel qui imprimuntur in regno, aliquid repererint Ecclesiae doctrinae, aut bonis moribus contrarium, gubernium eorum librorum divulgetionem non permittet.

Regii delegati jurisdictionis ecclesiasticae munus a majestae sua supprimitur.

Articulus XXVI.

De curia cappellani majoris. Curia cappellani majoris, ejusque jurisdictio, iis continebitur limitibus, qui in constitutione fel. rec. Benedicti XIV. cujus initium = *Convenit* =, et sequenti ejusdem pontificis *Motu proprio* super eadem re praescribuntur.

Articulus XXVII.

De inviolabilitate Ecclesiae. Ecclesiae proprietas in suis possessionibus, et acquisitionibus sacra, et inviolabilis erit.

Articulus XXVIII.

De jure nominandi regi reservato. Sanctitas sua attenta utilitate, quae ex hac conventione manat in religionem, et in Ecclesiam, utque singularis benevolentiae suae testimonium majestati Ferdinandi regis praebeat, eidem, atque ab eo descendentibus catholicis in regno successoribus, concedit in perpetuum indultum nominandi dignos et idoneos ecclesiasticos viros iis dotibus praeditos, quas sacri canones requirunt, ad omnes illas archiepiscopales et episcopales ecclesias regni utriusque Siciliae, ad quas majestas sua jure nominandi nondum gaudebat; ac propterea statim post hujus conventionis ratificationem literas apostolicas, quibus hoc indultum continebitur, expediri jubebit.

Majestas sua tempore debito Sanctitati suae nominatos manifestabit, ut necessarii processus juxta canones de iis fiant, atque canonicam institutionem modis et formis consuetis obtineant. Priusquam vero eam obtinuerint, regimini, seu administrationi ecclesiarum respectivarum ad quas erunt designati, nullo modo sese immiscere poterunt.

Articulus XXIX.

De jure fidelitatis ab episcopis, et archiepiscopis praebendo. Archiepiscopi, et episcopi coram majestate regia juramentum fidelitatis emittent sequentibus verbis expressum. = Ego juro et promitto ad sancta Dei Evangelia obedientiam et fidelitatem regiae majestati, item promitto me nullam communicationem habiturum, nullique consilio interfuturum, nullamque suspectam unionem neque intra, neque extra conservaturum, quae tranquillitati publicae noceat, et si tam in dioecesi mea, quam alibi noverim aliquid in status damnum tractari, majestati suae manifestabo =.

Articulus XXX.

De veteri disciplinae in casibus non expressis servanda. Caetera vero res ecclesiasticas spectantia, quorum nulla mentio in his articulis facta est, dirigentur juxta vigentem Ecclesiae disciplinam. Siqua vero supervenerit difficultas, Sanctitas sua, et majestas sua secum conferre sibi reservant.

Articulus XXXI.

De observantia novae conventionis. Praesens conventio substituitur omnibus legibus, ordinationibus, et decretis in regno utriusque Siciliae circa res religionis huc usque latis.

Articulus XXXII.

Extentio conventionis ad ecclesias citra Pharum. Cum nomine regiae majestatis fuerit expositum Sanctitati suae conventionem anni MDCCXLI., attentis praesentibus ecclesiarum regni citra Pharum necessitatibus; nec non effectibus ab hostili invasione exortis, non satis amplius prospicere malis, quibus omnino mederi necesse est, ac praeterea ditionibus quoque trans Pharum, quas praedicta conventio complexa non fuerat, esse consulendum; insuper cum ex ditionibus ultra et citre Pharum unum modo regnum efformatum sit, uniformem omnino regulam constituendam esse in ecclesiis universi regni observandam, utriusque partis consensu praesens conventio praecedenti substituitur.

Articulus XXXIII.

Promissio de servanda conventione. Utraque contrahentium pars spondet se, successoresque suos omnia de quibus in his articulis utrinque conventum est, sancte servaturos.

Articulus XXXIV.

Ratificatio conventionis. Executio. Ratificationum hujus conventionis treditio fiet Romae non ultra quindecim dierum spatium a die his articulis apposita.

Articulus XXXV.

Post huius conventionis ratificationem, ejusdem executio duobus selectissimis viris, quorum alter a Sanctitate sua, alter a majestate regia nominabitur, committetur, iique a respectivis partibus contrahentibus necessariis, et opportunis facultatibus munientur.

In quorum fidem praefati plenipotentiarii praesenti conventioni subscripserunt, illamque suo quisque sigillo obsignavit.

Datum Anxuris (Terracinae) die decimasexta februarii anni millesimi octingentesimi decimi octavi.

Loco ✠ Sigilli = Hercules card. Consalvi.
Loco ✠ Sigilli = Cav. Luigi Medici.

DCCLXXVII.

Dat. die 7 martii 1819 Anno XIX

Literae apostolicae quibus conventio cum Ferdinando I regni utriusque Siciliae rege inita confirmatur

Pius Episcopus

Servus servorum Dei

Ad perpetuam rei memoriam.

Prooemium. In supremo apostolicae dignitatis culmine meritis licet imparibus constituti, ubi

primum, pacatis rebus, datum Nobis benignitate Dei iterum fuit ex hac fidei, ac religionis arce in universam Ecclesiam oculos Nostros intendere, illico circumspeximus quot calamitates, et quam acerba vulnera Christianae reipublicae tanta illa pertubatio superiorum temporum intulisset. Ingenti sana moerore correpti, gravissimisque hisce damnis commoti, crebra ex imo corde suspiria, et uberes ex oculis lacrymas fundere coacti fuimus, tum vero in bonorum omnium largitore Deo, qui sperantes in se confundi non patitur, Ecclesiaeque suae perpetuo sesa adfuturum spopondit, spem Nostram firmiter collocantes, paratique omnem pro salute commissarum Nobis Christi ovium subire laborem, in aegrotns, afflictasque res Ecclesiae, quidquid in Nobis virium atque cunsilii csset conferendum esse decrevimus.

Ex. ponitur quomodo conventio iniri potuit.

Et quamquam universum Dominicum gregem sine intermissione sollicitudo Nostra complectitur, Ecclesiae tamen finitimi Siciliarum regni primae sese Nobis ante oculos obtulerunt, earumque necessitates, et damna quibus jamdiu afflictabantur, postremis hisce annis vehementer adaucta, et publicarum rerum conversione multiplicata, paternae charitatis Nostrae viscera tetigerunt, ac peculiari quodam jure sollicitiores apostolici muneris curas sibi vindicare sunt visae. Quas quidem curas eum a fel. rec. Pio pp. VI. praedecessore Nostro, tum a Nobis ipsis vel ante praeteritas perturbationes illius regni susceptas, ut copioso tandem stabilique cum fructu possemus impendere, charissimi in Christo filii Nostri Ferdinandi regni utriusque Siciliae regis illustris spectata religio, ac pietas magnopere profuit. Ipse enim probe considerans, regiam potestatem non solum ad mundi regimen, sed maxime ad Ecclesiae praesidium esse collatam (1) semel ac veterem citra Pharum ditionis suaa partem feliciter recuperovit, commune religionis et animarum periculum Nobiscum miseratus, novam cum hac sancta apostolica Sede inire conventionem, qua perturbatis in regno Ecclesiae rebus optata cum firmitate consuleretur, incenso studio desideravit, atque ut adeo salutari, necessarioque operi manus illico admoveretur prompta Nobiscum voluntate conspiravit.

Quomodo remotae fuerint difficultates narratur.

Itaque ut Nostra, ac piissimi regis desideria expleremus, statim ven. fratrem Nostrum Didacum Innicum episcopum Praenestinum S. R. E. cardinalem Caracciolo nuncupatum cum necessariis facultatibus, et instructionibus deputavimus, eique postea presbyterum Romanum Philippum Guidi, nuper vita functum, adjunximus, ut cum regiis ministris Neapoli ejus negotii gratia pertractarent. Actum diu est, summoque utrinque cum studio, ac diligentia; cum tamen ad eam, quaa ex utraque parte expetebatur conciliationem pervaniri non potuerit, idem Ferdinandus rex postulavit a Nobis, ut dilectum Nostrum Herculem S. R. E. diaconum cardinalem Consalvi nuncupatam a secretis Nostri status deputare vellemus, qui una cum altero ex praecipuis regis administris rem conferret, atque conjunctim darent operam difficultatibus, removendis, quae usque ad eam diem impedimento fuerant quominus tractatio suscepta optatum ad exitum perduceretur. Itaque Nos praedictum cardinalem sine ulla mora Terracinam civitatem Nostram misimus, quo cum ex parte regis dilectus filius eques Aloisius de Medicis majestatis suae consiliarius, a secretis status, ac regio aerario praefectus eodem tempora se contulisset, post assiduam plurium dierum tractationem ea in urbe habitam, res tandem favente misericordiarum patre inter utrosque variis articulis confecta est, iisqua tam Noster, quam regius plenipotentiarius die 16. februarii hujus anni subscripserunt. Quibus articulis ad Nos delatis, eos diligentissime expendimus, auditoque consilio selectaa congregationis nonnullorum venerabilium fratrum Nostrorum suprema approbatione Nostra dignos judicavimus.

Initae autem conventionis tenor est qui sequitur.

Conventio inter sanctissimum dominum Pium VII. summum pontificem, et majestatem suam Ferdinandum I. regni utriusque Siciliae regem.

IN NOMINE SANCTISSIMAE

TRINITATIS

Tenor initae concordiae.

Sanctitas sua summus pontifex Pius VII. et majestas sua Ferdinandus I. regni utriusque Siciliae rex pari consulere cupientes malis, quae in res ecclesiasticas in regno irrepserunt, collatis consiliis novam inire conventionem decreverunt.

Hinc Sanctitas sua summus pontifex Pius VII. in suum plenipotentiarium nominavit eminentissimum dominum Herculem

(1) S. Leo pp. ad imp. Aug. ep. 124

Consalvi S. R. E. cardinalem, diaconum s. Mariae ad Martyres suum a secretis status.

Et majestas sua Ferdinandus I. utriusque Siciliae rex excellentissimum dominum de Medicis regii ordinis s. Januarii equitem, nec non regiorum ordinum s. Ferdinandi, *del Merito*, Constantinisni s. Georgii, atque Imperialis s. Stephani de Hungaria magnae crucis equitem, suum consiliarium, et a secretis status, atque aerario regio praepositum.

Qui post sibi mutuo tradita respectivae plenipotentiae instrumenta in sequentes articulos convenerunt.

Articulus I.

De observantia Catholicae religionis.

Religio catholica apostolica Romana est sola religio regni utriusque Siciliae, atque in eo semper conservabitur cum omnibus juribus, ac praerogativis, quae ipsi competunt ex Dei ordinatione, et canonicis sanctionibus.

Articulus II.

De institutione universitatum, collegiorum, et publicarum scholarum.

Consequenter ad articulum praecedentem institutio in regiis universitatibus, collegiis, et scholis tam publicis, quam privatis, erit omnibus conformis doctrinae ejusdem religionis Catholicae.

Articulus III.

De unione nonnullarum sedium episcopalium.

Cum in conventione anni MDCCXLI. unio nonnullarum sedium episcopalium, quae angustissimis continentur limitibus, et ubi episcopalis dignitas reddituum etiam modicitate vilescit necessaria agnita fuerit, cumque unionem istam quae tunc peracta non fuit, tum earumdem, tum aliarum sedium deterior facta conditio nunc magis magisque postulet, ideo in ditione citra Pharum, servatis servandis, et exquisito prius interesse habentium consensu, nova fiet dioecesium circumscriptio. In ea constituenda fidelium commodum, et spiritualis praesertim utilitas respicientur. Ex episcopalibus sedibus, quae ob nimiam reddituum modicitatem, aut locorum obscuritatem, aut ob alias rationabiles causas conservari non poterunt, antiquiores, et insigniores conservabuntur concathedrales.

In ditione vero trans Pharum omnes archiepiscopales, et episcopales sedes, quae nunc existunt, conservabuntur; imo earum numerus, ut commodo, ac spirituali fidelium utilitati melius prospiciatur, augebitur.

Territoria quarumdam abbatiarum Nullius dioecesis, quae aut angustis nimium continentur limitibus, aut sua bona amiserunt, aut modicis admodum dotatae sunt redditibus, collatis consiliis iis unientur dioecesibus, intra quarum fines in nova circumscriptione sita reperientur.

Abbatiarum consistorialium, quarum annui redditus summam ducatorum quingentorum excedunt, nulla unio fiet. Bona aliarum abbatiarum pariter consistorialium (iis exceptis quae sunt juris patronatus) quarum annui redditus supradictam summam non attinguut, aut unientur aliis abbatiis ecclesiasticis usque ad quingentorum ducatorum summam, aut augendis dotibus capitulorum, et paroeciarum applicabuntur.

Haec dispositio ordinum militarium commendas non respicit.

Articulus IV.

De reddita singularum mensarum.

Quaelibet mensa episcopalis in regno gaudebit annuo redditu ad minus trium millium ducatorum ex bonis stabilibus, publicis deductis oneribus.

Sanctitas sua collatis cum regia majestate consiliis ejusmodi dotes quam citius fieri poterit constituet pro iis sedibus episcopalibus, quibus praesens dispositio applicanda erit.

Articulus V.

De capitulis, et seminariis singularum mensarum.

Quaelibet ecclesia tam archiepiscopalis quam episcopalis, suum habebit capitulum, ac seminarium quibus si dos sufficiens erit, conservabitur, sin secus augebitur, aut si opus fuerit etiam ex integro constituetur in bonis stabilibus.

Quaelibet dignitas capituli archiepiscopalis ecclesiae Neapolitanae redditu annuo ducatorum ad minus quingentorum, reliqui vero canonicatus redditu ad minus ducatorum quadringentorum gaudebunt.

Singulae dignitates capitulorum caeterarum ecclesiarum partis regni citra Pharum, quae in nova circumscriptione constituentur, ducata ad minus centum octoginta, reliqui vero canonicatus ducata ad minus centum pro annuo uniuscujusque redditu habebunt.

Excipiuntur canonicatus patronatus regii, ecclesiastici, et laicalis, qui manebunt ut sunt, nisi forte eorum annui redditus a suis patronis canonica methodo augeantur.

Seminaria dirigentur, eorumque bona administrabuntur juxta concilium Tridentinum.

Articulus VI.

De applicatione bonorum ecclesiarum supprimendarum.

Bona ecclesiarum uniendarum iis ecclesiis applicabuntur, quae in nova circumscriptione conservabuntur, nisi forte earumdem ecclesiarum uniendarum necessitates diversam praedictorum bonorum applicationem ecclesiasticam postulent, quae fieri debebit cum interventu auctoritatis sanctae Sedis.

Capitula earum ecclesiarum, quae in nova circumscriptione non conservabuntur, exquisito prius interesse habentium consensu, commutabuntur in capitula collegiata cum fundis ac redditibus quae nunc possident.

Articulus VII.

De dotatione paroeciarum.

Paroeciis, quae sufficientem congruam non habent, dos ita augebitur, ut iis paroeciis, quae duobus hominum millibus non constant, ad minus ducata centum, iis quae numerum quinque millium animarum non attingunt, ad minus ducatu centum quinquaginta, caeteris vero quae majorem animarum numerum continent, ducata ad minus bicentum pro annuo reddítu constituantur.

Parochialis ecclesiae conservatio, uti et cooperatoris parochi stipendia, ubi redditus ad id attributi non adsint, respectivis civitatibus incumbent, et praedes dabuntur fundi, aut vectigalis privilegiata pecunia.

Haec dispositio non respicit ecclesias parochiales juris patronatus sive regii, sive ecclesiastici, sive laicalis canonice acquisiti, quarum onus respectivis patronis incumbet.

Excipiuntur pariter ecclesiae receptitiae sive numeratae, sive innumeratae, capitula, et collegiatae, quibus cura animarum inest, cum suam congruam in communibus bonis babeant.

Articulus VIII.

De collatione abbatiarum.

Collatio abbatiarum consistorialium, quae juris patronatus regii non sunt, perpetuo spectabit ad sanctam Sedem, quae illas viris ecclesiasticis subditis majestati suae conferet.

Collatio beneficiorum simplicium liberae collationis cum fundatione, et erectione in titulum ecclesiasticum, fiet a sancta Sede, et ab episcopis pro diversitate mensium, quibus vacabunt; scilicet a mense januarii usquo ad mensem junii conferentur a sancta Sede, a mense vero julii usque ad mensem decembris conferentur ab episcopis. Provisio antem semper fiet in favorem subditorum majestati suae.

Articulus IX.

De catalogo abbatiarum sanctae Sedi exhibendo.

Catalogus tam abbatiarum regii patronatus, quam earum quae regii patronatus non sunt, prout apud cappellanum majorem descriptae reperiuntur, quamprimum Sanctitati suae exhibebitur. Catalogus iste deinceps concorditer corrigi poterit.

Articulus X.

De canonicatibus liberae collationis.

Canonicatus liberae collationis in capitulis sive cathedralibus, sive collegiatis respective conferentur a sancta Sede, et ab episcopis, scilicet sex primis anni mensibus a sancta Sede, aliis vero sex mensibus ab episcopis.

Prima dignitas semper erit liberae collationis sanctae Sedis.

Articulus XI.

De collatione paroeciarum.

Sanctitas sua concedit episcopis regni jus conferendi paroecias, quae quovis anni tempore erunt vacaturae. Praevio concursu in paroeciis liberae collationis, episcopi eas conferent iis inter approbatos, quos digniores judicabunt. In paroeciis vero juris patronatus ecclesiastici, praevio pariter concursu, eos instituent, quos tanquam digniores inter approbatos ab examinatoribus, patronus ecclesiasticus praesentabit. Tandem in paroeciis juris patronatus regii, et laicalis, episcopi praesentatos instituent, dummodo praemisso examine idonei fuerint inventi.

Excipiuntur paroeciae vacaturae in curia, aut quarum parochi fuerint a sancta Sede de aliqua ecclesiastica dignitate, aut canonicatu provisi. Illarum omnium collatio spectabit ad summum pontificem.

Articulus XII.

De restitutione bonorum ecclesiasticorum minime alienatorum.

Omnia bona ecclesiastica non alienata a gubernio militari, quaeque in reditu majestatis suae penes administrationem vulgo *del demanio* reperta sunt, ecclesiae restituuntur.

Praedictorum bonorum procuratio statim post praesentis conventionis ratificationem quatuor selectissimis viris, quorum duo a Sanctitate sua, duo a regia majestate nominabuntur, interim committetur, qui illa fideliter administrabunt, donec modo debito destinentur, et applicentur.

Articulus XIII.

De conservatione alienationum bonorum ecclesiasticorum jam perfectarum.

Cum in ditionibus citra Pharum sub militari regimine haud parva pars bonorum ad Ecclesiam spectantium alienata fuerit, cumque majestas sua ut omni qua posset ratione hostium incursioni obsisteret, tum Neapoli antequam hostes praedictas ditiones invaderent, tum in ditionibus trans Pharum ne invaderentur, bona pariter ecclesiastica in parva quantitate alienare et ipsa coacta fuerit, assignatis tamen possessoribus ecclesiasticis in praedicta ditione trans Pharum pro debita indemnitate totidem redditibus civilibus; hinc instante majestate sua, et ne publica tranquillitas perturbetur, cujus conservatio religioni quam maxime interest, Sanctitas sua declarat eos omnes, qui praedicta Ecclesiae bona alienata possident, nullam molestiam habituros neque a se, neque a Romanis pontificibus successoribus suis; ac consequenter proprietas eorumdem bonorum, redditus, et jura iis inhaereatia immutabilia

penes ipos erunt, atque ab ipsis causam habentes.

Articulus XIV.

De restitutione domorum religiosarum.

Bonorum patrimonii regularis, quae a militari regimine non alienata, et in administratione vulgo del *Demanio* in reditum majestatis suae reperta fuere, cum ea sit conditio, ut minime sufficiant restituendis omnibus utriusque sexus religiosis domibus, oaedem eo majori numero restituentur, quem dotationum quae supersunt modus patietur, ex iis praesertim institutis, quae juventuti in religione, et literis instituendae, curae infirmorum, et praedicationi verbi Dei incumbunt.

Bona ordinum regularium possidentium non alienata, debita proportione religiosis domibus reserandis assignabuntur, quin ulla habeatur ratio de antiquae proprietatis titulis, qui tituli omnes in vim hujus articuli declarantur extincti.

Domus religiosae non alienatae, exceptis iis, qui publicis usibus in totum addictae sunt, si ob redditunm defectum restitui non poterunt, patrimonii regularis partem efficient. Quoties autem dicti patrimonii utilitas id postulaverit, etiam alienari poterunt, ea tamen lege, ut pretium inde percipiendum in favorem praefati patrimonii cedat.

Numerus existentium conventuum religiosorum Mendicantium, quos Minores Observantes, Reformatos, Alcantarinos, et Capucinos vocant, quoties circumstantiae, et fidelium necessitates id postulent, augebitur.

Postquam religiosae domus constitutae, et dotatae fuerint, ordinibus regularibus possidentibus, nec non sacris virginibus, habito respectu ad es, quae ad vitam sustentandam iis suppetent, novitios acceptare liberum erit. Eadem ratione acceptatio novitiorum libera erit religiosis mendicantibus.

Puellarum, quae in posterum sese Deo mancipabunt, dotes quas attulerint, juxta leges canonicas monasterio cedent.

Religiosi omnes tam mendicantes, quam possidentes in utriusque Siciliae regno vel existentes, vel restituendi, suis superioribus generalibus subditi erunt.

Religiosis eorum istitutorum regularium possidentium, quae in dominiis citra Pharum restituentur, saecularizationis indultum a s. Sede obtinentibus, et de aliquo ecclesiastico beneficio non provisis, gubernium aerarii publici sumptibus, titulo patrimonii, annuam pensionem, qua nunc gaudent, persolvet, donec de congruenti beneficio, aut cappellania provideantur. Religiosis autem illorum institutorum quae restitui non poterunt, annua pensio, qua nunc gaudent, a gubernio indistincte persolvetur.

Articulus XV.

De jure Ecclesiae acquirendi novas fundationes.

Ecclesia jus habebit novas acquirendi possessiones, et quidquid de novo acquisierit faciet suum, et censebitur eodem jure, ac veteres fundationes ecclesiasticae.

Hac libertate in posterum gaudebit Ecclesia, quin tamen praejudicium ullum afferatur legalibus effectibus legum *di ammortizzazione*, quae in regno viguerunt usque ad hanc diem, earumque legum executioni etiam in posterum pro casibus nondum consummatis, et conditionibus nondum impletis.

Nulla fundationum ecclesiasticarum fiet suppressio, aut unio absque interventu auctoritatis Sedis apostolicae, salvis facultatibus a sacro concilio Tridentino episcopis tributis.

Articulus XVI.

De exemptione ecclesiasticorum agravioribus taxis.

Quum fuctuosae temporum circumstantiae non patiantur ecclesiasticos exemptione a publicis regiis, et civitatis oneribus gaudere, majestas sua pollicetur abusum superioribus temporibus in regno introductum, quo ecclesiastici, corumque bona durioribus taxis prae laicis praegravabantur, cessaturum: quin imo cum per feliciora tempora status conditio prosperior evadet, regia majestas largitionibus clero opitulabitur.

Articulus XVII.

De montibus frumentariis, et eorum administratione.

Mons *Frumentarius* nuncupatus, Neapoli crectus, sive regia procuratio spoliorum, et redditum mensarum episcopalium, abbatiarum, aliorumque beneficiorum vâcantium supprimitur.

Vix nova dioecesium circumscriptione perfecta, in qualibet earum constituentur administrationes diocesanae, quarum unaquacque constabit duobus canonicis a capitulo seu mètropolitano, seu cathedrali tertio quoque anno per suffragiorum pluralitatem eligendis, ac renovandis, et a regio procuratore, quem majestas sua nominabit.

Cuilibet congregationi, seu administrationi dioecesanae praesidebit episcopus, aut ejus vicarius generalis; sede vero vacante vicarius capitularis.

Ordinarius, et regis majestas per suum administrum, collatis consiliis, fructus ex supradictis beneficiis vacantibus perceptos in favorem ecclesiarum, hospitalium, seminariorum, in subsidia charitatis, et in alios usus pios erogabunt servata tamen dimidia parte redditum mensarum episcopalium vacantium pro futuro earumdem episcopo.

Regia praescriptio adhuc vigens, vi cujus tertia pars redditum mensarum epi-

scopalium, et beneficiorum sub appellatione *Tertii pensionabilis* apud supradicti montis frumentarii administratorem deponebatur, per praesentem articulum abrogatur, quin tamen praesentes pensionarii priventur pensionibus, quibus nunc gaudent.

Tempore provisionum episcopatuum, et beneficiorum regiae nominationis reservatio pensionum secundum formas canonicas locum habere perget. Nominati a majestate sua ad praedictas pensiones a s. Sede bullas apostolicas obtinebunt, vi quarum pensiones ipsas quoad vixerint percipere, et suas facere poterunt. Pensionario vita functo, episcopatus, aut beneficium ab onere persolvendae pensionis qua gravabatur, liberum erit.

Articulus XVIII.

De pensionibus super mensas, et abbatias regi reservatis.

Sanctitas sua super aliquas episcopales mensas, et abbatias regei designandas sibi reservat in perpetuum annuas pensiones in summa ducatorum duodecim millium, quas Romanus pontifex pro tempore suis subditis status Ecclesiastici pro lubitu conferet.

Articulus XIX.

De beneficiis, et abbatiis jam applicatis.

Beneficia, et abbatiae existentes in regno utriusque Siciliae, quarum fructus aut ex toto, aut ex parte applicati reperiuntur personis ecclesiasticis, et aliquibus ecclesiis, collegiis, monasteriis, et piis domibus urbis, aliorumque locorum status Ecclesiastici, suam conservabunt applicationem in favorem praedictorum. Haec dispositio non respicit beneficia, et abbatias regii patronatus, et illa quorum bona alienata fuerunt.

Articulus XX.

De libera exercitio potestatis episcoporum, et archiepiscoporum.

Archiepiscopi, et episcopi in exercitio eorum pastoralis ministerii prorsus liberi erunt secundum sacros canones.

Causas ecclesiasticas, atque in primis causas matrimoniales, quae juxta canonem 12. sess. 24. sacri concilii Tridentini ad judices ecclesiasticos spectant, in foro eorum cognoscent, ac de iis sententiam ferent. Haec dispositio non respicit causas civiles clericorum, exempli gratia, contractuum, debitorum, haereditatum, quas laici judices cognoscent, et definient.

In clericos reprehensione dignos, aut honestum clericalem habitum eorum ordini, et dignitati congruentem non deferentes, poenas a sacro concilio Tridentino statutas, aliasque quas convenientes judicaverint, salvo canonico recursu, infligent, eosque in seminariis, et domibus regularium claudent: censuris quoque animadvertent in quoscumque fideles ecclesiasticarum legum, et sacrorum canonum transgressores.

In sacris visitationibus suarum dioecesium, et ad limina apostolorum peragendis, et in dioecesanis synodis convocandis liberi erunt.

Cum clero, et populo dioecesano pro munere officii pastoralis communicare, suasque instructiones, et ordinationes de rebus ecclesiasticis libere publicare, indicere preces publicas, aliaque pia opera, cum id bonum Ecclesiae, vel status, aut populi postulet, archiepiscopis, et episcopis regni liberum erit.

Causae majores spectabunt ad summum pontificem.

Articulus XXI.

De promotione clericorum ad ordines sacros.

Archiepiscopi, et episcopi, praemisso praescripto examine, clericos de necessario patrimonio, aut alio canonico titulo provisos, quos suis dioecesibus necessarios, aut utiles judicaverint, ad sacros ordines promovebunt, servatis tamen cautelis, et praescriptionibus in decreto die prima julii anni MDCXXIII a ss. me. Gregorio XV lato, nec non capite 4 conventionis anni MDCXLI cujus titulus est = *Requisiti de' promovendi* = contentis, quibus cautelis, et praescriptionibus per praesentem conventionem non derogatur.

Ne autem ecclesiasticis ad vitam sustentandam necessaria desint, annona praesentibus temporibus arctiore facta, archiepiscopi, et episcopi post hujus conventionis publicationem taxam sacri patrimonii promovendorum ad sacros ordines, quae in bonis stabilibus constituenda erit, augebunt, ita tamen ut nec minor sit ducatis quinquaginta, nec ducatis octogiota major.

Quia vero experientia compertum est, in regno per artem, et fraudem clericis ad sacros ordines promovendis pro sacro patrimonio eos fundos saepe assignari, qui vel ficti sunt, vel hypothecis aliisque vinculis obnoxii, quo fit ut pluribus ecclesiasticis post ordinationem modus sustentandae vitae desit, ut hujusmodi abusus evitetur, ad facti veritatem adstruendam, de pertinentia, ut ajunt, atque exemptione ab omni hypothecae vinculo fundi, vel fundorum, qui a promovendis ad sacros ordines pro sacro patrimonio exhibentur, legaliter constare debebit: ad quem effectum curiae ecclesiasticae documentum authenticum de pertinentia, ut supra dictum est, et libertate fundi a tribunali civili provinciae exquirent, a quo illud recusari non poterit.

Si qui vero clerici ad sacros ordines beneficii ecclesiastici, aut cappellaniae titulo promovebuntur, quoties talis beneficii, aut cappellaniae annuus redditus, ad taxam dioecesanam, ut supra, non pertingat, tantumdem sibi ex aliis liberis

fundis constituent, quantum supradictae taxae integritas postulaverit.

Excipiuntur illae dioeceses, in quibus ex dioecesana lege taxa sacri patrimonii in majori summa canonice constituta reperiatur, respectu quarum nulla mutatio fiet.

Articulus XXII.

De appellatione ad s. Sedem.

Liberum erit ad sanctam Sedem appellare.

Articulus XXIII.

De libera communicatione episcoporum, cleri, et populi cum s. Sede.

Episcoporum, cleri, et populi communicatio cum sancta Sede in rebus spiritualibus, ac negotiis ecclesiasticis prorsus libera erit, ac consequenter epistolae, ut ajunt, circulares, leges et decreta circa *Liceat scribere* abrogantur.

Articulus XXIV.

De vetita librorum divulgatione.

Quoties archiepiscopi, et episcopi in libris introductis, vel qui introducuntur, impressis, vel qui imprimuntur in regno, aliquid repererint Ecclesiae doctrinae, aut bonis moribus contrarium, gubernium eorum librorum divulgationem non permittet.

Articulus XXV.

De suppressa jurisdictione regii delegati.

Regii delegati jurisdictionis ecclesiasticae munus a majestate sua supprimitur.

Articulus XXVI.

De curia cappellani majoris.

Curia cappellani majoris, ejusque jurisdictio, iis continebitur limitibus, qui in constitutione fel. rec. Benedicti XIV cujus initium = *Convenit* =, et sequenti ejusdem pontificis *Motu proprio* super eadem re praescribuntur.

Articulus XXVII.

De inviolabilitate Ecclesiae

Ecclesiae proprietas in suis possessionibus, et acquisitionibus sacra, et inviolabilis erit.

Articulus XXVIII.

De jure nominandi regi reservato.

Sanctitas sua attenta utilitate, quae ex hac conventione manat in religionem, et in Ecclesiam, utque singularis benevolentiae suae testimonium majestati Ferdinandi regis praebeat, eidem, atque ab eo descendentibus catholicis in regno successoribus, concedit in perpetuum indultum nominandi dignos et idoneos ecclesiasticos viros iis dotibus praeditos, quas sacri canones requirunt, ad omnes illas archiepiscopales et episcopales ecclesias regni utriusque Siciliae, ad quas majestas sua jure nominandi nondum gaudebat; ac propterea statim post hujus conventioni ratificationem literas apostolicas quibus hoc indultum continebitur, expediri jubebit.

Majestas sua tempore debito Sanctitati suae nominatos manifestabit, ut necessarii processus juxta canones de iis fiant, atque canonicam institutionem modis et formis consuetis obtineant. Priusquam vero eam obtinuerint, regimini, seu administrationi ecclesiarum respectivarum ad quas erunt designati, nullo modo sese immiscere poterunt.

Articulus XXIX.

De juramento fidelitatis ab episcopis, et archiepiscopis praebendo.

Archiepiscopi, et episcopi coram majestate regia juramentum fidelitatis emittent sequentibus verbis expressum: Ego juro et promitto ad sancta Dei Evangelia obedientiam et fidelitatem regiae majestati; item promitto me nullam communicationem habiturum, nullique consilio interfuturum, nullamque suspectam unionem neque intra, neque extra conservaturum, quae tranquillitati publicae noceat, et si tam in dioecesi mea, quam alibi noverim aliquid in status damnum tractari, majestati suae manifestabo.

Articulus XXX.

De veteri disciplina in casibus non expressis servanda.

Caetera vero res ecclesiasticas spectantia, quorum nulla mentio in his articulis facta est, dirigentur juxta vigentem Ecclesiae disciplinam. Si qua vero supervenerit difficultas, Sanctitas sua, et majestas sua secum conferre sibi reservant.

Articulus XXXI.

De observantia novae conventionis.

Praesens conventio substituitur omnibus legibus, ordinationibus, et decretis in regno utriusque Siciliae circa res religionis huc usque latis.

Articulus XXXII.

Extensio conventionis ad ecclesias citra Pharum.

Cum nomine regiae majestatis fuerit expositum Sanctitati suae conventionem anni MDCCXLI, attentis praesentibus ecclesiarum regni citra Pharum necessitatibus, nec non effectibus ab hostili invasione exortis, non satis amplius prospicere malis, quibus omnino mederi necesse est, ac praeterea ditionibus quoque trans Pharum, quas praedicta conventio complexa non fuerat, esse consulendum; insuper cum ex ditionibus ultra et citra Pharum unum modo regnum efformatum sit, uniformem omnino regulam constituendam esse in ecclesiis universi regni observandam, utriusque partis consensu, praesens conventio praecedenti substituitur.

Articulus XXXIII.

Promissio de servanda conventione.

Utraque contrahentium pars spondet se, successoresque suos omnia de quibus in his articulis utrinque conventum est, sancte servaturos.

Articulus XXXIV.

Ratificatio conventionis.

Ratificationum hujus conventionis traditio fiet Romae non ultra quindecim dierum spatium a die his articulis apposita.

Articulus XXXV.

Executio.

Post hujus conventionis ratificationem, ejusdem executio duobus selectissimis viris, quorum alter a Sanctitate sua, alter a majestate regia nominabitur, committetur, iique a respectivis partibus contra-

hentibus necessariis, et opportunis facultatibus munientur.

In quorum fidem praefati plenipotentiarii praesenti conventioni subscripserunt, illamque suo quisque sigillo obsignavit.

Datum Anxure (Tarracinae) die decimasexta februarii anni millesimi octingentesimi decimi octavi.

Loco ✠ Sigilli Herculis card. Consalvi.

Loco ✠ Sigilli Cav. Luigi de' Medici.

Confirmatio apostolica. Cum ergo hujusmodi conventiones, pacta et concordata in omnibus et singulis punctis, clausulis, et conditionibus cum a Nobis, tum a carissimo in Christo filio nostro Ferdinando regni utriusque Siciliae rege approbata, confirmata, et ratihabita fuerint, cumque idem rex enixe a Nobis flagitaverit, ut pro firmiori eorum subsistentia robur apostolicae firmitatis adjiceremus, solemnioris que decreti auctoritatem interponeremus, Nos ad majorem Dei gloriam, et Catholicae religionis incrementum, ex certa scientia et matura deliberatione Nostris, deque apostolicae potestatis plenitudine supradictas conventiones, capitula, pacta, concordata, et concessiones, tenore praesentium approbamus, ratificamus, et acceptamus, illis apostolici muniminis et firmitatis robur et efficaciam adiungimus, omniaque in eis contenta, ac promissa sincere et inviolabiliter ex Nostra, et apostolicae Sedis parte adimpletum et servatum iri, tam Nostro, quam successorum Nostrorum nomine promittimus ac spondemus.

Clausulae sublata, et decretum irritans. Decernentes, easdem praesentes literas nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, vel intentionis Nostrae, aut alio quocumque, quamvis magno, aut inexcogitato defectu notari, aut impugnari posse, sed semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, et ab omnibus ad quos spectat inviolabiliter observari debere, quousque conditiones, et pacta in tractatu expressa serventur. Et insuper, si secus super his a quoquam quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari, irritum et inane decernimus.

Derogatio contrariorum. Non obstantibus apostolicis, ac in synodalibus, provincialibus, et universalibus conciliis editis generalibus constitutionibus, et ordinationibus, ac Nostris, et cancellariae apostolicae regulis, praesertim de jure quaesito non tollendo, nec non quarumcumque ecclesiarum, capitulorum, aliorumque piorum locorum fundationibus, etiam confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, et innovatis, quibus omnibus, et singulis, illorum tenores pro expressis, et de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad hujusmodi effectum dumtaxat, specialiter, et expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Fides habenda transumptis. Praeterea quia difficile foret praesentes literas ad singula, in quibus de eis fides facienda fuerit, loca deferri, eadem apostolica auctoritate decernimus, et mandamus, ut earum transumptis, etiam impressis, manu tamen publici notarii subscriptis, et sigillo alicujus personae in ecclesiastica dignitate constitutae, munitis, plena ubique fides adhibeatur, perinde ac si praesentes literae forent exhibitae vel ostensae.

Sanctio poenalis. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam Nostrae concessionis, approbationis, ratificationis, acceptationis, promissionis, sponsionis, monitionis, hortationis, decreti, derogationis, statuti, mandati, et voluntatis infrigere, vel ei ausu temerario contraire; si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum.

Datum Romae apud s. Mariam Majorem anno incarnationis Dominicae MDCCCXVIII. nonis martii pontificatus Nostri anno decimo octavo.

DCCLXXVIII.

Indultum nominandi ad plures archiepiscopales, et episcopales ecclesias favore serenissimi Ferdinandi utriusque Siciliae regis, ejusque successorum.

Pius episcopus

Servus servorum Dei

Ad futuram rei memoriam

Carissimo in Christo filio Nostro Ferdinando regni utriusque Siciliae regi illustri salutem et apostolicam benedictionem.

Ratio concessionis. §. 1. Sinceritas fidei et devotionis affectus quibus tu, carissime in Christo filii noster, erga Catholicam religionem tantopere praestas, quibusque, non sine filialis in Nos observantiae significationibus, nova zeli ac pietatis tuae ergomenta, inita cum apostolica hac Sede conventione ad com-

ponendas in ditione tua res Ecclesiae, nuper addidisti, Nos impulerunt, ut ea tibi favorabiliter concederemus, quae ad tui honoris augmentum pertinere, et desideriis tuis respondere cognovimus

Concessionis tenor.

§. 2. His itaque causis permoti, utque singularis animi Nostri in te benevolentiam testificemur, ex certa scientia et matura deliberatione Nostris, deque apostolicae potestatis plenitudine, tibi, (cui jam partim ex legitimo patronatu, partim ex apostolico indulto jus competit ad plures regni utriusque Siciliae ecclesias praesentandi vel nominandi Nobis et Romano pontifici pro tempore existenti idoneos ecclesiasticos viros per Nos ac Romanos pontifices praedictos ad easdem ecclesias promovendos); nec non tuis in regno successoribus catholicis a te descendentibus, atque una cum subditis in sinceritate fidei, et unitate Sanctae Romanae Ecclesiae, nec non obedientia Nostra et successorum Nostrorum Romanorum pontificum canonice intrantium perseverantibus, ac pro tempore utriusque Siciliae regnum possidentibus, in perpetuum concedimus indultum nominandi, infra tempus a jure praefinitum, Nobis, et Romanis pontificibus successoribus Nostris dignas et idoneas personas ecclesiasticas iis dotibus praeditas quas sacri canones requirunt, ad omnes illas archiepiscopales, et episcopales ecclesias regni utriusque Siciliae, ad quas nominandi jure, sive ex patronatu, sive ex apostolica concessione, nondum gaudes, firma tamen personis a te atque successoribus tuis nominatis obligatione manente ea omnia in ordine ad institutionem canonicam obtinendam erga Sedem apostolicam adimplendi, ad quae de jure et consuetudine tenentur, prout jampridem in more positum fuit.

Clausulae sublata, et decretum irritans.

§. 3. Decernentes praesentes literas, et in eis contenta quaecumque, nullo unquam tempore de subreptionis vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostrae defectu notari, aut impugnari posse, sed semper firmas et efficaces existere et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri, et obtinere, et ab omnibus ad quos spectat inviolabiliter observari debere.

Derogatio contrariorum.

§. 4. Non obstantibus apostolicis, ac in synodalibus, provincialibus, universalibusque conciliis editis constitutionibus et ordinationibus apostolicis, caeterisque contrariis quibuscumque.

Sanctio poenalis.

§. 5. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam Nostrae concessionis, indulti, decreti, derogationis, ac voluntatis infringere, eique ausu temerario contraire: si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum.

Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem anno incarnationis Dominicae MDCCCXVIII. nonis martii pontificatus Nostri anno decimo octavo.

DCCLXXIX

Nova distributio dioecesis Calaritanae, cum assignatione beneficiorum, et praebendarum de Villajor, de Villamar, et, Nuraminis, cum aliis reservationibus.

Dat. die 24 martii 1818 Anno XIX.

Pius episcopus

Servus servorum Dei.

Ad perpetuam rei memoriam

Prooemium

§. 1. Singularis Romanorum pontificum in suprema catholicae Ecclesiae procuratione, sollicitudo nunquam defuit in adhibendis mediis omnibus, quae tam ad faciliorem ovium spirituale regimen exercendum, quam ad pastorum decenter sustinendam dignitatem pro rerum ac temporum circumstantiis dignoverint opportuna.

Ratio concessionis.

§. 2. Quoniam igitur ad melius consulendum faciliori, atque utiliori animarum Christi fidelium spirituali regimini felicis recordationis Pius papa VI praedecessor Noster multis ab hinc annis in praeficiendo metropolitanae ecclesiae Calaritanae bo: me: Didacum Gregorium dum viveret Sanctae Romanae Ecclesiae presbyterum cardinalem Cadello nuncupatum facultatem sibi reservaverat partem illius dioecesis, et signanter Oleastrae provinciam ad sui, et apostolicae Sedis libitum dismembrandi, et separandi ad effectum erigendi novam in eadem provincia episcopalem ecclesiam, atque in praesentiarum omnia parata sunt, quae juxta canonicas dispositiones ad talem peragendam erectionem necessaria dignoscuntur, ita ut votis etiam obsecundando carissimi in Christo filii Nostri Victorii Emmanuelis Sardiniae regis illustris negotium hujusmodi ad optatum exitum quamprimum perducere valeamus.

Tenor concessionis.

§. 3. Nos idcirco qui in proximo habendo secreto consistorio memoratam ecclesiam Calaritanam de novo archiepiscopo intendimus providere per praesentes statuimus atque decernimus, ut firma Nobis remanente priori facultate antedictam Oleastrae provinciam libere dismembrandi, ac firmo pariter manente futuro archiepiscopo jure provinciam ipsam in spiritualibus tantum usque ad novi Oleastrensis episcopi possessionem re-

gendi, ac gubernandi; cuncta interea bona, ac redditus tam decursi, quam decurrendi ab Oleastrae provincia quomodocumque provenientia et ad archiepiscopalem mensam Calaritanam jampridem spectantia per personam a laudato rege vigore praecedentis apostolicae concessionis deputatae vel deputandae, usque ad primi futuri episcopi Oleastrensis possessionem debeant administrari. Ut autem indemnitati archiepiscopalis mensae Calaritanae eo meliori quo fieri possit modo stabiliter consulamus, praevia suppressione et extinctione trium jam antea dismembratorum, ac temporaneis ecclesiasticis usibus provisorie quoad duas tertias partes, et quoad reliquam tertiam partem etiam successive ad formam similium literarum sub datum tertio nonas februarii pontificatus Nostri anno quarto adsignatorum beneficiorum, praebendarum nuncupatorum unius nempe de Villajor, atque alterius de Villamar, ac tertiae de Nuraminis respective denominatarum in ipsa Calaritana dioecesi existentium praebendas easdem una cum omnibus et singulis juribus, fructibus, redditibus, ac proventibus mensae archiepiscopali Calaritanae perpetuo animus, adnectimus, et incorporamus, illaesu tamen salva, atque integra manente priori reservatione tertiae partis annui redditus cujuslibet ex antedictis tribus praebendis favore sexdecim nunc, et pro tempore existentium rectorum quatuor parochialium ecclesiarum in civitate ac suburbiis Calaritanis juxta praescriptum in antedictis aliis Nostris apostolicis literis ad quas in hac parte relatio habenda erit.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 4. Hasce vero Nostras literas et in eis contenta quaecumque semper et perpetuo validas et efficaces esse et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere, ac ab omnibus ad quos spectat inviolabiliter observari debere, ac nullo unquam tempore ex quocumque capite, vel qualibet causa etiam ex eo quod quilibet in praemissis interesse habentes ad id vocati, et auditi non fuerint, atque iisdem praemissis non consenserint, de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostrae, vel quolibet alio quantumvis magno et substantiali defectu notari, impugnari, invalidari, retractari, in jus vel controversiam revocari, aut contra eas quodcumque aliud juris, vel facti remedium impetrari unquam posse; sicque et non alias per quoscumque judices ordinarios vel delegatos quavis auctoritate, praerogativa, privilegio, et praeeminentia fulgentes, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, judicari, et definiri debere; irritum quoque et inane si secus super his a quoquam scienter, vel ignoranter contigerit attentari similis potestatis plenitudine decernimus.

Derogatio contrariorum.

§. 5. Non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis dictaeque metropolitanae ecclesiae Calaritanae etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus, caeterisque contrariis quibuscumque.

Sanctio poenalis.

§. 6. Nulli ergo omnino hominum liceat paginam hanc Nostrorum statuti, decreti, unionis, adnexionis, incorporationis, derogationis, et voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire; si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum.

Datum Romae apud s. Mariam Majorem anno incarnationis Dominicae millesimo octingentesimo decimo octavo, nono kalendas aprilis, pontificatus Nostri anno decimo nono

---

DCCLXXX.

Episcopales ecclesiae Parmensis, Placentina, et Burgi sancti Donnini liberantur a jure metropolitico archiepiscopi Januensis, et subjiciuntur jurisdictioni immediatae sanctae Sedis.

Dat. die 30 martii anno XIX.

Pius episcopus

Servus servorum Dei

Ad futuram rei memoriam

Prooemium

§. 1. Sollicitudo omnium ecclesiarum humilitati Nostrae meritis licet imparibus, Deo sic disponente concredita Nos cogit omnia, quae in Nostra sunt potestate adhibere media, ut quibuslibet semotis impedimentis catholici gregis necessitati, atque utilitati juxta peculiares locorum et temporum circumstantias opportune consulere non abnuamus.

Exponitur quomodo episcopales sedes jam avulsae fuerint a jure metropolitico archiepiscopi Bononiensis.

§. 2. Et quoniam bo: mem: Ioannes Baptista dum viveret Sanctae Romanae Ecclesiae cardinalis Caprara in vim facultatum per apostolicas Nostras sub plumbo literas nonis aprilis anno Domini millesimo octingentesimo sexto ei specialiter concessarum episcopales ecclesias Parmensem, Placentinam, et Burgi sancti Donnini ab omni et quocumque jure metropolitico archiepiscopi Bononiensis prorsus exemit, ac liberavit, eosdemque

metropolitico juri archiepiscopi Ianuensis in consueta forma subjecit, atque supposuit. Nuper autem gravissimae Nobis expositae fuerunt causae ob quas praedictarum ecclesiarum bono utilius provisum iri apparet, si illae huic sanctae Sedi immediate subjiciantur. Cumque ad id vota uniantur modernorum episcoporum ipsarum ecclesiarum, ac simul expressus accedat assensus praedicti archiepiscopi Ianuensis petitioni hujusmodi benigne indulgendum judicamus.

Nova liberatio earumdem sedium a jurisdictione metropolitici Ianuensis.

§. 3. Nos igitur ex certa scientia, et matura deliberatione Nostris, deque apostolicae potestatis plenitudine supramemoratas Parmensem, Placentinam, et Burgi sancti Domnini episcopales ecclesias a quocumque metropolitico jure, ac subjectione, et superioritate archiepiscopi Ianuensis perpetuo eximimus, ac liberamus, easdemque ecclesias cum uniuscujusque respectivo capitulo, clero, et populo ex nunc imposterum perpetuis futuris temporibus sub immediata hujus apostolicae Sedis omnimoda subjectione, ac dependentia de specialis dono gratiae admittimus, atque recipimus, ac uti tales ab omnibus ad quos spectat quibuslibet in casibus habendas esse volumus, et mandamus.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 4. Decernentes praesentes literas, et in eis contenta quaecumque nullo umquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostrae vel quovis alio defectu notari, aut impugnari posse; sed semper validas et efficaces existere et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, atque obtinere, sicque, et non aliter ab omnibus ad quos spectat inviolabiliter observari debere.

Derogatio contrariorum.

§. 5. Non obstantibus quibusvis etiam in provincialibus, et generalibus conciliis editis constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, et supradictarum ecclesiarum juribus, privilegiis, quomodolibet concessis, ac etiam confirmatione apostolica roboratis, aliisque licet expressa, et individua mentione dignis, contrariis quibuscumque.

Sanctio poenalis.

§. 6. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam Nostrarum exemptionis, liberationis, admissionis, receptionis, mandati, decreti, et voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire; si quis autem hoc attentare praesumpserit indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum.

Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem anno incarnationis Dominicae millesimo octingentesimo decimo octavo tertio kalendas aprilis, pontificatus Nostri anno decimo nono.

Bull. Rom. Tom. XV.

DCCLXXXI.

Nova dioecesium efformatio in regno Bavariae ad tramites initae concordiae inter sanctam Sedem, et Bavariae regem.

Dat. die 1 aprilis 1818 Anno XIX.

Pius episcopus

Servus servorum Dei

Ad perpetuam rei memoriam

Prooemium

§. 1. Dei, ac Domini Nostri Iesu Christi, cujus imperscrutabilia judicia, et investigabiles viae sunt, permittente voluntate factum est, ut aetate Nostra pulcherrimum illud episcopalium sedium in Germania aedificium, quod tanto splendore afficiebat Ecclesiam Dei, et Catholicae religioni singulari erat praesidio, ac propugnaculo concuteretur, atque acerbitate temporum fere concideret. In tanta hac calamitate, et cunctarum rerum, quae ad Ecclesiam pertinent subversione, cum nulla Nobis, ob peccata fortasse Nostra, sic permittente Deo, spes eluceat omnia in Germaniae dioecesibus (quod non minori studio, ac recolendae memoriae Pius pp. VI. praedecessor Noster expetebamus, et in quod curas omnes Nostras plurimum annorum spatio contulimus) ad veterum rerum ordinem, et conditionem, atque ad splendorem, dignitatemque illam, qua caeteris praefulgebant revocandi, consilia, et conatus Nostros eo convertere debuimus, ut saltem, quae necessaria essent ad conservandam in Germania Catholicam religionem, atque ad fidelium aeternam salutem procurandam ea potissimum componere, et asserere curaremus, et Nos ipsi sentientes, et assiduis, quae ex regionibus illis ad Nos pervenerunt relationibus admoniti rebus in eo statu manentibus, in quem illas praeteritae perturbationes adduxerant ingentem animarum numerum, et religionem ipsam Catholicam in summo discrimine versari.

Exponitur quomodo ad rem initia fuerit conventio legitime ratihabita.

§. 2. Quae cum pro commissa Nobis a pastorum principe Christo Iesu servatore Nostro universi Dominici gregis cura pati non possemus omnino, idcirco in tanto Catholicae religionis periculo, caeteris rationibus omnibus, quamvis gravibus ipsius religionis causa posthabitis in rem tantae necessitatis incumbentes, ex omnibus Germaniae partibus, primum Bavariam carissimi in Christo filii Nostri Maximiliani Iosephi Bavariae regis, favente studio, sollicitudine Nostra complectentes, cum praedicto rege per respectivos plenipotentiarios

conventionem inivimus die quinta junii superioris anni, quae et a praedicto rege ratihabita, at a Nobis pro majori firmitatis robore confirmata ast apostolicis Nostris sub plumbo literis datis anno incarnationis Dominicae millesimo octingentesimo decimo septimo pridie idus novembris: in qua conventione, quam in consistorio Nostro die vigesima novembris elapsi anni venerabilibus fratribus Nostris Sanctae Romanae Ecclesiae cardinalibus nunciavimus, et post illud publicari statim fecimus, quae circa illius regni ecclesias, et rationem iis de pastoribus providendi, capitula, mensas, ac dioeceses, suprema auctoritate Nostra decreturi, atque effecturi essemus fuse, et sigillatim continentur.

Declaratur quae sunt sedes suppressae.

§. 3. Ut vero ad ea quae in hisce temporum circumstantiis opportuna dignovimus, quaeque solemniter polliciti sumus, praestanda procedamus, ne si longius res differatur, spoliata diutius pastoribus Bavaria, in deterius fortasse omnia, quae ad religionem pertinent convertantur, audito consilio nonnullorum ex venerabilibus fratribus Nostris Sanctae Romanae Ecclesiae cardinalibus, atque interpellatis iis quorum intererat, nunc ea omnia, et singula, quae in praesentibus literis necessario forsan exprimenda, et inserenda forent pro expressis, et integre prorsus insertis habentes, ac quatenus opus sit, episcoporum, aliorumque ordinariorum, nec non capitulorum, et quorumlibet in hac re interesse quomodolibet habentium consensum plenarie supplentes, ex certa scientia, ac matura deliberatione Nostris, deque apostolicae potestatis plenitudine supprimimus, annullamus, et perpetuo extinguimus titulum, denominationem, et naturam, totumque statum praesentem infrascriptarum ecclesiarum archiepiscopalis et episcopalium, una cum earum respectivis capitulis, juribus, privilegiis, indultis, et praerogativis cujuscumque generis, nimirum archiepiscopalis Ratisbonensis, et episcopalium Augustanae, Passaviensis, Bambergensis, Eichstettensis, Herbipolensis, Frisingensis, Spirensis, et Chiemensis, ac uniuscujusque dioecesis, nec non capituli antiquae metropolitanae ecclesiae Moguntinae, nunc Aschaffemburgi residentis, et monasterii sub titulo beatae Mariae virginis, ac invocatione sanctorum Gordiani Epimachi, et Casoli martyrum abbatiae Campidunensis nuncupatae ordinis sancti Benedicti Nullius dioecesis, ac alterius monastorii sancti Ioannis Baptistae, ac sancti Petri apostolorum principis, praepositurae Berctholgadensis, etiam nuncupatae ordinis canonicorum regularium sancti Augustini Nullius pariter dioecesis, ita ut (deleto etiam omni jure metropolitico, cujuscumque metropolitani ubicumque existentis) omnes supradicti, tam archiepiscopatus, quam episcopatus, et monasterium, ac praepositura, etiam si illac vare essent Nullius, cum separato territorio, ac jurisdictione, singulaeque illarum dioeceses haberi in posterum debeant, tamquam non amplius in primo suo statu existentes ad effectum libere procedendi ad infradicendam novam erectionem, atque circumscriptionem, cum hoc tamen, quod praefato regi onus incumbat divini cultus impensis in suppressis, tam cathedralibus Frisingensi, et Chiemensi, quam abbatiali Campiduensi, et praepositurali Berctholgadensi ecclesiis opportune, ac stabiliter providendi, quodque suppressorum capitulorum, actu existentibus canonicis annua praestatio, jam ut accepimus, adsignata per thesaurum regium ad eorum vitam integre et fidelitor persolvatur.

Dismembratio nonnullarum ecclesiarum a veteribus jurisdictionibus.

§. 4. Et quoniam ad praedictas suppressiones idcirco devenimus, ut ad novam infradicendarum duarum archiepiscopalium, et sex episcopalium, quae insimul parochiales erunt, ecclesiarum erectionem, itemque ad novam, eamque commodam, utilem, opportunamque dioecesium respectivarum, quae universum Bavariae regni territorium complecti debebunt circumscriptionem procedere valeamus; cumque territorium praedictum praeter memoratas veteres Chiemensem, Campiduensem, et Berctholgadensem dioeceses ad aliquas etiam portiones sese extendat dioecesium Moguntinae, Trevirensis, Constantiensis, Argentinensis, Fuldensis, ac Salisburgensis, hinc Nos ab istis sex dioecesibus partes, et loca, quae nunc ad supradicti Bavariae regis dominium in temporalibus pertinent, apostolica auctoritate perpetuo dismembramus, dividimus, ac separamus, ut ea novis octo in praedicto Bavariae regno, ut infra erigendis ecclesiis unire, et applicare possimus, minime tamen cessante Bavarico gubernio onere persolvendi, ut antea episcopo, et capitulo cathedralis ecclesiae Moguntinae annuam praestationem respondentem majori portioni e dioecesi ejus evulsae, donec et quousque ipsius episcopi, et capituli substentationi aliter consultum sit.

Erectio civitatum Monachii, et Bambergae in sedes archiepiscopales.

§. 5. Itaque cum hujusmodi octo in Bavariae regno de novo erigendis ecclesiis, ita per conventionem cum rege initam provisum sit, ut unicuique ex earum mensis, capitulis, clero, ac seminariis redditus in bonis, fundisque stabilibus libere archiepiscoporum, episcoporum, capitulorum, et vicariorum administrationi tradendis in summa inferius explicanda, deductis one-

ribus, a regia majestate assignandi, pro fabricarum autem, et divini cultus expensis, nisi bona, ac redditus, quibus respectivae ecclesiae instructae sunt, sufficiant, praefatus rex supplere debeat, ecclesiasque ipsas, quas in cathedrales iterum erigemus, satis sacra suppellectili in pontificalium quoque usum instructas esse constet; hinc Nos ad omnipotentis Dei gloriam, et laudem, Deiparaeque virginis Mariae et sanctorum, quos unaquaeque ut infra erigenda cathedralis ecclesia patronos habebit, fideique, et Ecclesiae catholicae exaltationem duas civitates Monachii, et Bambergae in civitates archiepiscopales Monacensem, et Bambergensem nuncupandas, et collegiatam, ac parochialem ecclesiam Monacensem sub titulo beatae Mariae virginis, praevia collegialitatis suppressione, et extinctione in metropolitanam, cujus tamen pro tempore antistes, archiepiscopus, Monacensis, et Frisingensis perpetuo nuncupandus erit, ac Bambergensem pariter sub titulo ejusdem beatae Mariae virginis similiter in metropolitanam, nec non sex cathedrales ecclesias, videlicet Augustanam sub titulo Assumptionis beatae Mariae virginis, Ratisbonensem sub invocatione sanctorum Petri et Pauli apostolorum, Herbipolensem sub invocatione sancti Andreae apostoli, Passaviensem sub invocatione sancti Stephani, Eichstettensem sub invocatione sancti Willebaldi primi ejus episcopi, et Spirensem sub titulo beatae Mariae virginis, ac invocatione sancti Stephani de novo erigimus, et perpetuo constituimus, ita ut pro tempore existentes praedictarum ecclesiarum antistites, iis respectivo ecclesiis, ac dioecesibus praesint, synodum convocent, ac omnia, et singula jura, officia, et munia episcopalia habeant, et exerceant, cum suis infrascripto capitulo, arca, sigillo, mensa episcopali, etiam ut infra constituenda, caeterisque pontificalibus insigniis, jurisdictionibus, praeeminentiis, praerogativis, privilegiis, honoribus quibus aliae metropolitanae, et cathedrales ecclesiae illarum partium, earumque respective praesules gaudent, et ipsi gaudeant, et perfruantur, ita tamen ut nova capitula praedictarum, sic per Nos erectarum ecclesiarum constituta sint, et esse censeantur, videlicet capitula metropolitanarum ecclesiarum, tam Monacensis, et Frisingensis, quam Bambergensis ex duabus dignitatibus, praepositura scilicet, post pontificalem majori, et decanatu secunda, nec non ex decem canonicis; capitula vero sex cathedralium ecclesiarum, ex duabus pariter dignitatibus: praepositura scilicet post pontificalem majore, et decanatu secunda, nec non ex octo canonicis constare debeant, ac praeterea, ut numerus ministrorum in praedistis ecclesiis augeatur in singulis, tum metropolitanis, tum cathedralibus ecclesiis sex praebendas, seu vicarias pro totidem praebendatis, seu vicariis pariter erigimus, ita tamen, ut si in posterum praedictarum ecclesiarum redditus, per novas fundationes, aut bonorum augmentationem incrementum tale perceperint, ut plures praebendae erigi possint, et canonicatuum, et vicariatuum numerus augeri valeat, novae hujusmodi praebendae, ad capitula ita per Nos erecta pertinere censeantur, perinde ac si per praesentes literas in majori numero per Nos erectae, et constitutae fuissent. Metropolitanae autem Monacensi ae Frisingensi cathedrales ecclesias, Augustanam, Passaviensem, et Ratisbonensem; Bambergensi vero metropolitanae, Herbipolensem, Eichstettensem, et Spirensem in suffraganeas adsignamus.

§. 6. Cupientes antem praedictis duabus metropolitanis, et sex cathedralibus ecclesiis, per Nos, ut praefertur erectis, de congrua, firmaque dotatione providere, unde primofuturi illarum, et pro tempore existentes archiepiscopi, et episcopi respectivi decenter valeant eorum substinere dignitatem, archiepiscopalium, et episcopalium mensarum praedictarum dotem constituimus in bonis fundisque stabilibus, quae a saepedicto rege ad formam articuli IV memoratae conventionis assignabuntur, quaeque ab infradicendo praesentium literarum Nostrarum exequutore adamussim verificanda erunt, quae quidem bona, fundique ejus quantitatis ad formam praedicti articuli esse debebunt, ut deductis oneribus archiepiscopo Monacensi, et Frisingensi florenorum viginti millium monetae Bavaricae, archiepiscopo Bambergensi florenorum quindecim millium, episcopis Augustano, Ratisbonensi, et Herbipolensi florenorum decem millium, episcopis denique Passaviensi, Eichstettensi, et Spirensi florenorum octo millium annuos redditus liberos praebeant.

Dotatio novarum sedium.

§. 7. Simili modo ut capitulares quoque mensae dictarum ecclesiarum sua dotatione, et dignitates, et canonici, nec non praebendati, seu vicarii pro respectivo munere propriis redditibus gaudeant, iisdem annuos redditus in bonis, fundisque stabilibus ad formam citati articuli IV praedictae conventionis a laudato rege assignandis, atque ab eodem literarum Nostrarum exequutore verificandis perpetuo addicimus, et assignamus in quantitate, videlicet in metropolitana Monacensi, et Frisingensi pro praeposito florenorum quatuor millium, pro decano florenorum qua-

Dotatio capitulorum dictarum ecclesiarum metropolitanarum.

tuor millium; pro quolibet e quinque canonicis senioribus florenorum bis millium; pro quolibet e quinque canonicis junioribus florenorum mille sexcentorum; pro quolibet e tribus vicariis senioribus florenorum octingentorum; pro quolibet tribus vicariis junioribus florenorum sexcentorum.

Idem ut supra. §. 8. In metropolitana Bambergensi pro praeposito florenorum trium millium quingentorum; pro decano florenorum trium millium quingentorum; pro quolibet e quinque canonicis senioribus florenorum millium octingentorum; pro quolibet e quinque canonicis junioribus florenorum millium quadrigentorum; pro quolibet e tribus vicariis senioribus florenorum octingentorum; pro quolibet e tribus vicariis junioribus florenorum sexcentorum.

Idem ut supra. §. 9. In cathedralibus ecclesiis vero Augustana, Ratisbonensi, et Herbipolensi pro praeposito florenorum trium millium; pro decano florenorum trium millium; pro quolibet e quatuor canonicis senioribus florenorum mille sexcentorum; pro quolibet e quatuor canonicis junioribus florenorum mille quadrigentorum; pro quolibet e tribus vicariis senioribus florenorum octingentorum; pro quolibet e tribus vicariis junioribus florenorum sexcentorum.

Idem ut supra. §. 10. In cathedralibus autem Passaviensi, Eichstettensi, et Spirensi, pro praeposito florenorum bismille quingentorum; pro decano florenorum bismille quingentorum; pro quolibet e quatuor canonicis senioribus florenorum mille sexcentorum; pro quolibet e quatuor canonicis junioribus florenorum mille quadrigentorum; pro quolibet e tribus vicariis senioribus florenorum octingentorum; pro quolibet e tribus vicariis junioribus florenorum sexcentorum.

Idem ut supra. §. 11. Quoniam vero tam episcopalis, quam capitularis mensae cathedralis ecclesiae Spirensis dotatio in bonis, fundisque stabilibus, quae in quantitate supradicta a rege praestanda erit, non tam cito, ac caeterarum ecclesiarum dotatio expleri poterit ob speciales dioecesis illius circumstantias, interea usque dum dotatio haec fieri valeat, pro episcopi, capituli, et vicariorum substentatione, assignamus praestationem annuam a praefato rege solvendam ad formam citati articuli seu conventionis, pro episcopo scilicet florenorum sex millium; pro praeposito florenorum mille quingentorum; pro decano florenorum mille quingentorum; pro quovis ex octo canonicis florenorum mille; pro quovis e sex vicariis, seu praebendatis florenorum sexcentorum.

Concessio indumentorum. §. 12. Ut autem capitula, sic erectarum metropolitanarum, et cathedralium ecclesiarum splendidiora, prout merentur, evadant, singulis earum dignitatibus, et canonicis indultum deferendi rocchettum, et cappam magnam sericam violacei coloris, sericis cordulis, subsutam, cum pellibus armellinis hyemali, aestivo vero tempore mozzettam violaceam supra rocchettum, atque insuper praeposito, ac decano metropolitanae Monecensis, et Frisingensis ecclesiae ad majorem in civitate regia splendorem, ac decus sacrarum functionum mitrae usum in festis solemnioribus perpetuo respective concedimus, et indulgemus, ac praeterea eadem insignia, una cum usu mitrae favore presbyteri munus directoris regiae cappellae pro tempore obtinentis de specialis dono gratiae perpetuo similiter extendimus, atque elargimur.

Jus capitulis concessum condendi statuta. §. 13. Iisdem vero capitulis, et canonicis singularum ecclesiarum nunc, et pro tempore existentibus, ut ipsi capitulariter congregati pro novo earumdem metropolitanarum, et cathedralium ecclesiarum, earumque chori quotidiano servitio, nec non rerum, et jurium tam spiritualium, quam temporalium prospero felicique regimine, gubernio, ac directione, atque onerum eis respective incumbentium supportatione, distributionum quotidianarum, et aliorum emolumentorum quorumcumque exactione, et divisione, ac poenarum a non interessentibus divinis officiis incursu, caeremoniis, et ritibus servandis, ac quibusvis aliis rebus necessariis, et opportunis, statuta, ordinationes, capitula, et decreta, licita tamen, et honesta, et sacris canonibus, atque ordinationibus apostolicis, et concilii Tridentini decretis non adversantia, ac sub praesidentia, inspectione, examine, et approbatione respectivorum archiepiscoporum, episcoporum, edere, atque edita declarare, et interpetrari, ac in meliorem formam redigere, et reformare, seu alia de novo condere, ab iis ad quos spectat, et pro tempore spectabit inviolabiliter observanda, sub poenis in contrafacientes statuendis, pariter edere libere, et licite valeant, plenam et liberam facultatem concedimus, et impertimur, injuncta respectivis capitulis obligatione, ut in eorum singulis ab altero ex canonicis poenitentiarii munus exerceatur, ab altero autem scriptura sacra festis diebus populo exponatur, qui tamen duo canonici ab episcopo ad praedicta respective munia, fideliter adimplenda erunt stabiliter deputandi. Cursus vero animarum in singulis metropolitanis, et cathedralibus ecclesiis habitualem penes capitula respective residere, actualiter vero ab uno ex capitularibus ad hoc expresse designando, ac praevio examine ad formam sacrorum canonum ab ordinario approbando, cum vicariorum auxilio exerceri decernimus, et mandamus,

Dispositio super erogatione suppellectilium ecclesiae Frisingensis.

§. 14. Cumque ut accepimus praeter Monacensem supradictae omnes de novo erectae cathedrales ecclesiae sacris suppellectilibus, etiam ad pontificalia exercenda necessariis perhonorifice sint instructae, licentiam ideo impertimur, ut suppellectilia hujusmodi in suppressa episcopali ecclesia Frisingensi existentia, in novae archiepiscoplis ecclesiae Monacensis, usum et commodum libere valeant converti.

Consulitur manutentioni fabricarum praedictarum ecclesiarum.

§. 15. Fabricarum quoque manutentioni, et divini cultus, ac inservientium expensis in singulis ecclesiis assertum fuit, jam sufficienti modo provisum esse per bona, et redditus iisdem infixos; attamen si ea bona, et redditus pro hujusmodi usibus non sufficere reperiantur, ad archiepiscoporum, et episcoporum petitiones laudati regis liberalitas, prout articulo IV. conventionis expressum est, opportune supplebit.

Erectio seminariorum in novis dioecesibus.

§. 16. In singulis autem dioecesibus, ad formam articuli V. conventionis, cum seminarium adolescentum clericorum esse debeat sufficientibus instructum redditibus, archiepiscopis propterea, et episcopis praecipimus, et mandamus, ut si forte in aliqua ex eorum dioecesibus desit illud quamprimum in archiepiscopali, sive episcopali civitate erigant, in quo is clericorum numerus ali, institui, et educari debeat, qui dioecesium respectivarum amplitudini, et necessitati respondeat, quique in executione harum literarum Nostrarum praefiniendus erit. Pro hujusmodi autem seminariorum dote, ea bona, fundosque stabiles assignamus, quae a rege juxta enunciatum articulum V. conventionis, in eorum, sivo integram dotationem, sive dotationis supplementum iisdem attribuentur.

Assignatio domorum pro residentia episcoporum.

§. 17. Pro archiepiscoporum vero, et episcoporum residentia vetera episcopia si existunt, si autem non adsint domos a praefato rege ad id assignandas, nec non domos etiam pro dignitatibus, proque senioribus inter canonicos, et vicarios, pro curia ecclesiastica, pro capitulo, et archivio, quae singulis a rege juxta articulum conventionis IV. statuentur, attribuimus, ac assignamus.

De collatione praebendarum et electione dignitatum in novis erectis capitulis.

§. 18. Capitulis canonicorum, et vicariatibus, ut supra erectis, eorumque numero in singulis ecclesiis praefinito reliquum est, ut de modo, ac ratione ea componendi, tum pro hac prima vice, quam pro futuris temporibus, selectis ad hoc ecclesiasticis viris, quibus qualitates articulo X. conventionis expresse suffragentur disponamus. Et quod ad primam hanc vicem pertinet infranominandus literarum Nostrarum executor, auditis interesse habentibus, collatisque cum supradicto rege consiliis nova capitula, nec non vicarios, seu praebendatas in unaquaque ecclesia constituet, atque efformabit, idemque tam dignitates, et canonicatus, quam vicariatas, seu praebendas ex delegata apostolica auctoritate, ac nomine hujus sanctae Sedis, dignis, et idoneis ecclesiasticis viris conferet, ita tamen, ut qui de dignitatibus ab eo provisi sint, a dataria Nostra apostolica novae provisionis, et confirmationis literas infra sex menses ex tunc proximos impetrare, et expediro teneantur.

De jure nominandi ad praedictas praebendas, et dignitates.

§. 19. Pro futuro autem tempore, et successivis vacationibus reservata semper, et quandocumque Nobis, et Romanis pontificibus successoribus Nostris, praepositurae quae prima post pontificalem dignitas in duabus metropolitanis, et sex cathedralibus ecclesiis omnimoda libera collatione, Bavariae regi elargimur indultum nominandi tam ad decanatus idoneos presbyteros, quam ad canonicatus in mensibus januarii, martii, maii, julii, septembris, ac novembris vacantes dignos, et idoneos ecclesiasticos viros in sacris ordinibus constitutos; quoad vero alios sex menses archiepiscopis et episcopis jus conferendi canonicatus in mensibus februarii, junii, et octobris vacantes tribuimus; in reliquis vero mensibus aprilis, augusti, et decembris capitulo, et canonicis respectivarum ecclesiarum indultum nominandi ad vacantes canonicatus concedimus, atque impertimur. Onus tamen injungentes personis, tam ad decanatus, quam ad canonicatus in sex mensibus apostolicis vacantes a praefato rege, et in tribus praedictis mensibus a capitulis nominatis, ut ipsi decanatuum et canonicatuum praedictorum collationem, et provisionem infra sex menses ex tunc proximos ab apostolica Sede impetrare, literasque apostolicas desuper expedire teneantur.

Idem pro aliis beneficiis vel simplicibus, vel curatis.

§. 20. Quo vero ad reliqua beneficia tam parochialia, seu curata, quam simplicia, pridem ad liberam collationem antistitum antiquarum octo Bavariae ecclesiarum spectantia, eadem a futuris, et pro tempore existentibus archiepiscopis, et episcopis, libere imposterum servatis servandis personis ecclesiasticis praedicto regi gratis conferentur. Rex vero Bavariae ad ea beneficia, tam parochialia, quam curata ac simplicia praesentabit, ad quae ex legitimo jure patronatus sive per dotationem, sive per fundationem, sive per constructionem acquisito, ejus antecessores, duces, et electores praesentabant.

§. 3. Habetis consilii Nostri rationem, venerabiles fratres, ac dilecti filii: antequam vero illud opere compleamus, hac ad vos dandas esse literas judicavimus, ut unusquisque ex vobis qui in nova has dioecesium divisione interesse habet, a Nobis ipsis cognoscat quam justae et graves causae Nos ad hanc ineundam rationem induxerint, atque in eam prompto libentique animo assentiatur; eo vel magis quod persuasum esse debet vobis, in constituenda circumscriptione ipsa, fidelium commodum, et spiritualem eorum utilitatem omnino Nos propositam habituros. Minime vero dubitamus quin vos hortationi huic Nostrae, facilem sitis aurem praebituri, celerique responso vestro effecturi, ut quod concordibus animis regem inter et Nos hac de re conventum est quam citissime exequi valeamus. Interea fausta a Domino, feliciaque omnia adprecamur vobis ex corde, et apostolicam benedictionem pignus benevolentiae Nostrae peramanter impertimur.

Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem die tertia aprilis anno millesimo octingentesimo decimo octavo, pontificatus Nostri anno decimo nono.

DCCLXXXIII.

Dat. die 6 aprilis 1818 Anno XIX.

Allocutio habita in consistorio secreto super creatione trium Sanctae Romanae Ecclesiae cardinalium.

Venerabiles fratres

Ad conventionum illarum normam, quas primum cum carissimo in Christo filio Nostro Maximiliano Josepho Bavariae rege, ac deinde cum carissimo pariter in Christo filio Nostro Ferdinando regni utriusque Siciliae rege inivimus, viduatis illarum ditionum ecclesiis suos, quod felix faustumque sit, pastores hodie praeficere incipimus, ex quo, venerabiles fratres, quae proventura sint in religionem bona probe intelligitis. Neque vero non id plene senserunt praestantissimi quos nominavimus reges, propterea que suas Nostris in hanc rem curas tam incenso salutarique studio conjunxerunt.

Sed non hanc dumtaxat ob causam vos in hunc locum hodierna die congregavimus: tribus enim ordinem vestrum collegis augere Nobis proposuimus, ut et amplissimo hoc praemio eorum merita decorentur, et faustissimi istius diei sit laetitia cumulatior.

Literas quidem a spectatissimo Bavariae rege nuper accepimus, quibus initam cum sancta hac Sede conventionem commemorans, faustis sui regni eventibus faustissimum illum adnumerare se scribit, quo res ecclesiasticae in ejus regno firmiter ordinatae, et antiqua renovata sunt vincula, quibus religiosissima Bavarica natio cum hac beati Petri Sede, veritatis unitatisque catholicae centro, nectebatur. Iisdem vero literis magno se desiderio teneri significavit, ut qui praecipuam in eamdem conventionem operam contulerunt, publico Nostrae, regiaeque approbationis testimonio honestarentur. Quapropter flagitavit a Nobis ut venerabilem fratrem Casimirum episcopum Chersonesi suum apud Nos, et sanctam hanc Sedem ministrum plenipotentiarium, de cujus meritis testimonium Nobis praebet luculentissimum, ad cardinalitiam evehere dignitatem, initae conventionis gratia, vellemus. Quo has preces excepimus animo plane vos intelligitis, venerabiles fratres. Quid enim ei regi non concederemus, cui numquam satis grati esse possumus ob indefessa, praeclaraque studia, quibus, ut verum et solidum religionis bonum assequeretur, ad instaurandas componendasque tali conventione Ecclesiae res Nobiscum incubuit? Collata praeterea a memorato episcopo in conventionem illam opera, et studium ab eo, sincera ac propensa in rationes Ecclesiae voluntate, numquam intermissum ut eadem conventio feliciter ad exitum perduceretur, digna profecto Nobis videntur quae publicum ac splendidum a sancta Seda praemium consequantur.

Rumor sane quidam de eo aliquid pertulerat, quod aliquandiu Nos ancipites tenuit; suspicionem tamen illę omnem ab se propulsavit. Vix enim de suscepta suspicione illa cognovit, ad Nos venit, animique sui sensus luculenter Nobis aperuit, ac voce et scripto confirmavit Nobis omnino falsum esse quod sibi perperam impu-

tabatur. Quod autem scriptum Nobis exhibuit, ejusdem vobis etiam, venerabiles fratres, copiam fecit, typisque impressum ab eo divulgatum fuisse non ignoratis. Alacri igitur animo carissimi in Christo filii Nostri Bavariae regis obsequimur petitioni, laetamurque venerabilem fratrem Casimirum Chersonensi episcopum effecisse ut oblatam Nobis de praeclarissimo rege benemerendi occasiônem amplecti possemus.

Una vero cum episcopo Chersonesi, quem hodie S. R. E. cardinalem creamus, duos praeterea egregios viros ejusdem S. R. E. cardieales declaramus, quorum alterum in consistorio secreto diei 24 augusti anni MDCCCVII, alterum in consistorio secreto die 8 martii anni MDCCCXVI habito in pectore reservavimus. Qui quidem cum in omnium vestrum oculis diu muneribus suis functi sint, eorum merita vobis recensere supervacaneum existimamus.

Hi sunt

Franciscns Cavalchini, quem in dicto consistorio habito die 24 augusti MDCCCVII in pectore reservavimus.

Fabritius Sceberas Testaferrata archiepiscopus Beryti congregationis episcoporum et regularium secretarius, in consistorio diei 8 martii MDCCCXVI in pectore reservatus.

Casimirus Haeffelin episcopus Chersonesi.

Quid vobis videtur?

Auctoritate Omnipotentis Dei, sanctorum apostolorum Petri et Pauli, ac Nostra declaramus S. R. E. cardinales, presbyterum quidem

Fabritium Sceberas Testaferrata,

Diaconum vero

Franciscum Cavalchini.

Insuper creamus S. R. E. presbyterum cardinalem Casimirum Haeffelin.

Cum dispensationibus, derogationibus, et clausulis necessariis et opportunis. Reliquos vero quos in pectore alias reservavimus, hodie iterum reservamus, arbitrio Nostro quandocumque declarandos.

In nomine Patris ✠ et Filii ✠ et Spiritus ✠ Sancti. Amen.

DCCLXXXIV

Reintegratio montium Pietatis in universa pontificia ditione.

Dat. die 7 aprilis 1818 Anno XIX

Rmo cardinale Giuseppe Albani prefetto della Nostra congregazione de' Sgravj, e Buon Governo

Memorantur mala obventa ob dispertionem montium Pietatis

§. 1. Fra i mali, ai quali furono assoggettate le provincie del Nostro stato Ecclesiastico nelle infelici, e disastrose vicende arrecategli dall' invasione de' nemici, e dal cambiamento della costituzione, e del governo, fu certamente gravissimo quello della totale depauperazione, o mancanza de' monti di Pietà in tutti i luoghi delle stesse provincie, ne' quali esistevano. Questi monti, che tanto chiaramente dimostravano, qual fosse stata un tempo la pietà, e la religione de' Nostri maggiori, quale la loro carità verso tutti, e il loro amore per lo sovvenimento de' poveri, principale caratteristica dello spirito del cristianesimo, e quale lo zelo de' pontefici Nostri predecessori, sia nel procurarne la fondazione, sia nell' agevolare lo stabilimento de' mezzi co' quali effettuarla, sia ancora coll' assegnare, e contribuire de' capitali, onde potessero reggersi, e sostenersi; in un momento, o perderono ogni loro avere, o si ridussero in uno stato da non potersi più sostenere i pesi, e le obbligazioni assunte nella loro istituzione per le arbitrarie, ed interessate disposizioni de' nuovi loro reggitori. Intanto per la deficienza de' sussidj, che si derivavano largamente dai medesimi a vantaggio do' bisognosi, in ogni ordine di persone, infinite sono state le perdite sofferte dai particolari individui, immenso in ogni luogo il danno delle particolari famiglie, per le usure esorbitanti, e gravantissime, che han dovuto pagare agli ingordi irreligiosi sovventori dei danari nelle estremità cui erano ridotte. Mentre non avendo queste un sovventore caritatevole a cui rivolgersi, quali erano i monti di Pietà, han dovuto loro malgrado per ottenere un sussidio anche tenue, a limitato, ma necessario al momento, e nella circostanza, perdere, e sacrificare la porzione migliore de' loro averi.

Consulitur restitutioni dictorum montium.

§. 2. Sebbene nell'avventuroso, e felice cambiamento delle cose, che dee tutto ripetersi dalla infinita bontà, e misericordia di Dio, questi mali in parte siano cessati, non lo sono però ancora del tutto. E quindi abbiamo Noi vivamente sempre desiderato di potervi apprestare un rimedio efficace e sicuro, per cui venissero ad estin-

guersi, a disseccarsi nella loro sorgente. Vedevamo però le gravissime difficoltà, e gli ostacoli sommi che si frapponevano al conseguimento del bramato fine, giacchè se a questo poteva agevolmente condurre il ristabilimento de' monti di Pietà nei luoghi, nei quali esistevano, la mancanza de' mezzi onde riuscirvi in tanta depauperazione, in tanta angustia del Nostro erario, e dello stato ci lasciava incerti su quello, che si fosse potuto, o dovuto intraprendere all'oggetto. In questo frattempo il vostro zelo ci fece conoscere, che al fine del ristabilimento de' monti di Pietà si sarebbero potuti impiegare i sopravanzi delle tabelle comunitative da qualunque causa, o titolo provenienti, a forma ancora delle saggie, e provide disposizioni della sa. mem. di Clemente VIII. Nostro predecessore nella sua bolla = *Pro commissa* = dei 15 agosto MDXCII, esponendoci, che per cotal guisa non pochi di essi ben presto avrebbero potuto riaprirsi a sollievo de' poveri, e bisognosi, e in breve corso di anni tutti avrebbero ricuperata l'antica loro floridezza. Non potemmo in seguito non essere ancor Noi investiti della stessa fiducia, specialmente per la cognizione che abbiamo del vostro zelo, e dell'impegno che nutrite per lo benessere delle comuni tutte del Nostro stato affidate alla vostra direzione come prefetto della Nostra congregazione de' Sgravj, e Buon Governo; e quindi volendo per quanto da Noi si può accorrere ai bisogni de' Nostri ben amati, e fedeli sudditi, e specialmente al sollievo de' poveri, di Nostro moto proprio, certa scienza, e pienezza della Nostra potestà, siamo venuti nella determinazione di affidarvi anche come prefetto della stessa Nostra congregazione del Buon Governo per ora, e fino a nuove disposizioni, che ci riserbiamo di comunicarvi in tempo opportuno, la cura del ristabilimento, ed apertura de' monti di Pietà in tutti i luoghi dello stato ne' quali si trovavano, da qualunque persona, società, o corpo dipendenti, ancorchè dagli ordinarj de' luoghi istessi, autorizzandovi per tal fine a porvi di concerto, ed intelligenza cogli stessi ordinarj, o con altri cui fia d'uopo, che vi dirigiate per avere una relazione esatta dello stato attuale in cui si trovano i monti di Pietà, de' loro capitali, e de' mezzi de' quali si può disporre, delle leggi, e dei sistemi, co' quali era diretta la loro amministrazione, onde possiate occuparvi del ristabilimento di un sistema, per quanto sarà possibile uniforme, e col quale in avvenire si provegga al buon' andamento della particolari amministrazioni, e si corrisponda stabilmento al fine, per cui vengono ad essere ristabilite.

§. 3. Dichiariamo però, che qualunque sistema, o determinazione da prendersi come sopra, sia in particolare per qualche luogo, sia per tutti in generale, all'effetto della sua piena osservanza debba prima da Noi riportare la Nostra sovrana approvazione, e che per questa Nostra temporanea, e provisoria disposizione, diretta solo ad ottenere il fine, che ci siamo proposti, non s' intende mai in minima parte leso il diritto degli ordinarj ne' luoghi ne' quali loro si appartiene, o di qualunque corpo, o società, essendo Nostra precisa intenzione, e mente di lasciare unicamente in sospeso a questi l' esercizio dei loro diritti, finchè si ottenga l' intento della nuova sistemazione, ed attivazione de' monti, e di ridonarli poi integralmente con quelle sole modificazioni, e dichiarazioni, che sembrerà a Noi di fare, e di prescrivere per lo bene maggiore delle popolazioni, e per lo migliore andamento delle varie amministrazioni. Seguendo Noi pertanto le traccie della sa. me. di Clemente VIII. Nostro predecessore nella bolla sopraccitata, vi autorizziamo di applicare in sollievo, ed aumento de' monti di Pietà o in tutto o in parte i sopravanzi risultanti dalle amministrazioni comunitative, e dai prodotti delle loro tabelle, per la di cui assicurazione, e percezione vi accordiamo le facoltà tutte necessarie, ed opportune, onde possiate stabilir quel metodo e quelle regole, che si riconosceranno da voi più convenienti, e più adattate al fine divisato. Reservatur apostolica approbatio.

§. 4. Volendo, e decretando, che al presente Nostro chirografo non possa mai opporsi di orrezione, o surrezione, o di altro vizio, o difetto della Nostra volontà, ed intenzione, ma abbia, a debba aver sempre il suo pieno effetto, esecuzione, a vigore con la semplice Nostra sottoscrizione, benchè non ammesso, nè registrato in camera, togliendo ad ogni giudice, a tribunale anche collegiato la facoltà di diversamente giudicare, definire, ed interpretare, dichiarando fin d' adesso nullo, ed invalido quanto si giudicasse, o definissa in contrario, ancorchè non fossero stati chiamati, sentiti, o citati quelli che mai pretendessero avervi interesse, non ostante la Bolla di Pio IV *de registrandis*, le regole della Nostra cancelleria *de jure quaesito non tollendo*, e non ostante qualunque altra costituzione ed ordinazione apostolica, e Nostra, leggi, statuti, riforme, stilj, usi, e consuetudini, e qualsivoglia altra cosa, che facesse, o potesse fare in contrario, alle quali tutte, e singole, avendo- Clausulae salutares, et irritantes.

ne quì il tenore per espresso, e di parola inserito, per questa volta sola, e per l'effetto delle cose premesse amplamente deroghiamo. Dato dal Nostro palazzo apostolico al Quirinale questo di 7 aprile MDCCCXVIII.

PIUS PP. VII.

DCCLXXXV

Dat. die 10 aprilis 1818 Anno XIX.

Imminutio festorum in dioecesibus citra, et trans Pharum regni utriusque Siciliae.

Venerabilibus fratribus archiepiscopis et episcopis, ac dilectis filiis ordinariis, et capitulis ecclesiarum vacantium regni utriusque Siciliae.

Pius Papa VII.

Venerabiles fratres ac dilecti filii, Salutem et apostolicam benedictionem.

Ratio concessionis.

§. 1. Paternae charitati, qua Christifideles omnes in Domino complectimur, illud maxime consentaneum videtur, ut dum spirituali populorum utilitati prospicimus, temporalibus eorum necessitatibus opportune, ac salubriter pro temporum, ac locorum ratione providere non recusemus. His igitur de causis propenso excepimus animo preces carissimi in Christo filii Nostri Ferdinandi regni utriusque Siciliae regis illustris, qui cum a dierum festorum, summa licet sapientia, et magna cum animarum utilitate jam in Ecclesia institutorum, in suis citra, et trans Pharum ditionibus numero sensim tractu temporis adaucto, non levia incommoda quoad subditorum suorum temporalia negotia, praesentium temporum inopia, prodire videat, eis pro suo in subjectos sibi populos studio consulere cupiens, a Nobis flagitavit, ut eosdem a nonnullorum festorum dierum praecepto solutos omnino esse, iisque diebus laboriosis exercitationibus, servilibusque operibus vacare posse, apostolica auctoritate Nostra, indulgeamus. Itaque ejusdem regis votis, quantum in Domino possumus obsequi, ac populorum necessitatibus, et conscientiae consulere volentes, vobis, venerabiles fratres ac dilecti filii, committimus, et mandamus, ut in praefatis ditionibus, unusquisque in sua dioecesi, novam hanc da festis diebus, ac de vigiliis observandis legem, in quam maturo consilio, ac perpensis omnibus descendimus, auctoritate Nostra apostolica enunciet, ac edicat.

Declaratio festorum servatorum.

§. 2. Retineantur nempe, praeter universos dies dominicos per annum, festa sequentia, videlicet Circumcisionis Domini Nostri Iesu Christi, Epiphaniae Domini, Purificationis bmae virginis Mariae, Annunciationis ejusdem bmae virginis, s. Ioseph patriarchae, Ascensionis Domini in coelum, solemnitas Corporis Domini, festum s. Ioannis Baptistae, sanctorum apostolorum Petri et Pauli, Assumptionis beatae Mariae virginis in coelum, Nativitatis Domini Nostri Iesu Christi. Pro urbe vero Neapolis tantum retineantur festa s. Ianuarii, et Antonii de Padua, ac pro urbe Panormi festum s. Rosaliae virginis. Festa autem patronorum principalium singularum civitatum, oppidorum, et locorum, quibus adjunctum sit praeceptum abstinendi ab operibus servilibus transferantur cum respectiva officiorum, et missarum celebratione ad proximum diem dominicum, eoque impedito ad diem dominicum proxime sequentem. In praedictis igitur omnibus festis diebus, pro veteri Ecclesiae Catholicae instituto christifideles sacris adesse, et a servilibus operibus abstinere omnino debebunt.

De observantia jejunii.

§. 3. Lex autem jejunii in ditionibus citra et trans Pharum, praeter quadragesimam, et quatuor anni tempora observabitur in vigiliis Pentecostes, s. Ioannis Baptistae, sanctorum apostolorum Petri et Pauli, Assumptionis bmae virginis Mariae, festi Omnium Sanctorum, Nativitatis Domini Nostri Iesu Christi; et in universa parte regni trans Pharum in vigilia Conceptionis b. Mariae virginis. In reliquis vero festis supra non recensitis, non solam laboriosas artium exercitationes, et servilia opera permittimus, et indulgemus, sed insuper eosdem christifideles ab obligatione audiendi missam in praedictis festis, et in diebus praecedentibus seu vigiliis jejunandi (dummodo aliunde vel ratione quadragesimae, vel ratione quatuor temporum jejunium non praecipiatur) da apostolicae benignitatis dispensatione absolvimus, et liberamus.

Consulitur venerationi sanctorum.

§. 4. Sed quoniam dum populorum conscientiae consulimus, et eorum qui in sudore vultus sui panem comedunt indigentiae providemus, sanctorum venerationem, et salutarem christifidelium poenitentiam minuere non intendimus, ideo sanctorum, ac solemnitatum officia, et missas, tam in iisdem abrogatis festis, quam in eorum vigiliis retineri, et sicut prius in quacumque ecclesia celebrari mandamus. Sacrum vero jejunium, quod in praedictis vigiliis, et aliis pariter per praesentem abrogatis, habebatur, in singulas ferias sextas, et sabatha sacri adventus

transferendum, ibidemque quotannis servandum edicimus, et constituimus.

Idem ut supra.

§. 5. Ut autem non solum clerici, et divites homines saeculares, qui etiam diebus non festivis sacrosancto missae sacrificio, ac divinis officiis, quod vehementer cupimus adesse possunt, sed etiam ii qui rusticis detenti laboribus ecclesias diebus tantum festis adeunt, sanctorum apostolorum, ac martyrum, quorum solemnitates superius abrogavimus, memoriam servent, ac venerentur, volumus, ac praecipimus, ut die vicesimanona junii ultra praecipuam sanctorum Petri et Pauli solemnitatem, etiam aliorum apostolorum, et martyrum memoria celebretur. Quare die vicesimanona junii in calendariis ecclesiasticis ita festum inscribendum erit – Sanctorum Petri et Pauli, et commemoratio omnium sanctorum apostolorum, ac sanctorum martyrum - ac tam in officio, quam in missa addentur commemorationes de communi apostolorum, et de communi plurimorum martyrum.

Monitum ad episcopos.

§. 6. Haec Nos venerabiles fratres, ac dilecti filii, non minus spiritualem, quam temporalem populorum istorum utilitatem intuentes sancienda esse judicavimus. Plurimum vero in sollicitudine, ac pastorali vigilantia vestra confidimus, vos sedulitate, studioque vestro effecturos, ne quid e divino cultu detractum videri possit, sed quo minor festorum dierum factus est numerus, eo major sit in populorum animis pietatis fervor, ac devotio. Proinde vehementer cupimus, et in Domino vos hortamur, venerabiles fratres ac dilecti filii, ut populos spirituali curae vestrae commissos diligenter edoceatis curetis, quae ad justam legitimamque dierum festorum celebrationem pertinent, quo ardore, quaque spiritus humilitate adstare sanctissimo altaris sacrificio, quo studio, qua frequentia divinis officiis, sacris concionibus, et christianae doctrinae institutionibus interesse debeant, et diligentissimam detis operam, ne per eos dies christifidelium corda crapula, et ebrietate, et saecularibus cogitationibus graventur. Quae omnia a pastorali sollicitudine vestra Nobis maxime pollicentes in pontificiae charitatis pignus apostolicam benedictionem vobis, venerabiles fratres ac dilecti filii, vestraeque fidei commissis populis peramanter impertimur.

Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die decima aprilis millesimo octingentesimo decimo octavo, pontificatus Nostri anno decimonono.

DCCLXXXVI

Nova dioecesum ordinatio in finibus Venetorum.

Dat. die 1. maii 1818 Anno XIX.

Pius episcopus

Servus servorum Dei

Ad perpetuam rei memoriam

Proemium.

§. 1. De salute Dominici gregis curae Nostrae divinitus commissi studio paternae charitatis solliciti, canonum rigorem temperare, ubi graviorum causarum necessitas praesertim in tanta communium temporum inclinatione postularit, eaque ex tradita Nobis auctoritate decernere adigimur, quae ad praecavenda mala deteriora noverimus ex rei et sacrae, et publicae conditione reduadare. Hinc Romanorum pontificum praedecessorum Nostrorum vestigiis inhaerentes ecclesiarum quarumdam statum, dioeceses, praerogativas, subjectionemque prout post nuperrimam rerum conversionem expedire magis in Domino visum est, immutare, moderari, constituere pro locorum varietate, ac peculiarium factorum complexione non abnuimus. Haec a Nobis pro ecclesiis, quae in Venetorum finibus suo in praesens subsunt imperio impense efflagitavit carissimus in Christo filius Noster Franciscus Austriae imperator, ut certas quasdam commutationes, quas earumdem ecclesiarum rationes, vicinitas, confinia, aliaque causarum momenta videbantur exposcere, apostolica vellemus auctoritate praefinire.

Expositio precum porrectarum ab imperatore.

§. 2. Referebatur siquidem binas episcopales ecclesias Caprularum, et Turcellanam, eo esse loci, ut ob coeli gravitatem morari ibidem haud solerent antistites, qui Venetiis, ut plurimum, degebant: sacrorum propterea administros perpaucos esse, eosque fortuna egentes: squallere inopia canonicorum collegia, eosque nonnisi ex pensione ab aerario tributa vectitare: chorales proinde functiones festis dumtaxat diebus vel nullo, vel miserabili sane apparatu haberi: grandem vero esse incolarum egestatem quorum mille, ac bis centum Caprularum dioecesis percenset, ac vix quindecim mille Torcellana: eam idcirco earumdem ecclesiarum esse conditionem, ut nequaquam episcopatus honorem posse ibidem sustineri pro dignitate palam sit: ideoque rogabamur, ut eas perpetuo supprimeremus, ac patriarchali Venetiarum ecclesiae attribueremus.

§. 3. Exponebatur insuper, binas alias Idem ut supra.

episcopales ecclesias, Bellunensem videlicet sub invocatione sancti Martini episcopi, at Feltrensem sub invocatione sancti Petri apostolorum principis multis licet nominibus commendatas, tenui tamen potiri patrimonio, et ex temporum quae nacti sumus asperitate plura, et gravia cepisse detrimenta: talem vero esse earumdem ambitum, et vicinitatem, ut ab uno possint apprime regi pastore; illas propterea saeculo XIII ineunte ex auctoritate felicis recordationis Innocentii III. praedecessoris Nostri insimul unitas fuisse; atque in eumdem modum ad annos fere biscentum sexaginta ipsas fuisse ab uno episcopo procuratas, donec a Pio II. pontifice iis iterum sejunctis suus cuique fuit datus antistes. Quae cum ita sint petebatur, ut certis quibusdam legibus vellemus eas aeque principaliter unire, servata cuilibet cathedralis ecclesiae dignitate, ac natura. Illud praeterea animadvertebatur, extinctis Caprularum, et Torcelli episcopatibus Clodiensem ecclesiam unice superesse patriarchatus Venetiarum suffraganeam; enixius idcirco efflagitabatur, ut translato in ipsum ab Utinensi ecclesia jure metropolitico, splendori ejusdem, ac praeeminentiae consuleretur, attributis eidem in suffraganeas tum ipsa Utinensi ecclesia in simplicem episcopalem redigenda, tum caeteris, quae archiepiscopatui Utinensi subsunt, tum demum et Adriensi a Ravennatensi archiepiscopatu sejungenda.

Idem ut supra.

§. 4. Complures denique cum extent paroeciae a suorum episcoporum sede quam maxime remotae, quas ex locorum longinquitate, atque itinerum difficultatibus minus commode, neque ea qua par est animarum utilitate, neque opportuno regiminis sistemate geri posse dignoscitur, eas propinquioribus episcopis attribuere, atque pro locorum positione adjungere deposcebamur, ut ita nova decreta dioecesium per eas regiones constitutione, rebusque sacris ibidem apte, atque feliciter ordinatis fidelis populi utilitati, et commodo prospiceretur.

Preces excipere velle pontifex declarat.

§. 5. Re igitur universa in consultationem deducta, omnique rite perpensa causarum, quae de tanto negotio proponebantur, vi, ac natura, nec non auditis omnibus quorum intererat; statui ecclesiarum in Venetis finibus existentium modo, et forma per hasce apostolicas literas sanciendis, duximus in Domino providere.

Suppressio ecclesiarum, et capitulorum Caprulae, et Torcelli.

§. 6. Itaque ex certa scientia, ac matura deliberatione Nostris, deque apostolicae potestatis plenitudine, in civitate, et ecclesia Caprularum, itemque in civitate, et ecclesia Torcelli, quae modo suis sunt destitutae pastoribus, episcopalem cathedram, sedem, titulum, atque omne episcopale jus iisdem ecclesiis, et sedibus hactenus adnexum, nec non earumdem capitula, dignitates, canonicatus, atque praebendas penitus, omnino, ac perpetue supprimimus, et extinguimus; earumque dioeceses, animasque Christifidelium in locis earumdem episcopatuum regimini subjectis degentium, ecclesiasque, paroecias, sodalitates, ac loca quaelibet pia inibi extantia patriarchali ecclesiae Venetiarum integre, ac perpetuo tribuimus, assignamus, atque supponimus.

Eisdem ecclesiis conservatur qualitas parochialitatis

§. 7. Eas vero binas ecclesias cathedralitatis dignitate ab iis per praesentes adempta parochialitatis naturam, et statum conservare praecipimus, quas per idoneos presbyteros juxta canonum statuta adsciscendos volumus administrari, proviso ex earumdem bonis pro stabili, ac tuta earumdem dotatione in divini cultus, et ministrorum tuitionem, nec non ut juxta ipsius Francisci imperatoris pollicitationes canonicis, praebendatis, aliisque beneficiariis ex capitulis mox extinctis congrua pensio quoad vixerint a publico aerario persolvatur.

Bona dictarum ecclesiarum applicantur patriarchatui Venetiarum.

§. 8. Porro eidem Venetiarum patriarchatui bona, ac redditus quoslibet dictarum sedium attribui mandamus ea lege, ut patriarcha pro tempore existens in Caprularum, et Torcelli civitatibus vicarium foraneum constituat, amplioribus praeter morem facultatibus donatum, in utiliorem, promptioremque fidelis populi procurationem, cui ex viarum natura, et ex lacunosa vicinitate aditus patet ad antistitem difficilior, tum etiam, ut ejusdem patriarchatus impensis alatur alter coadjutor curatus, qui archipresbytero Caprularum, et alteri cappellano coadjutori jamdiu ibidem existenti ad sustinenda felicius parochialia munera operam praestet juxta sacrorum canonum, et synodalium decretorum instituta: tum demum ut stata quaedam pensio ab eodem patriarcha seminario patriarchali in annos singulos persolvatur, ut tres ex suppressis dioecesibus adolescentes gratuito ibidem religioni, et sacris disciplinis apprime instituantur.

Redintegrationi non nullarum paroeciarum consulitur.

§. 9. Cum vero Nobis compertum sit in ambitu dioecesis Torcellanae parvas aliquas insulas extare, quibus haud ita pridem propriae ademptae fuerunt paroeciae, mandamus venerabili fratri Francisco Mariae Venetiarum patriarchae, ut omnino curet restitui ibidem juxta ipsius Francisci imperatoris pientissimam promissionem paroecias, easque congrua, et apta dote fulciri.

Unio ecclesiarum Bellunensis, et Feltrensis.

§. 10. Eadem vero apostolicae auctoritatis plenitudine, binas episcopales ecclesias Bellunensem, et Feltrensem, quae in praesens vacant, insimul aeque principaliter perpetuo unimus, ita ut in posterum ab uno eaedem administrentur episcopo, eaeque uti cathedrales sint, et agnosci debeant, neque una alteri sit obnoxia, sed ambae sint independenter, ac aeque principaliter consociatae, earumque episcopus utrique ecclesiae hujusmodi praesit, et Bellunensis, ac Feltrensis episcopus censeatur, et sit, praenominationem suscipiens ab actuum definiendorum pertinentia, et si quando communes ii sint e loco dioecesis in quo moratur, servata quoad praenominationem in ipsius provisione mutua quadam, et alterna vicissitudine, adeo ut qui primus ad eas cathedras moderandas adlegatur, Bellunensis, et Feltrensis episcopus nuncupari debeat; qui vero post illum secundo loco earum ecclesiarum antistes electus fuerit Feltrensis, ac Bellunensis episcopus nominetur. Possessionem vero capiant promovendi in utraque cathedrali ecclesia, in iisque residentiam eqaliter pro annis singulis distribuant, duosque vicarios generales in spiritualibus, atque synodales examinatores pro singulis dioecesibus adsciscant. Tempore etiam vacationis sedis episcopalis utraque capitula suum vicarium capitularem eligant ad canonum statuta: cunctaque de sedibus aeque principaliter, atque independenter unitis per sacros canones, ac per praedecessores Nostros decreta accurate, diligenter apprime serventur.

Distributio bonorum ad praedictas ecclesias pertinentium.

§. 11. Bona autem, quibus earum ecclesiarum patrimonium constat, assignamus, ac tribuimus episcopali mensae, ita nimirum, ut tanta ex iis portio secernatur e qua redditus annalis librarum quindecim mille liber ab oneribus eidem obveniat, reliquis in seminarii Feltrensis commodum collatis, quod et Bellunensis titulum suscipiet, donec Belluni proprium seminarium ad Tridentinas praescriptiones restitui, atque iis, quae necessaria sunt, institui possit pro tempore, et copia.

Archiepiscopatum Utinensem supprimitur, et metropoliticam illius jus patriarchatui Venetiarum confertur.

§. 12. Item apostolicae potestatis plenitudine postulationibus ejusdem Francisci imperatoris pontificia benignitate annuentes, illustrique ecclesiae Venetiarum ubi sommi pontificatus honorem humilitati Nostrae ex divina miseratione delatum suscepimus, opportune consulentes, archiepiscopalem cathedram, dignitatem, ac titulum in Utinensi ecclesia, quae nunc vacat, nihil prorsus quoad ejusdem capitulum innovantes penitus omnino, ac perpetuo supprimimus, et extinguimus, eamdemque ecclesiam ad simplicis episcopalis cathedrae statum revocamus, ac de novo constituimus, atque omnia, et singula metropolitica jura, praerogativas, ac privilegia eidem Utinensi metropolitanae legitime spectantia, plene, atque integre in futurum transferimus, et perpetuo adjicimus in patriarchalem ecclesiam Venetiarum, cui proinde praeter Clodiensem novas suffraganeas ecclesias assignamus Utinensem, Patavinam, Veronensem, Vicentinam, Tarvisinam, Concordiensem, Cenetensem, et Bellunensem, ac Feltrensem. Alias vero ecclesias Oenoniensem, Istinopolitanam, Parentinam, et Polonam, quae pari modo suffraganeatus lege mox dictae ecclesiae Utinensi suberant, eidem patriarchatui Venetiarum ad Nostrum, et Sedis apostolicae beneplacitum subjicimus, et supponimus, reservantes Nobis, ac summis pontificibus successoribus Nostris facultatem de illis aliter libere, et absque ullius novi consensus concursu decernendi pront magis in Dei gloriam conferre visum fuerit.

Ecclesia Adriensis a subjectione archiepiscopi Ravennatensis eximitur, subjiciturque metropolitico juri ejusdem ecclesiae Venetiarum.

§. 13. Ab omni praeterea metropolitica subjectione erga archiepiscopalem Ravennatensem ecclesiam eximimus, ac liberamus episcopalem ecclesiam Adriensem, quam pariter metropolitico juri ejusdem patriarchalis ecclesiae Venetiarum perpetuo subjicimus, atque supponimus.

Suppressio abbatiae in civitate Asulana, et divisio illius territorii favore ecclesiarum Mantuanae, et Brixiensis.

§. 14. Insuper ecclesiam abbatialem sub titulo beatae Mariae virginis in coelum assumptae, et sancti Petri apostoli in civitate Asulana Nullius dioecesis proprium separatum territorium habentem, quod praeter dictam abbatialem decem parochiales ecclesias complectitur, apostolica jampridem auctoritate concessam venerabili fratri Friderico moderno episcopo Adriensi, qui usque ad praesens eidem in spiritualibus praefuit, tenore praesentium supprimimus, ac perpetuo extinguimus, illiusque titulum abbatialem penitus abrogamus, praedictamque civitatem Asulanam cum in ea existente paroecia sancti Andreae apostoli, proviso sufficienti dotationi pro divini cultus in eadem antea abbatiali ecclesia exercitio, in cujus civitatis moderni, et pro tempore existentis parochi commodum cedere debeat palatium ibidem situm, ac pridem abbatibus assignatum, aliasque septem paroecias, seu loca nimirum sanctae Annae di Garzoli, sanctae Margaritae Castri novi, sancti Petri Barchii, sancti Stephani Casalmeuri, sancti Laurentii Casalpolii, sancti Benedicti Aquae frigidae, et beatae Mariae virginis, et sancti Emiliani Casaloldi, ecclesiae, seu dioecesi Mantuanae perpetuo adjungimus, et incorporamus;

superextantes vero binas paroecias, seu loca videlicet Ramedelli superioris, et Ramedelli inferioris, episcopatui, et dioecesi Brixiensi perpetuo similiter attribuimus, et assignamus.

Distributio aliarum paroeciarum magis consentanea viciniati locorum.

§. 15. Ut demum ex locorum vicinitate, ac faciliori ad proprios episcopos aditu promptiori cura, aptioribusque remediis fidelium necessitatibus occurratur, eadem apostolica auctoritate novam, et magis ex rei sacrae rationibus accommodatam nonnullarum paroeciarum distributionem sanciendam ducimus. Quare in eum finem paroeciam sanctorum Hermagorae, et Fortunati de Grado, quam a patriarchali Venetiarum dioecesi sejungimus, Goritiensi dioecesi attribuimus: paroeciam sancti Joannis Baptistae de Latisana, quam ab eadem Venetiarum dioecesi secernimus, Utinensi dioecesi adjungimus: paroecias denique sancti Virdomiani, sancti Martini de Bibano, sancti Laurentii de Pianzano, sancti Petri de Zoppetto, sancti Joannis Baptistae s. Floris superioris, at sanctae Justinae sancti Floris inferioris, quas pariter a jurisdictione patriarchae Venetiarum eximimus, dioecesi Cenetensi perpetuo aggregamus.

Idem ut supra.

§. 16. Item paroecias, seu loca de Castro Aviani, de Sesto, de Corbolone, de Bando de Saletto, de Cimolais, de Claut, de Erto, de Sbrozavacca vulgo Torrate, quas e dioecesi Utinensi sejungimus episcopatui Concordiensi subjicimus. Insuper paroecias, seu loca, s. Cassiani del Meschio, Ceneva, Rugolo, sancti Stephani de Pinidello, de Castro Roganzuolo, Godega, Orsago, santo Polo, quas a dioecesi Utinensi pariter secernimus, dioecesi Cenetensi omnino tribuimus. Deinde ecclesiae Tarvisinae subjicimus paroeciam de Moniego quam idcirco ab Utinensi eximimus. Tandem paroecias, de Belvedere, de Bergona, de Brazzano, de Campolongo, de Muscolis, de Perteole, de Pradizziolo, de Scodovacca, de Strasoldo, de Montalcane, de s. Canciano, de s. Pietro de Lisonzio, et de Ronchi de Monfalcone, nec non filiales quas dicunt curatias, de Lonch, de Vencò, de Ruttars, de Cavenzano, de Saciletto, de Alture, de Mortesins, de Collobrida, de Lonzano, de Mernico, de Scrio, do Sinico, de Nebola, de Viscone, de Revidischia, de Ariis, de Villoraspa, de Bistrigna; da Begliano, de Pieriis, de Isola Morosini, de Fogliano, de Juniaco, de Cassegliano, de Polazzo, de Bedipuglia, de s. Zanut, de Staranzano, de Vesmegliano, de s. Polo, de Solleschiano, de Setz, de Dobbia, et nuncupatum sanctuarium di Barbana, quas singulas ab eadem Utinensi dioecesi sejungimus, Goritiensi episcopatui supponimus.

Idem ut supra

§. 17. Item dioecesi Vicentinae perpetuo aggregamus paroecias, seu loca, Triola, Sclavonum, Bregantiae, Masonum, Villaraspae, Planitiae s. Christophori, Planitiae s. Laurentii, Mulvena, Marostica, et Novae, quas idcirco a Patavina dioecesi dividimus.

Item a Veronensi dioecesi secernimus paroeciam sanctae Mariae de Cinto, eamque dioecesi Patavinae tribuimus.

Item a Vicentina dioecesi sejungimus paroecias, seu loca, Villa Comitis, s. Annae Maurocena, Onaria, Cittadella, Rossan, de Luteo, et de Selvatiano, easque Patavinae ecclesiae assignamus.

Item a Concordiensi dioecesi dividimus paroeciam de Turrita, eamque Utinensi ecclesiae supponimus.

Item a Belluneusi dioecesi secernimus paroecias de Mussolente, et de Casonibus in territorio Acelli, easque dioecesi Tarvisinae aggregamus.

Item a Feltrensi dioecesi sejungimus paroeciam de Primolano, eamque dioecesi Patavinae assignamus.

Item a dioecesi Adriensi secernimus paraeciam de Barbona, eamque ecclesiae Patavinae subjicimus: paroecias etiam sex, quibus Adriensis ecclesia potitur in regione citra Padum in vicinitate dioecesis Ferrariensis, ab eadem Adriensi dioecesi secernimus, easque Ferrariensi archiepiscopatui addicimus.

Item a dioecesi Goritiensi sejungimus paroecias seu loca Driolassa, Precinico, Rivarotta, Campomolle, Flambruzzo, Gorpetto, Gonay, Ontagnano, Zuino, et Carlino; nec non filiales curatias vocitatas, Tiziano, Gradiscutta, Gorizizza, s. Giorgio, Falmico, Faulisi, s. Gervaso, et Casino: easque omnes, et singulas dioecesi Utinensi attribuimus.

Tandem a dioecesi Ravennatensi sejungimus paroecias, seu loca, Crispini, et s. Appollinaris; nec non a dioecesi Ferrariensi binas alias paroecias de Fiesso, et Pissatolce: easque dioecesi Adriensi perpetuo attribuimus.

Declaratio specialis.

§. 18. Illud vero expresse declaramus ex nova hisce Nostris literis sancita paroeciarum distributione, nihil omnino detrimenti inferendum esse in episcopalem censum, quem intra earum fines episcopi habuerint, e quorum regimine easdem sejunximus, quos in eorumdem bonorum possessione plane tuendos, conservandosque esse mandamus.

Deputatio executoris apostolici

§. 19. Quocirca venerabili fratri Josepho Mariae episcopo Clodiensi, quem exequutorem praesentium literarum apo-

stolicarum eligimus, ac deputamus ad hoc, ut pro supradictarum ecclesiarum episcopalium suppressione, et respectiva unione, nec non pro translatione metropolitici juris ab Utinensi in patriarchalem ecclesiam Venetiarum, et pro suffraganearum assignatione, ac demum pro praefatarum paroeciarum distributione, ceterisque aliis in hisce Nostris literis contentis, atque statutis omnia, et singula, quae opus esse dignoverit etiam per ecclesiasticas personas ad peculiares actus ab eo specialiter subdelegandas gerere, facere, disponere, ac ordinare libere, ac licite possit, et valeat necessarias omnes, et opportunas facultates concedimus, et impertimur.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 20. Praesentes autem literas, et ie eis contenta atque statuta quaecumque etiam ex eo quod quilibet in praemissis, seu in eorum aliquo jus, aut interesse habentes, seu habere praetendentes non vocati, vel non satis auditi fuerint, aut illis forsan non consenserint, nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, vel intentionis Nostrae, seu quovis alio quantumvis substantiali, et inexcogitato defectu, notari, impugnari, aut alias infringi, suspendi, vel in controversiam vocari, aut aliud quodcumque juris, vel facti remedium impetrari minime posse, sed illas semper, et perpetuo firmas, et efficaces existere et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, atque ab omnibus ad quos nunc spectat, et pro tempore spectabit quomodolibet in futurum perpetuo, ac inviolabiliter observari debere, et si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, irritum, et inane decernimus.

Derogatio contrariorum.

§. 21. Non obstantibus de jure quaesito non tollendo, de suppressionibus committendis ad partes vocatis quorum interest, ac variis Nostris, et cancellariae apostolicae regulis, nec non supradictarum ecclesiarum etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et concessionibus quantumvis specificis, et individua mentione dignis, omnibusque et singulis epostolicis, ac in synodalibus quoque, provincialibus, et universalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, ac praesertim binis sanctae memoriae Benedicti XIV praedecessoris Nostri literis sub plumbo expeditis una videlicet pridie nonas julii anno Domini millesimo septingentesimo quinquagesimo primo incipien = *Injuncta Nobis* = atque altera decimo quarto kalendas maii anno Domini millesimo septingentesimo quinquagesimo secundo cujus initium = *Sacrosancta* = quibus omnibus, et singulis, earumque totis tenoribus, et formis etiamsi specialis, specifica, et individua mentio, seu quaevis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, vel illorum tenores ac si de verbo ad verbum inserti forent praesentibus pro expressis habentes ad praemissorum omnium, et singulorum effectum latissime, et plenissime, ac specialiter, et expresse derogamus, et derogatum esse volumus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Fides habenda transumptis.

§. 22. Volumus pariter, ut earumdem praesentium transumptis etiam impressis, manu tamen alicujus notarii publici subscriptis, et sigillo personae in ecclesiastica dignitate constitutae munitis eadem prorsus fides ubique adhibeatur, quae ipsis praesentibus adhiberetur si forent exhibitae, vel ostensae.

Sanctio poenalis.

§. 23. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam Nostrae suppressionis, extinctionis, annullationis, dismembrationis, divisionis, applicationis, unionis, subjectionis, circumscriptionis, attributionis, assignationis, statuti, commissionis, mandati, decreti, derogationis, ac voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire; si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum.

Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem anno incarnationis Dominicae millesimo octingentesimo decimo octavo, kalendis maii, pontificatus Nostri anno decimo nono.

DCCLXXXVII

Nova dioecesum distributio in provinciis Tyrolensi, et Vorarlbergensi.

Dat. die 2 Maii 1818 Anno XIX.

Pius episcopus

Servus servorum Dei.

Ad perpetuam rei memoriam

Prooemium.

§. 1. Ex imposito Nobis divinitus pastoralis sollicitudinis officio illa adigimur omni contentione procurare, quae nuperrimorum discriminum sublata congerie, ad rem sacram pro temporum ratione restituendam, ordinandamque, Deo juvante conducant.

Expositio precum.

§. 2. Cum carissimus in Christo filius

Noster Franciscus Austriae imperator in votis sibi esse detulerit, ut in Tyrolensi, ac Vomlbergensi provinciis, quae in ipsius dominatione sunt novus ecclesiarum status apostolica Nostra auctoritate post tantam rerum conversionem praefiniretur, ac tribus proinde universa ea regio contineretur dioecesibus, Salisburgensi nimirum, Tridentina, et Brixinensi cum vicariatu Faldkirkii constituendo, et commodior, aptiorque paroeciarum distributio pro iisdem dioecesibus designaretur rem omnem mature, accurateque perpendendam suscepimus, ut ea quae ex delatis postulationibus expedire magis in Domino dignovissemus opportune decerneremus.

De numero dioecesum erigendarum.

§. 3. Animadvertimus tamen in primis eam esse regionum illarum magnitudinem ut nisi quarta saltem dioecesis constabiliretur, minus apto pro spirituali earumdem procuratione consultum foret. Faldkirkii proinde, quod sepulchro s. Fidelis a Sigmaringa martyris invicti maxime celebratur, ac prae caeteris illius vicinitatis oppidis aedium sacrarum splendore, incolarum frequentia, civium cultu, locique amoenitate commendatur, quartam episcopalem sedem constituendam esse conspeximus, centum ex Vomlbergio paroeciis eidem pro dioecesi attributis. Quod ut posset executioni mandari, negocium cum eodem Francisco imperatore composuimus, qui cuncta in id necessaria sese ubi primum posset collaturum fore pollicitus est.

De jure aliis episcopis quaesito tollendo.

§. 4. Novimus quidem ex nova paroeciarum distributione aliquid detrimenti actualibus nonnullarum dioecesum episcopis illatum iri; ast probe agnoscentes antistites ipsos eo esse animo, ut sibi, juxta sancti Leonis monitum, non credant ablatum, quod fratribus viderint esse concessum, detrimenti illius ratio minime Nos ab iis opportune compellandis morari potuit.

De assensu omnium interesse habentium.

§. 5. Iis igitur omnibus auditis, quorum intererat, novum earum dioecesium statum pro locorum vicinitate, pro oppidorum frequentia, pro rei demum universae complexione duximus constabilire, quem precibus ejusdem Francisci imperatoris inclinati, Nostris hisce literis volumus pontificiae auctoritatis munimine roborare, decreturi per alias apostolicas literas, quidquid pro earumdem ecclesiarum, capitulorum, et seminariorum tuitione, ac dotatione in bonis stabilibus, nec non pro earum juribus, et praeeminentiis expedire cognoverimus.

De inclusione dioecesum in provinciis Tyrolensi, et Vomlbergensi.

§. 6. De certa itaque scientia, ac matura deliberatione Nostris, deque apostolicae potestatis plenitudine dioeceses Salisburgensem, Tridentinam, et Brixinensem intra memoratas Tyrolensi et Vomlbergensi provincias paroeciis, quas infra disignamus constare in posterum decernimus, ac jubemus, praevia earumdem paroeciarum dismembratione a dioecesibus ad quas in praesens spectant, quatenus in praesenti earum distributione alteri dioecesi adjungendas censeamus.

Descriptio dioecesis Salisburgensis.

§. 7. Nimirum Salisburgensem ecclesiam suo in praesens destitutam pastore intra provinciae Tyrolensis limites praeter paroecias, seu loca s. Josephi in Itter, beatae Mariae virginis Assumptae in Ebbs, sancti Joannis Baptistae in Walcksee, sancti Andreae in Erl, beatae Mariae virginis in Kirhbuhl, sancti Joannis Baptistae in Hering, sancti Aegidii in Schwoich, sancti Laurentii in Worgl, sancti Viti in Kustein, sancti Georgii in Niederndorf, beatae Mariae virginis Assumptae in Kundel, sancti Joannis Nepomuceni in Ausach, sanctae Margarithae in Oberau, sancti Virgilii in Rattenberg, sancti Petri in Reith, sancti Oswaldi in Alpach, beatae Mariae virginis Desponsatae in Brixlegg, sancti Leonardi in Bruk, sancti Michaelis in Thienbach, sancti Viti in Zell, Christi Crucifixi in Brandberg, sanctorum Lamberti, et Leonis in Gerlos, sancti Bartholomaei in Kart, beatae Mariae virginis in Mayerhofen, sancti Ruperti in Stumm, quae hactenus ejusdem dioecesi continentur, volumus, ac decernimus extendi ad paroecias, seu loca sancti Spiritus in Angath, sanctae Ursulae in Langkampfen, beatae Mariae virginis Auxiliatricis in Landel, sancti Martini in Zello, sancti Nicolai in Thiersee, sancti Petri in Breitenbach, sancti Dominici in Mariathal, sancti Lamberti in Steinberg, sancti Georgii in Brantenberg, sancti Nicolai in Uoldepp, quae antiquae a Nobis nuper suppressae dioecesi Frisingensi spectabant: item ad paroecias, seu loca, sancti Martini in Brixen, sanctorum Jacobi Majoris, et Leonardi in Hopfgarten, sancti Udalrici in Kirchberg, Christi Crucifixi in Aschau, sancti Nicolai in Westendorf, sanctorum Primi et Feliciani in Fieberbrun, beatae virginis Mariae in Hochfilzen, sancti Jacobi Majoris in s. Jacob, sancti Udalrici in s. Ulrich, beatae virginis Mariae, et sanctorum Joannis Baptistae et Evangelistae in s. Johann, sancti Ruperti in Aurach, Christi Crucifixi in Going, sancti Wolfangi in Jochberg, sancti Andreae in Kurzbuchel, sancti Aegydii in Keit, sancti Stephani in Kirchdorf, sancti Aegydii in Schweent, sancti Viti in Waidring, sanctorum Petri et Pauli in Kossen, sanctorum Petri et Pauli in Soll, sancti Michaelis Ellmau, sanctorum Joan-

nis Baptistae et Evangelistae in Scheffau, sancti Xisti in Niedernau, quae pridem ad Chiemensem dioecesim a Nobis nuper suppressam pertinebant, quasque una cum praedictis aliis Frisingensi dioecesi olim spectantibus eidem Salisburgensi dioecesi perpetuo adjungimus et assignamus.

Descriptio dioecesis Tridentinae. §. 8. Tridentinam vero dioecesim in memorata Tyrolensi provincia e venerabili fratre Emmanuele Maria in praesens procuratam praeter paroecias sancti Vigilii, et beatae virginis Mariae Majoris, et sanctorum Petri et Pauli in ipsa civitate Tridenti, nec non praeter paroecias sancti Leonardi de Mattorellum, sancti Apollinaris de Pedicastellum, sancti Blasii in Albianum, sancti Floriani in Arsium, beatae Mariae virginis Assumptae in Basilica, Nativitatis beatae virginis Mariae in Burgo Ausugii, beatae virginis Mariae in Brancafora, beatae virginis Mariae in Celavinum, beatae virginis Mariae Assumptae in Celceranica, sancti Bartholomaei in Caneli s. Bovi, sancti Nicolei in Castrofundi, sancti Leonardi in Castronovo, sancti Georgii in Castro Tesino, beatae virginis Mariae Assumptae in Cavolesso, sanctorum Philippi et Jacobi in Pratatio, sancti Elisei in Teserum, beatae virginis Mariae Assumptae in Cavedino, beatae virginis Mariae Assumptae de Cimbria, beatae virginis Mariae Assumptae de Civizzano, beatae virginis Mariae Assumptae de Clesio, sancti Stephani de Clotro, beatae virginis Mariae de Corredo, beatae virginis Mariae de Ambulo, sanctorum Gervasii et Protasii de Ennum, sancti Joannis Baptistae de Flavono, sancti Marsini de Fundo, beatae virginis Mariae Assumptae de Jugo, sancti Uldarici de Avisio, sancti Jacobi apostoli de Grigno, sancti Floriani de Lavarono, sancti Victoris de Levico, Nativitatis beatae virginis Mariae de Livo, beatae virginis Mariae Assumptae de Maleto, sancti Augustini de Manso Novalcti, Nativitatis beatae virginis Mariae de Meano, sanctorum Petri et Pauli de Medio sancti Petri, beatae virginis Mariae Assumptae de Medio Corona, Nativitatis beatae virginis Mariae de Pergino, beatae virginis Mariae Assumptae de Pineto, sancti Petri de Palo, beatae virginis Mariae Assumptae de Grimerio, sancti Stephani de Revodo, beatae virginis Mariae Assumptae de Romono, sanctorum Petri et Pauli de Flonceno, sanctae Birgittae de s. Birgitta, sancti Michaelis de s. Michaele, sanctae Agathae de Faedo, sancti Sifinii de s. Sifinio, sancti Laurentii de Sarnonico, beatae virginis Mariae Assumptae de Senalò, beatae Mariae virginis Assumptae de Smarano, beatae virginis Mariae de Spauro, beatae virginis Mariae Assumptae de Strigno, sancti Victoris de Tajum, beatae virginis Mariae Assumptae de Thassullo, beatae virginis Mariae Assumptae de Telvo, beatae virginis Mariae Assumptae de Thesino, sancti Bartholomaei de Torseno sancti Andreae de Tridaco, sancti Eusebii de Turrio, sancti Vigilii de Vulsana, beatae virginis Mariae Assumptae de Vico, sanctorum Georgii, et Massini de Vico Vartario, beatae virginis Mariae Assumptae de Ala, beatae virginis Mariae Assumptae de Arco, beatae virginis Mariae Assumptae de Avicun, sancti Caroli de Burghetto, beatae virginis Mariae Assumptae de Banalo, sanctae Agathae de Bisinello, sancti Dionisii de Blesio, sanctae Justinae de Bono, sancti Stephani de Roncono, sanctorum Petri et Pauli de Brentonico, sancti Mathaei de Corneto, beatae virginis Mariae Assumptae de Condino, sancti Floriani de Settauro, sancti Laurentii de Fulgarida, sanctorum Felicis et Fortueoti de Gardumo, sancti Vincentii de Iseria, Annunciationis beatae virginis de Leudro, sancti Floriani de Lizzana, sancti Lucii de Lizzanella, sancti Laurentii de Lomasio, sancti Stephani de Murio, sancti Vigilii de Naco, sancti Martini de Pilcanto, sancti Vigilii de Rendena, beatae virginis Mariae Assumptae de Riva, sancti Marci de Roboreto, sancti Joannis Baptistae de Saco, sanctorum Petri et Pauli de Terragnolo, beatae virginis Mariae de Thenno, beatae virginis Mariae Assumptae de Thiono, sancti Vigilii de Valle Arsia, Purificationis beatae virginis Mariae de Avolano, Decollationis sancti Joannis Baptistae de Valle Vestina, beatae virginis Mariae Assumptae de Villa Lagari, sancti Christophori de Pomorollo, beatae virginis Mariae Assumptae de Bulsano, beatae virginis Mariae de Caldario, sancti Vigilii de Altenburg, sancti Vigilii de Curtatia, sancti Pauli de Eppano, sancti Wolfengi de Ghirlano, beatae virginis Mariae de Griesio, Visitationis beatae virginis Mariae de Lengamosio, beatae virginis Mariae Assumptae de Lana, sanctae Gertrudis de Margreto, beatae virginis Mariae Assumptae de Marlinga, sancti Nicolai de Ischerms, sancti Vigilii de Maisio, beatae virginis Mariae Assumptae de Meltina, sancti Bartholomaei de Montano, sanctorum Udalrici et Wolfaugi de Nova Teutonica, sanctorum Petri et Pauli da Aura, sancti Leonardi de Passiria, sancti Andreae de Salurno, sanctae Margarithae de s. Jeucsio, beatae virginis Mariae de Sarenthina, beatae virginis Mariae Assumptae de Scheena, sanctorum Quirici et Julittae de Termino, beatae virginis Mariae Assumptae de Ti-

sina, sancti Vigilii de Uillandria, sancti Pancratii de Ultina, sancti Petri de Wanga, sancti Lucii de Unterrhino, quae hactenus Tridentinae ecclesiae paruerunt, comprehendere decernimus paroecias, seu loca, beatae virginis Mariae Assumptae de Feldtburis, sancti Andreae apostoli de Klausen, sancti Jacobi apostoli de Latsfons, sancti Martini de Gufidaun, sanctorum Petri et Pauli de Villnoes, sancti Stephani de Layen, sancti Petri de s. Peter, sancti Udalrici de Ortiseit, sanctae Christinae de Graeden, sanctorum Petri et Pauli de Kastelrutto, sancti Leonardi de Pufels, beatae virginis Mariae Assumptae de Voels, sanctorum Petri et Pauli de Steineck, sancti Valentini de Gummer, sanctorum Ingenuini et Albini in Waelschofen, sancti Georgii de Tiers, sanctorum Petri et Pauli de Penns, sancti Nicolai de Durnholz, sancti Martini de Reinswald, sancti Joannis Baptistae de Evesinfascia, sancti Jacobi de Campitello, sancti Antonii de Alba, quas in eum finem a Brixinensi dioecesi secernimus: itemque paroecias seu loca sancti Nicolai de Meran, sancti Joannis Baptistae de Tyrol, sancti Mauritii de Kuens, sancti Petri de s. Peter prope Meranum, sancti Martini de s. Martino in Passyria, sanctornm Hypolithi et Erhardi de Algund, sanctorum Petri et Pauli de Partsebins, sancti Udalrici de Plaus, sancti Zenonis de Naturns, beatae Mariae virginis Assumptae de Schnals, sancti Martini de Tshars, sanctorum Petri et Pauli de Latsch, sancti Joannis Baptistae de Laas, beatae virginis Mariao Assumptae de Schlanders, beatae virginis Mariae Assumptaa de Tschengels, beatae virginis Mariae Auxiliatricis de Pfelders, sanctae Ursulae de Platt, sanctae Catharinae do Catharinenberg, sanctae Annae do Carthaus, sanctae Walburgae de Mortell, quas ideo a dioecesi Curiensi eximimus, atque cum caeteris supra memoratis à Brixinensi dioecesi sejunctis in Tridentinam dioecesim addictas perpetuo declaramus.

Descriptio dioecesis Brixinensis. §. 9. Brixinensem autem dioecesim in eadem Tyrolensi, et Voralbergensi provincia a venerabili fratre Francisco Carolo administratam praeter paroecias sanctorum Cassiani martyris, et Ingenuini, et Albini episcoporum, ac sancti Michaelis Archangeli sitas in ipsa Brixinensi civitate, nec non praeter paroecias, seu loca sancti Wolfangi de Schalders, sanctae Margarithae de Neustist, sancti Andreae de s. Andrea, beatae virginis Mariae Assumptae de Mühland, sanctorum Hermagorae, et Fortunati de Albeins, sancti Georgii de Lisen, sanctorum Philippi et Jacobi de Natz, beatae virginis Mariae Assumptae de Rodneck, sancti Nicolai da Obervintel, beatae virginis Mariae Annunciatae de Untervintel, sanctae Helenae de Muhlbach, sancti Jacobi de Meransen, sancti Georgii do Terenten, sancti Thomaa apostoli de Weitenthal, sancti Martini de Pfunders, sancti Andreae de Vals, sancti Ruperti de Spinges, sancti Petri de Stilfes, sancti Oswaldi de Mauls, sancti Martini de Mittewald, sancti Josephi de Oberau, sanctae Crucis de Viesen, sancti Nicolai de Ausserpfitsch, sancti Jacobi de Innerpfitsch, sancti Pancratii de Mareit, beatae Mariae virginis de Strzing, sancti Stephani de Ried, beatae Mariae virginis sine labe conceptae de Gossensass, sancti Antonii abbatis do Pflersch, sancti Valentini do Prenner, sancti Andreae de Ratschinges, sanctorum Viti et Nicolai de Ober et Unberltelfes, beatae Virginis Mariae Assumptao de Bruneck, sancti Josephi de Riednaun, sancti Jacobi de Diatenbeim, sancti Laurentii de s. Lorenzen, sanctorum Petri et Pauli de Reisckack, sancti Jacobi de Onach, sancti Cypriani de Pfalzen, sanctorum Petri et Pauli de Kiens, sanctorum Petri et Pauli de s. Sigmund, sanctae Margarithae de Montan, sanctorum Joannis Baptistae, et Evangelistae de Geiss, beatae Mariae virginis Assumptae de Taufers, sanctae Margarithae de Utenheim, sanctae Gertrudis de Muhlwald, sanctae Agnetis de Lappach, sancti Wolfangi de Rein, sancti Sebastiani de Luttach, sanctorum Joannis Baptistae et Evangelistae de Ahrn, sancti Jacobi de sancto Jacobo in Ahrn, sancti Petri de sancto Petro in Ahrn, sancti Valentini de Prettau, sanctae Agnetis de Ollang, sancti Wolfangi de Geiselsberg, sancti Viti da Prags, sancti Joannis Evangelistae de Niederrafen, sancti Nicolai de Oberwielenback, sancti Georgii de Antholz, sanctorum Ingenuini et Albini de Taisten, sancti Nicolai de Piechel, sanctae Magdalenae de Obergsief, sancti Martini de Untergsies, sancti Stephani de Niaderdorf, sanctae Margarithae de Welsberg, beatae virginis Mariae Gratiarum de Eneberg, sancti Jacobi de Abbey, sancti Cassiani de Armentarola, sancti Genesii de Wongen, sancti Martini de Thum, sanctae Luciae de Campill, sanctorum Petri et Pauli de Waelschelber, sancti Vigilii de Collefusco, sancti Jacobi de Auchenstein, sanctorum Petri et Pauli de Arraba, sanctae Luciae de Colle sanctae Luciae, sanctorum Jacobi et Philippi de Hayden, sanctorum Candidi et Corbiniani de Innichens, sancti Viti de Sexten, beatae virginis Mariae Assumptae de Sillian, san-

eti Joannis Baptistae de Tessenberg, sanctae Magdalenae de Viersach, beatae virginis Mariae Auxiliatricis de Hollbruck, sancti Leonardi de Karbcych, sancti Nicolai do Windback, sancti Jacobi de Sorassen, sancti Andreae de Abfartersbeck, sanctae Gertrudis de Aussehuillgraten, sancti Martini de Inneruillgraten, sancti Stephani de Anrass, sancti Udalrici de Obertilliack, sancti Ingenuini de Unlertilliack, sancti Joannis Baptistae de Toblack, sancti Udalrici de Lavant, sancti Laurentii de Tristack, sancti Jacobi de Insbruck, beatae virginis Mariae Auxiliatricis de Mariahulf, sancti Nicolai de sancto Nicolao, sanctorum Ingenuini et Albini de Hoetting, beatae virginis Mariae de Wilten, sancti Jodoci de Voels, sancti Martini de Griess, sancti Nicolai et Michaelis de Mutters, et Natters, sanctorum Petri et Pauli de Goetzens, sancti Joannis Baptistae de Azams, sanctae Annae de Sellrain, sancti Victoris de Kematen, beatae virginis Mariae Assumptae de Thaucr, sanctorum Joannis Baptistae, et Evangelistae de Arzel, sancti Leonardi de Muhlau, sancti Nicolai de Nala, sancti Michaelis de Abson, sancti Michaelis de Pnadenwald, beatae virginis Mariae Assumptae de Mils, sancti Laurentii de Baumkirch, beatae virginis Mariae Assumptae de Mattrey, sancti Erasmi de Steinak, sancti Georgii de Trias, beatae Mariae virginis ed Nives de Gschnitz, sancti Leonardi de Vinanders, sancti Nicolai Obernberg, sancti Josephi de Schmirn, sancti Jodoci de s. Jodock, sancti Christophori de Navis, sancti Pancratii de Telfes, sancti Viti de Wulpmes, sancti Georgii de Neustist, beatae virginis Mariae de Mediers, sanctae Crucis de Schoenberg, sancti Donati de Patsck, sancti Petri de Ellenbogen, sanctorum Gertrudis et Lamberti de Sistrans, et Laus, sanctorum Acgidii et Martini de Igilsetwill, sancti Joannis Baptistae de Ampass, sanctorum Thomae et Andreae de Tulfes et Tlinn, beatae virginis Mariae Assumptae de Omtras, beatae virginis Mariae Auxiliatricis de Pradel, beatae virginis Mariae Assumptae de Tugen, sancti Joannis Baptistae de Ried, sancti Martini de Schlitters, sancti Brictii de Uderns, sanctorum Ingenuini et Albini de Hippack, sancti Leonardi de Tinkenberg, sancti Thomae apostoli de Tux, sancti Jacobi de Krass, beatae virginis Mariae Assumptae de Schwatz, beatae virginis Mariae Assumptae de Münster, sanctorum Nicolai, et Martini de Wiesing, sancti Wolfangi de Jenback, sanctae Notburgae de Eben, sanctorum Petri et Pauli de Uomp, sanctae Margarithae de s. Margrethen, sancti Laurentii de Stans, sanctae Julianae de Terfers, Visitationis beatae Mariae virginis de Kolsass, sancti Laurentii de Wattens, sanctorum Joannis Evangelistae, et Baptistae de Uolders, sanctae Annae de Pill, sancti Petri de Weerberg, sancti Joannis Baptistae de Achen, sanctae Margarithae, et Oberperfuss, sanctae Crucis de Zirl, sancti Nicolai do Reit, et Leiten, beatae virginis Mariae Assumpta de Flauring, sancti Petri de Inzingen, sancti Magni de Ranggen, sanctorum Georgii, Christophori, et Barbarae de Leibelfigen, et Pottenau, sancti Oswaldi de Seefels, sanctorum Petri et Pauli de Telfrs, sanctae Magdalenae de Leutasch, sancti Joannis Baptistae de Stams, beatae Mariae virginis Assumptae de Mieming, sancti Nicolai de Wildermieming, sancti Josephi de Obsteig, sanctorum Petri et Pauli de Silz, sanctorum Chrisanthi et Dariae de Haiming, sancti Georgii de Oetz, Visitationis beatae Mariae virginis de Santens, Visitationis beatae Mariae virginis de Ochsengerten, sancti Viti de Umhausen, sanctae Catharinae de Laengenfeld, sancti Martini de Stuben, Visitationis beatae Mariae virginis de Soelden, sancti Joannis Nepomuceni del Gurgel, beatae Mariae virginis Assumptae de Jmss, sancti Joannis Baptistae de Gramais, sancti Stephani de Karres, beatae virginis Mariae Assumptae de Tarrenz, sancti Joannis Baptistae de Nassereut, sancti Stephani de Lermoos, sancti Udalrici de Ehrwald sanctorum Trium Regum de Perwangen, sanctae Catharinae de Roppen, visitationis beatae Mariae virginis de Arzel, sancti Jacobi apostoli de Imsterberg, sancti Leonardi de s. Leobard, sanctorum Ingenuini et Albini de Plangeros, beatae virginis Mariae Dolorum de Wenns, sancti Leonardi de Zems, beatae Mariae virginis Auxiliatricis de Landeck, sancti Joannis Evangelistae de Shönwies, sancti Andreae Apostoli de Stanz, beatae virginis Mariae Assumptae de Griens, sancti Magni de Tobadill, sancti Martini de Streugen, sancti Bartholomaei de Tlurs, beatae virginis Mariae Assumptae de Petnus, sancti Jacobi de Stanzerthal, sancti Hieronymi de Langetstey, sancti Antonii Abbatis de Kappel, beatae Mariae virginis Assumptae de Serfaus, sancti Joannis Baptistae de Fiss, sancti Martini Episcopi de Ladis, sancti Sebastiani de Spibeatae Mariae Assumptae de Fliess, Pree, sentationis beatae virginis Mariae de eaechgalmich, beatae virginis Mariae de Prutz, sancti Jacobi de Kauns, beatae Virginis Mariae de Kaltenbrum, Sanctis-

simae Trinitatis de Feuchten, sancti Leonardi de Riod, beatae virginis Mariae Assumptae de Vendels, sancti Laurentii de Tosens, sanctorum Petri et Pauli de Pfunds, quae hucusque in eadem Brixinensi dioecesi percensebantur, continere volumus in perpetuum etiam paroecias seu loca sanctorum Petri et Pauli de Breitemvang, sancti Laurentii de Bichelbach, sancti Nicolai de Elbigenalp, beatae Mariae virginis de Hoiterwang, beatae virginis Mariae de Holzgau, sancti Nicolai de Tanheim, beatae virginis Assumptae de Uils, sancti Martini de Wengle, sancti Uldarici de Binswang, sanctorum trium regum de Elme, sancti Martini de Hoeselger, beatae Mariae virginis Auxiliatricis de Hinterhonbach, beatae Mariae virginis Auxiliatricis de Jungholz, beatae virginis Mariae de Nosselwangle, sancti Oswaldi de Steeg, sancti Sebastiani de Weissenbach, beatae virginis Mariae de Bach, sancti Sebastiani de Forchach sancti Wendelini de Grahn, sancti Sebastiani de Haegeraw, sanctae Annae de Kaisers, sancti Brantani de Laetin, sancti Wolfangi de Schattwald, sancti Michaelis de Stanzach, sancti Ioannis Baptistae de Vorderhornbach, sancti Iosephi de Stockach, sancti Iosephi de Zoblen, quae pridem antiquae per Nos nuper suppressae Augustanae dioecesi spectabant: item paroecias, seu loca sanctarum Catharinae, et Agathae de Schluderns, beatae Mariae virginis Assumptae de Mals, sancti Pancratii de Glurns, sancti Florini de Matsch, sancti Udalrici de Stilfs, sancti Georgii de Agums, sanctissimae Trinitatis de Liobtenberg, sancti Blasii de Taufers, sancti Lucii de Laatsch, sancti Laurentii de Schleiss, Immaculatae Conceptionis beatae Mariae virginis de Burgeis, sancti Valentini de Haid, sanctae Catharinae de Graun, sancti Valentini de Nauders, Nativitatis beatae Mariae virginis de Galthiir, sancti Nicolai de Ischgl, sancti Antonii abbatis de Schlinig, sanctae Gertrudis de Solden, quas a dioecesi Curiensi sejungimus: item paroecias, seu loca, sancti Andreae de Lienz, beatae virginis Mariae Assumptae de Oberliebz, sancti Pauli de Schlatten, sancti Udalrici de Aiocth, sancti Ioannis Baptistae de s. Iohann in Wald, sancti Ruperti de Kals, sancti Virgilii de Virgen, sancti Andreae de Praegratten, sancti Iacobi de s. Iacob, in Defereckcn, sanctissimae Trinitatis de Assling, sanctae Iustinae de sancta Iustina, sancti Martini de Dolsach, sanctae Helenae de Nussdorf, sancti Bartholomaei de Grafendorf, sancti Michaelis de Leisach, sancti Albani de Windischmatrey, sancti Ioannis de Hopfgarten, quas a dioecesi Salisburgensi secernimus: item paroeciam beatae Mariae virginis Auxiliatricis de Scbarnitz, quae ad supradictam antiquam dioecesim Frisingensem antea pertinebat, ac demum paroeciam sancti Nicolai de Nicolsdorf, quam a dioecesi Gurcensi separamus, atque cum caeteris hic percensitis ab antiquis dioecesibus Frisingensi, et Augustana, atque a Curiensi, et Salisburgensi dioecesibus respective segregatis eidem Brixinensi dioecesi unimus perpetuo, atque aggregamus.

§. 10. Quarè paroecias, seu loca hisce Nostris literis descriptas, earumque districtus, ac territoria, nec non ipsarum incolas utriusque sexus tam laicos, quam clericos, et presbyteros, memoratis ecclesiis Salisburgensi, Tridentinae, Brixinensi, earumque modernis, et futuris praesulibus pro suis respectivis civitate, territorio, dioecesi, clero, et populo perpetuo assignamus, et respective in spiritualibus subjicimus. *Praefinitio novae jurisdictionis.*

§. 11. Cum vero in utiliorem Christiani populi procurationem, qui in Voralbergio moratur, novam cathedralem ecclesiam Veldkirkii erigendam esse decreverimus, cumque aliquod temporis spatium intercedere omnino debeat ad ea paranda, quae in eum finem requiruntur, pro dotatione videlicet in bonis stabilibus mensae episcopalis, capituli, et seminarii, nec non pro aedibus episcopo, ac seminario tribuendis: paroecias interim designare voluimus in dioecesim adiciendas novae ecclesiae Veldkirkensi, reservantes ad erectionem ipsius cathedralis ecclesiae per alias apostolicas literas in posterum devenire. Sunt autem centum eae paroeciae, seu loca pro novae illius ecclesiae futurae dioecesi praestitutae, videlicet paroeciae sancti Nicolai in ipso loco Veldkirkii, sanctorum Pancratii et Zenonis in Altensdat, sancti Michaelis de Tisis, sanctorum Cornelii et Cypriani de Tosters, Visitationis beatae Mariae virginis de Nofels, sanctae Agathae de Meiningen, sancti Kiliani de Kohlach, sancti Udalrici de Gozis, sanctae Agnetis de Klaus, omnium sanctorum de Weiler, sancti Jacobi de Fraxern, sancti Martini de Roltis, sancti Victoris de Victorsberg, Visitationis beatae Mariae virginis de Rankweil, sancti Petri de s. Peter in Rantkweil, sancti Nicolai de Laterns, sancti Bartholomaei de Ubersachsen, sancti Lucii de Gosis, sancti Georgii Sateins, beatae virginis Mariae sine labe Conceptae de Schlins, sancti Joannis Baptistae de Schriisis, sancti Geroldi de s. Gerold, beatae virginis Mariae sine labe Conceptae de Blons, sancti Oswaldi de Sontag, sancti *Descriptio novae dioecesis Veldkirki, in posterum erigendae.*

Nicolai de Damils, sancti Sebastiani de Fontanella, beatae virginis Mariae Auxiliatricis de Buchboden, sancti Nicolai de Raggal, sanctae Catharinae de Marul, sancti Sebastiani de Ludesch, sancti Stephani de Thuringen, sancti Andreae de Thuringerberg, sancti Jacobi de Bludesch, sancti Sulpitii de Trastanz, sancti Mauritii de Nenzing, Visitationis beatae Mariae virginis de Gurtis, sancti Oswaldi de Dalas, sancti Joannis Baptistae de Klosterle, Nativitatis beatae Mariae virginis de Stuben, sancti Nicolai de Braz, sancti Laurentii de Bludenz, sancti Victoris de Nuziders, sancti Martini de Burs, sancti Josephi de Burserberger, Nativitatis beatae Mariae virginis de Brand, sancti Antonii abbatis de s. Anton, sancti Joannis Baptistae de Vandans, Nativitatis beatae Mariae virginis de Tschaggun, sancti Jodoci de Schruns, sancti Bartholomaei de Bartholomaberg, beatae Mariae virginis de Inner in Bartholomaberg, sancti Matthaei de Silberthal, sancti Galli de s. Gallenkirchen, sanctae Magdalense de Gargellen, sancti Michaelis de Gaschuren, quas in eum finem a dioecesi Curiensi secernimus: item paroeciae, seu loca sancti Nicolai in Lech, sancti Jacobi in Krumbach, Jesus Mariae et Josephi de Schrecken, sancti Sebastiani de Warth, Praesentationis beatae Mariae Virginis de Riezlorn, sancti Sebastiani de Burstegg, sancti Sebastiani de Zegg, quae supramemoratae antiquae dioecesi Augustanae pridem spectabant: item paroeciae, seu loca, santi Galli de Bregenz, sancti Mertini de Horbranz, sancti Georgii de Lantrach, sancti Sebastiani de Hard, sancti Nicolai de Wolfurt, beatae virginis Mariae de Bildstein, sancti Martini de Alberschwende, sancti Petri de Buch, beatae virginis Mariae de Langenegg, sancti Laurentii de Lulzberg, sancti Sebastiani de Langen, sancti Leonardi Riefersberg, sancti Georgii de Hohenneiler, sancti Udalrici de Moggers, sancti Martini de Dornbirn, sanctae Magdalenae de Ebnit, sancti Caroli Borromaei de Hohenerns, sanctorum Petri et Pauli de Lustenau, sancti Nicolai de Fusach, beatae virginis Mariae de Gaisaw, sancti Joannis Baptistae de Hochst, sancti Jodoci de Bezaw, sancti Valentini de Bizaw, sanctorum Petri et Pauli de Andelbuch, sancti Leonardi de An, sancti Nicolai de Egg, sanctorum trium regum de Bittisau, sanctorum Joannis Baptistae et Evangelistae de Lingenau, sancti Antonii de Mellau, sancti Jacobi Majoris de Reithe, sancti Wolfangi de Schnepfau, sanctorum Philippi et Jacobi de Schoppernau, sancti Martini de Krumbach, sanctissimae Trinitatis de Schwarzenberg, sancti Vendelini de Silberatsgfall, sancti Jodoci de Mittelberg, sancti Martini de Hirschegg, sancti Bartholomaei de Moeder, qua a Constantiensi dioecesi perpetuo sejungimus.

Destinatio provisorii rectoris hujus novae dioecesis.

§. 12. Interim vero spirituale regimen animarum sub centum hisce paroeciis profutura dioecesi Veldkirkensi desi gnatis degentium committimus venerabili fratri Francisco Carolo episcopo Brixinensi, ejusque in episcopatu Brixinensi successoribus ad Nostrum, et hujusce sanctae Sedis beneplacitum, ut ibidem illud exerceat cum omnimoda ordinaria, et dioecesana jurisdictione: atque ut promptius illorum fidelium necessitatibus occurratur eidem moderno, ac pro tempore existenti episcopo Brixinensi injungimus, ut distinctum vicarium generalem constituat Veldkirkii residentem, qui opportunis ab eo instructus facultatibus de ipsius mandato fidelium iis in paroeciis extantium curam habeat salutarem.

Declaratio specialis.

§. 13. Illud autem speciatim hic cautum volumus, ne scilicet ex hac paroeciarum assignatione ullum illatum censeatur detrimentum patrimonio, quo per eas regiones fruuntur episcopi, capitula, ac seminarium earum dioecesium, e quibus easdem sejungimus, quos libere adhuc plene, atque integre patrimonio ibidem existenti frui, et gaudere, illudque retinere omnino mandamus.

Deputatio executoris apostolici.

§. 14. Quocirca venerabili fratri Paulo archiepiscopo Ephesino Nostro, et Sedis apostolicae ad laudatum imperatorem nuntio Viennae Austriae commoranti, quem exequutorem praesentium Nostrarum literarum eligimus, ac deputamus omnes, et singulas etiam alias idoneas personas ecclesiasticas subdelegandi, et quaslibet forsan orituras quaestiones dirimendi necessarias, et opportunas facultates ad praemissorum effectum concedimus, atque impertimur.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 15. Praesentes autem literas, et in eis contenta quaecumque, etiam ex eo, quod quilibet in praemissis interesse habentes nullimode, aut non satis auditi fuerint, vel illis non consenserint nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostrae, vel quovis alio, etiam substantiali defectu notari, impugnari, vel in controversiam vocari posse, sed eas semper, et perpetuo validas existere, et fore, suosque plenarios effectus sortiri, et obtinere, ac ab omnibus, ad quos spectat inviolabiliter observari debere, et si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari irritum, et inane decernimus.

Derogatio contrariorum.

§. 16. Non obstantibus de jure quaesito non tollendo, aliisque Nostris, et cancellariae apostolicae regulis, nec non constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, ac supradictarum ecclesiarum etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, et indultis etiam expressa, et individua mentione dignis, caeterisque in contrarium praemissorum forsan facientibus non obstantibus quibuscumque.

Fides habenda transumptis.

§. 17. Volumus autem, quod praesentium literarum transumptis etiam impressis, manu tamen alicujus notarii publici subscriptis, et sigillo personae in ecclesiastica dignitate constitutae munitis eadem prorsus fides adhibeatur, quae ipsis praesentibus adhiberetur, si forent exhibitae, vel ostensae.

Sanctio poenalis.

§. 18. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam Nostrae dismembrationis, divisionis, separationis, applicationis, unionis, assignationis, attributionis, subiectionis, statuti, commissionis, mandati, decreti, derogationis, ac voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire; si quis autem hoc attentare praesumpserit indignationem Omnipotentis Dei, ac beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum.

Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem anno incarnationis Dominicae millesimo octingentesimo decimo octavo, sexto nonas maii, pontificatus Nostri anno decimo nono.

DCCLXXXVIII

Dat. die 5 maii 1818 Anno XIX

Declaratio articuli XI conventionis initae cum rege utriusque Siciliae, super jure episcoporum nominandi rectores vacantium ecclesiarum parochialium.

Venerabilibus fratribus, ac dilectis filiis archiepiscopis et episcopis, nec non vicariis capitularibus ecclesiarum vacantium utriusque Siciliae regni.

Pius Papa VII.

Venerabiles fratres ac dilecti filii, Salutem et apostolicam benedictionem.

Cum articulo XI conventionis inter sanctam hanc Sedem et carissimum in Christo filium Nostrum Ferdinandum istius regni utriusque Siciliae regem die 16 februarii hujus anni feliciter initae, atque a Nobis per apostolicas sub plumbo literas datas die 7 martii sequentis solemniter confirmatae Nos episcopis ejusdem regni jus concesserimus conferendi paroecias, quae quovis anni tempore erunt vacaturae, perlatum est ad Nos dubitari a multis an possint episcopi, in vim illius articuli, iis etiam paroeciis de pastoribus providere, quas ante initam conventionem vacare contigerat.

Et merito quidem de jure episcoporum circa paroecias istas agnoscimus dubitari: ex una enim parte nulla in articulo mentio facta est de praeteritis vacationibus, ex altera vero concessionis Nostrae literam futurum tempus respicere indubium est.

Ad difficultatem tamen omnem de medio tollendam, atque ut vacantibus paroeciis universis rectores praefici, (quod fidelium spiritualis necessitas utilitasque maxime postulant) quam citissime valeant, de apostolica auctoritate indultum erticulo XI conventionis expressum ad paroecias etiam, quae ante initae conventionis diem vacaverint, vigore praesentium, extendimus, itaut licite ac valide locorum ordinarii ad earum collationem procedere possint, servatis legibus et conditionibus quae in praefato articulo continentur.

Haec vobis, venerabiles fratres ac dilecti filii, hisce literis Nostris significamus de voluntate et nova hac concessione Nostra plane vobis constet, et cum praecipuae benevolentiae, qua vos in Domino complectimur, testificatione apostolicam benedictionem peramanter vobis omnibus impertimur.

Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem die quinta maii, millesimo octingentesimo decimo octavo, pontificatus Nostri anno decimo nono.

DCCLXXXIX

Dat. die 5 maii 1818 Anno XIX

Fratres ordinis Eremitarum sancti Augustini congregationis Lombardiae, caeteris ejusdem ordinis fratribus uniuntur, et incorporantur cum omnibus bonis, domibus, juribus, et actionibus.

Pius PP. VII

Ad perpetuam rei memoriam

Proemium.

§. 1. Suprema apostolicae charitatis, providentiaeque Nostrae erga omnes Christifideles, atque eos potissimum, qui a fluctibus saeculi erepti ad tranquillum religionis portum confugerunt, adhibenda a Nobis cura maximopere postulat, ut omnes pontificiae benignitatis, auctoritatisque operam, consiliumque in hoc studiosissime

collocemus, ut omnia inter viros praesertim religiosos ad divinum cultum adaugendum, regularem disciplinam confirmandam, charitatemque confovendam, illorumque conservationem comparandam constabiliantur.

Expositio precum.

§. 2. Exponi siquidem Nobis nuper fecerunt dilecti filii Joseph Mascheroni ordinis sancti Augustini congregationis Lombardiae vicarius generalis ac alii praedictae congregationis fratres professores, quod cum post miserrimas temporum transactas perturbationes praefata congregatio Lombardiae individuis orbata remanserit, ac nonnullos conventus amiserit, illam ordini Eremitarum s. Augustini perpetuo incorporari et uniri desiderant. Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut in praemissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis.

§. 3. Nos igitur dictos exponentes, ac singulares illorum personas specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus hujusmodi inclinati, audita relatione dilecti filii archipresbyteri Petri Adinolfi sub-secretarii congregationis venerabilium fratrum Nostrorum Sanctae Romanae Ecclesiae cardinalium negotiis episcoporum, et regularium praepositorum, ad quos supplicem libellum Nobis porrectum remisimus, attentis relatione, voto, et consensu procuratoris generalis dicti ordinis Eremitarum s. Augustini una cum patribus graduatis legitime, et capitulariter congregatis, praedictam congregationem Lombardiae atque religiosos omnes, qui ad haec usque tempora eidem erant addicti cum omnibus suis bonis, domibus, juribus, et actionibus quibuscumque praedicto ordini Eremitarum s. Augustini auctoritate apostolica, tenore praesentium perpetuo unimus et incorporamus, ita ut illius ecclesiae omnes, et conventus actu existentes de repristinati aut repristinandi, et praecipue ecclesia et conventus s. Nicolai civitatis Tolentini ad praedictum ordinem Eremitarum s. Augustini pariter incorporati remaneant, expressa tamen sub lege, ut religiosi illi, qui in dicta congregatione Lombardiae sunt graduati, et dicuntur lectores emeriti, in quorum numero considerandus est procurator generalis, in posterum dicantur magistri, et gaudere de exemptionibus magistralibus debeant; illi autem, qui tantum lectoris gradum obtinent, dicantur baccalauri, reliqui vero uti simplices religiosi habeantur; ordo vero praecedentiarum, quibus praedicti lectores tam emeriti, quam non emeriti, fruituri sunt in ratione magisterii, et baccalaureatus, initium sumat a die decima quinta septembris elapsi anni millesimi octingentesimi decimi quinti, in quo voluntatem Nostram circa hujusmodi unionem memorato sub-secretario declaravimus, et omnimode servetur ad formam constitutionum ordinis praedicti auctoritate apostolica confirmatarum part. 5 cap. 6, caeterique religiosi gaudeant de praecedentiis sicuti in eodem cap. 6 disponitur: ac tandem ut vicarius generalis congregationis uniendae praeter exemptiones magistrales, unum laicum seu conversum pro suo famulatu habeat, et votum in capitulo generali, atque caeteros simplices magistros etiam exprovinciales praecedat. Mandantes propterea in virtute sanctae obedientiae, ac sub indignationis Nostrae poena, omnibus et singulis praedictae congregationis Lombardiae, nec non universi ordinis Eremitarum s. Augustini superioribus, ac fratribus quibuscumque, ut omnia incorporationem et unionem praedictam respicientia adamussim adimpleant.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 4. Decernentes easdem praesentes literas firmas, validas, et efficaces existere, ac fore suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit, in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective, inviolabiliter observari; sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 5. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non dictae congregationis Lombardiae ac ordinis s. Augustini praedicti etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statuis, et consuetudinibus, caeterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die quinta maii, millesimo octingentesimo decimo octavo, pontificatus Nostri anno decimo nono

DCCXC

Dat. die 12 maii 1818 Anno XIX.

Deputatio superiorum ordinis fratrum Minorum sancti Francisci de observantia, in familiis Cismontana, et Ultramontana.

Pius Papa VII.

Ad futuram rei memoriam.

Proemium. §. 1. Pro debito pastoralis officii, quo catholicae Ecclesiae, divina dispositione, praesidemus, illud omnino est Nobis curandum, ut regulares ordines pro Deo, ejusque Ecclesia militantes, superiorum temporum procellis maximo perturbatos, ac pene obrutos in pristinum florentem statum, respectivamque unitatem, adjuvante Domino, restituerentur. Quare ex primo quoque tempore, quo divina providentia ad hanc apostolicam Sedem Nos reduxit, omnem operam, studium, et auctoritatem ad id contulimus, prout res, et peculiares eorumdem ordinum circumstantiae postulabant.

Memoratur electio ministri generalis familiae Cismontanae, et munus eidem concreditum. §. 2. Cum igitur ad erigendum, instaurandumque etiam ordinem fratrum Minorum s. Francisci de observantia, ac Reformatorum nuncupatorum, animum Nostrum intenderimus, a generalatus illius ministerio, quo antea fungebatur, absolutum voluimus bo: mo: Hilarium de Montemagno ob male affectam illius senectutem, eoque absoluto, statim per apostolicam delegationem Nostram eidem gubernio praedicti ordinis universi provisorie suffecimus, ac destinavimus dilectum filium Gaudentium a Corieno procuratorem ordieis generalem, et apud hanc sanctam Sedem in sacra, ac suprema congregatione universalis inquisitionis s. Officii consultorem, qui vigilantia sua, ac religionis zelo dispersos in saeculo sui ordinis fratres revocaret, et ad religiosa claustra reduceret. Dum porro ipsum Gaudentiem huic a Nobis commisso muneri, laudabiliter incumbere noverimus, per speciale mandatum Nostrum sacrae congregationi episcoporum, et regularium negotiis praepositae commisimus, ut idem Gaudentius loco ministri generalis jam absoluti, in ministrum generalem dicti ordinis eligeretur, ac institueretur, non quidem ad sexennium per leges praefati ordinis taxatum duraturus, sed item provisionaliter, ac ad Nostrum, et sanctae Sedis beneplacitum, et quousque novum capitulum generale haberi posset, cui dein sic electo, et a Nobis confirmato sub die trigesima septembris anni millesimi octingentesimi decimi quarti, una cum titulo ministri generalis plenariam tribuimus in universum ordinem potestatem, quam alias maxime, et rerum penitus eversarum, et difficillimas temporum circumstantias in illo exigere noveramus. Hactenus haec relata ad hanc Cismontanam familiam tantummodo pertinent.

Item quoad provinciam Ultramontanam. §. 3. Quod enim tunc ad Ultramontanam, et praecise Hispanam pertinuit, defuncto in ea Paulo Moya sub anno millesimo octingentesimo decimo quinto, qui actu vicarii generalis officio fungebatur, ad formam nuperae apostolicae constitutionis Nostrae. Inter graviores sub datum Romae die decima quinta maii anni millesimi octingentesimi quarti, cum fratres dictae Hispanae familiae pro novo eligendo vicario, vel pro-vicario generali nationali formam electionis in dicta constitutione Nostra sancitam servare non potuerint, sed antiquata alia pro ipsa familia forma, in novum vicarium generalem dilectum filium Emmanuelem Malcampo eligere praetenderint, re ad Nos demum pro confirmatione obtinenda delata, mandavimus, quatenus ad tollendas conscientiarum perplexitates idem Emmanuel Malcampo contra formam in dicta constitutione Nostra praescriptam electus, in eodem designatn vicarii generalis officio do speciali, et expressa apostolica auctoritate Nostra per supradictum ministrum generalem Gaudentium convalidaretur, aut confirmaretur, ac, ubi opus foret, de novo institueretur, in forma tamen similiter provisoria, scilicet non ad sexennium sequens duraturus, sed ad Nostrum pariter, et saectae Sedis beneplacitum, et quousque capitulum generale haberi valeret. Quod equidem per patentalem, et decretalem praedicti ministri generalis literam ad universam Hispanam ipsam nationem datam sub die decima quarta augusti anni millesimi octingentesimi decimi sexti, Nostra, ut praefertur, auctoritate munitam, gestum, perfectumque fuit; atque hinc simul renovata, et confirmata inter Ultramontanam, et Cismontanam familiam antiqua illa, ac mutua unio, dependentia, et concordia, quam Nos in praedicta constitutione Nostra servatam voluimus, prout etiam nunc volumus, et mandamus.

Electio novorum ministrorum in utraque familia. §. 4. His ergo pro temporum necessitate, et opportunitate sic provide constitutis, aliud magis propitium praestolabamur tempus, quo, et generalia comitia ordinis celebrari, et novorum superiorum generalium omnium electionem or-

dinario modo per eadem fieri peroptabamus. Sed cum temperum circumstantiae neutrum id exequi hactenus permiserint, Nos eidem ordini valde proficuum putavimus, cunctos illos generales superiores, alias a capitulo generali deputandos, immediate per Nos, et apostolica auctoritate Nostra nominare, instituere, ac deputare. Quamobrem cum hac vice minister generalis ex Hispana familia esset assumendus, ideo Nos per apostolicas Nostras literas in forma brevis sub die vicesima octava novembris anni proxime praeteriti millesimi octingentesimi decimi septimi motu proprio, ex certa scientia, deque apostolicae potestatis plenitudine in ministrum generalem totius ordinis fratrum Minorum sancti Francisci dilectum filium Cirillum de Alameda religiosum professum, doctrina, prudentia, morum honestate, ac religionis zelo, aliisque virtutum meritis ornatum elegimus, atque instituimus ad proximum sequens sexennium duraturum. Nunc autem eadem de causa reliquis majoribus officiis, in generalibus comitiis provideri consuetis, consulere volentes, ac de infrascriptorum ipsius ordinis professorum fide, prudentia, vigilantia, et religionis zelo plurimum in Domino confisi, eorumque singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, et poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatae existant, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, et absolutas fore censentes, motu-proprio, atque ex certa scientia, et matura deliberatione Nostris, deque apostolicae potestatis plenitudine dilectos filios Augustinum Garcia Porrero lectorem emeritum, sacrae inquisitionis contra haereticam pravitatem qualificatorem, jam secretarium, itemque ex ministrum provincialem provinciae de Castella, in procuratorem generalem ordinis de observantia, Antonium Sempere sacrae theologiae lecterem, et ex custodem provinciae s. Joannis Baptistae Valentin., in procuratorem itidem generalem Discalceatorum, et Recollectorum; pariterque dilectos filios Mathiam Gomez lectorem jubilatum sancti Officii qualificatorem, et ex-ministrum provincialem provinciae de Castella; Josephum Ramirez lectorem jubilatum, sancti Officii qualificatorem, et ex-custodem provinciae Angelorum in Andalutia; Franciscum Josephum Soler lectorem jubilatum, et ex-custodem provinciae Carthagenae, in definitores generales ex fratribus observantibus Hispanis; Josephum Angelum Vero Dorrego lectorem jubilatum, et ex-ministrum provincialem provinciae s. Evangelii in Mexico, Aloisium Delgado lectorem jubilatum, et ex-provincialem sanctorum XII. apostolorum, in definitores generales ex observantibus Americanis; Josephum Villacanas sacrae theologiae lectorem, sancti Officii qualificaterem, et ex-custedem provinciae s. Joseph; Josephum Arnau sacrae theologiae lectorem, sancti Officii qualificatorem, et ministrum provincialem provinciae s. Joannis Baptistae Valentiae, in definitores generales ex fratribus Discalceatis; Emmanuelem Antonium Sastre sacrae theologiae lectorem, et actualem custodem provinciae suae Legionensis ex tertio ordine regulari in definitorem pariter generalem. Pro Cismentana vero familia, Andream a Leprignano sacrae theologiae lectorem emeritum, ex provincialem, et actualem ordinis secretarium generalem ex reformata provincia Romana in vicarium generalem ad triennium tantum. Vincentium a Massa lectorem jubilatum, et actu procuratorem generalem ordinis ex observante provincia Picaena, in commissarium curiae. Joannem a Capistrano lecterem theologum, ex-ministrum provincialem immediatum reformatae Romanae provinciae, in procuratorem generalem reformationis. Cherubinum a Roma lectorem jubilatum ex observante provincia Romana; Bernardinum de Cardeto lectorem jubilatum, et sacrae scripturae expositorem in templo Aracoelitano ex provincia s. Thomae in Pedemontio; Aloisium a Sabiniano ex-provincialem, et actualem ordinis secretarium generalem ex provincia Bononiensi, Paschalem a Carpino actu ministrum provincialem s. Angeli in Apulia, Rosarium a Messina ex ministrum provincialem provinciae Siciliae, Salvatorem Radtinschi ex-provincialem provinciae Gallicae, in definitores generales ex observantibus: Emmanuelem a Leonibus iterato ministrum provincialem provinciae Principatus, Quintilium a s. Donato ex provincialem provinciae s. Bernardini in Aprutio, Joannem a Cottanello ex-provincialem, et collegii Poenitentiariorum s. Joannis in Laterano praesidem ex provincia Seraphica, et Candidum Kozierowski ex-provincialem provinciae Prussiae Marianae, in definitores generales ex reformatis ad proximum sexennium tantum cum omnibus, et singulis respectivis juribus, facultatibus, honoribus, et oneribus, gratiis, et indultis, privilegiis, et praerogativis, perinde ac si in capitulo generali ipsius ordinis essent electi, ac pro eorum

singulis in statutis ordinis respective praescriptis, eligimus, et deputamus.

Praeceptum de recipiendis superioribus electis. §. 5. Mandantes propterea in virtute sanctae obedientiae, ac sub poena indignationis Nostrae omnibus, et singulis memorati ordinis, et provinciarum superioribus, fratribus, et personis, caeterisque ad quos spectat, et pro tempore spectabit, ut supradictos religiosos viros per Nos respective selectos, praesentis electionis effectu pacifice frui, et gaudere sinant et faciant, eisque pareant, faveant, et obediant, nec eos desuper a quoquam quavis auctoritate quomodolibet indebite molestari, perturbari, vel inquietari permittant.

Clausula sublata, et decretum irritans. §. 6. Atque decernentes easdem praesentes literas firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros affectus sortiri, et obtinere, dictisque in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, ac ab omnibus supradictis inviolabiliter observari; sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos, etiam causarum palatii apostolici auditores, et Sedis apostolicae nuncios, ac S. R. E. cardinales etiam de latere legatos, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum. §. 7. Non obstantibus praemissis, ac constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non dicti ordinis, et provinciarum etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, et innovatis; quibus omnibus, et singulis illorum tenores praesentibus pro plena, et sufficienter expressis ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque. Declaramus autem, quod per praesentes nullimode derogare in posterum alternativae inter observantes, et reformatos Cismontanos eligendi praedictum vicarium generalem intendimus.

Fides habenda transumptis. §. 8. Volumus insuper, ut praesentium literarum transumptis, seu exemplis etiam impressis, manu alicujus notarii publici subscriptis, et sigillo personae in ecclesiastica dignitate constitutae, vel procuratoris generalis dicti ordinis munitis, eadem prorsus fides habeatur, quae haberetur ipsis praesentibus, si forent exhibitae, vel ostensae. Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die vicesima nona maii millesimo octingentesimo decimo octavo, pontificatus Nostri anno decimo nono.

DCCXCI

Canonicis, et dignitatibus ecclesiae cathedralis Burgi sancti Sepulchri indulgetur, quod valeant gestare tibialia violacea, et uti palmare, vulgo bugia.

Dat. die 12 junii 1818 Anno XIX.

Pius PP. VII.

Ad perpetuam rei memoriam

§. 1. Romanorum pontificum praedecessorum Nostrorum vestigia prementes ecclesiasticis viris, qui coelestis Sionis acmoli divinas laudes in templis magis conspicuis quotidie concinunt, peculiaria ornamenta deferenda concedimus, ut ipsi per externas decorationes excitati internarum virtutum splendore magis lucere concntur in domo Domini. Prooemium.

§. 2. Cum itaque, sicut Nobis exponi nuper fecit venerabilis frater Robertus episcopus Burgi sancti Sepulchri, ecclesia cathedralis hujus civitatis antiquitatis laude, et sacerdotum inibi Deo famulantium probitate, et doctrina floreat, cumque multum splendoris ad ipsam accederet, si ejus dignitates, et canonici novis decorationibus per Nos, et hanc apostolicam Sedem ornentur; Nobis propterea idem Robertus episcopus humiliter supplicari fecit, ut eisdem dignitatibus, et canonicis in praemissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur. Expositio precum.

§. 3. Nos igitur ipsius episcopi intuitu praedictas dignitates, et canonicos specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, modernis, et pro tempore in perpetuum existentibus dignitatibus, et canonicis cathedralis ecclesiae Burgi sancti Sepulchri, ut ipsi ubique locorum violacea tibialia gestare; nec non in missis privatis tantum celebrandis, atque in civitate, et Tenor concessionis.

dioecesi Burgi sancti Sepulchri dumtaxat, palmatoria, vulgo = bugia = uti libere, et licite possint, et valeant, et quilibet eorum possit, et valeat, auctoritate apostolica tenore praesentium concedimus, et indulgemus, ipsosque dignitates, et canonicos desuper a quoquam quovis praetextu, causa, et occasione molestari, aut impediri nullatenus posse; sicque, et non aliter per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici, auditores et Sanctae Romanae Ecclesiae cardinales etiam de latere legatos, et dictae Sedis nuncios, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, decernimus.

Derogatio riorum. §. 4. Non obstantibus apostolicis constitutionibus, et ordinationibus; nec non quatenus opus sit, praedictae cathedralis ecclesiae, aliisque quibusvis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; quibus omnibus, et singulis illorum tenores praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad praemissorum validissimum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die duodecima junii millesimo octingentesimo decimo octavo, pontificatus Nostri anno decimo nono.

DCCXCII

Dat. die 12 junii 1818 Anno XIX.

Canonicis, et dignitatibus ecclesiae metropolitanae Senensis conceditur usus collaris violacei, fasciolae violaceae sericae pileo obvolutae cum flocco simili, et palmaris vulgo bugiae.

Pius PP. VII.

Ad perpetuam rei memoriam

Proemium §. 1. Romanorum pontificum praedecessorum Nostrorum vestigia prementes ecclesiasticis viris, qui coelestis Sionis aemuli divinas laudes in templis magis conspicuis quotidie concinunt, peculiaria ornamenta deferenda concedimus, ut ipsi per externas decorationes excitati internarum virtutum splendore magis lucere conentur in domo Domini.

Expositio precum. §. 2. Cum itaque, sicut ex parte dilectorum filiorum dignitatum, et canonicorum metropolitanae ecclesiae Senensis expositum Nobis nuper fuit, ecclesia ipsa antiquitatis laude, templi majestate, sacerdotum inibi Deo famulantium probitate, et doctrina ita floruerit, et floreat, ut inter principes illarum regionum ecclesias habeatur, cumque multum splendoris ad ipsam accederet, si ejus dignitates, et canonici novis decorationibus per Nos, et hanc apostolicam Sedem ornentur; Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut in praemissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis §. 3. Nos igitur, attentis etiam desuper dilecti filii Nostri Antonii Felicis Sanctae Romanae Ecclesiae presbyteri cardinalis Zondadari nuncupati ex concessione, et dispensatione apostolica ejusdem ecclesiae praesulis relationibus, memoratas dignitates, et canonicos specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, modernis, et pro tempore in perpetuum existentibus dignitatibus, et canonicis metropolitanae ecclesiae praedictae, ut ipsi ubique lucorum violacea tibialia, et collare violaceum, (non tamen tela cremisini coloris subsutum) itemque fasciolam violaceam sericam pileo obvolutam cum flocco simili gestare; nec non in missis privatis tantum celebrandis, atque in civitate, et dioecesi Senensis dumtaxat, palmatoria, vulgo-bugia-uti libere, et licite possint, et valeant, et quilibet eorum possit, et valeat, auctoritate apostolica tenore praesentium concedimus, et indulgemus; ipsosque dignitates, et canonicos desuper a quoquam quovis praetextu, causa, et occasione molestari, aut impediri nullatenus posse.

Clausula sublata, et decretum irritans §. 4. Sicque et non aliter per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores, et Sanctae Romanae Ecclesiae cardinales etiam de latere legatos, et dictae Sedis nuncios, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis au-

ctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, decernimus.

Derogatio contrariorum. §. 5. Non obstantibus apostolicis constitutionibus, et ordinationibus, nec non quatenus opus sit, praedictae metropolitanae, aliisque quibusvis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; quibus omnibus, et singulis illorum tenores praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad praemissorum validissimum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die duodecima junii millesimo octingentesimo decimo octavo, pontificatus Nostri anno decimo nono.

DCCXCIII

Dat. die 22 junii 1818 Anno XIX.

Exemptio societatis puellarum Charitatis a jurisdictione patriarchae Indiarum, ejusque subjectio vicario generali congregationis presbyterorum saecularium Missionis sancti Vincentii a Paulo in civitate Matriti.

Pius episcopus

Servus servorum Dei.

Ad futuram rei memoriam

Expositio precum. §. 1. Postquam superiori anno millesimo octingentesimo decimo sexto per alias Nostras sub plumbo literas datas septimo kalendas aprilis constitutiones a venerabili fratre Francisco Antonio patriarcha Indiarum exaratas, et a societate puellarum Charitatis sancti Vincentii a Paulo nuncupatarum in Hispaniarum regnis existentium observandas expresse approbavimus, easdemque in Matritensi generalis novitiatus domo subjecimus jurisdictioni, et obbedientiae autedicti patriarchae, uti ipsius societatis summo moderatori, exhibitae Nobis fueruut a dilecto filio equite Antonio Vargas y Laguna carissimi in Christo filii Nostri Ferdinandi Hispaniarum regis catholici apud Nos, et apostolicam Sedem plenipotentiario administro sollicitae preces, quibus varias enunciando graves difficultutes bonum regimen integrae societatis ob divisum jurisdictionis exercitium summopere impedientes, laudati catholici regis nomine a Nobis enixe postulabatur, ut universam puellarum Charitatis societatem in suis Hispaniarum regnis nunc, et in posterum existentem omnimodae ordinationi, et jurisdictioni moderni, et pro tempore vicarii generalis congregationis sancti Vincentii a Paulo subjicere dignaremur.

§. 2. Nos itaque adductis causis accurate perpensis, earumque agnito non levi pondere, ut memoratae societati puellarum Charitatis faciliori, atque opportuniori regimini, simulque majori pauperum, et infirmorum utilitati consulamus, praevia in hac tantum parte supradictarum Nostrarum literarum derogatione, praefati regis catholici postulationibus benigne annuantes ex certa scientia, ac matura deliberatione Nostris, deque apostolicae potestatis plenitudine omnes, et singulas Charitatis puellarum, earumque societatem, ac domos in regnis Hispaniarum a quacumque patriarchae Indiarum, vel cujusvis alterius jurisdictione, ac subjectione prorsus eximentes, ac liberantes omnimodae jurisdictioni, obedientiae, superioritati, ac dependentiae moderni, ac pro tempore existentis vicarii generalis congregationis presbyterorum saecularium Missionis sancti Vincentii a Paulo nuncupatae perpetuo, et integre subijcimus, atque supponimus. Tenor concessionis.

§. 3. Decernentes praesentes literas, et in eis contenta quaecumque nullo unquam tempore, etiam ex eo quod quilibet in praemissis interesse habentes, vel habere praetendentes auditi non fuerint, et iisdem praemissis non consenserint de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostrae, vel quovis alio etiam substantiali, et inexcogitato defectu notari, impugnari, invalidari, in jus, vel controversiam vocari posse, sed eas semper validas, et efficaces existere, et fore suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere debere, ac quidquid secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contingerit attentari irritum, et inane decernimus. Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 4. Non obstantibus suprememoratis Nostris literis, aliisque constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, dictarumque congregationis, ac societatis etiam confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus in contrarium praemissorum forsan facientibus, caeterisque contrariis quibuscumque. Derogatio contrariorum

§. 5. Nulli ergo omnino hominum liceat paginam hanc Nostrarum exemptionis, liberationis, subjectionis, suppositionis, decreti, declarationis, derogationis, et voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire: si quis autem hoc attentare praesumpserit indignationem om- Sanctio poenalis.

nipotentis Dei, ac beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum.

Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem anno incarnationis Dominicae millesimo octingentesimo decimo octavo, nono kalendas julij, pontificatus Nostri anno decimo nono.

DCCXCIV

Dat. die 26 junii 1818 Anno XIX

Applicatio fructuum nonnullorum beneficiorum pro manutentione ecclesiae sancti Antonii de la Florida sitae extra muros civitatis Toletanae.

Pius PP. VII

Ad perpetuam rei memoriam

Expositio precum.

§. 1. Nuper Nobis pro parte carissimi in Christo filii Nostri Ferdinandi Hispaniarum regis catholici expositum est, quod pro manutentione cultus, et sustentatione personarum, quae parochiali ecclesiae sancti Antonii de la Florida extra muros nuncupat. Toletanae dioecesis ad regalem majestatem praedictam, prout asseritur, spectanti, famulantur, necessarium ducit applicare fructus quorumdam beneficiorum ecclesiasticorum simplicium, actuque certo modo vacantium, videlicet, beneficii paroeciae loci de Villoslada Segobiensis dioecesis vacantis per liberam dimissionem dilecti filii Jacobi Rivero y Medrano; aliorum, quae duo mezzi Prestami conjuncta in paroecia villae de Haciarcollar appellantur, vacantium per obitum bo. me. Josephi Castilla ultimi illorum, dum viveret, ractoris, quibus etiam additur aliud nuncupatum la Prestamera paroeciae loci del Pedroso vacans per liberam dimissionem dilecti filii Joannis Arquelles Valdes, quae omnia tria numerata in dioecesi Ispalensi extant erecta; alius paroeciae villae de Almodovar del Rio dioecesis Cordubensis vacantis per obitum bo. me. Antonii Ugonas; alius nuncupati il Prestamo paroeciae loci de Valdetorres Placentinae dioecesis vacantis per obitum bo. me. Francisci Solis; beneficii ruralis del Despoblado de Alcifes nuncupati paroeciae de Belver, et alterius simplicis appellati de Monzon y Fradesas paroeciae de Aspariegos, in dioecesi Zamorensi existentium et per obitum Ildephonsi Fernandez vacantium; alius appellati il Prestamo paroeciae villae de Canamares per liberam dimissionem dilecti filii Raymundi Dorado y Obregon vacantis; alius pariter il Prestamo appellati de Casas de Haro conjuncti paroeciae de Villar de la Encina per obitum bo. me. Raymundi Antonii de Salcedo vacantis; alius nuncupati la Prestamera in ecclesia parochiali villae de Leganiel erecti, et per obitum bo. me. Petri Reyalado Ramirez de Arellano vacantis; alius appellati la Prestamera in parochiali ecclesia sancti Nicolai villae de Requene erecti per obitum bo. me. Josephi Joachimi de Larragoiti vacantis; ac tandem beneficil appellati simplicis in parochiali ecclesia sancti Bartholomaei villae de Moya fundati, per liberam dimissionem dilecti filii Michaelis Antonii de Antamano vacantis; quae quidem nuperrima quinque numerata beneficia in dioecesi Conchensi extant erecta; Nobis propterea ipsius Ferdinandi regis nomine supplicatum fuit, ut Nostra, et hujus sanctae Sedis auctoritate applicationem praedictam fructuum praefatorum beneficiorum concedere dignaremur.

Tenor concessionis.

§. 2. Nos igitur ejusdem Ferdinandi regis votis, quantum cum Domino possumus, obsecundare volentes, ac singulares personas, quibus praesentes Nostrae literae favent a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutas fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, beneficiorum praedictorum fructus, redditus et proventus in usus memoratos, dummode beneficia praedicta non sint de jurepatronatus alicujus familiae, ac onera illis adnexa accurate adimpleantur, ac sine praejudicio alieni juris, si forte sit, auctoritate apostolica, tenore praesentium in perpetuum convertimus, assigoamus, et applicamus.

Derogatio contrariorum.

§. 3. Non obstantibus felicis recordationis Benedicti pp. XIV praedecessoris Nostri super divisione materiarum, aliisque apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, nec non praedictarum ecclesiarum, in quibus dicta beneficia extant fundata, etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; quibus omnibus, et singulis illorum tenores praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum hac vice damtaxat specialiter, et expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die vicesi-

ma sexta junii millesimo octingentesimo decimo octavo, pontificatus Nostri anno decimo nono.

DCCXCV

Dat. die 26 junii 1818 Anno XIX.

Concessio mozzettae violaceae cum caputio favore archipresbyterorum ecclesiae parochialis sanctorum martyrum Gervasii et Protasii loci di Zibello, dioecesis Burgi sancti Domnini

Dilecto filio Francisco Agnesetti archipresbytero et parocho ecclesiae ss. martyrum Gervasii et Protasii loci di Zibello dioecesis Burgi sancti Domnini.

Pius PP. VII.

Dilecte fili

Salutem et apostolicam benedictionem

Prooemium. §. 1. In summo apostolatus apice, meritis licet imparibus, constituti, ad statum ecclesiarum omnium, quarum Nobis a Domino commissa est sollicitudo, personarumque in eis Altissimo famulantium propensis studiis animum intendentes, illarum honorificentiae, et decori libenter consulimus.

Expositio precum. §. 2. Expositum siquidem Nobis nuper tuo nomine fuit, quod tu, qui archipresbyter ac parochus legitimus, prout asseritur, ad praesens existis ecclesiae sanctorum martyrum Gervasii et Protasii loci di Zibello nuncupati Burgi sancti Domnini dioecesis, ut praedictae ecclesiae, ubi sacrae functiones decenti apparatu peraguntur, decus augeatur, et numerosus clerus loci praedicti magis magisque de divini cultus augumento sit sollicitus, utque Christifideles curae tuae spirituali commissi, qui bis mille numerum adaequant, tam in te, quam in successores tuos majora praebeant observantiae argumenta, quae in Dei gloriam, et illorum spiritualem redundent utilitatem, aliquo exteriori signo, seu ornamento decorari summopere desideras. Nobis propterea humiliter supplicari fecisti, ut in praemissis opportune providere, et, ut infra, indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis. §. 3. Nos igitur te specialibus favoribus et gratiis prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo et quacumque de causa latis, si quas forte incurristi, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutum fore censentes, supplicationibus tuo nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, attenta favorabili relatione ordinarii tui super praemissis Nobis exhibita, tibi, ac omnibus tuis legitimis successoribus in dictam paroeciam, ut tu mozzettam violacei coloris cum caputio supra rocchettum tam intra, quam extra ecclesiam intra tuae paroeciae limites in processionibus et functionibus sacris gestare libere, et licite possis et valeas, ac successores tui perpetuis futuris temporibus pariter possint, et valeant, auctoritate apostolica tenore praesentium concedimus, et indulgemus; ac te, et successores tuos a quoquam quovis praetextu, causa, et occasione molestari, aut impediri nullatenus posse; sicque, et non aliter per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, decernimus.

§. 4. Non obstantibus fel. rec. Benedicti pp. XIV praedecessoris Nostri super divisione materiarum, aliisque constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non dictae paroeciae etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; quibus omnibus, et singulis illorum tenores praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque. Derogatio contrariorum.

Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die vicesima sexta junii millesimo octingentesimo decimo octavo, pontificatus Nostri anno decimo nono.

DCCXCVI

Suppressio beneficii nuncupati Mezzo Prestamo de Valverdo in dioecesi Toletana, et applicatio bonorum pro manutentione ecclesiarum regalis domus Campi in regno Hispaniarum. Dat. die 26 junii 1818 Anno XIX.

Pius PP. VII.

Ad perpetuam rei memoriam

§. 1. Nuper Nobis pro parte carissimi in Christo filii Nostri Ferdinandi Hispaniarum regis catholici expositum est, Expositio precum.

quod, cum fructus beneficiorum, quae appellantur de Ore, Ximeno, et Pedrosa in dioecesi Burgensi existentium, et alius vulgo nuncupati il Mezzu Prestamo de Candelada in dioecesi Abulensi erecti, rite, prout asseritur, applicati pro manutentione ecclesiarum regalis domus Campi, ac illarum ministrorum, minime sufficiant, ob memoratas, easdemque causas et rationes, fructos quoque cnjusdrm beneficii appellati Mezzo Prestamo Titolato de Valverde in dioecesi Toletana per liberam dimissionem dilectl filii Michaelis Ortiz ultimi rectoris vacantis, perpetuis futuris temporibus applicare, ut supra, intendit, si Nostra, et hujus sanctae Sedis ad id accedat facultas.

Tenor concessionis.

§. 2. Nobis propterea ipsius Ferdinandi regis nomine supplicatum fuit, ut in praemissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur ejusdem Ferdinandi regis votis, quantum cum Domino possumus, obsecundare volentes, ac singulares personas, quibus praesentes Nostrae literae favent, a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et qnacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutas fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, beneficii praedicti fructus, redditus, et proventus in usus memoratos, dummodo beneficium praedictum non sit de jurepatronatus alicujus familiae, ac onera illi adnexa accurate adimpleantur, ac sine praejudicio alieni juris, si forte sit, auctoritate apostolica, tenore praesentium in perpetuum convertimus, assignamus, et applicamus.

Derogatio contrariorum.

§. 3. Non obstantibus felicis recordationis Benedicti pp. XIV praedecessoris Nostri super divisione materiarum, aliisque apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, nec non lege fundationis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; quibus omnibus, et singulis illorum tenores praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die vicesima sexta junii millesimo octingentesimo decimo octavo, pontificatus Nostri anno decimo nono.

DCCXCVII

Nova circumscriptio dioecesum in ditione regni utriusque Siciliae citra Pharum.

Dat. die 27 junii 1818 Anno XIX.

Pius episcopus

Servus servorum Dei

Ad perpetuam rei memoriam

Proemium

§. 1. De utiliori Dominicae vineae procuratione ex commisso Nobis divinitus summi apostolatus officio impense sollicitis conventionem ad ecclesiastica negotia rite ordinanda nuper inivimus cum charissimo in Christo filio Nostro Ferdinando regni utriusque Siciliae rege illustri, eamque per apostolicas Nostras literas die septima mensis martii proximi superioris sub plumbo expeditas expresse approbavimus, ac solemniter confirmavimus.

Memorantur pacta conventa in conventione inita cum rege.

§. 2. Cum vero in eadem conventione inter alia cautum fuerit, nt in ipsius regis ditione citra Pharum soppressis vel ob redditnum deficientiam, vel ob locorum obscuritatem, vel ob nimiam dioecesani territorii angustiam, vel ob alias rationabiles causas variis episcopalibus sedibus, nonnullisque antiquioribus et insignioribus conservatis tamquam concathedralibus, et aliis sedibus unitis, nova et magis accomodata dioecesium circumscriptio, immutato etiam atque translato nbi opus foerit metropolitici juris exercitio, quamprimum decerneretur, Nostras illico in id cogitationes curasque convertimns, atque opera tam venerabilis fratris Nostri Innici Didaci episcopi Praenestini Sanctae Romanae Ecclesiae cardinalis Caracciolo nuncupati, qusm dilecti filii marchionis Donati Tommasi regii consiliarii et ministri, qui negotium hujusmodi pertractarunt, assecuti feliciter sumus, ut rem totam, etiam juxta vota laudati Ferdinandi regis, cujus constantem in bonum Ecclesiae voluntatem peculiari charitate complectimur, opportuna methodo absque ulla mora conficere posse summopere gratulemur,

Nova dioecesum distributio decernitur auditis et consensientibus interesse habentibus.

§. 3. Omnibus igitur mature accurateque perpensis, jamque auditis modernis episcopis, vacantium ecclesiarum capitulis, ac aliis interesse habentibus, ut Christifidelium spirituali regimini opportune consultum sit, ex certa scientia ac matura deliberatione Nostris, deque apostolicae potestatis plenitudine, singulas archiepiscopales sedes, praeter unam dumtaxat, sartas tectas relinquentes, atque ex episcopalibus sedibus diversas perpetuo supprimentes, alias tamquam concathedrales conservan-

tes et superextantibus sedibus unientes, novum in regia ditione citra Pharum ecclesiarum statum, ac dioecesium circumscriptionem, nec non juris metropolitici exercitium perpetuis futuris temporibus duraturum decernimus et constituimus eo sane modo qui sequitur.

De archiepiscopali sede Neapolitana.

§. 4. Archiepiscopalis ecclesia Neapolitana cum sua dioecesi, in eodem quo nunc est permanens statu, suffraganeas habebit episcopales ecclesias Acerrarum, Isclanam, Nolanam, et Puteolanam. Praedictam autem ecclesiam Acerrarum aeque principaliter perpetuo unimus, ut infra, alteri episcopali ecclesiae sanctae Agathae Gothorum.

De archiepiscopali sede Surrentina.

§. 5. Archiepiscopalis ecclesia Surrentina suffraganeam habebit episcopalem ecclesiam Castri Maris; ecclesias vero episcopales Massalubrensem, Vicanam, et Capritanam actu vacantes perpetuo supprimimus, earumque civitates, totumque dioecesanum territorium archiepiscopali Surrentinae unimus et assignamus. Episcopalem autem ecclesiam Litterensem ex nunc pro tunc quando ex persona moderni illius antistitis quomodocumque vacare contigerit perpetuo pariter supprimimus, ejusque civitatem, atque integrum territorium dioecesanum praefatae episcopali ecclesiae Castri Maris adjicimus, et incorporamus.

De ecclesia archiepiscopali Capuana.

§. 6. Ecclesia archiepiscopalis Capuana suffraganeas habebit episcopales ecclesias Iserniensem, Calvensem, Suessanam, et Casertanam. Alteram vero episcopalem ecclesiam Theanensem Calvensi ecclesiae episcopali aeque principaliter perpetuo unimus. In perpetuum autem supprimentes episcopalem ecclesiam Venafrensem, eamdem cum sua civitate ac dioecesi unimus atque aggregamus episcopali ecclesiae Iserniensi; prout etiam supprimentes episcopalem ecclesiam Carinolensem, ejus civitatem ac dioecesim episcopali ecclesiae Suessanae adnectimus atque incorporamus; pariterque in perpetuum supprimendo episcopalem ecclesiam Cajacensem seu Calatinam, eamdem cum suo dioecesano territorio alteri episcopali ecclesiae Casertanae integre aggregamus.

De ecclesia archiepiscopali Salernitana.

§. 7. Archiepiscopalis ecclesia Salernitana suffraganeas habebit episcopales ecclesias Caputaquensem, Policastrensem, Marsicensem, et Nuscanam; episcopalis vero Acernensis ecclesia ac dioecesis administrationem moderno ac pro tempore existenti archiepiscopo Salernitano, qui imposterum archiepiscopus Salernitanus simulque episcopalis ecclesiae Acernensis administrator nuncupabitur, perpetuo tribuimus; itemque episcopalem ecclesiam Marsicensem cum sua dioecesi, aeque principaliter alteri ecclesiae episcopali Potentinae, ut infra, in perpetuum unimus; atque insuper episcopalem ecclesiam Montis Marani perpetuo extinguimus, ejusque civitatem ac dioecesim episcopali ecclesiae Nuscanae integre unimus et aggregamus.

De ecclesia archiepiscopali Amalphitana.

§. 8. Archiepiscopali ecclesiae Amalphitanae, quae nullam inposterum habebit suffraganeam, praevia suppressione, et extinctione Scalensis, Ravellensis, et Minorensis episcopalium ecclesiarum, illarum tres civitates cum integro respectivo dioecesano territorio perpetuo unimus, adjungimus atque incorporamus.

De archiepiscopali ecclesia Acheruntina.

§. 9. Archiepiscopalis ecclesia Acheruntina suffraganeas habebit episcopales ecclesias Anglonensem et Tursiensem invicem unitas, Potentinam, Tricaricensem, ac Venusinam. Praevia autem suppressione Materanensis ecclesiae ipsi ecclesiae Acheruntinae antea unitae, civitatem ac dioecesim Materanensem supramemoratae archiepiscopali ecclesiae Acheruntinae perpetuo adjicimus, atque applicamus. Episcopali vero ecclesiae Potentinae alteram episcopalem ecclesiam Marsicensem ut supra aeque principaliter perpetuo unimus: supprimentes autem episcopalem ecclesiam Lavellensem illius civitatem ac dioecesanum territorium praedictae Venusinae episcopali ecclesiae perpetuo adjungimus atque incorporamus.

De ecclesia archiepiscopali Compsana.

§. 10. Archiepiscopalis ecclesia Compsana habebit suffraganeas ecclesias episcopales sancti Angeli Lombardorum, Laquedoniensem, et Muranam: supprimentes vero ecclesiam Satrianensem, alteri episcopali ecclesiae Campaniensi usque adhuc aeque principaliter unitam, moderno et pro tempore existenti metropolitanae ecclesiae Compsanae antistiti administrationem praedictae episcopalis ecclesiae Campaniensis cum integro etiam Satrianensi territorio dioecesano perpetuo tribuimus; ita ut Compsanus archiepiscopus, et Campaniensis episcopalis ecclesiae administrator debeat inposterum nuncupari. Praevia item suppressione ecclesiae Montis viridis usque in praesens archiepiscopali ecclesiae Nazarensi et Canensi unitae, ipsam civitatem Montis viridis una cum sua dioecesi antedictae episcopali ecclesiae sancti Angeli Lombardorum, cui altera Bisaciensis ecclesia aeque principaliter jam unita reperitur, perpetuo adjungimus atque aggregamus. Itemque supprimentes episcopalem ecclesiam Trivicanam illius civitatem ac dioecesim episcopali ecclesiae Laquedoniensi perpetuo similiter unimus atque incorporamus.

De ecclesia

§. 11. Ecclesia archiepiscopalis Be-

archiepiscopali Beneventanae.

neventana dominio Sedis apostolicae etiam in temporalibus subjecta suffraganees habere perget episcopales in regia ditione citra Pharum existentes ecclesias Avellinam, Arianensem, Bovinensem, Lucerinam, sancti Severi, Cerretanam et Thelesinam unitas, Bojanensem, Thermulurum, Larinensem, et sanctae Agathae Gothorum. Supprimimus autem episcopalam ecclesiam Frequentinam, ejusque civitatem ac dioecesim incorporamus ecclesiae Avellinae cui antea aeque principaliter erat unita. Ecclesiam praeterea episcopalem Vulturariensem, et Montis Corbini perpetuo quoque supprimentes illius civitatem ac dioecesim praedictae episcopali ecclesiee Lucerinae unimus atque aggregamus. Praevia item suppressione episcopalis ecclesiae Aliphanae ex nunc pro tunc quando ex persona moderni antistitis Aliphani quomodocumque vacare contigerit, civitatem illam ac dioecesim adjungimus atque incorporamus episcopalibus ecclesiis unitis Cerretanae et Thelesinae. Supprimimus ulterius episcopalem ecclesiem Guardiensem, ac civitatem et dioecesim Guardiensem episcopali ecclesiae Thermularum perpetuo unimus atque incorporamus. Episcopali vero ecclesiae sanctae Agathae Gothorum alteram ecclesiam episcopalem Acerrarum ut supra aeque principaliter in perpetuum unimus. Ecclesia archiepiscopalis Sypontina nullam quidem habebit suffraganeam, hodierno tamen ac pro tempore existenti Sypontino antistiti episcopalis ecclesiae Vestanae administrationem perpetuo tribuimus, ac Sypontinum archiepiscopum et Vestanae episcopalis ecclesiae administratorem in posterum nuncupari decernimus.

De ecclesia archiepiscopali Barensi.

§. 12. Archiepiscopalis ecclesia Barensis habebit in regia ditione citra Pharum suffraganeas episcopales ecclesias Bituntinam, Rubensem, et Conversanam: praevia vero suppressione episcopalis ecclesiae Bitectensis illius civitatem, ac dioecesim archiepiscopali ecclesiae Barensi perpetuo adjungimus atque aggregamus. Cathedralem autem ecclesiam Rubensem alteri episcopali ecclesiae Bituntinae aeque principaliter perpetuo nnimus.

De ecclesia archiepiscopali Tranensi.

§. 13. Ecclesie archiepiscopalis Tranensis habebit suffraganeam episcopalem ecclesiam Andriensem, ac modernus et pro tempore existens Tranensis antistes administrationem perpetuo habebit episcopalis ecclesiae Vigiliensis, et archiepiscopus Tranensis ac Vigiliensis episcopalis ecclesiae administrator in posterum nuncupabitur. Supprimentes autem ecclesiam archiepiscopalem Nazarensem et Cannensem nuncupatam, illius territorium dioecesanum antedictae metropolitanae ecclesiae Tranensi perpetuo adjicimus, atque aggregamus. Episcopalem itidem ecclesiam Minervinensem perpetuo supprimentes, illius civitatem ac dioecesim alteri episcopali ecclesiae Andriensi aggregamus, atque incorporamus.

De ecclesia archiepiscopali Tarentina.

§. 14. Archiepiscopalis ecclesia Tarentina habebit suffraganeas ecclesias episcopales Castellonetensem et Oritenam: praevia vero episcopalis ecclesiae Motulensis suppressione illius civitatem ac territorium episcopali ecclesiae Castellanetensi perpetuo adjungimus atque incorporamus.

De ecclesia archiepiscopali Brundusina.

§. 15. Archiepiscopalis ecclesia Brundusina nullam habebit suffraganeam. Supprimendo tamen episcopalem ecclesiam Ostunensem illius civitatem ac dioecesim praedictae archiepiscopali ecclesiae Brundusinae in perpetuum adjungimus atque incorporamus.

De ecclesia archiepiscopali Hydruntina.

§. 16. Ecclesia archiepiscopalis Hydruntina suffraganeas habebit episcopales ecclesias Liciensem, Ugentinam, et Gallipolitanam. Praevia vero suppressione episcopalis ecclesiae Castrensis ejusdem civitatem, ac dioecesim antedictae archiepiscopali eccl**é**siac Hydruntinae perpetuo aggregamus atque applicamus, itemque supprimentes episcopalem ecclesiem Alexanensem illius civitatem, ac dioecesim in perpetuum adjungimus, atque incorporamus praefatae episcopali ecclesiae Ugentinae.

De ecclesiis Cusentina, Rossanensi, et Theatina.

§. 17. Cusentina, Rossanensis, et Theatina archiepiscopales ecclesiae absque suffraganeis imposterum remenebunt.

De ecclesia archiepiscopali sanctae Severinae.

§. 18. Archiepiscopalis ecclesia sanctae Severinao unicam tantum habebit suffraganeam episcopalem ecclesiam Cariatensem. Nosque supprimentes episcopalem ecclesiam Bellicastrensem, ejusdem civitatem ac dioecesim ipsi archiepiscopali ecclesiae sanctae Severinae perpetuo adjungimus, et aggregamos: itemque praevia suppressione ecclesiarum tam Geruntinae usque ad praesens antedictae Cariatensi aeque prinoipaliter unitae, quam Strongulensis, et Umbriaticensis earumdem trium ecclesiarum respectivam civitatem ac dioecesim supradictae episcopali ecclesiae Cariatensi integre perpetuo adnectimus, atque incorporamus.

De ecclesia archiepiscopali Rheginensi.

§. 19. Ecclesia archiepiscopalis Rheginensis suffraganeas habebit episcopales ecclesias Hyeracensem, Bovensem, Oppidensem, Cathacensem, Cotronensem, Tropiensem, Nicoterensem, Squillacensem, Neocastrensem, et Cassanensem: supprimentes vero episcopalem ecclesiam Insulanam ipsius civitatem ac dioecesim episcopali ecclesiae Cotronensi perpetuo

adjicimus atque incorporamus. Episcopalem autem ecclesiam Nicoterensem, concathedralem declarantes, antedictae episcopali ecclesiae Tropiensi aeque principaliter perpetuo unimus atque aggregamus, ac episcopalem ecclesiam Marturanensem, illius civitatem ac dioecesim praedictae Neocastrensi episcopali ecclesiae in perpetuum similiter adjungimus atque aggregamus.

Suppressio ecclesiae Ortonensis.

§. 20. Supprimentes itidem episcopalem ecclesiam Ortonensem, ecclesiam et dioecesim hujusmodi perpetuo adjungimus et incorporamus archiepiscopali ecclesiae Lancianensi, cui nullus suffragabitur episcopus.

De Suppressio ecclesiae Fundane, ejusque unio ecclesiae Cajetanae.

§. 21. Nunc autem circa episcopales ecclesias, quae Sedi apostolicae erunt immediatae subjectae in supradicta regia ditione citra Pharum existentes, ea quae sequuntur statuere duximus opportunum, atque idcirco praevia suppressione cathedralis ecclesiae Fundanae illius civitatem ac dioecesim episcopali ecclesiae Caietanae perpetuo adjicimus atque aggregamus.

Unio ecclesiarum Aquinatensis, et Pontis Curvi ecclesiae episcopali Soranae.

§. 22. Episcopalem vero ecclesiam Aquinatensem, aliamque jam eidem unitam episcopalem Pontis Curvi in ditione status Nostri ecclesiastici sitam, alteri episcopali ecclesiae Soranae aeque principaliter respective in perpetuum unimus.

Unio ecclesiae Gravinensis alteri Montis Pelusii.

§. 23. Ecclesiam vero Gravinensem concathedralem declarantes, alteri episcopali ecclesiae Montis Pelusii aeque principaliter in perpetuum unimus.

Idem de ecclesiis Sarnensi, Nocerinae, Cavensis.

§. 24. Itemque cathedralem ecclesiam Sarnensem ad concathedralitatis statum transferentes eamdem episcopali ecclesiae Cavensi in perpetuum aeque principaliter similiter unimus, ac supprimentes episcopalem cathedram Nucerinam Paganorum, illius ecclesiam et dioecesim antedictae ecclesiae Cavensi perpetuo pariter adjicimus atque adjungimus.

Suppressio ecclesiae Polignanensis.

§. 25 Supprimimus insuper episcopalem ecclesiam Polignanensem, atque illius civitatem ac dioecesim episcopali ecclesiae Monopolitanae perpetuo adnectimus et adjungimus.

De ecclesiis Juvenacensi, et Terlitiensi.

§. 26. Pari autem modo ex nunc pro tunc et quando episcopales invicem unitae ecclesiae Juvenacensis, et Terlitiensis ex persona moderni earum antistitis quandocumque vacaverint easdem perpetuo extinguimus atque supprimimus, illarumque civitates, ac dioeceses episcopali ecclesiae Melphitensi aggregamus et incorporamus.

De ecclesia sancti Marci, ac ecclesiae Bisignanensi unione.

§. 27. Ecclesiam insuper sancti Marci concathedralem declarantes, eamdemque principaliter perpetuo unimus alteri episcopali ecclesiae Bisignanensi.

Suppressio ecclesiae Civitatis Ducalis.

§. 28. Supprimentes praeterea episcopalem ecclesiam Civitatis Ducalis illius civitatem et territoria episcopali ecclesiae Aquilanae perpetuo unimus, et incorporamus.

Idem de ecclesia Camplensi.

§. 29. Praeterae episcopalem ecclesiam Camplensem perpetuo supprimentes, illius civitatem ac dioecesim alteri episcopali ecclesiae Aprutinae adjungimus et incorporamus.

De conservatione aliarum ecclesiarum.

§. 30. Episcopales autem ecclesiae Aversana, Militensis, Valvensis, et Sulmonensis, Pennensis et Atriensis, Molphiensis et Rappollensis invicem respective unitae, Trojana, Neritonensis, Triventina, ao Marsorum seu Marsicana in eo quo ad praesens reperiuntur statu etiam in posterum permanebunt.

Providentiae favore non nullarum abbatiarum.

§. 31. Decernimus interea quod monasteria abbatiae nuncupatae Montis Cassinensis ordinis sancti Benedicti, Nullius dioecesis, provinciae capunanae, ac sanctissimae Trinitatis Capuanae ejusdem ordinis sancti Benedicti, Nullius dioecesis, provinciae Salernitanae, nec non Montis Virginis ipsius ordinis sancti Benedicti, Nullius dioecesis, provinciae Beneventanae cum respectivis separatis territoriis, et cum ordinariae jurisdictionis exercitio, in eo quo sunt statu etiam in posterum remanere perpetuo debeant. Praeposituram vero seu archipresbyteratum ecclesiae sanctae Mariae la Mina nuncupatae, oppidi civitatis nuncupati Alti Muri provinciae Barensis, ac prioratum sancti Nicolai Barensis denominatum in possessione et exercitio eorum jurium quibus legitimo et canonice gaudent, conservamus. Exceptis autem tribus dumtaxat abbatiis, ac praepositura vel archipresbyteratu, nec non prioratu supradictis in jurisdictione et respective in juribus lagitime et canonice acquisitis per hasce Nostras literas conservatis, quoad reliquas omnes abbatias Nullius dioecesis in ipsius regis ditione citra Pharum existentes, episcopi et vicarii capitulares viciniores exercere in iis pergent spiritualem jurisdictionem, quam actu exercent, Nobis expresse reservantes de titulis et bonis caeterarum supradictarum abbatiarum Nullius dioecesis, deque aliis omnibus easdem respicientibus per alias apostolicas literas providere.

De ordinatione singularum dioecesum.

§. 32. Declaramus interea quod singulae ex antedictis vel archiepiscopalibus, vel episcopalibus ecclesiis, quibus territoria aliarum suppressarum ecclesiarum fuerunt a Nobis ut supra aggregata, proprias suas actuales dioeceses integre conservando, cum suppressarum ac unitarum sedium territoriis uniuscujusque dioe-

cesis fines augebunt per novam locorum hujusmodi accessionem. Quamlibet autem antedictarum per Nos suppressarum sedium cathedralem ecclesiam ad simplicem collegiatae ecclesiae statum reducimus, atque in hoc statu cum respectivo suo collegiatae ecclesiae capitulo, et cum fundis ac redditibus actu ab unoquoque possessis in perpetuum remanere debere mandamus. Singulos porro antistites praedictarum episcopalium ecclesiarum invicem aeque principaliter unitarum in omnibus actibus utriusque ecclesiae titulum apponere, apud utramque ecclesiam per aequale quoad fieri poterit anni spatium residere, et in utraque proprium capitulum ac puerorum ecclesiasticum seminarium, nec non distinctam curiam, et peculiarem vicarium generalem habere debere praecipimus. Atque haec omnia etiam pro episcopalibus sedibus archiepiscoporum administrationi commissis observari, ac quemlibet archiepiscopum alterius ecclesiae episcopalis administratorem perpetuum nuncupari jubemus.

De documentis ad singulas dioeceses spectantibus.

§. 33. Ad consulendam vero dioecesanorum omnium utilitati praescribimus, ut quaelibet documenta respicientia paroecias et loca ab antiquis sedibus avulsa, novisque applicata dioecesibus a veteribus cancellariis extrahi, ac novis archiepiscopalibus vel episcopalibus cancellariis opportuna methodo tradi debeant in iis perpetuo asservanda.

De bonis, et redditibus suppressarum ecclesiarum.

§. 34. Cumque per supra enunciatam plurium ecclesiarum episcopalium suppressionem ac respectivam applicationem multorum antistitum ordinaria dioecesana jurisdictio augeatur, non idcirco superextantium sedium bona quoque hoc modo aucta censeri debent; nam bona et redditus suppressarum et unitarum ecclesiarum applicabuntur ecclesiis in hac nova circumscriptione conservatis ad formam articuli sexti memoratae conventionis, salva tamen semper, et in singulis casibus observata dispositione quarti articuli ejusdem conventionis circa redditum annuum ducatorum ad minus triummillium, publicis deductis oneribus, ex bonis fundis cuilibet episcopali mensae quam primum stabiliter assignandum.

De onere inscribendi fructus in libris camerae.

§. 35. Decernimus praeterea ut ecclesiarum conservatarum, et amplioribus dioecesanis finibus auctarum novae taxae proportionabiliter statuantur, atque in camerae Nostrae apostolicae libris de more adnotentur.

Deputatio executoris apostolici.

§. 36. Quocirca supradicto venerabili fratri Nostro Innico Didaco episcopo Praenestino Sanctae Romanae Ecclesiae cardinali Caracciolo nuncupato, quem praesentium Nostrarum apostolicarum literarum exequutorem eligimus atque deputamus, ut omnibus clare cognitis atque dispositis, per se vel per aliam seu alias personam seu personas in dignitate ecclesiastica constitutam vel constitutas ab eo specialiter subdelegandam vel subdelegandas, pro memoratarum ecclesiarum suppressione atque unione, ac pro territoriorum uniuscujusque dioecesis nova circumscriptione, caeterisque aliis in hisce Nostris literis contentis, atque statutis, cuncta distinctim in exequutorialibus decretis expresse enunciare, ac omnia et singula quae necessaria dignoverit gerere, facere, disponere, ac statuere, omnesque cujusvis generis quaestiones, ac controversias forsitan super praemissis orituras examinare, et definire libere, et licite possit et valeat, committimus atque mandamus; eique necessarias omnes, et opportunas ad praemissorum plenarium effectum consequendum facultates concedimus ac impertimur. Injungentes insimul eidem Innico Didaco episcopo et cardinali, ut post expletam harum literarum exequutionem, actorum omnium authenticum exemplum ad urbem infra bimensem transmittere teneatur in consistoriales tabulas referendum.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 37. Praesentes autem literas, et in eis contenta quaecumque nullo unquam tempore, etiam ex eo quod in iis interesse habentes, vel habere praetendentes vocati minime fuerint, aut auditi non consenserint, de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostrae, vel quovis alio licet substantiali et inexcogitato defectu notari, impugnari, invalidari, in jus, vel controversiam deduci, aut adversus illas quodcumque juris vel facti, aut gratiae remedium impetrari posse, nec illas sub quibusvis derogationibus, aut aliis contrariis dispositionibus comprehendi, sed tamquam ad opportunum Christifidelium spirituale regimen in eorum salutem editas et emanatas ab illis semper excipi, validasque et efficaces esse et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere, atque ab omnibus observari; sicque per quoscumque judices tam ordinarios, quam delegatos quavis auctoritate fulgentes, sublata eis qualibet aliter judicandi et interpretandi facultate, judicari et definiri respective debere, volumus atque mandamus, et si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, aut ignoranter contigerit attentari irritum, et inane decernimus.

Derogatio contrariorum.

§. 38. Non obstantibus quibusvis etiam in provincialibus, vel generalibus conciliis editis constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, ac Nostris, et cancellariae apostolicae regulis de jure quaesito non tollen-

do, nec non supradictarum ecclesiarum etiam confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis et consuetudinibus, concessionibus, et indultis specifica quoque, et individua mentione dignis, quibus omnibus et singulis, eorumque totis tenoribus, etiamsi de illis specialis, specifica, et individua mentio, seu quaevis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum tenores praesentibus pro expressis habentes, ad praemissorum omnium et singulorum effectum, latissime ac plenissime, et specialiter, ac expresse derogamus, et derogatum esse intendimus, caeterisque contrariis quibuscumque.

Fides habenda transumptis. §. 39. Volumus autem, ut praesentium litterarum transumptis etiam impressis, manu tamen alicujus notarii publici subscriptis, ac sigillo personae in ecclesiastica dignitate constitutae munitis eadem prorsus fides adhibeatur, quae ipsis praesentibus adhiberetur si forent exhibitae, vel ostensae.

Sanctio poenalis. §. 40. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam Nostrae suppressionis, aggregationis, adjunctionis, incorporationis, circumscriptionis, assignationis, reservationis, reductionis, injunctionis, declarationis, praescriptionis, mandati, praecepti, commissionis, facultatis, decreti, derogationis, et voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare praesumpserit indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum.

Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem anno incarnationis Dominicae millesimo octingentesimo decimo octavo, quinto kalendas julii, pontificatus Nostri anno decimonono.

DCCXCVIII

Dat. die 30 junii 1818 Anno XIX.

Nova dioecesum distributio in regno Poloniae.

Pius episcopus

Servus servorum Dei.

Ad perpetuam rei memoriam.

Proemium. §. 1. Ex imposita Nobis divinitus omnium ecclesiarum cura in ea solliciti adigimur apostolicae auctoritatis praesidium conferre, quibus cumulatiora Catholicae religionis incrementa, utilioremque Dominici gregis procurationem comparari posse dignoscamus. Hac sane mente in ecclesias Polonici regni, quod in praesens dominatui subest serenissimi, ac potentissimi principis Alexandri Russorum imperatoris, ac Poloniae regis cogitationes Nostras intendimus, ut cessatis praeteritorum temporum calamitatibus rem sacram ibidem aptiori forma componere, utiliusque ordinare conniteremur.

Ratio concessionis. §. 2. Novimus siquidem, eam esse dioecesium illarum partium divisionem, qua perdurante minus commoda animarum regimini consultum foret, compluresque insuper extare paroecias modo spectantes ad Gnesnensem, Wratislaviensem, ac Praemisliensem dioeceses, quibus earumdem respectivus antistes aegre admodum juvare posset.

Similis ut supra. §. 3. Animadvertimus praeterea gravibus rationum monumentis in Christifidelium utilitatem cessurum fore, si extincto titulo cathedralis ecclesiae Vigerscensis ipsius episcopalis sedes cum suo capitulo in civitatem de Seyna nuncupatam, pariterque titulo sublato cathedralis ecclesiae Kielcensis, illius sedes episcopalis una cum capitulo in civitatem Sandomiriensem respective transferrentur, unde commodior ad episcopos aditus pateret.

Idem ut supra. §. 4. De necessitate demum convicti augendi pastores in tanta regionum amplitudine novam episcopalem sedem constabiliendam esse censuimus in loco de Janow, quod prae ceteris illius vicinitatis oppidis nominibus persensimus commendatum.

De assensu omnium interesse habentium. §. 5. Universam idcirco rem auxilio omnipotentis Dei, cujus majorem gloriam urgebamus, fidenter exorato, diligentissima conciliare studuimus, curisque Nostris mirifice obsecundante laudato Alexandro Russorum imperatore, ac Poloniae rege, cujus egregiam etiam in Nos voluntatem, probe jamdiu experti sumus, omnia tandem fausto, ac felici exitu ita composuimus, ut certioratis pridem episcopis, et capitulis, aliisque omnibus interesse habentibus novum exinde praesentis Poloniae regni ecclesiarum, ac dioecesium statum pro locorum positione, pro incolarum commoditate, pro peculiari demum rationum complectione praefinire, ipsumque Nostris hisce literis pontificiae auctoritatis munimine valeamus roborare.

Erectio sedi. Podlachiensis. §. 6. Ex certa itaque scientia, ac matura deliberatione Nostris, deque apostolicae potestatis plenitudine ad omnipotentis Dei gloriam, ad honorem Deiparae virginis, quam illustris Polonorum natio praecipuo veneratur obsequio, novam episcopalem sedem Podlachiensem nuncupandam in collegiata ecclesia sub titulo sanctissimae Trinitatis oppidi de Janow nun-

cupati erigimus, et constituimus, collegiatam eamdem ad cathedralis dignitatem, ac oppidum praefatum ad civitatis episcopalis honorem extollendo, futuroque ac pro tempore existenti episcopo Podlachiensi omnia et singula jura, praeeminentias, praerogativas, ac privilegia aliis episcopis legitime competentia tribuendo, praedictoque capitulo cathedrali indulgendo facultatem condendi statuta ab ordinario adprobanda, et gaudendi privilegiis aliarum cathedralium in regno Poloniae capitulis legitime competentibus.

Erectio sedis Augustoviensis, et Sandomiriensis.

§. 7. Suppressis deinde sedibus episcopalibus Vigersceusi, et Kielcensi, earum primam transferimus, ac de novo erigimus in civitatem de Seyna nuncupatam cujus episcopus Augustoviensis, sive Seynensis denominabitur, et in eadem civitate ecclesiam ab infrascripto harum literarum executore in ejus decreto expresse referendam erigimus in cathedralem, in quam capitulum antiquae Vigerscensis cathedralis transferimus; alteram vero in civitatem Sandomiriensem transferentes, atque ecclesiam inibi collegiatam sub titulo Nativitatis beatae Mariae virginis ad cathedralis ecclesiae gradum evehentes, eamque designantes pro capitulo prioris cathedralis Kielcensis de novo erigimus episcopalem ecclesiam Sandomiriensem nuncupandam, cujus episcopus Sandomiriensis nuncupabitur.

Concessio domorum pro novis episcopis, et seminariis erigendis.

§. 8. In supradictis autem Iannovensi de Seyna, et Sandomiriensi civitatibus tam palatium pro decenti episcopi habitatione, quam aedes pro puerorum ecclesiastico seminario per antedictum apostolicum executorem erunt respective assignandae.

Subiectio novarum sedium, et aliarum jurisdictioni archiepiscopi.

§. 9, Firmis vero manentibus episcopalibus sedibus Cracoviensi, Uladislaviensi, quae imposterum Uladislaviensis, seu Calisiensis erit nuncupanda, Plocensi, et Publinensi, cujus erectionem jam ab anno 1805 apostolicis literis sancitam praesentibus expresse confirmamus, easdem, simulque antedictas de Seyna, seu Augustoviensem, Sandomiriensem, et Ianowensem, seu Podlachiensem episcopales ecclesias ab alia quacumque jurisdictione, et subjectione prorsus eximentes, ac liberantes, omnes juri metropolitico archiepiscopi Varsaviensi perpetuo subjicimus, atque supponimus.

Distributio novarum dioecesum.

§. 10. Volentes nunc praevia dismembratione, separatione, atque immutatione nonnullorum locorum, et paroeciarum ad effectum illa, et illas diversis dioecesibus noviter aggregandi, atque incorporandi prout magis opportunum in Domino visum fuit ad novam dioecesium circumscriptionem procedere, ut singularum distinctis finibus quaestiones omnes auferantur circa spiritualis jurisdictionis exercitium earum distributionem, ac divisionem de apostolicae potestatis plenitudine decernimus, praescribimus, et constituimus juxta eum, qui sequitur modum, videlicet: =

De dioecesi Varsaviensi.

II. E senza un forte, e ragionevole motivo non dovranno esse far porre in letto l' adoratrice religiosa, che si senta incommodata, se questa non sia andata prima dalla madre superiora per esporre la qualità del suo male, sentire da lei la volontà del Signore, alla quale deve stare, e non a se medesima, memore sempre, che se il suo incommodo esigerà cura, sarà premura della madre superiora di rimetterla al professore, e di farle avere dalle consorelle infermiere tutta quella carità che ella merita.

III. L' infermiera resti in luogo separato, e fuori del dormitorio acciò senza disturbo della religiosa adoratrice comunità siano le inferme assistite sì di giorno, che di notte dalle consorelle infermiere. Sarà poi questa fornita di tutto l' occorrente per servizio, e bisogno delle medesime inferme, che debbono dimorarvi in celle separate.

IV. Abbiano memoria le infermiere, che dopo la terza visita del professore sono tenute a far chiamare il padre confessore, perchè visiti l' adoratrice religiosa inferma, che non facciano nè più nè meno di quello, che ordinerà il professore medesimo rispetto alla cura, che debbe aversele.

V. Che, se quindi il male non sarà di conseguenza, ma di piccoli incommodi, allora dovrà l' inferma rimettersi alla madre superiora, cha penserà essa a farle avere quella carità, che è secondo la povertà del santo istituto, che hanno professato.

VI. Tengano le infermiere una lista, in cui si segni da loro tutto quello, che hanno di biancheria, ed altro per servizio delle inferme consorelle.

VII. Se non vogliono mancare alla vera carità non si schifino di qualunque, benchè basso ministero, poichè a misura della violenza che si faranno in vincere loro stesse, ne riceveranno la mercede dal celeste loro sposo Gesù Cristo, che si assoggettò ad ogni sorta di patimento.

VIII. Sia loro perciò molto a cuore la nettezza, ed attenziona nei cibi, nei letti, e nelle celle delle inferme, dovendo elleno trattar qoeste nel modo stesso che tratterebbero Gesù medesimo.

IX. La consorella nell' offizio di speziala deve avere tutto il pensiere di condursi col medico alla visita dello inferme, portando con se un libro detto il *Ricettario*, ove il medico noterà i medicinali da apprestarsi all' inferma, a sarà ella poi prontissima a darglieli a suo tempo, e con tutta esattezza.

X. In spezieria non vi stia, che essa, ed altra compagna, che istruirà a questo oggetto, e dove potranno andare le infermiere, sempre però per i bisogni delle inferme, e non mai per divagarsi in ciarle inutili e vane.

XI. Detta adoratrice religiosa speziala abbia pur essa in ajuto una delle inservienti, all' occasione che ne avrà bisogno.

XII. Non ardirà mai senza ordine del medico di somministrara alle adoratrici religiose medicamenti di sorte alcuna, a riserva di qualche acqua, o boccone antisterico, che darà loro però coll' intesa della madre superiora.

XIII. Terrà in fine nota di tutto quello che ha in spezieria, e che si accresca in quell' anno.

Capo XXIX.

Delle refettoriere, e canavare

De iis, quae in refectorio, et cella vinaria operam praestant.

§. 33. I. L' uffizio delle refettoriere apparterrà alle zitelle inservienti, e sarà quello di apparecchiare, e sparecchiare le tavole ogni giorno, di pulire, e spolverare il refettorio, e di ben custodire le biancherie, che saranno loro consegnate dalle pannare, mutandole, quando saranno sudice, parimenti di portare le vivande, e servire in tavola alle raligiose perpetue adoratrici di Gesù sagramentato, di preparare i vasi del vino, che saranno di

cristallo ordinario, o così li bicchieri, per l' acqua quelli di stagno col suo bacile eguale; d' aceto, d' olio, e sale, come ancore i lumi della tavola per la sera.

II. Tuttociò faranno con attenzione, e sotto la vigilanza della religiosa dispensiera, come si è dichiarato al capo XIII numero VIII, affinchè sia ben apprestato quel tanto, che dà loro la santa povertà del monastero, per non mancare alla quale, avvertano bene a non ispregare olio, vino, ed altro, che spetta a questo loro uffizio.

III. Sotto la stessa vigilanza, e direzione opereranno le canavare, che saranno anche per quest' altro uffizio lo zitelle inservienti.

IV. Stia presso di loro la chiave della cantina, per cavarvi il vino per il bisogno dell' adoratrice religiosa comunità, e qualora necessiti ad alcuno di esse adoratrici qualche poco di vino pel conforto del suo stomaco, o per altro particolare bisogno, la consorella dispensiera, alla quale sarà richiesto, sia pronta a farglielo apprestare subito dalle medesime inservienti canavare, come ordinerà di farne portare quanto occorre, per la mensa della mattina, e della sera: sarà cauta peraltro di non farlo dare fuori del monastero senza licenza della madre superiora.

V. Non trascurino di ben custodire le botti, acciò non vadino a patire, e di essere pronte a provvedere a qualche disgrazia, che potesse accadere in tal loro uffizio. Le religiose dispensiere poi non permetteranno, che dette inservienti canavare vadano ad assistere alla cantina in occasione, che vi si porti il vino per uso dell' adoratrice comunità, ma faranno bensì assistervi il fattore del monastero, e siano esse vigilanti, perchè ciò sia eseguito colla maggior possibile sollecitudine, e che niuno degli uomini ardisca deviare, ed inoltrarsi in luogo fuori di quello in cui debbono agire, avendo presente quanto si dice al capo IX numeri XIII.

Capo XXX.

Delle dispensiere, panettiera, e cucinara

De aliis praepositis custodiae coquinae, promptuarii et panis.

§. 34. I. L' uffizio delle dispensiere deve essere molto esatto, e pulito. Queste saranno due delle religiose adoratrici, ed essendo richieste da qualche consorella di essere soccorsa per qualche suo bisogno, usi verso la medesima tutta la carità; specialmente se la religiosa sarà delle giovani, o dell' anziane, che per la loro età, e debolezza soffrono non poco atare a digiune.

II. Osservino bene peraltro, che ciò non derivi in talnna da un abito già preso, ma che sia vere bisogno, non omettendo di tener conto delle cose date loro dalla comunità.

III. Facciano colla loro assistenza tagliare, e dividere le pietanze dalle zitelle inservienti. Ciò fatto ordineranno alle altre zitelle refettoriere, che le portino in tavola con tutta puntualità o pulizia.

IV. Anderanno elleno poi insieme con tutte le altre consorelle religiose alla mensa, facendo ivi tacitamente la benedizione, indi chinando il capo verso la madre superiora in segno di aver licenza, si porranno al loro posto per desinare.

V. Le suddette religiose dispensiere avranno l' obbligo di assistere, come si trova notato nel capo XIII numero VIII. le zitelle inservienti, ed affinchè questo loro incarico riesca meno gravoso si farà fra loro la muta, cioè una le assisterà la mattina fin dopo il pranzo, e l'altra da dopo il pranzo fino all' ora del ritiro in cella per riposare.

VI. La panettiera, ohe sarà ancor essa una delle zitelle inservienti provederà, oome esige il suo uffizio ai bisogni della adoratrice comunità, sempre però coll' assistenza, come al numero antecedente.

VII. Senza licenza della superiora non si potrà dispensare il pane, nè altri comestibili fuori del monastero.

VIII. Le cuciniere inservienti sieno due per settimana, le quali per non mancare al loro dovere procurino con assiduità ed attenzione di cucinare tutto quello che verrà loro consegnato dalle religiose dispensiere suddette.

IX. Usino tutta la diligenza, affinchè non si consumino carbone e legna oltre il bisogno: tengano ben conto di tutt'altro, di cui debbano far uso in questo loro uffizio, dovendosi far carico del voto di povertà, che si professa dalle religiose adoratrici.

X. Si rammentino in fine, che per quanto hanno le medesime de studiarsi per ben coodizionare le pietanze, altrettanto dovranno aver sempre in mira, che le religiose adoratrici debbano mangiare per vivere, ed impiegarsi in servizio di Dio, ma non già per alimentarsi deliziosamente.

Capo XXXI.

Delle bucatare

De iis quae pannorum purgationem praestare tenentur.

§. 33. I. Le bucatare, che saranno parimenti le zitelle suddette, terranno pulite le vasche, ossiano lavatori, acciò venendo il tempo di fare il bucato, stiano preparati per porvi i panni sudici, che dovranno prendere dal luogo già detto di sopra al capo XXVI. numero V, laveranno que-

sti con tutta attenzione, indi ben custoditi, ed asciugati li porteranno nella stanza del lavoro, come è notato nel capo suddetto numero vi.

II. Nel tempo, in cui esse attendono a lavare, tengano il silenzio, o pure dicano il Rosario, secondo l' avvertimento dato al capo xiii. numero xiii.

Capo XXXII.

Della stanza del lavoro

De cubiculo nuncupato *del lavoro*.

§. 36. I. In una religiosa comunità, quale è quella delle adoratrici perpetue, che ha per oggetto, e fine il tributare un non interrotto ossequio a Gesù Cristo velato sotto le specie eucaristiche, una certa conformità nelle azioni ancora indifferenti sarà un mezzo efficacissimo, per corrispondere al professato istituto. Perciò viene stabilito, che nel monastero vi sia una stanza ben grande, e separata per i lavori, nella quale dovranno riunirsi le religiose professe in quelle ore, che rimangano libere dagli atti comuni, o delle proprie incombenze. Quivi riunite, benchè applicate a manuali lavori, procureranno mantenere il raccoglimento interno; e la presenza di Dio, e ad esso unirsi con frequenti devote aspirazioni, e orazioni giaculatorie.

II. In questa stanza dunque concorreranno tutte, a riserva di quelle religiose, che sono addette ne' tempi già dichiarati alla guardie della consorella, che adora Gesù sagramentato, alla sagristie, all' assistenza delle sorelle inservienti, ed alla maestra delle novizie, le quali debbono dimorare colla medesima nel noviziato, ed in comune senza lasciare l' assegnato lavoro che si benedirà ivi nella mattina colla preghiera, come all' esercizio quotidiano, e subito che vi si enderà, fatto in coro l' esame di coscienza, attenderanno ad eseguire quel tanto, che verrà loro ordinato dalla madre superiora.

III. In questa guisa unite ed impiegate, avranno gran premura di star tra loro raccolte, specialmente nella mattina prima della santa comunione, astenendosi dal proferire parole inutili, e mancanti alla carità come spesso suole accadere, quando stando insieme, non s' invigila sopra sè stesso.

IV. Tutto il loro pensiere sia quello di dover ricevere tra poco Iddio stesso, che le ha da giudicare, onde si umilino molto avanti a lui, e facciano continui atti di amore, e brama di presto accoglierlo nel loro cuore velato nel santissimo Sagramento dell' altare. Tutti i loro discorsi a questo tendano, ed ognuna procuri di essere nel raccoglimento, e santi desiderj più premurosa dell' altra.

V. Questo concorso nella stanza suddetta sarà in tutti i giorni di lavoro, e come si è detto, nel tempo libero dalle proprie occupazioni, e perchè siano vieppiù animate al raccoglimento inculcato loro, si prescrive in tempo di silenzio della mattina, che facciano la lezione del pane quotidiano dell' anima, in preparazione alla santa comunione, e nel direttorio della perpetua adorazione, come nel silenzio del dopo pranzo dicano la corona di Maria santissima addolorata.

VI. La madre superiora terminato che sarà il silenzio del dopo pranzo, farà fare qualche spirituale conferenza, proponendo, per esempio, i vantaggi della santa obbedienza, e la sua perfezione, l' eccellenza della carità, ed il vero bene, che apporta la santa povertà, l' umiltà, la mortificazione, e la pace, e concordia, che sempre regnar deve fra le perpetue adoratrici del santissimo Sagramento, non che i mezzi, che dà loro l' esercizio spirituale del ritiro in cella, per conseguire queste sante virtù, togliere gl' impedimenti, e santificarsi. Eccìterà ella, o in sua vece la vicaria, il loro spirito a ciò fare con dolci, ed insinuanti parole, interrogandole or l' una, or l' altra, facendo ragionar quella che sentirà vieppiù mossa a parlare sull' enunciate virtù, e materie proposte.

VII. Potranno altresì discorrere della preparazione, che deve farsi in alcune solennità dell' anno all' occasione, che accadono, come dell' avvento, della quaresima, della pentecoste, del Corpus Domini, e finalmente della preparazione, e disposizioni necessarie a ben ricevere i santissimi sagramenti, e della sorte, che hanno avuta di fare la loro corte di giorno, e di notte in compagnia dei ss. angeli al sommo Iddio sagramentato.

VIII. Quale conferenza duri un quarto, più o meno, secondo il tempo, e brama che ne avranno.

IX. Qui rammentasi a tutte, che ciò di bene, che si farà tanto in detta stanza, quanto fuori della medesima, tutto si ponga nelle mani della regina de' martiri Maria santissima, o sia di comunioni, suffragi, ed altro, acciò che essa come loro amorosissima madre, e protettrice si degni aggiungervi la sua valevole mediazione presso il suo divinissimo figlio, perchè ne disponga a suo beneplacito a pro dei viventi, e dei trapassati colla fiducia, che sarà per disporne a vantaggio di quelli, pei quali avranno esse pregato.

X. Si terranno sempre raccomandati a questa loro cara madre gl' insigni benefattori, de' quali Iddio si è voluto servire

per principiare, e stabilire colle loro abbondanti elemosine l' opera grande dell' adorazione perpetua a Gesù sagramentato, e perciò in ogni dì in fine della corona si dirà in comune per li medesimi una *Salve Regina*, ed in ogni giovedì della settimana tutte le adoratrici pregheranno per le anime loro nella santa comunione, con applicare a pro de' medesimi benefattori le indulgenze applicabili anche per i defonti, e pregheranno altresì per tutti i bisogni sì spirituali, che temporali delle loro famiglie.

XI. Da tutto ciò intendano quanto s' inculchi, che sia profonda in esse e costante la divozione verso i dolori della gran vergine Maria, madre dell' adorabile Salvatore Gesù sagramentato, che dopo di lui è quella che venerare debbono con tenerezza di affetti, supplicandola a tenerle tutte sempre ben custodite sotto il prezioso manto del suo potentissimo patrocinio, e a difenderle dai loro nemici visibili, ed invisibili con ottener loro vieppiù maggiori le grazie dal diletto suo divin figliuolo Gesù sagramentato a poterlo fedelmente servire, amare, lodare, e ringraziare in questa santa religione in tutto il tempo di lor vita.

XII. E per dare ad essa un più vivo, ed umile attestato del loro rispetto, e confidenza, non solamente faran tutte nel giorno della solennità de' suoi dolori che cade nella terza domenica di settembre, la santa comunione, e comunicate rinnoveranno nelle mani del padre confessore la loro professione dicendo, come viene dichiarato al capo v. numero ix. e notasi nel libretto della rinnovazione della professione, ma anche dopo le ore ventuno del venerdì santo sino alle ore sedici del sabato veniente, per fare a lei compagnia nella grave desolazione, in cui trovavasi essendo rimasta priva della presenza di Gesù unico oggetto del suo amore, attenderanno a stare in tali ore di tanto lutto, e tristezza per una madre così amabile, vedova senza conforto, per lo spazio di un' ora per ciascuna, una dopo l' altra nel luogo stesso, ove di ora in ora adorano esse il venerabile Sagramento.

XIII. Per contestare sempre più la particolare loro divozione al purissimo trafitto cuore della vergine Maria, non lasceranno ancora di praticarlo in tutti i venerdì dell' anno per una sola ora, cioè dalle ore ventuno sino alle ventidue, lo che si farà parimenti a turno da ciascuna di loro.

XIV. Si presteranno pertanto a ciò con tale impegno del loro spirito, che la compagnia, che esse le fanno, sia di gradimento all' addolorata loro signora nelle angustie, e tristi pensieri, che specialmente in quella notte avrà ella riandato su tutti i tormenti, strazj, dolori, amarissima agonia, e penosissima morte dell' amato suo figlio Gesù, che l'era spirato sotto gli occhi,

XV. Compassionino con tutta tenerezza, e vivezza del loro cuore gl'immensi spasimi, e le atroci pene di una madre, che è madre di un figlio Dio, morto svenato sull' ara della croce per la comune redenzione, e mentre adorano questo divin Redentore nella sagra ostia, rendano al suo divin cuore tante grazie per il grande amore, che a tutti ha dimostrato coll'aver voluto rimanere qui in terra sotto le specie sagramentali, ringraziando ancora la divina sua madre, per essere ella concorsa in mezzo ad un mar di dolori al gran sacrifizio dell' umana redenzione coll'offerire per tutti all' eterno Padre l'unigenito suo figliuolo.

XVI. Grata questa amorosissima madre a tale atto di conforto di figlial compassione, e riconoscenza otterrà loro il perdono delle loro colpe, e le riguarderà sempre benignamente sì in vita, che in morte, come le perpetue adoratrici dello stesso suo divin figlio Gesù sagramentato, come le sue vere, ed umili serve e figlie, e come le devote del purissimo suo sposo s. Giuseppe.

XVII. Si rappresenta per ultimo, e s' inculca alle religiose di questo istituto, che l' oggetto stesso del loro special culto, e perpetua adorazione, che è Gesù sagramentato, le ammonisce, ed efficacemente l' esorta ad essere particolarmente devote della passione e morte di Gesù crocifisso, poichè il sagramento eucaristico, che elleno assiduamente adorano, è memoriale perenne della passione, e morte dell'amabilissimo Salvatore, il quale lo ha istituito, affinchè nella sua Chiesa si rinnovasse ogni giorno sul s. altare in una maniera incruenta quello stesso sacrifizio, che una sola volta egli offrì sull' altare della croce, colla sua vera, e reale morte, e coll'effettivo spargimento di tutto il suo sangue divino. Perciò le religiose, che nelle tre ore dell' agonia di Gesù crocifisso, cioè, dalle diciotto alle ventuno di ciascun venerdì faranno la consueta adorazione avanti Gesù sagramentato, attenderanno specialmente in quest' ore a meditare divotamente gli acerbissimi dolori, ed agonie di Gesù in croce, le ultime parole, che su di essa proferì, e la di lui santissima morte per la salute, e redenzione del mondo, ed anche le altre religiose non trascureranno nelle suddette ore del ve-

nerdì di portarsi in ispirito frequentemente al Calvario, per accompagnare con pie aspirazioni le agonie del moribondo Gesù.

Capo XXXIII. ed ultimo.

Dispositiones generales. §. 35. I. Affinchè totte sempre, e fedelmente cooperino al fine, per cui si è degnato chiamarle Gesù Cristo a questo santo istituto, ed osservino puntualmente quanto in esso vien prescritto, la madre superiora in tutti i giovedì della settimana ferà leggere in refettorio la presente regola, almeno in parte, riservandone la continuazione sino al fine nei giovedì susseguenti.

II. Tuttavolta ciascuna delle adoratrici religiose avrà presso di se una copia della stessa regola, che terrà in cella, ove spesso ne leggerà i capitoli, e specialmente quelli, che risguardano le obbligazioni comuni, e gli altri che servano per norma del loro particolare officio, affinchè si rammentino sovente dei propri particolari doveri per quindi prontamente eseguirli.

III. Se per altro la memoria di quelle cose, che sorvono di strada alla perfezione, conduce spesso a praticare i mezzi per giungervi, molto più si deve aver premura di penetrare nello spirito dell' istituto, che si professa, e di guidarsi a seconda del medesimo: quindi le consorelle adoratrici procureranno di alimentare le anime loro col soave cibo dell'amor santo, ricordandosi, e riflettendo, che l' unione col loro sposo Gesù Cristo, e l' impegno di sempre più compiacerlo, è una manna ascosa, la di cui dolcezza non sente, se non che chi la prova.

IV. Abbiano dunque sempre in mira di unirsi alle schiere degli angeli, dei cherubini, e dei serafini in tributare a Gesù Cristo i loro ossequi, le petizioni, i ringraziamenti, e gli atti di amore, che alla loro bassezza col suo ajuto sono possibili, offerendogli altresì in supplemento per il tempo, e per l' eternità le sue perfezioni infinite, e l' amore che porta a se stesso.

V. Cosicchè in lodando, e in adorando col lume della santa fede Gesù sagramentato esposto di giorno sul sagro altare, e chiuso nella notte. nel tabernacolo devono considerare la bella sorte loro concessa di starsi alla sua divina presenza; perciò umiliandosi profondamente, procureranno di concentrarsi in lui, che è il fonte di ogni bene, e lasciando da banda ogni pensiere terreno, lo adoreranno di continuo, e con gioja e contento dell' anima loro gli presteranno gli atti più umili, e sinceri del loro rispetto e venerazione. Si rammentino, che l' amabilissimo loro sposo richiede da tutte un cuore puro, retto, e generoso in corrispondenza di averle prescelte per un sì augusto oggetto in questa santa religione, dove procureranno menare una vita tutta interiore, se vogliono godere di questa grazia singolarissima, che loro ha fatta.

VI. Si studieranno di operar sempre con unione, fedeltà, e raccoglimento di spirito, per quanto è possibile all' umana debolezza, di esser sempre fervorose ed assidue tanto di giorno, che di notte in sacrificare a S. D. M. tutti i pensieri della mente, ed affetti del cuore, in dargli onore, gloria, e compiacimento colle loro lodi e perenni adorazioni. Avranno intenzione di dargli con queste un qualche compenso per li tanti torti, che riceve dal mondo, il quale in vece di amarlo l' offendo colla moltitudine de' peccati.

VII. Considerando la grandezza del loro celeste sposo realmente presente, benchè velato sotto le specie sagramentali, e riflettendo alla propria miseria, con profonda umiltà, e filial confidenza lo pregheranno ad animare la loro fede, ed ad eccitare ne' loro cuori quel santo amore pel quale anelino in tutti i momenti della loro vita ad unirsi intimamente a lui, onde accette gli siano le loro continue, e non interrotte adorazioni, supplicheranno l' immensa bontà, e misericordia di sua divina maestà per li vantaggi, e dilatazione della santa Chiesa cattolica, pel suo capo visibile il Romano pontefice, per l' estirpazione dell' eresie, per la conversione de' peccatori, e di tutti quelli, che vivono nelle tenebre dell' ignoranza, e degli errori, acciocchè tutti uniti in uno stesso spirito di fede, e di comunione cattolica, ed accesi del santo amore, spingano ancora essi il loro cuore ad adorare, lodare, amare, e ringraziare ogni momento Gesù nel santissimo sagramento = *Cui cum Deo patre, et sancto Spiritu, ac dolorosissimae semper virgini ejus matri Mariae, nec non ejusdem sponso castissimo Josepho, sit honor et gloria in saecula saeculorum. Amen.*

§. 36. Ut autem institutum praedictum, ac constitutiones praeinsertae firmius subsistant, et serventur exactius, memorata Maria Magdalena de Incarnatione fundatrix una cum religiosis consororibus, apostolicae confirmationis Nostrae patrocinio communiri summopere desiderant, enixisque precibus a Nobis expostulant. Preces porrectae pro consequenda apostolica confirmatione.

§. 37. Nos igitur praedictas exponentes ac singulares earum personas specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, et Tenor confirmationis.

interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris sententiis et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutas fore censentes, supplicationibus hujusmodi inclinati, de venerabilium fratrum Nostrorum Sanctae Romanae Ecclesiae cardinalium negotiis, et consultationibus episcoporum et regularium praepositorum, ad quos praedictarum constitutionum examen commisimus, consilio institutum praefatum, ac constitutiones praeinsertas, et omnia in illis contenta et expressa, auctoritate apostolica, tenore praesentium approbamus, et confirmamus, illisque inviolabilis apostolicae firmitatis robur adiicimus, omnesque, et singulos juris et facti defectus si qui desuper intervenerint, sanamus, atque supplemus.

§. 40. Decernentes has praesentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

§. 41. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis caeterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem, ut earumdem literarum transumptis, seu exemplis etiam impressis, et manu alicujus notarii publici subscriptis, ac sigillo personae in ecclesiastica dignitate constitutae munitis eadem prorsus fides in judicio, et extra illud adhibeatur, quae ipsis praesentibus adhiberetur, si forent exhibitae, vel ostensae.

Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die vicesima secunda julii millesimo octingentesimo decimo octavo, pontificatus Nostri anno decimo nono.

DCCCV

Facultas administrandi sanctissimum Eucharistiae sacramentum etiam per viaticum, et aliud extremae unctionis, et concedendi ecclesiasticam sepulturam in coemeterio pro cappellano piae domus B. M. V. ab Exilio nuncupatae in civitate Lisbonensi. Dat. die 21 julii 1818 anno XIX

Dilecto filio vicario capitulari ecclesiae Lisbonensis, illius patriarchali sede vacante, legitime deputato.

Pius PP. VII.

Dilecte fili
Salutem et apostolicam benedictionem.

Tenor concessionis.

§. 1. Exponi Nobis nuper fecit dilectus filius modernus praefectus vulgo = intendente di pulizia = istius civitatis, itemque, inspector, seu administrator piae domus regiae nuncupatae, vel institutionis in aedibus olim monasterialibus ordinis Cisterciensis beatae Mariae virginis ab Exilio istic erectae, in qua domo septigenti et ultra pueri, puellaeque ex fidelissimi regis munificentia aluntur, christianeque educantur, quod, cum in publica ejusdem domus cappella debitis cum licentiis sanctissimum Eucharistiae sacramentum adservetur, et cappellanus presbyter extet, qui spiritualibus alumnorum hujusmodi indigentiis consulit, diu noctuque assidue degens; cumque praeterea sepulcrum, aut coemeterium pro cadaveribus sepeliendis satis aptum ibidem reperiatur, ad majorem puerorum praedictorum spiritualem consolationem, et commodum sacramenta in eadem domo degentibus per proprium cappellanum praedictum administrari posse plurimum desiderat, etiam ex eo, quod aliquando accidit, ut eorum aliquis evivis excesserit, quin sanctissimis sacramentis rite fuerit munitus. Nobis propterea humiliter supplicari fecit, ut dictis alumnis in praemissis providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Expositio precum.

§. 2. Nos igitur ipsum exponentem specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et singulares personas, quibus hae literae favent, a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutas fore censentes, supplicationibus hujusmodi inclinati, discretioni tuae, eo quod sedes patriarchalis Lisbonensis adhuc vacat, per

praesentes committimus, et mandamus, quatenus, constito tibi prius de narratorum veritate, auditoque locali parocho, ut moderno, et pro tempore in perpetuum existenti memoratae domus cappellano petitam facultatem administrandi sanctissimum Eucharistiae sacramentum etiam per viaticum, et aliud extremae unctionis sacramentum omnibus, et singulis in dicta domo degentibus, et stabiliter pernoctantibus dumtaxat, nec non sepeliendi juxta ritum Ecclesiae in dicto coemeterio, vel sepulchro eorumdem sibi degentium, stabiliterque pernoctantium tantum cadavera, salvis in reliquis parochialibus juribus, auctoritate Nostra apostolica pro tuo arbitrio, et prudentia gratis impertiaris.

Clausula sublata, et decretum irritans

§. 3. Decernentes ipsas praesentes literas firmas, validas, et efficaces existere ac fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri et obtinere; sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores, ac Sanctae Romanae Ecclesiae cardinales etiam de latere legatos, et sanctae Sedis nuncios, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, judicari et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 4. Non obstantibus apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus; nec non quatenus opus sit, illius parochialis ecclesiae etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis; quibus omnibus et singulis illorum tenores praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud s. Mariam Majorem sub annulo piscatoris die vicesima quarta julii MDCCCXVIII pontificatus Nostri anno decimo nono.

DCCCVI

Facultas gestandi numisma cum imagine beatae Mariae virginis nuncupatae de Belen, et Fugae in Aegyptum pro fratribus congregationis ejusdem tituli in civitate Matriti dioecesis Toletanae.

Dat. die 24 julii 1818 anno XIX.

Pius PP. VII.

Venerabilis frater
Salutem et apostolicam benedictionem.

Expositio precum.

§. 1. Exponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii confratres congregationis sub titulo Nostrae Dominae da Belen nuncupatae, et Fugae in Aegyptum in parochiali ecclesia sanctissimi Salvatoris, et sancti Nicolai Barensis oppidi civitatis nuncupat. Matriti istius Toletanae dioecesis canonice, prout asseritur, erectae, quod non parum ad divinum cultum promovendum, devotionemque erga beatissimam virginem confovendam conferret, si praedicti exponentes in sacris peragendis functionibus ecclesiasticis numismate in quo impressa sit praedictae sanctissimae virginis imago, e collo ante pectus per fasciolam pendente decorarentur; Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut in praemissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis.

§. 2. Nos igitur dictos exponentes, ac singulares eorum personas specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus hujusmodi inclinati, fraternitati tuae per praesentes committimus et mandamus, ut veris existentibus narratis, et si id in Domino expedire censueris, modernis, et pro tempore in perpetuum existentibus confratribus congregationis praedictae, ut ipsi in omnibus et singulis functionibus in illorum ecclesia peragendis, aliisque actibus publicis ejusdem sodalitii numisma cum imagine beatae Mariae virginis praedictae e collo ante pectus per fasciolam coloris eorum habitus pendens gestare libere, ac licite possint, et valeant, auctoritate Nostra apostolica indulgeas, atque concedas, illosque desuper a quoquam impediri, molestari, vel perturbari nullatenus posse, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter con-

tigerit attentari, dicta auctoritate decernes.

Derogatio contrariorum. §. 3. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non dictae congregationis, etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, et cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo, ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ed praemissorum effectum, hac vice dumtaxat, specialiter et expresse derogamus caeterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die vicesima quarta julii millesimo octingentesimo decimo octavo, pontificatus Nostri anno decimo nono.

DCCCVII.

Dat. die 28 julii 1818 anno XIX.

Facultas gestandi mozzettam violacei coloris supra rocchettum pro canonicis ecclesiae sancti Nicolai civitatis Pontis Curvi.

Pius PP. VII.

Ad futuram rei memoriam

Prooemium. §. 1. Sacrorum inter indumentorum insignia ad dignitatem divinis officiis comparandam, et devotionem fidelibus populis infundendam pie salubriterque instituta, semper apostolica Sedes in more habuit quaedam iis conferre, qui ministerio ecclesiarum antiquitatis, celebritatis, alteriusve tituli laude pollentium perfunguntur, ut et ipsis ecclesiis decus accrescat, et ipsarum ministri insignioribus vestibus ornati forinsecus, ad interiora incitentur ornamenta virtutum, quibus tum in conspectu Altissimi, qui corda intuetur, purius adstare, tum oculo plebis, cui morum exemplo esse debent, sanctius in dies satagant apparere.

Expositio precum. §. 2. Cum itaque, sicut Nobis nuper nomine dilectorum filiorum capituli, et canonicorum collegiatae ecclesiae sancti Nicolai civitatis Pontis Curvi expositum est, praedicta collegiata ecclesia caeteris existentibus tam in dioecesi Aquinatensi, quam in alia Pontis Curvi perpetuo canonico unitis, vetustate erectionis praecellat, praedicti exponentes ad ipsius ecclesiae splendorem augendum mozzettam violacei coloris, qua hucusque supra cottam usi sunt, dein supra rochettum gestare posse plurimum desiderant. Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut ipsis in praemissis opportune providere, ac ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis. §. 3. Nos igitur exponentium votis benigne annuere volentes, eosque, ac singulares eorum personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, et poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatae existunt, ad effectum praesentium tantum consequendum, harum serie absolventes, et absolutas fore censentes, hujusmodi supplicationibus Nobis porrectis inclinati, attenta favorabili relatione ordinarii Pontis Curvi Nobis transmissa, modernis, et pro tempore in perpetuum existentibus abbati curato, ac canonicis collegiatae praedictae, ut ipsi mozzettam violacei coloris supra rochettum loco cottae, qua hactenus usi sunt, in posterum tam in ecclesia praedicta, ejusque choro, et capitulo, quam extra eam in processionibus, aliisque functionibus, et actibus publicis capitularibus quibuscumque gestare libere, et licite possint, et valeant, auctoritate apostolica tenore praesentium concedimus, et indulgemus, eosque desuper a quoquam quavis auctoritate impediri, molestari, vel perturbari nullatenus posse, ac irritum et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari decernimus.

Derogatio contrariorum. §. 4. Non obstantibus fel. rec. Benedicti pp. XIV. praedecessoris Nostri super divisione materiarum, aliisque apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, nec non, quatenus opus sit, dictae ecclesiae etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, et consuetudinibus, caeterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die vicesima octava julii, millesimo octingentesimo decimo octavo, pontificatus Nostri anno decimo nono.

DCCCVIII.

Dat. die 28 julii 1818 anno XIX.

Concessio usus mitrae albae pro dignitatibus, et canonicis ecclesiae cathedralis Liparensis.

Pius PP. VII.

Ad perpetuam rei memoriam

Prooemium

§. 1. Romanorum pontificum praedecessorum Nostrorum vestigia prementes ecclesiasticis viris, qui coelestis Sionis aemuli in templis magis conspicuis divinas laudes quotidie concinunt, peculiaria insignia deferenda interdum concedimus, ut ipsi per externas quoque decorationes excitati internarum virtutum splendore lucere conentur in domo Domini.

Expositio precum.

§. 2. Cum itaque sicut dilecti filii moderni quatuor dignitates, et quatuordecim canonici cathedralis ecclesiae Liparensis Nobis nuper exponi fecerunt, ecclesia ipsa antiquitatis laude, vetustissimorum praesulum sanctitate, nunc ibi Altissimo famulantium sacerdotum probitate, et doctrina ita floreat, ut una ex praestantioribus finitimarum regionum ecclesiis habeatur, multum splendoris ad eam accederet, ac divinus cultus, populique devotio majora ibi incrementa susciperet, si ejusdem cathedralis dignitates, et canonici nova aliqua insigniori decoratione ornentur.

Tenor concessionis.

§. 3. Nos praemissis causis adducti eosdem dignitates, et canonicos specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, modernis, et pro tempore in perpetuum existentibus dignitatibus, et canonicis praememoratae cathedralis ecclesiae Liparensis, ut ipsi in civitate, et dioecesi Liparensi in missis, vesperis, ac laudibus solemniter decantandis, ac etiam in processionibus, seu publicis supplicationibus, benedictionibus candelarum, cinerum, palmarum, ac fontis baptismalis, ac reliquis ecclesiasticis functionibus, in quibus sacra indumenta adhiberi oporteat, mitra alba uti libere, ac licite possint, et valeant apostolica auctoritate, tenore praesentium concedimus, et indulgemus, eisdemque in suis armis, seu insigniis gentilitiis mitram apponi faciendi, et addendi licentiam, et facultatem perpetuo tribuimus, et impertimur; ipsosque super praemissis a quoquam perturbari, aut impediri nullatenus posse; sicque et non aliter per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores, ac Sanctae Romanae Ecclesiae cardinales etiam de latere legatos, et dictae Sedis nuncios, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, decernimus.

§. 4. Non obstantibus felicis recordationis Benedicti pp. XIV. praedecessoris Nostri super divisione materiarum, aliisque apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, nec non, quatenus opus sit, praedictae cathedralis, aliisque quibusvis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis; quibus omnibus, et singulis illorum tenores praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expressa derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque. Derogatio contrariorum

Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem die vicesima octava julii, millesimo octingentesimo decimo octavo, pontificatus Nostri anno decimo nono.

DCCCIX

Dat. die 4 augusti 1818 anno XIX.

Facultas ampliandi numerum adolescentium choralium in ecclesia cathedrali Pharaonensi.

Dilecto filio vicario capitulari ecclesiae Pharaonensis, illius episcopali sede vacante, legitime deputato.

Pius PP. VII.

Dilecte fili
Salutem et apostolicam benedictionem.

Expositio precum.

§. 1. Exponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii capitulum, et canonici istius cathedralis ecclesiae Pharaonensis, quod cum in eorum ecclesia sex pueri chorales existant, qui sacris faciendis ministrant, at divinas laudes cum aliis cantoribus concinunt, cumque ex dimidia canonicali praebenda pro horum mercede adsignata tantum supersit fructuum, quantum pro aliis duobus hujusmodi adolescentibus alendis sufficeret, pro meliore ecclesiae servitio duos hosce superioribus addere posse plurimum desiderant. Nobis propterea humiliter supplicari fecernnt, ut sibi in praemissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis.

§. 2. Nos igitur susceptum per dictos canonicos consilium valde in Domino laudantes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, discretioni tuae, eo quod sedes episcopalis Pharaonensis adhuc vacat, per praesentes committimus, et mendamus, quatenus, constito tibi prius de capitulari ad id consensu per secreta suffragia, si non fuerit ad id praestitutus, praestando, eisdem capitulo et canonicis petitam licentiam, et facultatem superaddendi, et instituendi alios novos duos pueros, seu adolescentes chorales cum omnibus, et singulis legibus, conditionibus, emolumentis, honoribus, et oneribus, quae pro aliis nunc existentibus constitutae reperiuntur, auctoritate apostolica arbitrio tuo concedas, et indulgeas.

Derogatio contrariorum.

§. 3. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non, quatenus opus sit, ipsius cathedralis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; quibus omnibus, et singulis illorum tenores praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum, hac vice dumtaxat, specialiter et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatorio die quarta augusti, millesimo octingentesimo decimo octavo, pontificatus Nostri anno decimo nono.

DCCCX

Dat. die 16 augusti 1818 anno XIX.

Erectio archiconfraternitatis sub titulo Nativitatis beatae Mariae virginis, et invocatione sancti Vitalis vulgo *de' Servitori* in civitate Neapoli.

Pius PP. VII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Expositio precum.

§. 1. Exponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii confratres sodalitatis sub titulo Nativitatis beatae Mariae virginis, et invocatione sancti Vitalis vulgo *de' Servitori* in civitate Neapolitana canonice, prout asseritur, erectae, quod in ipsorum spiritualem consolationem, ejusdemque sodalitatis decus, et incrementum cederet, si archiconfraternitatis titulo decoraretur, cum privilegio seu indulto alias ejusdem invocationis, et instituti canonice etiam erectas confraternitates aggregandi, sicque aggregatis spirituales gratias, et indulgentias communicandi. Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut in praemissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis.

§. 2. Nos igitur ejusdem confraternitatis splendori, et augmento paternis studiis intendentes, et dictos exponentes, ac singulares eorum personas specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis et poenis quovis modo et quacumque de causa latis si quas forte incurrerint hujus tantum rei gratia absolventes et absolutos fore censentes supplicationibus hujusmodi inclinati, confraternitatem, seu sodalitatem praedictam in archiconfraternitatem cum omnibus, et singulis privilegiis, praerogativis, juribus, honoribus,

et praeeminentiis, solitis, et consuetis, sine cujuscumque praejudicio, auctoritate apostolica tenore praesentium perpetuo erigimus et instituimus; ac archiconfraternitati sic erectae officialibus, et confratribus praesentibus, et futuris, ut ipsi alias quascumque confraternitates ejusdemque tituli, et instituti extra urbem praedictam ubicumque locorum existentes eidem archiconfraternitati, servata tamen forma constitutionis fel. rec. Clementis pp. VIII. praedecessoris Nostri desuper editae, aggregare, illisque omnes et singulas indulgentias, et peccatorum remissiones, ac poenitentiarum relaxationes ipsi confraternitati sic in archiconfraternitatem a Nobis erectae a Sede apostolica concessas, et alias communicabiles communicare libere, et licite possint, et valeant auctoritate, et tenore praefatis concedimus perpetuo, et indulgemus.

Clausula sublata, et decretum irritans. §. 3. Decernentes easdem praesentes literas semper firmas validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri at obtinere, ac illis ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum. §. 4. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, ac quatenus opus sit supradictae confraternitatis, aliisque quibusvis, etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis; quibus omnibus, et singulis illorum tenores praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes illis alias in suo robore permansuris ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem, sub annulo piscatoris die decima octava augusti millesimo octingentesimo decimo octavo, pontificatus Nostri anno decimo nono.

DCCCXI

Erectio ecclesiae monachorum ordinis sancti Benedicti de Montenigro in dioecesi Liburnensi in basilicam minorem cum omnibus privilegiis, gratiis, et praeeminentiis, quibus aliae fruuntur.

Dat. die 21 augusti 1818 anno XIX.

Pius PP. VII.

Ad perpetuam rei memoriam

Proemium. §. 1. In summo apostolatus apice, meritis licet imparibus constituti ad ecclesiarum omnium statum, quarum Nobis a Domino commissa est cura, propensis studiis animum jugiter intendimus, illarumque honorificentiae, et splendori, prout rationi consentaneum videtur, libenter consulimus.

Expositio precum. §. 2. Ex parte dilecti filii Averardi Bruni monachi, et superioris monasterii, sanctuarii nuncupati beatae Mariae virginis de Montenigro Liburnensis dioecesis expositum Nobis nuper fuit, quod cum ipsius monasterii ecclesia monachorum ordinis sancti Benedicti congregationis Vallis Umbrosae vetustissima extet, et solemniter coronata Deiparae imago, ad quam venerandam Christifideles vel ex remotis regionibus undique confluunt, divinus cultus, fideliumque dovotio majora ibi incrementa susciperet, si ecclesia ipsa, per Nos in basilicam erigatur. Nobis propterea memoratus Averardus humiliter supplicari fecit, ut eidem ecclesiae in praemissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis. §. 3. Nos igitur attentis desuper ordinarii Liburnensis relationibus, ipsum exponentem specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerit, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, eamdem ecclesiam in basilicam minorem cum omnibus, et singulis privilegiis, gratiis, praeeminentiis, exemptionibus, et indultis, quibus aliae ecclesiae basilicae minores hujusmodi quomodolibet utuntur, fruuntur, et gaudent, ac uti, frui, et gaudere poterunt in futurum auctoritate apostolica tenore praesentium erigimus, ac talem ex nunc perpetuo esse, et fore statuimus, eamdemque ecclesiam basilicam nuncupari, et haberi volumus.

Clausula sublata, et decretum irritans. §. 4. Decernentes ipsas praesentes literas firmas, validas, et efficaces existere, ac fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri et obtinere, ac illis ad quos spectat in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum. §. 5. Non obstantibus, quatenus opus sit, felicis recordationis Benedicti pp. XIV praedecessoris Nostri super divisione materiarum, aliisque apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus; quibus omnibus et singulis, etiamsi pro illorum sufficienti derogatione specialis, specifica, expressa, et individua, non autem per clausulas generales idem importantes mentio habenda, aut quaevis alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum tenores praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat, specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris, die vicesima prima augusti millesimo octingentesimo decimo octavo, pontificatus Nostri anno decimo nono.

DCCCXII.

Dat. die 11 septembris 1818 anno XIX.

Beatificatio venerabilis servi Dei Francisci de Possadas fratrum ordinis Praedicatorum.

Pius PP. VII.

Ad perpetuam rei memoriam

Laudes venerabilis servi Dei. §. 1. Benedictus Deus, qui nova semper in Ecclesia sua heroicarum instaurat virtutum exempla. Unum autem ex hisce venerabilem Dei servum Franciscum Possadas fuisse constat. Ipse enim Cordubae in Vandalicia natus, in dulcedinis benedictionibus a Domino praeventus, velut alter Nicolaus Myrensis, infans a lacte sugendo quibusdam hebdomadae diebus abstinuit. Dulcissimum Mariae nomen, quod in corde insculptum habere videbatur, adhuc etiam balbutiens proferre consuevit. Puer a ludicris semper abhorrens omnibus eluxit virtutibus, quae illam ornant aetatem; tantamque jam ex eo tempore in Christi pauperes dilectionem prae se tulit, ut eis panem, quo se vesci oportebat, ultro distribueret. Adolescens aequales suos validis supra aetatem rationibus ad pietatem in Deum, parentesque colendam excitabat. Ineunte vero juventute ascensiones in corde suo disponens Praedicatorum ordinem est ingressus. Corpus suum jejuniis, flagellis, et asperrimo cilicio in servitutem redigebat, atque impensius internis virtutibus excolendis operam dabat. Bonus itaque Christi miles factus fidei certamen ita strenue verbo, et opere certavit, ut odia ad internecionem usque flagrantia extinxerit, errantes ad poenitentiam, poenitentes ad Christianam perfectionem adduxerit. Tanta enim animarum zelo flagrabat, ut sanctus Vincentius Ferrerius, quem sibi in hoc imitandum proposuerat, revixisse videretur. A concivibus suis Cordubensibus, ut theatralia spectacula in perpetuum libenter e patria eliminarent, obtinuit. Oblatos sibi Algherensem, et Gadicensem episcopatus recusavit, abjectissimis quibusque officiis obeundis semper deditus. Orandi studio, animi demissione, cordis mansuetudine, in seipsum odio, in Deum autem, et proximum charitate mirifice clarus. Prophetiae etiam dono, spirituum discretione, aliisque charismatibus enituit. Demum omnibus omnia factus, et confessarii, sacrique concionatoris muneribus per quadraginta fermo annos sanctissime functus extremum in osculo Domini diem clausit septuagenarius anno MDCCXIII. Quoniam vero tot, tantarumque servi Dei virtutum exempla, ex quibus multum utilitatis christiani ejusdem temporis percepere, praesentis quoque, et futurarum aetatum hominibus prodesse possunt.

Judicium de virtutibus in gradu heroico latum a s. congregatione Rituum. §. 2. Nos, qui ex divina dispositione Dominico gregi, meritis licet, virtutibusque impares, praesidemus, apostolicae servitutis Nostrae esse ducimus tanti viri honorem, et venerationem, quantum Nobis ex alto conceditur, promovere, cum ad majorem Dei gloriam, tum ad cunctorum fidelium, religiosorum praesertim, incitamentum. Cum itaque mature, diligenterque discussis, et perpensis, per congregationem venerabilium fratrum Nostrorum Sanctae Romanae Ecclesiae cardinalium sacris ritibus praepositorum, processibus, de hujus sanctae Sedis licentia confectis, super vitae sanctitate, et virtutibus, tam theologicis, quam moralibus in gradu heroico, quibus servum Dei Franciscum Pos-

sadas fratrum ordinis Praedicatorum professorem multipliciter claruisse, et super miraculis, quae ad ejus intercessionem, ejusque sanctitatem hominibus manifestandam a Deo edita, et patrata fuisse dicebantur, eadem congregatio coram Nobis constituta, auditis quoque consultorum suffragiis, uno spiritu, unaque voce censuerit, posse, quandocumque Nobis videretur, praedictum Dei servum beatum declarari cum consuetis indultis, donec ad actum solemnis illius canonizationis deveniatur.

Beatificatio §. 3. Nos piis, enixisque totius memorati ordinis, et nominatim dilecti filii Vincentii Sopena, hujus causae postulatoris, supplicationibus Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, de dictae congregationis consilio, et assensu, auctoritate apostolica, tenore praesentium, facultatem concedimus, et impertimur, ut idem Dei servus Franciscus Possadas beati nomine nuncupetur, ejusque corpus, et reliquiae (non tamen in processionibus circumferendae) venerationi fidelium exponantur, imagines quoque radiis, seu splendoribus exornentur, ac de eo quotannis recitetur officium, et missa *de Comuni Confessorum non Pontificum* cum orationibus propriis a Nobis adprobatis, juxta rubricas breviarii et missalis Romani, sinimus. Porro recitationem officii, et missae celebrationem hujusmodi fieri concedimus dumtaxat in universo Praedicatorum ordine utriusque sexus die vicesima septembris anniversaria ejus transitus, necnon in civitate, et dioecesi Cordubensi, ubi natus est, ab omnibus utriusque sexus Christifidelibus tam saecularibus, quam regularibus, qui ad horas canonicas tenentur, in alia die per ordinarium designanda, et quantum ad missas attinet, etiam ab omnibus sacerdotibus ad ecclesias, in quibus festum peragetur, confluentibus.

Concessio missae propriae §. 4. Praeterea primo dumtaxat anno a datis hisce literis inchoando, et quoad Indias a die, quo eaedem literae illuc pervenerint, in ecclesiis ordinis, et dioecesis praedictae, solemnia beatificationis ipsius servi Dei cum officio, et missa sub ritu duplici majori die ab ordinariis respective constituenda, postquam in basilica Nostra sancti Petri in Vaticano celebrata fuerint eadem solemnia, pro qua re eamdem diem vicesimam septembris assignamus, pariter celebrandi facimus potestatem. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, ac decretis de non cultu editis, caeterisque contrariis quibuscumque.

Fides habenda transumptis §. 5. Volumus autem ut praesentium literarum transumptis seu exemplis etiam impressis, vel manu alicujus notarii publici subscriptis, vel sigillo personae in ecclesiastica dignitate constitutae, vel procuratoris generalis dicti ordinis, munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quae adhiberetur ipsis praesentibus, si forent exhibitae vel ostensae.

Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die undecima septembris millesimo octingentesimo decimo octavo, pontificatus Nostri anno decimo nono.

In festo
B. Francisci De Possadas
Conf. ord. Praed.
Oratio

Orationes recitandae in festo. §. 6. Deus, qui beatum Franciscum confessorem tuum, supernae charitatis dulcedine perfusum, verbi tui praeconem eximium effecisti, ejus intercessione concede, ut igne tui amoris incensi, in tua dilectione semper vivamus. Per Dominum etc.

Secreta

Da, quaesumus, Domine, ut sicut b. Franciscus juge se tibi sacrificium offerens, spiritum suum ad aeternitatem aluit, gratiae tuae nobis semper conciliet ubertatem. Per Dominum etc.

Postcommunio

Sacris refecti alimentis te supplices deprecamur, omnipotens Deus, ut intercedente b. Francisco, quem post oblatum tibi sacrificium, ad salutis portum, pretiosa morte, transire fecisti, nos etiam in vitae exitu coelesti pabulo roboratos ejusdem gloriae facias esse consortes. Per Dominum etc.

Corduben

Approbatio praedictarum orationum. §. 7. Suprascriptas orationes proprias ab emo. et rmo. domino cardinali Iulio M. de Somalia sacr. Rit. congregat. praefecto, et r. p. d. s. fidei promotore revisas, sanctissimus dominus Noster Pius VII. Pont. Max. approbavit, et in officio ac missa b. Francisci de Possadas conf. ord. Praedicator. legi posse concessit. Die 8 septembr. 1818.

Iulius M, Card. episcopus Tusculanus de Somalia vic. gen. S. R. C. praefectus etc.

Loco ✠ Sigilli
I. A. Sala S. R. C. secret. coadj.

DCCCXIII

Dat. die 3 octobris 1818 anno XIX.

Concessio juris patronatus praebendarum ecclesiae collegiatae sancti Michaelis in Foro civitatis Lucanae favore descendentium ducissae Lucanae Hispaniarum infantis.

Pius PP. VII.

Ad futuram rei memoriam.

Expositio precum.

§. 1. Ex parte carissimae in Christo filiae Nostrae reginae Mariae Aloisiae Hispaniarum infantis, et ducissae Lucanae expositum Nobis nuper fuit, quod, cum bo: me: Joannes Paulus, et Matthaeus de Giliis Lucan adsignatis duobus millibus ducatorum auri de camera pro dote collegiatae ecclesiae sancti Michaelis in foro ejusdem civitatis, juspatronatus praesentandi ad decanatus dignitatem, ad canonicatus, et praebendas, ac beneficia dictae ecclesiae pro se, suisque haeredibus, et successoribus in perpetuum per apostolicas rec: me: Leonis pp. X. praedecessoris Nostri sub plumbo anno incarnationis Dominicae MDXVIII. quarto kal. julii expeditas literas obtinuerit, cumque bo: me: Nicolaus dictae familiae de Giliis ultimus per suum testamentarium codicillum traditum die xx. martii MDCCXXI. haeredem instituerit jurispatronatus hujusmodi tunc existentem senatum Lucanum, idem senatus ex eo tempore, usque dum stetit hoc jure usus est tam in decanatus dignitate, quam in canonicatibus dictae ecclesiae nominandis, prout ex archivii senatorii libris liquido constare asseritur. Quamquam autem est plane censendum apostolicum aliquod indultum dicto senatui desuper suffragasse (eo quod haeredes in dictis Leonis praedecessoris literis memoratis naturales suos dumtaxat intelligi oportuerit, non autem alienos, quippe quia, deficiente linea juspatronatus ecclesiasticum ad ecclesiam per canonicas sanctiones devolvebatur) id tamen haud aeque liquido constat, et quamquam constaret, illud certum semper remanet, indultum hujusmodi utcumque obtentum sibi tantum, minime vero extraneis in sua ditione succedentibus suffragasse. Quoniam igitur Deus pro infinita sua misericordia in ejusdem civitatis regimine mulierem fortem substituit, quae quasi navis institoris, de longe portans panem suum, deque nocte surgens dat praedam domesticis suis.

Tenor concessionis.

§. 2. Merito igitur tantam regalem matronam, tamquam aurum in igne probatam Nos specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, siquas forte incurrerit hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutam fore censentes, supplicationibus hujusmodi inclinati, juspatronatus dictae collegiatae ecclesiae cum omnibus, et singulis juribus, privilegiis, et facultatibus in dictis Leonis praedecessoris literis favore praememoratorum Joannis Pauli, et Matthaei reservatum, et concessum eidem ducissae, ejusque natis, et descendentibus dumtaxat, qui sibi in Lucano regimine succedent, auctoritate apostolica tenore praesentium attribuimus, transferimus, ac etiam, quatenus opus sit, ex integro impartimur. Si autem ipsam ducissam jure hujusmodi adhuc usqm esse contigerit, quoscumque juris et facti defectus quomodolibet desuper obventos auctoritate et tenore praefatis supplemus, atque sanamus, perinde ac si eaedem praesentes eodem, quo ipsa regiminis Lucani possessionem obtinuit, die fuissent expeditae.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 3. Decernentes has praesentes literas firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac praelaudatae ducissae, ejusque natis, et descendentibus dumtaxat, qui sibi in Lucano regimine succedent in omnibus, et per omnia plenissimo suffragari; sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 4. Non obstantibus fel: rec Benedicti pp. XIV. praedecessoris Nostri super divisione materiarum, ac omnibus, et singulis illis, quae in praefatis literis praedecessorum Nostrorum concessa sunt non obstare, aliisque constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non lego fundationis, et testamentaria dispositione etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis; quibus omnibus, et singulis illorum teno-

res praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die decima octava septembris millesimo octingentesimo decimo octavo, pontificatus Nostri anno decimo nono.

DCCCXIV

Dat. die 18 septembris 1818 anno XIX.

Confirmatio privilegiorum jam concessorum ecclesiae collegiatae Lucanae, ejusque canonicis, praebendatis, et dignitatibus.

Dilectis filiis
decano et capitulo insignis collegiatae ecclesiae s. Michaelis in Foro Lucano.

Pius PP. VII.

Dilecti filii
Salutem, et apostolicam benedictionem.

Expositio precum.

§. 1. Exponi Nobis nuper fecistis, quod, cum vestra collegiata ecclesia sancti Michaelis in Foro Lucano sita, antiquitate, aliisque titulis, ac praerogativis, prout asseritur, insignis, quae transactis miserrimis perturbationibus non solum jacturam fecerat bonorum, sed singularium etiam privilegiorum, quibus a felicis recordationis Leone X., et Clemente VIII. Romanis pontificibus praedecessoribus Nostris per apostolicas eorum vel sub plumbo, vel in simili forma brevis expeditas literas ditata fuerat, divino favente auxilio, ac singulari pietate, et religionis zelo carissimae in Christo filiae Nostrae reginae Mariae Aloisiae Hispaniarum infantis, et ducissae Lucanae, in pristinum statum restituta jam, vel brevi restituenda sit, vos, licet his assertis privilegiis ante nuperrimam illegitimam suppressionem collegiatae praedictae pacifice, prout asseritur, usi, et gavisi sitis, nihilo tamen minus pro firmiori illorum subsistentia, apostolicae Nostrae confirmationis robore communiri desideratis. Nobis propterea humiliter supplicari fecistis, ut in praemissis opportune providere, et, ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis.

§. 2. Nos igitur vos specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, et poenis quovis modo, et quaqumque de causa latis, si quas forte incurristis, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus vestro nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, omnia, et singula privilegia a memoratis praedecessoribus Nostris collegiatae praedictae, ac vobis, vestrisque successoribus vel generaliter, vel specialiter concessa, et in eorum literis contenta, et expressa, quarum tenorem praesentibus haberi volumus pro expresso, auctoritate apostolica tenore praesentium confirmamus, et approbamus.

Derogatio contrariorum.

§. 3. Non obstantibus felicis recordationis Benedicti pp. XIV. praedecessoris Nostri super divisione materiarum, aliisque constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non omnibus, et singulis illis, quae in praedecessorum Nostrorum praecitatis literis concessa sunt non obstare, caeterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die decima octava septembris millesimo octingentesimo decimo octavo, pontificatus Nostri anno decimo nono.

DCCCXV

Dat. die 25 septembris 1818 anno XXI.

Erectio ecclesiae cathedralis Sulmonensis in basilicam minorem cum omnibus privilegiis, gratiis, et exemptionibus, quibus aliae fruuntur.

Pius PP. VII.

Ad perpetuam rei memoriam

Proemium

§. 1. In summo apostolatus apice, meritis licet imparibus constituti, ad statum ecclesiarum omnium, quarum Nobis a Domino commissa est cura, propensis studiis animum jugitur intendimus, illarumque honorificentiae et splendori, prout rationi consentaneum videtur, libenter consulimus.

Expositio precum.

§. 2. Ex parte siquidem dilectorum filiorum archidiaconi, et canonicorum cathedralis ecclesiae Sulmonensis expositum Nobis nuper fuit, quod cum ecclesia praedicta, quae a tertio usque saeculo suum ducit principium, fabricae amplitudine, marmorum pretiositate, splendidis sacrisque supellectilibus, quibus satis est instructa, magnificentiae laudem promeretur, singularibus quoque fulgeat qualitatibus, ac

praerogativis, ob gloriosam non solum memoriam sancti Pamphili civis Sulmonensis, qui dum viveret, in illa sede praefuit episcopus, et nunc e coelis civitatis, et dioecesis praedictae adstat protector, cujus sacrum corpus in ea honorifice colitur, sed etiam, quia nonnulli ex canonicis dictae cathedralis pietate, doctrina, aliisque virtutum meritis insignes, in archiepiscopos, et episcopos diversis temporibus electi, duo in collegium Sanctae Romanae Ecclesiae cardinalium cooptati fuere, ac tandem felicis recordationis Innocentius pp. VII. praedecessor Noster civis pariter Sulmonensis, antequam ad hujusce apostolicae sedis fastigium evectus fuisset canonicatum, et praeposituram in cathedrali praedicta obtinuit, cumque civitas ipsa Sulmonensis antiquitate, ac illustrium suorum civium nobilitate, doctrina, aliisque honorificis titulis inter primas regni Neapolis urbes connumeretur, ob memorata proinde, aliaque merita, et ut divinus cultus, fideliumque devotio majora ibi incrementa suscipiat, ecclesiam praedictam in basilicam erigi desiderant, enixisque precibus a Nobis expostulant.

Tenor concessionis. §. 3. Nos igitur dictos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, attenta favorabili attestatione ordinarii Sulmonensis super praemissis, ac etiam super praedictorum exponentium doctrina, pietate, nobilitate, ac praecipue in divinis officiis, sacrisque functionibus explendis sedulitate Nobis exhibita, eamdem cathedralem ecclesiam in basilicam minorem cum omnibus, et singulis privilegiis, gratiis, praeeminentiis, exemptionibus, et indultis, quibus aliae ecclesiae basilicae minores hujusmodi quomodolibet utuntur, fruuntur, et gaudent, ac uti, frui, et gaudere poterunt in futurum, auctoritate apostolica, tenore praesentium erigimus, ac talem ex nunc perpetuo esse et fore statuimus, eamdemque ecclesiam basilicam nuncupari, et haberi volumus.

Clausula sublata, et decretum irritans. §. 4. Decernentes ipsas praesentes literas firmas, validas, et efficaces existere ac fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum. §. 5. Non obstantibus, quatenus opus sit, felicis recordationis Benedicti pp. XIV praedecessoris Nostri super divisione materiarum, aliisque apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus; quibus omnibus et singulis illorum tenores praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die vicesima quinta septembris anno millesimo octingentesimo decimo octavo, pontificatus Nostri anno decimo nono.

DCCCXVI.

Allocutio habita in consistorio secreto diei II. octobris MDCCCXVIII. super declaratione habita a rege Bavariae relate ad statum rerum ecclesiasticarum illius regni.

Dat. die 2 octobris 1818 anno XIX.

Venerabiles fratres

Cum initam a Nobis conventionem cum charissimo in Christo filio Nostro Maximiliano Josepho Bavariae rege illustri ex hoc ipso loco vobis fere ab anno nunciavimus, oculis quidem vestris simul subjecimus apostolicas literas quibus eam de more hujus sanctae Sedis solemniter confirmavimus: alias tamen literas apostolicas quibus nova dioecesium Bavariae regni circumscriptio continetur proferre non potuimus, quod antea quaedam perficienda erant, quae novae dioecesium constitutioni praemitti oportet, quemadmodum in allocutione tunc temporis a Nobis habita vobis declaravimus. Non multo post, ut scitis, ad nuncii Nostri apud serenissimum Bavariae regem munus venerabilem fratrem Franciscum archiepiscopum Nicoenum nominavimus, ut Monachium celeriter proficisceretur, ibique novam dioecesium circumscriptionem li-

teris Nostris decretam exequutioni mandaret.

Quamquam autem vehementer optavissemus illum quam citissimo in Bavariam ablegare, id tamen differre necessario debuimus, expectantes ut antea conventio, uti par erat, in regno illo publicaretur, et *Lex*, ut dicitur, *Status* ad articuli decimi octavi praescriptum declararetur. Retardata tamen diutius praeter expectationem Nostram conventionis publicatione, apostolici quoque nuncii ablegationem differre Nobis necesse fuit.

Interea vero temporis serenissimus Bavariae rex postulavit a Nobis, ut episcopos praeficeremus aliquibus ex vacantibus sui regni ecclesiis, ad quas vigore apostolici indulti ecclesiasticos viros canonicis dotibus instructos nominaverat. Nos ut regiis votis satisfaceremus, nominatos ab eo viros partim in consistorio Nostro die sexta aprilis habito, partim in proxime sequenti proposuimus, etsi conventio nondum in Bavaria publicata esset, et in publicum adhuc editae non fuissent novae circumscriptionis literae, quae ubi primum praevia conventionis publicatione exequutioni demandarentur, novi illi episcopi, acceptis apostolicis institutionis literis, sedium ad quas promoti erant possessionem adipiscerentur.

In hoc rerum statu nova regni constitutio prodiit, in qua, non minus ac in ejus appendicibus, plura quae religionem et Ecclesiam catholicam respiciunt, constituta animadvertimus, quae gravi profecto sollicitudine ac dolore Nos affecerunt. At dum Nos ea maturitate consilii, quam rei gravitas postulabat, deliberaremus, quid agendum esset a Nobis ne Nostro curandarum in regno illo catholicae religionis rationum muneri deesse videremur, serenissimus Bavariae rex impense efflagitavit a Nobis ut apostolicus nuncius in Bavariam ad hoc mitteretur, ut ejus opera cito omnia componantur, et conventionis exequutione properata, episcopi ecclesiarum suarum regimen suscipiant. Idem praeterea serenissimus rex certior factus de dolore, quem ea quae supra memoravimus Nobis ingesserunt, ac vehementer cupiens animum Nostrum ab hujusmodi anxietate liberare, per dilectum filium Nostrum Casimirum S. R. E. cardinalem Haeffelin suum apud Nos, et sanctam hanc Sedem ministrum plenipotentiarium officiali scripto, cujus exemplum oculis vestris subjici mandamus, conceptis verbis Nobis declaravit: Animi sui propositum fuisse, ac futurum semper, ut conventio die v. junii elapsi anni MDCCCXVII. cum sancta hac Sede inita, sancte, fideliter, omnique ex parte exequutioni mandetur; eamdem conventionem tamquam legem regni promulgatam, semper uti talem habendam et reverendam fore; edictum constitutioni adjunctum, quod ad conservandum ordinem et tranquillitatem, atque ad concordiam inter omnes regni subditos tuendam potissimum latum fuit regulam constituere pro iis tantum, qui catholicam religionem non sequuntur, contra vero iis qui religionem catholicam profitentur, conventionem pro norma esse habendam; juramentum denique constitutioni praestandum nullo modo aut dogmata, aut leges Ecclesiae impetere posse, quoniam in edenda constitutione mens, voluntasque regis omnino fuit, juramentum illud ordinem tantum civilem respicere, nullo autem modo eos qui illud praestarent ad aliquid obligare quod Dei et Ecclesiae legibus adversari possit.

Ex hac regis declaratione facile intelligitis, venerabiles fratres, magnum dolori Nostro levamen et consolationem fuisse allatam: viam etenim Nobis patefactam inde esse perspicimus ad exortas difficultates Deo adjuvante removendas. Quare regiis postulationibus libentissime exceptis, nuncium Nostrum sine mora Monachium proficisci jubemus, ut animi Nostri sensibus votisque regi expositis, ea omnia perficiat de quibus cum regia majestate convenimus, episcopi suarum sedium possessionem capiant, et conventio plenam obtineat exequutionem.

Serenissimi regis studium erga sanctissimam religionem luculentissima testificatione declaratum certo sperare Nos facit omnem eum operam daturum, ut catholica religio in regno ejus sarta tecta sit, atque ad Dei omnipotentis gloriam uberiora, quemadmodum confidere volumus, in dies suscipiat incrementa.

Haec omnia, venerabiles fratres, vobis exponenda esse censuimus, ut cognoscatis quo in statu sint Ecclesiae res in Bavariae regno, et susceptorum a Nobis consiliorum ratio explorata sit vobis atque perspecta.

Dichiarazione di s. m.
il re di Baviera

Il re di Baviera è venuto in cognizione con indicibile rammarico, che alcuni articoli della costituzione promulgata pe' suoi popoli, e particolarmente l' editto, che a quella trovasi unito, riguardante la religione, siano sembrati a sua Santità in qualche modo contrarj alle Tenor regiae declarationis.

leggi della Chiesa. Oltremodo sensibile alla dispiacente sorpresa che ha in lui cagionato una tale interpretazione, e desideroso di togliere qualunque dubbiezza e difficoltà su questo particolare, ha incaricato il sottoscritto di spiegare i suoi sentimenti a sua Santità, e di protestargli in suo nome, che sua intenzione è sempre stata, e sarà, che il concordato concluso il dì v. giugno MDCCCXVII. colla s. Sede debba essere fedelmente e religiosamente eseguito in tutte le sue parti: che questo concordato promulgato come legge del regno sarà sempre considerato e rispettato sotto questo aspetto: che l' editto unito alle costituzione, il di cui principale oggetto si è di conservare l' ordine, la tranquillità, e la buona armonie fra tutti i sudditi del regno, deve servire e servirà di norma a quelli soltanto che non professano la religione cattolica, nel mentre che il concordato serve e servirà di norma a tutti i cattolici: che il giuramento da prestarsi alla costituzione non può in conto veruno attaccare nè i dogmi, nè le leggi della Chiesa, essendo stata assoluta volontà e precisa intenzione del re nel far pubblicare la costituzione, che il giuramento da prestarsi non fosse relativo che a ciò che concerne l' ordine civile, e che giammai obbligasse coloro che lo prestassero, ad alcun atto, che potesse essere contrario alle leggi di Dio, e della Chiesa.

Questa è la dichiarazione, questi sono i sentimenti, che il sottoscritto è incaricato di presentare in nome del re suo augusto padrone, al quale null' altro sta più a cuore, che di far conoscere a sua Santità la rettitudine e la purezza delle sue intenzioni. Roma li XXVII. settembre MDCCCXVIII.

C. L. cardinal Haeffelin ministro plenipotenziario di s. m. il re di Baviera presso la s. Sede.

DCCCXVII

Dat. die 3 octobris 1818 anno XIX.

Communicatio privilegiorum aliis universitatibus concessorum pro universitate Varsaviensi.

Pius PP. VII.

Ad futuram rei memoriam.

Procemium

§. 1. Apostolicae sollicitudinis Nostrae officium exposcit, ut quantum in Nobis est, universis Christifidelibus per orbem diffusis ea praebeamus adjumenta, quibus uberiorem in dies catholicae religionis notitiam percipiant, in eaque magis magisque confirmentur. Lubentes idcirco Nostrae auctoritatis praesidium in ea conferimus, quae tanto, tamque saluri operi conducunt, atque illos, qui rerum divinarum scientiam assequi, eamque e purioribus fontibus haustam caeteris commendare contendunt, privilegiis et gratiis cumulare non dubitamus.

Expositio precum

§. 2. Magna proinde animi Nostri consolatione accepimus in civitate Varsaviensi, quae princeps est regni Poloniae studium generale, seu, ut vocant, universitatem florere, in qua praeter prophanas disciplinas, ad Catholicae religionis incrementum, et Christifidelium utilitatem, sacrarum etiam, nimirum scripturarum sanctarum interpretatio ex concilii Tridentini praescripto, theologia dogmatica, ac moralis, historia ecclesiastica, jus ecclesiasticum, seu canonicum, ac pastorales institutiones ad parochialia munera rite obeunda, a catholicis doctoribus explicantur. In hujusmodi vero sacris disciplinis tradendis, ut Nobis testatum est, doctores praedicti, regulas, decreta, definitiones, et constitutiones conciliorum generalium, ac Romanorum pontificum tanto studio amplexantur, atque tuentur, ut nihil non iis consonum proponere, commentari, et propugnare profiteantur. Quare cum supplicatum Nobis fuerit, ut privilegia illa, quae Romani pontifices praedecessores Nostri catholicis universitatibus ab hac sancta, et apostolica Sede approbatis tribuere consueverunt, ea Nos cultoribus sacrarum, quas memoravimus disciplinarum in generali studio Varsaviensi concederemus.

Tenor concessionis.

§. 3. Nos hisce postulationibus inclinati, quas in catholicae religionis, ac Christifidelium utilitatem cessuras non ambigimus, apostolica auctoritate Nostra, tenore praesentium decernimus, et indulgemus, ut qui in praedicto Varsaviensi generali studio, seu universitate sacrarum disciplinarum cursum statuto tempore consumaverint, examine prius rite probati, valeant in praedictis disciplinis, in facultatibus scilicet theologica, et canonica magisterii titulo, seu doctorali laurea decorari, quae ipsis satis juvare debeat, ac reipsa juvet ad eos ecclesiasticos honores, gradus, dignitates, ac personatus assequendos, pro quibus obtinendis juxta sacros Ecclesiae canones doctoralis laurea requiritur. Mandamus autem, ut qui hujusmodi doctoratus laurea sunt ornandi archiepiscopo Varsaviensi pro tempore existenti, vel, sede vacante, vicario capitulari praesententur publicum apud ipsum ingenii sui specimen daturi; archiepisco-

pus vero, vel vicarius capitularis, gratuito, omnique partium studio sublato, adstantibus sacrarum disciplinarum in universitate Varsaviensi doctoribus, eos, qui doctoratus laurea in supradictis facultatibus ornari desiderant, de scientia, de modo legendi, aliisque quae in promovendis ad doctoratus officium requiruntur diligenter perscrutetur, et illis, quos exquisito secreto magistrorum suffragio, quod in ipsorum consulentium perniciem revelari sub divinae maledictionis comminatione prohibemus, idoneos repererit, doctoratus lauream praefinitis caeremoniis impartiatur, aliosve minus idoneos rejiciat, neque eos ob gratiam adprobari patiatur. Illi autem, qui hoc pacto examini subjecti, approbati, et doctoratus lauream in sacris disciplinis consequuti fuerint, jus, plenamque et liberam potestatem babeant, absque ulio examine, vel approbatione alia, legendi, et docendi ubique in facultate illa in qua fuerint approbati.

Deputatio executoris apostolici.

§. 4. Ut vero in hujusmodi experimentis instituendis rite omnia procedant, praecipimus, ut idem Varsaviensis archiepiscopus propositis tantum, sed non tactis evangeliis juret se experimentis adfuturum, ac nonnisi quando legitime fuerit impeditus, vicarium, aut alium doctrina, prudentia, et probitate spectatum virum ad id delegaturum, atque illis, quos per examen juxta majora adstantium doctorum suffragia constiterit esse idoneos, doctoratus lauream tributurum esse. Doctores quoque, seu magistri legere in generali Varsaviensi studio cupientes praeter fidei professionem ex Pii IV praedecessoris Nostri formula edendam, juramento polliceantur, demandatum examen ipsos per se executuros, nisi legitime fuerint impediti, et hoc munus, integre, sancte, omnique privato studio, aut affectu postbabito, babita dumtaxat veritatis ratione fore obituros. Nemini sive in facultate theologica, sive in jura canonico doctoratus vel laurea concedatur nisi disciplinarum praedictarum respective cursum expleverit. De numero tamen annorum, quibus ab auditoribus sacris praedictis disciplinis fuerit vacandum, uti et de examinis habendi ratione, ac de doctoratus laurea conferenda, rebusque aliis in eum finem praescribendis definire, archiepiscopi Varsaviensis sapientiae et prudentiae relinquimus, qui tamen, quantum fieri poterit, ea observari curabit, quae in aliis catholicis universitatibus, ad constitutionum apostolicarum praescriptum observantur. Ut autem doctores, et auditores catholici eo libentius in universitate Varsaviensi ad sacras disciplinas sive docendas, sive addiscendas incumbant, eisdem apostolica auctoritate concedimus, ut dum ibidem memoratis disciplinis operam navent, fructus, redditus, et proventus, (quotidianis distributionibus, et quae dicuntur inter praesentes exceptis) omnium beneficiorum suorum cum cura, vel sine cura animarum, etiamsi eorum beneficiorum aliqua personatus, vel dignitates essent, dummodo tamen animarum procuratio in beneficiis, quae curam adnexam habent nullum patiatur detrimentum, integre percipere, ac suos facere possint, ac si praesentes sua ibidem munia exercerent, atque interim a residentiae lege, auditis tamen respectivis episcopis, liberi sint, neque ad illam possint a quoquam compelli.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 5. Decernentes praesentes literas firmas, validas, et efficaces existere, ac fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac ipsis, ad quos spectat, in omnibus, et per omnia plenissime suffragari; sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 6. Non obstantibus, quatenus opus sit, felicis recordationis Benedicti pp. XIV praedecessoris Nostri, super divisione materiarum, aliisque constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, caeterisque etiam peculiari, et expressa mentione dignis contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die tertia octobris millesimo octingentesimo decimo octavo, pontificatus Nostri anno decimo nono.

DCCCXVIII

Dat. die 8 octobris 1818 anno XIX.

Concessio privilegiorum et indulgentiarum, et juris aggregandi ven. archiconfraterniteti sanctae Mariae virginis Dolorosae canonice erectae in coemeterio sacrosanctae basilicae sanctae Mariae Transtyberim.

Nos infrascripti cardinalis titularis sacrosanctae basilicae s. Mariae Transtyberim, canonicus primicerius, et officiales ven. archiconfraternitatis bmae Mariae virginis Dolorosae, ac Animarum Purgatorii, canonice erectae in coemeterio dictae basilicae.

Dilectis confratribus confraternitatis bmae Mariae virginis Dolorosae canonice erectae

Salutem in Domino sempiternam.

Primicerius, et officiales utuntur privilegio aggregandi ad tramites concessionum.

§. 1. Nos qui dolores virginis recolentes, ac in animarum purgatorii expiationem jugiter invocantes christiana charitate inflammati esse debemus, ea quae ad profectum spiritualem pertinent diffundi, ac propagari percupimus: quocirca potestate nobis facta a sum. pont. caeteras confraternitates ejusdem instituti nostrae archiconfraternitati aggregandi, ed formam infrascripti brevis, eisque sic aggregatis indulgentias, aliesque spirituales gratias nobis concessas communicendi: cum vestro nomine per discretum virum procuratorem ad hoc a vobis in hac alma urbe specialiter deputetum, a nobis enixe postulata fuerit aggregatio, ac indulgentiarum, et privilegiorum communicatio, eam oggregationem atquo indulgentiarum, et privilegiorum communicationem libentissime vobis concedimus, et impertimur, ita ut vestra confraternitas, et quilibet frater, vel soror easdem indulgentias lucrari, iisdemque spiritualibus gratiis, quibus non frui possit, et valeat, hac tamen conditione, ut dolores virginis in animarum purgantium levamen devotis precibus omnipotenti Deo exhibeatis, tenorem quoque literarum apostolicarum in archivio nostro existentium quibus et indulgentias, et aggregundi facultatem obtinuimus, ut de his omnibus certi esse possitis, bic vobis de verbo ad verbum transcribimus et exhibemus.

Pius PP. VII.

Ad perpetuam rei memoriam

Tenor primi indulti.

§. 2. In his per quae animarum Christifidelium salus procuratur pro Nostro pastorali munere intendentes coelestium indulgentiarum thesauros libenter erogamus, ut ipsi spiritualibus donis bujusmodi illecti ad pietatis, et religionis opera ferventius incumbant. Cum itaque sicut accepimus in coemeterio basilicae s. Mariae Transtyberim de urbe, una pia, et devota utriusque sexus Christifidelium confraternitas, seu pia unio sub titulo beatae Mariae virginis Dolorosae, ac sub invocatione Animarum Purgatorii canonice erecta existat, cujus confratres, et consorores quam plurima pietatis, et charitatis opera exercere consueverunt, seu intendunt. Nos ut confraternitas bujusmodi, seu pia unio majora in die suscipiat incrementa de omnipotentis Dei misericordia, ac beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus auctoritate confisi omnibus, et singulis utriusque sexus Christifidelibus, qui dictam confraternitatem, seu piam unionem in posterum ingredientur die primo eorum ingressus, si vere poenitentes, et confessi ssmum Eucharistiae sacramentum sumpserint, plenariam; ac tam descriptis, quam pro temporo describendis in eadem confraternitate, seu pia unione confratribus, et consororibus in cujuslibet eorum mortis articulo, si vere quoque poenitentes, et confessi ac s. communione refecti, vel quatenus id facere nequiverint saltem contriti, nomen Jesu ore si potuerint, sin minus corde devote invocaverint etiam plenariam: nec non iisdem confratribus, et consororibus etiam vere poenitentibus, et confessis, ac sancta communione refectis, qui oratorium dicti coemeterii tertia dominica mensis septembris, ac die festo s. Josephi, nec non in nativitatis, resurrectioois, et ascensionis Domini Nostri Jesu Christi, et quinque do praecepto Ecclesiae beatae Mariae virginis festivitatibus a primis vesperis usque ad occasum solis dierum hujusmodi singulis annis devote visitaverint, et ibi pro Christianorum principum concordia, haeresum extirpatione, ac S. Matris Ecclesiae exaltatione, pias ad Deum preces effuderint, quo die praefatorum id egerint plenariam similiter; insuper iisdem confratribus, et consororibus vere pariter poenitentibus, et confessis, ac sancta communione refectis, qui praedictum oratorium confraternitatis, seu piae unionis hujusmodi die Commemorationis omnium fidelium defonctorum, sin-

gulisque diebus intra illius octavam, ut supra visitaverint, et ibidem oraverint plenariam pariter spatio praefatorum dierum per unumquemque eorum ad sui libitum eligendam lucrifaciendam, omnium peccatorum suorum indulgentiam, et remissionem misericorditer in Domino concedimus. Praeterea ne confratres, et consorores praedicti, si aliquando eos distare, ac alibi morari contigerit, spiritualium gratiarum hujusmodi priventur, ut parochialem, seu majorem ecclesiam loci, in quo ipsi pro tempore moram trahunt visitando, aliaque praemissa adimplendo easdem omnes, et singulas indulgentias, peccatorum remissiones, ac poenitentiarum relaxationes consequi possint, et valeant, auctoritate apostolica tenore praesentium elargimur. Quoties vero missis, et aliis divinis officiis in supradicto oratorio pro tempore celebrandis, et recitandis, seu congregationibus publicis, vel privatis ejusdem confraternitatis ubivis faciendis interfuerint, aut pauperes hospitio susceperint, vel pacem inter inimicos composuerint, seu componi fecerint, vel procuraverint, nec non etiam, qui corpora defunctorum tam confratrum, et consororum hujusmodi, quam aliorum ad sepolturam associaverint, aut quascumque processiones de licentia dilecti filii Nostri in eadem urbe vicarii in episcopalibus generalis faciendas, sanctissimumque Eucharistiae sacramentum tam in processionibus, quam cum ad infirmos, aut alias quocumque, aut quomodocumque pro tempore deferetur comitati fuerint, vel si impediti, campanae ad id signo dato semel orationem dominicam, et salutationem easdem, pro animabus defunctorum confratrum, et consororum hujusmodi recitaverint, aut devium aliquem ad viam salutis reduxerint, et ignorantes praecepta Dei, et ea quae ad salutem sunt necessaria docuerint, aut quodcumque aliud pietatis, vel charitatis opus exercuerint, toties pro quolibet praefatorum operum exercitio sexaginta dies de injunctis eis, seu alias quomodolibet debitis poenitentiis in forma Ecclesiae consueta relaxamus; quas omnes, et singulas indulgentias, peccatorum remissiones, ac poenitentiarum relaxationes etiam animabus Christifidelium, quae Deo in charitate conjunctae ab hac luce migraverint per modum suffragii applicare posse etiam in Domino indulgemus. Praesentibus, perpetuis futuris temporibus valituris. Volumus autem, ut si alias dictis confratribus, et consororibus praemissa peragentibus aliqua alia indulgentia perpetuo, vel ad tempus nondum elapsum duratura concessa fuerit, per praesentes nulla sint, utque si dicta confraternitas, seu pia unio alicui archiconfraternitati aggregata sit, vel imposterum aggregetur, aut quavis alia ratione uniatur, vel etiam quomodolibet instituatur, priores, et quaevis aliae literae apostolicae illis nullatenus suffragentur, sed ex tunc eo ipso nulla sint.

Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die quinta octobris millesimo octingentesimo decimo octavo, pontificatus Nostri anno decimo nono.

Pius PP. VII.

Ad futuram rei memoriam

§. 3. Cum Nos nuper per quasdam Nostras in simili forma brevis die secunda octobris praesentis mensis expeditas literas confraternitati, seu piae unioni sub titulo beatae Mariae virginis Dolorosae, ac sub invocatione Animarum Purgatorii in coemeterio basilicae s. Mariae Transtyberim de alma urbe Nostra canonice erectae, et institutae, ejusque confratribus, et consororibus nonnullas indulgentias, peccatorum remissiones, ac poenitentiarum relaxationes sub certis modo, et forma tunc expressis perpetuo concesserimus, ut alias prout in eisdem literis, quorum tenorem pro expresso haberi volumus uberius continentur. Et sicut pro parte dilectorum filiorum officialium, et confratrum dictae confraternitatis, seu piae unionis Nobis subinde expositum fuit, ipsi confraternitatem, seu piam unionem hujusmodi archiconfraternitatis titulo per Nos decorari plurimum desiderant; Nos igitur ipsos exponentes specialibus favoribus, et gratiis prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis et interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, et poenis a jure vel ab homine quavis occasione, vel causa latis si quibus quomodolibet innodatae existunt ad effectum praesentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, et absolutas fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati confraternitatem, seu piam unionem praedictam in archiconfraternitatem cum omnibus, et singulis praerogativis, juribus, honoribus, et praeeminentiis solitis, et consuetis sine tamen cujusquam praejudicio auctoritate apostolica tenore praesentium perpetuo erigimus, et instituimus, ac insuper archiconfraternitatis sic erectae officialibus, et confratribus praesentibus, et futuris, ut ipsi alias confraternitates ejus-

Tenor secundae concessionis.

dem tituli, et instituti extra urbem praedictam ubicumque locorum existentes eidem archiconfraternitati aggregare, servata tamen forma constitutionis rec. me. Clementis pp. VIII praedecessoris Nostri editae, illisque omnes, et singulas indulgentias, peccatorum remissiones, ac poenitentiarum relaxationes ipsi confratornitati, seu piae unioni sic in archiconfraternitatem a Nobis erectae, jam etiam a Nobis concessas communicare libere, et licite possint, et valeant, auctoritate, et tenore praedictis similiter perpetuo concedimus, et impertimur facultatem. Decernentes praesentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosquo plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ipsisque in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, ac ab omnibus inviolabiliter observari, ac irritum, et inane si secus super his a qnoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, caeterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die sexta octobris, millesimo octingentesimo decimo octavo, pontificatus Nostri anno decimo nono.

DCCCXIX

Dat. die 6 octobris 1818 anno XIX.

Erectio, et confirmatio archiconfraternitatis de Poenitentia cum privilegiis, gratiis, favoribus, et indulgentiis in diversis provinciis regni fidelissimi regis.

Venerabili fratri Joanni Francisco archiepiscopo Damiatae apud carissimum in Christo filium Nostrum Joannem regem fidelissimum Nostro, et apostolicae Sedis nuntio.

Pius PP. VII.

Venerabilis frater
Salutem, et apostolicam benedictionem.

Expositio precum.

§. 1. Exponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii Joachimus Gomes do s. Anna, fundator ecclesiae, seu publicae cappellae sancti Francisci Assisiensis, hospitalis, adnexaeque domus, modernus minister, et procurator generalis, itemque commissarius, modernique definitores tertii ordinis de Poenitentia vulgo = dos Homenes Pardos = nuncupat. haud ita pridem eorum zelo in villa de Campania principissae in capitaneatu fodinarum generalium Mariannensis dioecesis in Brasilia erecti, quod, cum ipsi suam institutionem sub titulo archiconfraternitatis vulgo = del Cordone = incoeperint, cumque postea a ministro provinciali fratrum ordinis ejusdem sancti Francisci reformatorum nuncupatorum in civitate Fluminis Januarii degentium petierint, et piissimo tunc Brasiliae principe nunc rege fidelissimo favente, obtinuerint, ut dicti confratres in tertii ordinis de Poenitentia fratres reciperentur, ac propterea dilectum filium Franciscum Josephum Sampajo ipsius ordinis minorum professorem in suum ibi commissarium, seu visitatorem deputaverit, nunc erectionem bujusmodi per Nos quoque statui, et ad majorem Dei gloriam, et pro spirituali confratrum consolatione, atque infirmorum in contiguo hospitali degentium comodo sanctissimum Eucharistiae sacramentum in dicta ecclesia adservari posse plurimum desiderant, addentes, quod optimae etiam reginae fidelissimae patrocinium sibi accessit.

Tenor concessionis.

§. 2. Nos igitur ipsos exponentes in suo laudabili proposito, quantum cum Domino possumus, confovere volentes, et a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, bujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus bujusmodi inclinati, fraternitati tuae per praesentes committimus, et mandamus, quatenus constito tibi prius de narratorum veritate, ut, etiamsi dicta pia institutio archiconfraternitas denominari pergat, nihilominus ordinem de Poenitentia haberi, et realiter esse, ac modernos, et pro tempore in perpetuum ipsius archiconfraternitatis confratres, et consorores (si quae fuerint) omnibus, et singulis indultis, favoribus, gratiis, et indulgentiis hujus ordinis fratribus, et sororibus, eorumque ecclesiis ab hac sancta Sede adhuc concessis, et in posterum concedendis frui, et gaudere debere, auctoritate Nostra apostolica, pro tuo arbitrio, et prudentia statuas, atque decernas, servatis tamen in reliquis ejusdem ordinis de Poenitentia regulis per Romanos pontifices praedecessores Nostros confirmatis: praeterea eisdem exponentibus petitam facultatem adservandi in supradicta ecclesia, seu cappella publica, dummodo decenter ornata, et sacris supellectilibus munita reperiatur, salvisque juribus parochialibus, augustissimum Eucharistiae sacramentum auctoritate Nostra praedicta

pro tuo arbitrio, et conscientia in perpetuum gratis impertiaria.

Derogatio contrariorum

§. 3. Non obstantibus apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, et (quoad praedictam erectionem) non obstantibus dicti ordinis de Poenitentia etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; quibus omnibus et singulis illorum tenores praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad praemissorum validissimum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque.

Concessio indulgentiarum.

§. 4. Nos autem ad augendam fidelium religionem, et animarum salutem coelestibus Ecclesiae thesauris pia charitate intentis, omnibus, et singulis utriusque sexus Christifidelibus vere poenitentibus, et confessis, ac sacra communione refectis, qui ecclesiam, seu cappellam praedictam die secunda augusti, decima septima septembris, et quarta octobris a primis vesperis usque ad occasum solis visitaverint, et ibi pro Christianorum principum concordia, haeresum extirpatione, ac Sanctae Matris Ecclesiae exaltatione pias ad Deum preces effuderint, quo die praedictorum id egerint, pleneriam omnium peccatorum suorum indulgentiam, et remissionem misericorditer in Domino concedimus. Insuper omnium saluti paterna charitate intenti sacra interdum loca spiritualibus indulgentiarum muneribus decoramus, ut inde fidelium defunctorum animae Domini Nostri Jesu Christi, ejusque sanctorum suffragia meritorum consequi, et illis adjutae ex purgatorii poenis ad aeternam salutem per Dei misericordiam perduci valeant. Volentes igitur ecclesiam praedictam in qua aliud altare privilegiatum ad tempus forsan nondum elapsum reperitur concessum, quod per praesentes apostolica auctoritate revocamus, et in ea situm altare majus hoc speciali dono illustrare, de omni potentis Dei misericordia, ac beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus auctoritate confisi, ut quandocumque sacerdos aliquis secularis, vel cujusvis ordinis, congregationis, et instituti regularis missam defunctorum pro anima cujuscumque Christifidelis, quae Deo in charitate conjuncta ab hac luce migraverit ad praedictum altare celebrabit, anima ipsa de thesauro Ecclesiae per modum suffragii indulgentiam consequatur; ita ut ejusdem Domini Nostri Jesu Christi, ac B.mae virginis Mariae, sanctorumque omnium meritis sibi suffragantibus a purgatorii poenis liberetur concedimus, et indulgemus. In contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque. Praesentibus perpetuis futuris temporibus valituris.

Datum Romae apud s. Mariam Majorem sub annulo piscatoris die sexta octobris millesimo octingentesimo decimo octavo, pontificatus Nostri anno decimo nono.

DCCCXX.

Facultas gestandi mozzettam favore canonicorum capituli ecclesiae cathedralis Rossanensis.

Dat. die 6 octobris 1818 anno XIX.

Venerabili fratri archiepiscopo Rossanensi

Pius PP. VII.

Venerabilis frater
Salutem et apostolicam benedictionem

Expositio precum.

§. 1. Exponi Nobis nuper fecisti, quod, cum inter numerosum capitulum istius Rossanensis cathedralis connumeretur etiam quidam clerus receptitius nuncupatus, in quo octo parochi ejusdem civitatis comprehenduntur, qui in praedicta cathedrali, ubi baptismalis fons extat, parochialia munia exercent, plurimum ad divinum cultum promovendum, excitandamque in populo erga parochos praedictos reverentiam, conferret, si ipsi, qui hucusque, prout clerus memoratus, sola cotta usi sunt, exteriori aliquo ornamento decorarentur. Nobis propterea humiliter supplicari fecisti, ut in praemissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis.

§. 2. Nos igitur dictos parochos specialibus gratiis, et favoribus prosequi, et tuis votis annuere volentes, eosque a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus hujusmodi inclinati, fraternitati tuae per praesentes committimus, ut, si id in Domino expedire censueris, iisdem parochis, eorumque in perpetuum successoribus, ut ipsi eamdem mozzettam, qua ad praesens, vigore assertae apostolicae concessionis, utuntur capitulares ecclesiae sancti Ioannis majoris civitatis Neapolitanae, tam in cathedrali praedicta, ejusque choro, quam extra eam in processionibus, aliisque

publicis capitularibus actibus quibuscumque gestare libere, et licite possint, et valeant, auctoritate Nostra apostolica indulgens, atque concedas; illosque desuper a quoquam impediri, molestari, perturbari nullatenus posse, ac irritum, et inane si secus super bis a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari decernimus.

Derogatio contrariorum. §. 3. Non obstantibus felicis recordationis Benedicti pp. XIV praedecessoris Nostri super divisione materiarum, aliisque constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non dictae ecclesiae cathedralis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis: quibus omnibus, et singulis illorum tenores praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis babentes, illis alias in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die sexta octobris millesimo octingentesimo decimo octavo, pontificatus Nostri anno decimo nono.

DCCCXXI

Dat. die 5 octobris 1818 anno XIX.

Ampliatio privilegiorum jam concessorum antistitibus ecclesiae Varsaviensis.

Pius PP. VII.

Ad futuram rei memoriam.

Prooemium §. 1. Romani pontifices praedecessores Nostri probe intelligentes, ne dum caeremoniarum, et rituum sancto augustoque apparatu, sed et ministrorum ornatu, indumentorumque sacrorum majestate, mysteriorum sanctitatem, sublimemque rationem ecclesiasticae hierarchiae graduum mirifice commendare, sapientissimo consilio diversa honorum insignia vel a priscis temporibus decreverunt, quibus sacrorum praesides pro munerum varietate donarentur.

§. 2. Hoc Nos animo illustrioribus angere privilegiis censuimus antistites Varsaviensis ecclesiae, quam per apostolicas Nostras literas IV. idus martii hoc ipso anno sub plumbo datas ad metropolitanae Ecclesiae gradum, ac dignitatem extulimus, ut quae civitas totius regni Poloniae princeps primis magistratuum ordinibus, optimatum splendore, civium copia, aliisque nominibus praefulget, ea ob sui etiam antistitis praerogativas, habitumque prae caeteris honestaretur. Probe itaque confisi, magnificentiam ipsam exterioris ornatus clariori virtutum fulgore, diligentiorique rei sacrae procuratione in caeterorum exemplum fore cumulandam, venerabili fratri Francisco moderno archiepiscopo Varsaviensi, ejusque successoribus canonice intrantibus, ac in sanctae Sedis communione permanentibus, ut quibusvis anni temporibus ubiquo locorum, et in omnibus et singulis functionibus habitum rubri, seu purpurei coloris ad instar Sanctae Romanae Ecclesiae cardinalium, nempe collare, vestem talarem, cingulum, seu fasciam, mantellettam, mozzettam, caligas, biretum (excepto tamen pileo, seu subbireto rubri, seu purpurei coloris, cujus usus eidem venerabili fratri Francisco archiepiscopo, ejusque successoribus nunquam concessus, quin imo expresse et specialiter interdictus sit et esse intelligatur, utpote peculiare ejusdem Sanctae Romanae Ecclesiae cardinalium insigne) deferre, et gestare libere, ac licite possint, et valeant, ea tamen lege, ut praesenti privilegio habitus rubri coloris ubique locorum gestandi dictus archiepiscopus, ejusque successores merum dumtaxat majoris honorificentiae signum pro sublimi eorum dignitate, non autem majorem jurisdictionem, nec ullum majus jus acquirant, et non alias aliter, nec alio modo, apostolica auctoritate tenore praesentium concedimus et indulgemus, ac licentiam, et facultatem desuper impertimur. Atque ut praeclarum hoc et prae caeteris amplissimum insigne, titulo etiam illustriori decoretur, eidem Francisco episcopo Varsaviensi, ejusque successoribus praefatis titulum primatis regni Poloniae eadem apostolica auctoritate concedimus, et impertimur, atque ut eo nomine sese inscribant, nuncupenturque in publicis, et privatis tabulis, monumentisque decernimus, et mandamus, ea tamen conditione, ut nullam ex inde omnino jurisdictionem, nullum jus, nullamque auctoritatem sibi collatam arbitrentur praeter eam, quam ex archiepiscopali gradu et dignitate ad sacrorum canonum normam juxta vigentem, et approbatam Ecclesiae disciplinam assequuntur. Ratio, et tenor concessionis.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 3. Decernentes praesentes literas firmas, validas, et efficaces existere ac fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, dictisque archiepiscopo, et successoribus in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, ac irritum et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 4. Non obstantibus, quatenus opus sit, felicis recordationis Benedicti pp. XIV praedecessoris Nostri super divisione materiarum, aliisque constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, caeterisque etiam peculiari et expressa mentione dignis contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die sexta octobris millesimo octingentesimo decimo octavo, pontificatus Nostri anno decimo nono.

DCCCXXII.

Dat. die 15 octobris 1818 anno XIX

Conservatio festorum patronorum principalium nonnullarum civitatum, oppidorum, et locorum regni utriusque Siciliae.

Venerabilibus fratribus archiepiscopis, et episcopis, ac dilectis filiis caeteris ordinariis regni utriusque Siciliae

Pius PP. VII.

Venerabiles fratres ac dilecti filii
Salutem et apostolicam benedictionem.

Ratio concessionis.

§. 1. Per apostolicas in forma brevis literas quas dedimus hoc ipso anno die decima aprilis [1], precibus annuentes carissimi in Christo filii Nostri Ferdinandi regni utriusque Siciliae regis illustris, ex pontificiae auctoritatis benignitate indulsimus quorumdam dierum festorum imminutionem, ut populi sub illius regimine degentes libere possint per eos dies servilibus operibus vacare, ad temporum in quibus versamur inopiam aliquo pacto sublevandam. Cum vero iis Nostris literis cautum fuisset, ut festa etiam patronorum principalium singularum civitatum, oppidorum, et locorum transferri debeant cum utroque praecepto in proximum diem dominicum, eoque impedito, in diem dominicum proxime sequentem, postulationes complures ad Nos sunt perlatae, ut festa illa statis, ut in praeterito tempore, diebus celebrari possint, quin memoratae translationi locus fiat. Quae quidem preces ne dum vota populorum ostendunt, qui eos ipsos dies majori caeremonia, ac religione colere cupiunt, quos majorum pietas, vel a priscis temporibus ob ingentia in se collata beneficia coelitibus statoribus, sospitibusque suis dedicarat, verum ad eas etiam difficultates praecidendas conferre dignoscuntur, quae ex memorata translatione oriri possent, praesertim si festa illa vel quadragesimae, vel adventus tempore, aut anno exeunte occurrant.

Tenor concessionis.

§. 2. Quare hisce supplicationibus inclinati indulgemus ut utriusque Siciliae antistites, re prius cum suis capitulis mature perpensa, collatisque cum iisdem consiliis, rite ac recte possint festa patronorum principalium cum utroque praecepto ad praefinitos dies ut antea per suarum dioecesium loca retinere, quoties ita in Domino magis expedire censuerint, inspectis populorum locorumque peculiaribus circumstantiis, ne praecipua quae ad indultum reductionis et translationis dierum festorum Nos impulit causa, sublevandae nimirum inopiae, suo quandoque frustretur effectu: ea tamen lege, ut quando res sit de patronis dioecesium, praeceptum non protendatur ultra civitatem principalem, vel ultra ea loca, quae cum peculiari patrono careant, festum patroni dioecesis ex rubricarum praescripto pari solemnitate celebrare teneantur. Quod vero ad dioeceses, vel loca, quae indulto translationis utentur, si forte dubia quaestionesque oriantur, (quemadmodum jam ex delatis ad Nos precibus orta esse comperimus) de octavis praesertim, aliisque officiis concurrentibus, eadem a congregatione sacrorum Rituum diligenti subjicientur examini, ut pro casuum diversitate, apostolica auctoritate Nostra opportune consulatur.

Derogatio contrariorum.

§. 3. Non obstantibus memoratis in forma brevis literis diei decimae aprilis, quibus ad praemissorum dumtaxat effectum, illis alias in suo robore permansuris derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die decimaquinta octobris millesimo octingentesimo decimo octavo, pontificatus Nostri anno decimo nono.

DCCCXXIII.

Dat. die 17 novembris 1818 anno XIX

Canonicatus terrae di Fratta dioecesis Eugubinae, urgentibus patronis presbyterales declarantur extra legem fundationis.

Venerabili fratri episcopo Eugubino

Pius PP. VII.

Venerabilis frater
Salutem, et apostolicam benedictionem.

Expositio precum.

§. 1. Exponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii syndicus communitatis terrae di Fratta, officiales confraternitatum sanctissimi Sacramenti, sanctae Crucis, sancti Bernardi, et congregationis Sutorum dictae terrae istius Eugubinae dioecesis, quod cum ipsi patroni sint, seu jus habeant nominandi ad octo canonicatus in collegiata dictae terrae erectos, qui juxta leges fundationis presbyterales non sunt, pro majori proinde et ecclesiae, et praedictae terrae utilitate, ubi magna viget penurie sacerdotum non sine imminutione divini cultus, et detrimento incolarum loci praedicti, qui spiritualibus carent auxiliis, summopere desiderant praedictos canonicatus per Nos presbyterales declarari. Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut in praemissis opportuno providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis.

§. 2. Nos igitur dictos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus hujusmodi inclinati, de venerabilium fratrum Nostrorum Sanctae Romanae Ecclesiae cardinalium concilii Tridentini interpretum, ad quos supplicem libellum Nobis porrectum remisimus, consilio, fraternitati tuae per praesentes committimus, et mandamus, ut veris existentibus narratis, eosdem canonicatus, excepta praebenda nuncupata Martinelli, in qua servanda sit bulla erectionis, auctoritate Nostra apostolica pro tuo arbitrio, et conscientia presbyterales declares, ita ut in futuris vacationibus caeteri omnes praedicti canonicatus conferri debeant actu sacerdoti, vel clerico, qui perventus ad legitimam vigintiquinque annorum aetatem teneatur ad sacerdotium ascendere, sub poena caducitatis, et respectivae privationis, salvo tamen in reliquis jure patronorum ad formam ejusdem bullae erectionis.

Derogatio contrariorum.

§. 3. Non obstantibus felicis recordationis Benedicti pp. XIV. praedecessoris Nostri super divisione materiarum, aliisque constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non lege fundationis, et ecclesiae praedictae etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis, sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque afficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis; quibus omnibus, et singulis illorum tenores praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresso derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die decima septima novembris millesimo octingentesimo decimo octavo, pontificatus Nostri anno decimo nono.

DCCCXXIV.

Dat. die 20 novembris 1818 anno XIX.

Concessio novorum indumentorum pro canonicis parochialis ecclesiae sanctae Margaritae pagi ejusdem nominis dioecesis Januensis.

Pius PP. VII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Prooemium

§. 1. In summo apostolatus apice, meritis licet imparibus, constituti, ad statum ecclesiarum omnium, quarum Nobis a Domino commissa est sollicitudo, personarumque in eis Altissimo famulantium propensis studiis animum intendentes, illarum honorificentiae, et decori libenter consulimus.

Expositio precum.

§. 2. Exponi siquidem Nobis nuper fecerunt dilecti filii archipresbyter, et canonici parochialis ecclesiae sanctae Margaritae pagi ejusdem nominis Januensis dioecesis, quod ad eorum praedictam ecclesiam antiquitate, aliisque praerogativis insignem, ubi icon beatae Mariae virginis della Rosa nuncupatae a capitulo Vaticanae

basilicae hujus Nostrae almae urbis duplici aureâ corona ornata, magna populorum devotione colitur, non parum ornamenti accederet, si praedicti exponentes novis signis, novisque decorationibus donarentur. Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut in praemissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis. §. 3. Nos igitur dictos exponentes, ac singulares eorum personas specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus hujusmodi inclinati, attenta favorabili relatione super praemissis, et vitae, ac morum honestate exponentium Nobis ab ordinario Januensi transmissa, modernis, et pro tempore in perpetuum existentibus archipreshytero, et canonicis collegiatae sanctae Margaritae praedictae, ut ipsi loco cottae, et cappini lana contexti, coloris violacei, quibus hucusque usi sunt, in posterum mozzettam sericam cum parvo caputio violacei pariter coloris, subsutam cremisino serico cum globulis et asulis similibus supra rocchettum tam in ecclesia praedicta, ejusque choro et capitulo, quam extra eam in processionibus, aliisque functionibus, et actibus publicis capitularibus quibuscumque gestare libere, et licite possint et valeant, auctoritate apostolica, tenore praesentium concedimus, et indulgemus, eosque desuper a quoquam impediri, molestari, perturbari nullatenus posse, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, decernimus.

Derogatio contrariorum. §. 4. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non, quatenus opus sit, praedictae ecclesiae etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, ot personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis; quibus omnibus et singulis illorum tenores praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die vicesima novembris millesimo octingentesimo decimo octavo, pontificatus Nostri anno decimo nono.

DCCCXXV.

Ampliatio facultatum dispensandi ex praescripto novitiatus tempore pro confratribus sanctae Mariae virginis de monte Carmelo in civitate Fluminis Januarii erectae.

Dat. die 24 novembris 1818 anno XIX.

Pius PP. VII.

Ad futuram rei memoriam.

Expositio precum. §. 1. Exponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii moderni prior, et confratres confraternitatis tertiiordinis nuncupatae beatae Mariae virginis de monte Carmelo canonice, ut asseritur, erectae in civitate Fluminis Januarii, quod dudum sibi sub certis modo, et forma tunc expressis per alias Nostras in simili forma brevis die xii. septembris anni superioris expeditas literas, tributa fuit facultas dispensandi usque ad decem menses ex praescripto novitiatus annuali tempore, prout ex iisdem Nostris literis, quarum tenorem praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis haberi volumus, fusius continetur. Quoniam autem, sicut in eadem expositione additum erat, pro meliore infirmorum in eorum nosocomio jacentium cura copiosiores eleemosynae requiruntur, quas aliunde habere nequeunt, nisi ex aucto confratrum numero, neque numerus augeri commode potest, nisi aliqui probi quidem, et ipsi viri, ac pii, sed assiduis occupationibus distenti ab integro novitiatus tempore dispensentur; Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut in praemissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis. §. 2. Nos igitur ipsos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et singulares personas quibus praesentes Nostrae literae favent a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutas fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, fa-

cultatem praedictam dispensandi decem novitiatus menses dictis exponentibus tribntam ad integrum quoque annum auctoritate apostolica tenore praesentium extendimus, et ampliamus, servata in reliquis dictarum Nostrarum literarum forma, et dispositione.

Derogatio contrariorum. §. 3. Non obstantibus omnibus, et singulis illis, quae in iisdem literis non obstare voluimus, caeterisque in contrarium quibuscumque. Volumus autem, ut singuli, qui sic fuerint dispensati, in actu suae in confratres acceptationis in scriptis declarent, se hoc apostolico indulto uti velle, secus eorum acceptatio nulla sit: atque etiam confratres ipsos monitos in Domino esse volumus, ne plus aequo hisce facultatibus utantur, ne confraternitatem ipsam in dissolutionis periculum adducant.

Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die vicesima quarta novembris millesimo octingentesimo decimo octavo, pontificatus Nostri anno decimo nono.

DCCCXXVI.

Dat. die 27 novembris 1818 anno XIX. Abrogatio regularum jam observatarum, in societate puellarum sancti Vincentii a Paulo in regnis Hispaniarum.

Pius episcopus
Servus servorum Dei

Ad futuram rei memoriam

Ratio et tenor concessionis. §. 1. Quae Nobis gravissimi momenti rationes paucis ab hinc mensibus, universam puellarum societatem in Hispaniarum regnis existentem omnimode jurisdictioni vicarii generalis congregationis sancti Vincentii a Paulo denuo subjicere impulerant, prout Nostris decrevimus apostolicis literis datis nono kalendas julij vertentis anni, derogantes prioribus literis Nostris sub datum septimo kalendas aprilis anno millesimo octingentesimo decimo sextu, eaedem suadent Nobis in praesentiarum novas illas pro dictis puellis abrogare regulas, quas a venerabili fratre Francisco Antonio patriarcha Indiarum propositas, et huic sanctae Sedi exhibitas memoratis literis anni millesimi octingentesimi decimi sexti approbavimus. Votis igitur carissimi in Christo filii Nostri Ferdinandi Hispaniarum regis catholici ad Nos delatis per dilectum filium equitem Antonium de Vargas y Laguna ejus apud Nos et apostolicam Sedem ministrum plenipotentiarium diligenter perpensis, cognitaque utilitate, et observantia unius ejusdemque statutorum generis in eamdem societatem promanatura etiam favori pauperum, et infirmorum, ex certa scientia ac matura deliberatione Nostris, deque apostolicae potestatis plenitudine antedictas peculiares regulas cassantes, atque annullantes, decernimus, atque mandamus, ut in Matritensi novitiatu, inque aliis omnibus societatis puellarum charitatis domibus ubicumque locorum in laudati catholici regis dominio existentibus illa tantum regula ab omnibus et singulis nunc, et imposterum observari perpetuo debeat, quae a sancto Vincentio a Paulo fundatore fuerat instituta, quaeque in Hispaniarum regnis ad Nostra usque tempora retenta fuit, nihil in ea circa dictae societatis regimen innovantes.

Clausula sublata, et decretum irritans. §. 2. Decernentes praesentes literas, et in eis contenta quaecumque nullo unquam tempore etiam ex eo quod quilibet in praemissis intaresse habentes, vel habere praetendentes auditi non fuerint, et iisdem praemissis non consenserint de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitiu, vel intentionis Nostrae, vel quovis alio etiam substantiali, ot inexcogitato defectu notari, impugnari, invalidari, in jus vel controversiam vocari posse, sed eas semper validas, et efficaces existere et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere debere, ac quid quid secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari, irritum, et inane declaramus.

Derogatio contrariorum. §. 3. Non obstantibus suprememoratis Nostris literis, aliisque constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, dictarumque congregationis, ac societatis etiam confirmatione apostolica, vel quavis firmitata alia roboratis statutis, et consuetudinibus in contrarium praemissorum forsan facientibus, caeterisque contrariis quibuscumque.

Sanctio poenalis. §. 4. Nulli ergo omnino hominum liceat paginam hanc Nostrarum cassationis, annullationis, decreti, mandati, derogationis et voluntatis infringere, vel ei ansu temerario contraire; si quis autem hoc attentare praesumpserit indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum.

Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem anno incarnationis Dominicae millesimo octingentesimo decimo octavo, quinto kalendas decembris, pontificatus Nostri anno decimo nono.

DCCCXXVII.

Concessio juris privativi conficiendi saponem favore Ambrosii Marchesi.

Dat. die 7 decembris 1818 anno XIX.

Bartolomeo per la divina misericordia vescovo di Frascati card. Pacca della S. R. C. camerlengo.

Edictum eminentissimi camerarii super publicatione concessionis.

§. 1. La Santità di Nostro Signore benignamente accordando il suo favore sovrano a qualunque utile industria, che giovar possa all' aumento dell' arti e manifatture, ha di sua protezione contradistinto Ambrogio Marchesi inventore di un nuovo sapone, fabbricato con il carniccio, residuato dopo l' estrazione della colla forte, che per lo innanzi rimaneva sostanza inutile e negletta. Quindi si è degnata Sua Beatitudine concedergli la privativa lavorazione dell' enunciato sapone per anni dodici in Roma e sua Comarca, e nella delegazioni di Viterbo, Perugia, Spoleto, Frosinone, Civitavecchia, e Rieti con il chirografo segnato li 7 corrente mese, ed esibito per gli atti dell' infrascritto segretario e cancelliere della Rev. C. Apostolica il dì 23 corrente; e se pari allo scopo del privatario, come ne lusingano gli esperimenti fatti, si avrà il risultato e vantaggio reale delle relative arti e manifatture da questo novello ritrovato, il privatario stesso potrà lusingarsi di ulteriori riguardi dalla munificenza sovrana. Inerendo pertanto noi, ai supremi voleri di Sua Santità, rendiamo a debita notizia del publico il ricordato chirografo per ogni conveniente effetto, osservanza ed esecuzione, del seguente tenore, cioè:

Rmo card. Bartolomeo Pacca della S. R. C. camerlengo,

Tenor chirographi.

§. 2. Qualunque utile ritrovamento per le arti, e manifatture essendo Nostra volontà di favorire, e proteggere, abbiamo determinato di benignamente accogliere le istanze di Ambrogio Marchesi di Roma, il quale si è proposto d'intraprendere una fabbricazione, riconosciuta del tutto nuova, di un sapone composto con il residuo del carniccio, donde sia stata estratta la parte gelatinosa atta a formare la colla forte. Avendo quindi rimesso a voi l' esame dell' affare, od avendoci riferito sul parere ancora di esperti chimici, che questo sapone in nulla differisca dai buoni saponi comuni, e che riunisca alla costante verificata novità le proprietà specifiche, ed attive per i diversi usi dell' arti, e manifatture, condiscendiamo ad accordargli il richiesto privilegio di una temporanea privativa in rimunerazione della invenzione, ed all' oggetto di impedire, che dalla rivalità non venga frastornata questa vantaggiosa intrapresa. Vogliamo pertanto col presente Nostro chirografo, in cui abbiamo per espresso, e di parola in parola inserto il tenore di qualunque più necessaria, e consueta cosa ad esprimersi, di moto proprio, certa scienza, e pienezza della Nostra suprema potestà, che il supplicante Ambrogio Marchesi debba godere l' implorato privilegio esclusivo di fabbricare il sapone con il carniccio, servito già alla estrazione della colla forte in questa alma Nostra città di Roma, o sua Comarca, e nella delegazioni di Viterbo, Perugia, Spoleto, Frosinone, Civitavecchia, e Rieti con i seguenti patti, e condizioni.

Conditiones concessioni adjectae.

§. 3. I. Competarà al solo Ambrogio Marchesi dalla presente concessione il diritto privativo di fabbricare il sapone con il carniccio residuato dalla estrazione della colla forte in quest' alma Nostra città di Roma, e sua Comarca, e nelle delegazioni di Viterbo, Perugia, Spoleto, Frosinone, Civitavecchia, o Rieti, limitatamente però ad anni dodici, rimanendo a chiunqua altro impedito in questo intervallo, e nelle divisate provincie di erigere fabbriche di tal natura, nè lavorara questa sorta di sapone.

II. Ristretta la presente concessione alla privativa fabbricazione di questo determinato sapone, a giammai alla privativa di vendita, e meno ancora risguardando la qualunque lavorazione di ogni altro sapone, sarà lecito a chiunque di continuare la fabbricazione di qualsivoglia sorta di sapone, alla eccezione di quello espresso nella presente privativa, unicamente però per le città, a luoghi compresi nel privilegio, e d'introdurlo e venderlo in qualunque parte, e luoghi dei Pontificj dominj, purchè provenendo dall' estero abbia pagato le ordinata gabelle.

III. Sebbene dalle informazioni, che diligentemente vi siete voi procurate da tutte le provincie de' Nostri Pontificj dominj, invariabilmente risulti incognita affatto la lavorazione del sapone con il carniccio servito per estrarne la colla forte, pur tuttavolta crediamo prudente di riserbara che sa altri potesse provare di avere prevenuto l' intraprendente in questo genera d' industria, e di essere in attuale lavorazione, e vendita dell' enunciato sapone, possa continuare nel suo presente esercizio, purchè nel termine di due mesi dalla publicazione del presente abbia legalmente giustificato avanti di voi con prove superiori ad ogni eccezione i supposti titoli di anteriorità, e passato che sia il detto

termine non darete luogo ulteriormente a ricorsi, o pretensioni su questo particolare.

IV. L' intraprendente sarà obbligato erigere una fabbrica almeno con tutti i necessarj ordigni, al quale effetto dovrà giustificare avanti di voi nel decorso di un anno dalla presente concessione dello stabilimento di questa fabbrica, e dell'effettivo esercizio del precisato metodo, esibendo i campioni di questa lavorazione, sotto pena della caducità della privativa, nella qual pena incorrerà ancora, se il medesimo esercizio di fabbricazione fosse interrotto, a trascurato per lo spazio di un' anno intero.

Tributum quolibet anno solvendum.

§. 4. V. In ricognizione finalmente della presente grazia dovrà il privatario durante il privilegio presentare per cadaun anno in camera dei tributi nella vigilia, o festa de' ss. apostoli Pietro e Paolo, il canone di una libra di cera bianca lavorata sotto pena della caducità della presente concessione. A forma pertanto delle disposizioni contenute nei precedenti articoli, e colle condizioni, e patti ne' medesimi espressi, e descritti concederete in nome Nostro al ridetto Ambrogio Marchesi, per il detto lasso di anni dodici da computarsi à decorrere dalla data del presente Nostro chirografo il suddetto diritto privativo, concederete inibizioni, publicherete editti anche penali, e farete tutt'altro, che reputerete espediente per la migliore esecuzione della presente Nostra grazia, poichè tale è mente, e volontà Nostra espressa.

Clausulae salutares, et irritantes

§. 5. Volendo, e decretando, che al presente Nostro chirografo, benchè non esibito, nè registrato in camera, e nei suoi libri, non possa mai darsi, nè opporsi di surrezione, ed orrezione, nè di alcun altro vizio, e difetto della Nostra volontà, ed intenzione, e che così, e non altrimenti debba sempre giudicarsi, definirsi, ed interpretarsi da qualsivoglia giudice, e tribunale, benchè collegiale, o congregazione composta di rmi cardinali, togliendo loro ogni facoltà, e giurisdizione di definire, ed interpretare diversamente, dichiarando Noi sin d'adesso nullo, irrito, ed invalido tuttocciò, che scientemente, o ignorantemente fosse per giudicarsi, o si tentasse di giudicare contro la forma, e disposizione del presente Nostro chirografo, quale vogliamo, che vaglia, e debba avere il suo pieno effetto, esecuzione, e vigore colla Nostra semplice sottoscrizione, ancorchè non vi sia stato chiamato, citato, nè sentito monsig. commissario della Nostra camera, nè qualsivoglia altra persona, o corpi, ancorchè privilegiati, e privilegiatissimi, che vi avessero, o pretendessero avervi interesse, e che per comprenderli fosse bisogno di farne menzione, non ostanto la bolla di Pio IV. Nostro predecessore *de registrandis*, la regola della Nostra cancelleria *de jure quaesito non tollendo*, e qualunque altra costituzione, ed ordinazione apostolica Nostra, e de' Nostri predecessori, leggi, statuti, riforme, usi, stili, e consuetudini, e qualunque altra cosa, che facesse, o potesse fare in contrario; alle quali tutte e singole, avendone il di loro tenore qui per espresso, e registrato di parola in parola, e supplendo Noi colla pienezza della Nostra suprema potestà ad ogni vizio e difetto, che potesse intervenire, per questa volta sola ed all' effetto premesso amplamente, ed espressamente deroghiamo.

Dato dal Nostro palazzo apostolico Quirinale questo dì VII. dicembre MDCCCXVIII.

Pius PP. VII.

§. 6. Inerendo pertanto ai voleri di Sua Santità e per l' autorità del nostro officio di camerlengato, ordiniamo e comandiamo a tutte e singole persone di qualsivoglia stato, grado e condizione, ancorchè ecclesiastiche, secolari e regolari, comunque privilegiate, privilegiatissime ed esenti, e che per comprenderle nel presente editto fosse necessario di esprimere, che non si permetta alcuno tanto in Roma e sua Comarca che nelle delegazioni di Viterbo, Perugia, Spoleto, Frosinone, Civitavecchia e Rieti di fabbricare nel decorso della privativa, concessa ad Ambrogio Marchesi, il sapone lavorato con il carniccio, residuato dopo l' estruzione della parte gelatinosa, o sia della colla forte, nè impedire o recar molestia al privatario nell'esercizio libero del suo privilegio sotto qualunque pretesto, causa, capo, o ricercato colore. Qualunque contravvenzione, oltre l' emenda dei danni, sarà rigorosamente punita con una multa di scudi cento per cadauna volta, applicabile per una terza parte alla Rev. Camera Apostolica, per la seconda agli esecutori ed accusatori, e per la terza al concessionario Marchesi, procedendosi contro i delinquenti anche per inquisizione e per officio, ed in ogni altro miglior modo più confaciente al fisco. Executio

§. 7. Affisso e pubblicato che sia questo editto nei soliti luoghi di Roma e sua Comarca, e nelle delegazioni di Viterbo, Perugia, Spoleto, Frosinone, Civitavecchia, e Rieti obbligherà ciascuno alla piena os- Publicatio

servanza del medesimo, come se personalmente gli fosse stato intimato.

Deto in camera apostolica li XXXI dicembre MDCCCXVIII.

B. card. Pacca camerlengo di S. C.
Domenico Attanasio uditore
Gioecchino Maria Farinetti
segretario e cancelliere della R. C. A.

DCCCXXVIII.

Dat. die 19 decembris 1818 anno XIX.

Conservatio. et renovetio viarum urbis.

Pius PP. VII.

Motu-proprio

Proemium in quo exponitur praestans methodos adhibita pro conservatione viarum

§. 1. Dopo avere con il Nostro motu-proprio dei 13 ottobre 1817 provveduto alla conservazione delle vie, che mantengono le comunicazioni da un luogo all'altro, rivolgemmo, come avevamo di già enunciato nello stesso motu-proprio, le Nostre cure a stabilire un più adequato, e più giusto sistema nelle strade interne della Nostra capitale, avendo riconosciuto non meno difettoso, che non ben conformato allo regole di una equabile contribuzione, quello che si è osservato fino ad ora, secondo il quale i possessori degli edifici urbani intimati dal tribunale eseguiscono ciascuno a propria cura i lavori occorrenti nelle strade contigue ai loro edificj, lungo tutta la linea della loro adjacenza.

Delegantur incomoda, quae ob hac methodo protonant.

§ 2. Questo metodo sotto un rapporto mal provede alla causa pubblica, e sotto un'altro devia dallo regole della giustizia rispetto ai privati. Esso fomenta la inerzia di gran parte di proprietarj, i quali per la naturale renitenza ad assumere le spese, ora cercano di ascondere le mancanze per non essere obbligati ad intraprendere i lavori, ora costretti ad assumerli, li eseguiscono nella maniera, che al momento sembra loro meno dispendiosa, e che in conseguenza è sempre la più inadequata. Li eseguiscono poi, siccome ne siamo accertati dalle più esatte relazioni, con talo varietà, che la costruzione di una parte della strada rado volte corrisponde a quella dell'altra, onde derivano le irregolarità dei piani, la ineguaglianza della superficie, li ristagni delle acque, e dei sedimenti, la cattiva qualità dei materiali messi in opera, la imperfezione dei lavori, e la mancanza di quella assidua vigilanza, che occorrendo alla riparazione dei danni di mano in mano, che accadano, provvede alla permanente conservazione delle vie con la minor spesa possibile.

§ 3. Quindi ancora la necessità, in cui spesso si trova il tribunale, di scuotere la negligenza dei proprietarj con continue minaccie di mano-regia, con precetti, con accessi, con ingiunzioni penali, e con altre misure inquisitorie, e vessatorie, che lo rendono odioso, e cho eccitano continue lagnanze d'irregolarità nelle intimazioni, di arbitrj nella esecuzione dei lavori, di predilezioni, e d'ingiustizie nei riparti, d'indulgenza verso gli uni, e di durezza verso gli altri. Quindi in fine la lentezza delle operazioni del tribunale stesso, perchè tardi informato dello mancanze, che avvengono nelle strade, attesa anche la debole vigilanza degli erchitetti poco stipendiati, e distretti in altre cure. Idem ut supra.

§. 4. La esperienza ha confermata la verità di questi disordini, che sono lo necessario conseguenze del non bene organizzato sistema. Sono pubbliche le lagnanze del cattivo stato, in cui si trovano sempre le strade di Roma; e non è destituito di fondamento il timore, che proseguendosi questo sistema, in breve il governo dovrà quasi tutte rinnovarle con una spesa immensa. Idem ut supra

§. 5. Come poi la esperienza giornaliera dimostra gl'inconvenienti dei metodi attuali nella parte, che riguarda la esecuzione dei lavori, così ne rende evidente le imperfezione, e la ingiustizia nell'altra, che concerne la tassa del contributo, regolata non dalla forza intrinseca dei fondi contribuenti (unica norma di una giusta, ed equabile ripartizione) ma dalla eventualità di un'adjacenza lineare più, o meno estesa sulle strade pubbliche: d'onde avviene, che un edifizio, il quale avrà un valore, e produrrà al proprietario un reddito molto maggiore di un'altro, contribuisca alla manutenzione delle pubbliche vie egualmente, e forse anche meno di questo per il solo accidente, che la fronte di quello sia protratta per una linea di adjacenza meno estesa di quello, che lo sia la fronte dell'altro. Idem ut supra.

§. 6. Riflettendo Noi maturamente a questa doppia serie di disordini derivanti dall'attuale sistema, abbiamo conosciuto la necessità di surrogarne uno diverso scevro dalle anomalie inerenti alla divisione dei lavori affidati ai singoli proprietarj degli edificj, e dalle ineguaglianze derivanti dalla contribuzione regolata dalla misura dell'adiacenza. Nè abbiamo tardato a ravvisare, che per base fondamentale di questo nuovo sistema, acciò abbia quelli caratteri di unità, senza i quali niun ramo di pubblica amministrazione può essere ben regolato, duo cose si richiedono. Nova methodus inde proponitur.

Creatio unius dicasterii in quo omnia unitim pertractentur quae ad viarum conservationem pertinent.

§. 7. La prima, che tanto la ordinazione, quanto la esecuzione dei lavori occorrenti nelle strade della città di Roma sia riconcentrata in un solo dicastero organizzato in modo, che alla più esatta vigilanza nell' investigare al momento i danni, si congiunga la massima celerità nel ripararli, prima che progrediscano, la esattezza e bontà dei lavori nelle riparazioni, e la uniformità, ed eguaglianza dei lavori stessi, unico mezzo per ottenere la tanto necessaria regolarità nella superficie delle strade. La seconda, che le spese addette alle spese di questi lavori siano regolate secondo il valore dedotto dal reddito dei fondi urbani, su i quali sono imposte indipendentemente dalla estensione della loro fronte, e da altre contingenze, che non possono influire nel proporzionare il peso alla forza del fondo, che lo deve sostenere.

Aliae generales providentiae ad eumdem finem dispositae.

§. 8. Nel maturare queste primarie provvidenze, altre ancora se ne sono presentate alla Nostra mente, conducenti a fornire maggior comodo agli abitanti, e ad accrescere sotto diversi rapporti la bontà, la bellezza, ed il decoro delle strade di questa augusta città, che primeggiando sulle altre in tutti gli oggetti di pubblico ornato, interessa sommamente, che si distingua ancora nella decenza, ed agiatezza delle strade.

Judicium editum a congregatione oeconomica de novis legibus publicandis.

§. 9. Raccogliendo insieme tutte queste vedute, abbiamo ordinato, che a seconda delle medesime sia formato col consiglio delle persone le più istruite in questa materia, un regolamento sulle strade, e le piazze di questa città, con il quale tutti vengano ad adempirsi li principali oggetti, che Noi ci siamo proposti. Compito questo lavoro, ne abbiamo commesso l'esame alla Nostra congregazione Economica, ed appresso le modificazioni proposteci dalla medesima, e quelle, che Noi stessi abbiam creduto espediente adottare, il piano così ridotto ci è sembrato degno della Nostra sovrana approvazione.

Tenor novi statuti.

§. 10. Non volendo quindi, che ne venga ulteriormente ritardata la esecuzione, di Nostro moto-proprio, certa scienza, e pienezza della Nostra apostolica, e sovrana podestà, vogliamo, ed ordiniamo, che da ora innanzi vengano da tutti, ed inviolabilmente osservate, ed eseguite le disposizioni, che abbiamo creduto di prescrivere, e di sanzionare per il buon regolamento delle vie interne della città di Roma, e che sono della forma, e del tenore, come siegue.

Disposizioni generali

Dispositiones generales.

§. 11. I. A compimento delle risoluzioni riservate nell' articolo 129 del moto-proprio dei 23 ottobre 1817 incominciando dal primo del prossimo mese di gennajo 1819 resta abolito il metodo attuale, che obbliga alla esecuzione dei lavori occorrenti nelle strade urbane i possessori dei fondi esistenti dentro la città, gravandoli in ragione della rispettiva estensione della fronte, che presentano i loro edifizj sulle strade medesime: restano egualmente abolite tutte le propine, che dai possessori suddetti si pagano per qualunque titolo ai ministri del tribunale delle strade, i quali d' ora innanzi dovranno tutti eseguire le occorrenti ispezioni, senza ritirarne altro emolumento fuori dell'onorario a loro fissato, come pure cessano tutte le intimazioni, ingiunzioni, penali, ed altre prescrizioni del tribunale, del pari che ogni rispettivo onere, a cui soggiacciono i possessori degli edificj urbani in dipendenza di questo sistema.

II. Ogni obligazione dei proprietarj relativa al rifacimento delle strade interne della città di Roma è interamente trasfusa nel publico magistrato incaricato della tutela delle vie urbane.

III. Alla obligazione suddetta dei possessori è surrogata una tassa equabile, e regolare sul valore dei respettivi fondi dedotto dal loro reddito effettivo, o da quello, di cui sono naturalmente capaci.

Titolo I.

Della organizzazione del dicastero delle strade per ciò, che riguarda le vie urbane.

De dicasterio viarum urbanarum.

§. 12. IV. Monsignor presidente delle strade avrà la tutela delle strade urbane, e si dirigeranno a lui tutti gli affari riguardanti questo ramo di pubblica amministrazione.

V. Il medesimo sarà assistito da due consigli uno amministrativo, ed uno di arte, i quali saranno da lui consultati o divisi, o riuniti, secondo che gli affari lo esigeranno.

VI. Il Consiglio amministrativo delle strade urbane sarà composto dei quattro cavalieri maestri di strade, dell' ingegnere ispettore residente in Roma indicato nell' art. 385 del moto-proprio dei 23 ottobre 1817, e del fiscale del tribunale colla presenza del segretario.

VII. Monsignor presidente consulterà questo consiglio negli affari di maggior importanza, che riguardano oggetti legali, o regolamenti di amministrazione interna.

VIII. Niuna risoluzione del consiglio amministrativo si renderà esecutoria, se non vi acceda il voto di monsignor presidente, il quale sarà anche preponderante nella parità.

IX. Il presidente unitamente al suo consiglio avrà la facoltà di definire eco-

nomicamente, e senza forma di giudizio le questioni, che insorgeranno circa la esecuzione dei lavori tra la presidenza, o gli appaltatori, o altre persone.

La risoluzione però in questi casi dipenderà dalla pluralità assoluta de' voti: riservata solo la revisione in devolutivo per la stessa via economica, ed amministrativa, e senza strepito e figura di giudizio al pieno tribunale della camera, come quello, che riunisce anche in se altre attribuzioni di questo genere.

X. Questo consiglio entro il prossimo mese di marzo 1819 proporrà i seguenti regolamenti tendenti.

De munere consilii. §. 13. 1. A fissare le somme, che dagl' individui, e dai corpi, i quali al presente indipendentemente dell' asser frontisti hanno il peso di riparare, e mantenere alcuni particolari tratti di strade urbane in virtù di speciali ordinanze, o consuetudini, si dovranno in avvenire corrispondere in compenso di questi loro particolari obblighi, da cui ora vengono liberati. L' ammontare di questi compensi sarà regolato da ciò, che risulterà, essersi speso in passato tanto per le ordinaria manutenzione, quanto per le rinnovazioni.

2. A stabilire le misure, e le prescrizioni opportune, onde prevenire, e reprimere qualunque danno, o ingombro abusivo nelle strade, ed altri luoghi pubblici della città in conformità di ciò, che trovasi annunciato nell' art. 133. del motu proprio suddetto.

3. Ad ottenere la massima nettezza nelle strade, e determinare meglio i locali dei letamaj, e le regole, perchè venghino sollecitamente spurgati.

4. A regolare la illuminazione della città nei tempi prefissi, ed assicurarne la diligente esecuzione.

5. A conservare, e mantenere la nomenclatura delle strade, e la numerazione degli edifizj.

XI. Il consiglio degli affari di arte sarà composto dei medesimi individui, dei quali è formato quello delle strade dello stato indicato al §. 16 del motu-proprio dei 23 ottobre 1817.

XII. Questo consiglio è incaricato dell' esame di tutti gli affari di arte, che gli verranno rimessi da monsig. praesidente, e di tutti i piani, e conti dei lavori; si occuperà altresì di tutte le operazioni, che dovranno farsi per il nuovo regolamento della tasse su i fondi urbani, che viene surrogata all' obligo dei lavori, dei quali sono attualmente incaricati i possidenti.

XIII. Nel prossimo mese di maggio proporrà i seguenti regolamenti,

1. Per la istruzione generale sulli diversi lavori, prescrivendo distintamente il modo uniforme, con cui si dovranno redigere gli scandagli, ed i conti. *Reformationes adnectendae in vetere methodo.*

2. Per il modo di tenere i registri, formare i piani di esecuzione, specificare i dettagli dei lavori ad oggetto di farne l' opportuno uso nei capitolati, e nelle collaudazioni.

3. Per fissare specificamente le attribuzioni, e le incombenze di ogni ingegnere, ed aspirante.

4. Per regolare i lavori accessorj al dipartimento delle strade, e segnatamente in rapporto alle chiaviche, ed agli stillicidj.

XIV. Monsignor presidente consulterà i due consigli riuniti per istabilire, ed estendere in buona forma i patti da prepararsi nei cosi detti capitolati, e da stipolarsi rispettivamente nei contratti, che si concluderanno con gli appaltatori.

XV. I due consigli riuniti proporranno dentro il prossimo mese di marzo un bando generale, nel quale sieno raccolte metodicamente, e con chiarezza, e precisione tutte le disposizioni edilizie, che rimangono in osservanza relativamente alle strade, e ai loro accessorj.

XVI. Proporranno la divisione dei rioni della città di Roma in quattro riparti, ad ognuno de' quali sarà assegnato il suo maestro di strade, il suo ingegnere, ed il suo aspirante. Le ponenze di questi ingegneri e di questi aspiranti saranno variabili, secondo che la esattezza del servigio pubblico lo esigerà.

XVII. I medesimi consigli riuniti dovranno proporre i metodi per l' esame dei ricorsi di ogni genere, che si presenteranno al tribunale, e per le licenze, che dal tribunale medesimo dovranno diramarsi.

XVIII. Combineranno altresì un regolamento per la contabilità in analogia di quello, che trovasi già stampato per le strade, e per le acque.

XIX. I regolamenti indicati negli art. 10. 13. 15. 16. e 18. d' appresso l' esame, e le riforme, che saranno fatte da monsignor presidente, saranno dal medesimo presentati alla segretaria di stato per ottenerne l' approvazione da sua Santità, ed approvati, che siano, verranno pubblicati.

XX. I quattro cavalieri maestri di strade invigileranno per la esecuzione di tutti i regolamenti indicati nell' art. 10.

XXI. L' ingegnere ispettore destinato direttore delle strade urbane in esecuzione dell' art. 385. del motu-proprio dei 23. ottobre 1817. presiederà a tutto ciò, che riguarda i lavori delle me-

desimo, e renderà direttamente conto al governo, o sia al presidente delle strade di tutto quello, che si sarà prescritto, ed eseguito sotto la di lui sorveglianza. Quattro ingegneri ordinarj, e quattro aspiranti designati in appresso dipenderanno dal medesimo, e gli daranno conto di tutte le loro rispettive operazioni.

XXII. L' ispettore invigilerà specialmente sulla esecuzione dei regolamenti indicati nell' art. 13., e prescriverà i lavori, che occorreranno nelle strade della città.

XXIII. Proporrà prima della metà di dicembre di ogni anno i lavori occorrenti nelle strade interne di Roma, ed il rispettivo importo, aggiungendovi le spese del suo officio, e gli onorarj degl' ingegneri, ed aspiranti. Di tutto ciò formerà il preventivo analogo alla modula stabilita per le strade dello stato, e lo presenterà a monsignor presidente, il quale, consultati i due consiglj riuniti, ne potrà autorizzare la esecuzione. Per l' anno 1819 questo preventivo lo presenterà nel mese di marzo del suddetto anno.

Presenterà egualmente nel mese di gennajo il consuntivo di tutti i lavori compiti per essere esaminato, ed approvato come sopra, e terrà un' esatto registro d' introito, e di esito di ogni lavoro.

Presenterà ogni quadrimestre lo stato dei pagamenti da farsi agli appaltatori proporzionatamente ai lavori eseguiti da ognuno a seconda degli obblighi rispettivi assunti nei contratti.

Manterrà una continua, e diretta corrispondenza con gl' ingegneri, ed aspiranti per la perfetta esecuzione dei lavori.

Invigilerà, che tutti gl' impiegati, ed intraprendenti adempiano esattamente ai proprj doveri, il che da questi non eseguendosi, ne farà rapporto a monsignor presidente, acciò possa il medesimo prendere le opportune risoluzioni.

In ogni mese formerà una tabella, la quale conterrà il ruolo degl' impiegati. e le spese mensuali d' officio corrispondenti al preventivo approvato. Questa tabella servirà di appoggio al mandato di pagamento da spedirsi da monsignor presidente.

XXIV. Ognuno dei quattro ingegneri ordinarj di prima classe destinati al servigio delle strade urbane dovrà assiduamente occuparsi del riparto, che gli verrà assegnato dal consiglio a norma dell' art. 16.

Osserverà attentamente se avvenga alcuna mancanza nella superficie delle strade a lui affidate, e se i lavori (siano di manutenzione, siano di rinnovazione), vengano tutti eseguiti ad uso di arte, ed a tenore dei rispettivi contratti, e terrà un registro, e giornale di tutti i lavori.

Nel caso, che in qualunque dei rioni a loro ripartiti si rinvenga qualche mancanza, o qualche negligenza per parte degli appaltatori ne farà immediato rapporto all' ingegnere, il quale ne renderà inteso monsignor presidente, acciò dal medesimo possano prendersi le opportune misure.

In occorrenza di qualche riparazione non compresa nel preventivo ne farà rapporto all' ispettore, il quale autorizzato da monsignor presidente ne potrà ordinare la esecuzione, imputandone l' importo sul fondo di riserva prescritto dall' art 32.

XXV. Questi quattro ingegneri presenteranno in fine di ogni quadrimestre all' ispettore uno stato dettagliato di tutti i lavori eseguiti nel rispettivo riparto. Questi stati da loro firmati serviranno d' appoggio ai mandati, e rispettivi stati che deve proporre l'ispettore a monsignor presidente per pagamenti da farsi agli appaltatori.

Ognuno di questi ingegneri presenterà all' ispettore nel mese di novembre gli stati verificati e firmati dei lavori eseguiti, e di quelli da eseguirsi nell' anno venturo. Per l' anno 1819 gli stati dei lavori da eseguirsi dovranno presentarli nel mese di febrajo

XXVI. Quattro ingegneri aspiranti sono destinati in ajuto dei suddetti quattro ingegneri ordinarj colla stessa divisione dei quattro dipartimenti.

Gl' ingegneri ordinarj, e gli aspiranti verranno nominati dal sovrano nel modo, che si prescrive all' art. 443 e seguenti del motu-proprio dei 23 ottobre 1817.

XXVII. Questi otto ingegneri riceveranno tutti dall' ispettore le opportune istruzioni relative al loro impiego.

XXVIII. I suddetti otto ingegneri facendo parte del corpo degl' ingegneri pontificj istituiti nel citato motu-proprio, godranno di tutti gli onori, e privilegi assegnati ai loro gradi, e saranno tenuti a tutte le discipline, leggi, e penali ivi prescritte.

In sequela di ciò il disposto nell' articolo 381, del detto motu-proprio è rigorosamente a loro applicato, ed è anche comune agli altri ministri del tribunale.

XXIX. Gl' ingegneri ordinari di prima classe delle strade urbane, oltre l'onorario stabilito nell' articolo 429 del detto motu-proprio avranno un' aumento di scudi dieci mensuali in compenso delle spese, che loro occorrono per il disimpegno delle rispettive funzioni, per cui godranno del mensuale onorario di scudi 50.

Titolo II
Classificazione dei lavori nelle strade di Roma.

De diversis speciebus operum adhibendorum in viis urbis.

§. 15. XXXI. Tutti i lavori occorrenti alle strade urbane si dividono in tre classi, cioè di manutenzione, di rinnovazione, e straordinaria riparazioni.

XXXII. Le prime due classi verranno valutate nei conti preventivi, che deve presentare l'ispettore a monsignor presidente. Per la terza classe, o sia per quelle riparazioni, che possono occorrere per imprevedibili circostanze, si prefiggerà una somma approssimativa, la quale si terrà in riserva nella cassa disponibile a norma di quanto è stato indicato nel §. ultimo dell' art. 24.

Questi straordinari lavori verranno eseguiti dagli appaltatori a prezzi corrispondenti a quelli fissati nei rispettivi contratti.

XXXIII. Firmati i capitolati a norma dell' art. 14. i lavori di manutenzione, e rinnovazione occorrenti nelle strade di Roma, saranno dati in appalto a quel numero d'intraprendenti con quella divisione, e per quel tempo, che allora si prescriverà, nelle forme stabilite nel Nostro motu-proprio dei 23 ottobre 1817.

XXXIV. Ogni appalto dovrà comprendere la manutenzione, e la rinnovazione della superficie, che abbraccia.

XXXV. Gl' intraprendenti, che concorreranno a questi appalti, dovranno esser muniti di tutti quei requisiti, che fisseranno i consigli riuniti in conformità dell'articolo 14.

XXXVI. Gli appaltatori avranno ogni quattro mesi una somma in conto non minore di due terzi del lavoro collaudato dall' ispettore sullo stato dell' ingegnere, ed ogni anno verranno saldati dei lavori compiti sia per manutenzione, o per rinnovazione, sia per straordinarie riparazioni, salvo le condizioni particolari, che verranno stabilite nei respettivi contratti.

XXXVII. Qualunque lavoro, che debba farsi da chiunque nelle strade urbane, e che conduca a guastarne, o alterarne per qualunque modo, o tempo la superficio, o lastricata, o a terreno, non potrà eseguirsi senza licenza del presidente.

Il lavoro dovrà farsi dall' appaltatore di quel riparto, ove ha luogo, al quale verrà pagato con i prezzi della tariffa di appalto.

Titolo III.
Formazione, ed amministrazione dei fondi per le strade urbane.

De taxis imponendis, earumque administratione, et erogatione in manutentione viarum.

§. 16. XXXVIII. La tassa, che dovranno pagare i possessori dei fondi esistenti dentro le mura della città, sarà di annui bajocchi trentacinque per ogni cento scudi di valore dei fondi medesimi. Questa tassa si appellerà tassa per le strade urbane, ed incomincierà a decorrere dal primo gennaro 1819.

La medesima sarà regolata a norma del nuovo censimento, che si formerà, e publicherà con la maggior sollecitudine, uniformandosi al regolamento dei 22 febbrajo 1817 publicato da monsignor tesoriere generale, e consecutive istruzioni.

Non potendo il nuovo censimento essere compito, ed attivato sè non che dentro l' anno venturo, la divisata tassa di bajocchi trentacinque si esigerà secondo il censimento, con cui attualmente si percepisce la dativa reale su i fondi urbani.

Durante la formazione del nuovo catastro il publico erario somministrerà provisoriamente in linea di prestito, ciò che occorrerà di più del percetto secondo l'attuale censimento della dativa, e si reintegrerà in seguito della somme anticipate su quello, che rimontando alla suddetta epoca del primo gennajo 1819 dovrà pagarsi da ciascun contribuente a tenore del nuovo censimento, e nel caso che il capitale di alcuno de' contribuenti suddetti nel nuovo censimento venisse a diminuirsi, si terrà conto al medesimo di quel di più, che avrà pagato, defalcandolo da ciò, cha dovrà in appresso.

XXXIX. Da questa tassa non sarà esente alcun fondo, o edificio, nè alcun corpo, comunità, stabilimento secolare, ecclesiastico, e regolare, nè persona veruna di qualunqua dignità, e preeminenza, e munita di qualsivoglia privilegio, ancorchè per comprenderla si richiedesse speciale, ed individua menzione, inclusa anche la camera, i sagri palazzi apostolici, e qualunque altra rappresentanza, a cui appartengono locali di qualunque specie dentro il recinto della mura di Roma.

XL. Questa tassa, a tenore degli articoli precedenti comprensiva di tutti i fondi esistenti dentro le mura di Roma, è comune anche alle case inferiori all'annua rendita di scudi trentadue, ancorchè non incluse nella tassa della dativa reale, e ciò per la ragione, che tanto queste case, quanto altri fondi, ed edificj non soggetti alla dativa reale, avendo sempre soccombito alla spesa della manutenzione, e rinnovazione delle strade adjacenti, è giusto, che venendone ora esonerati, contribuiscano alla tassa uniforme surrogata al peso della manutenzione, e rinnuovazione.

XLI. Il valore dei fondi, ad eccezione di quelli indicati negli articoli 50 52 53 e 54, dovrà ricavarsi dalle pigioni

attuali, o reperibili, formando il capitale di scudi cento sopra ogni otto scudi d'annno fruttato.

XLII. Con tale norma si valuteranno anche i palazzi senza attendere la limitazione della rendita di scudi mille prescritta per il pagamento della dativa sugli edificj urbani.

XLIII. Si procederà con lo stesso metodo rispetto agli opificj, e fabbriche di manifatture di ogni genere attualmente esenti dalla dativa.

XLIV. Ai conventi di religiosi, ospizj, collegj, ed altri publici stabilimenti di convitto, d'istruzione, e di educazione, si assegnerà il valore con le norme prescritte all' articolo 41.

XLV. Per le chiese, ospedali, monasteri di monache, conservatorj, università della Sapienza, e collegio Romano, palazzi apostolici, ed altri locali, nei quali non si può formare la stima per mezzo delle pigioni attuali, o reperibili, in luogo di continuare ad essere soggetti alla spesa della manutenzione, e riunovazione delle strade adjacenti, al qual peso sono stati essi sottoposti finora, si formerà il capitale corrispondente alla tassa con la seguente proporzione: si prenderà cioè il quantitativo di tutte le aree delle strade esistenti in un rione, e quello complessivo de' valori delle case poste nel rione medesimo; quindi si misurerà l'area corrispondente a ciascuno de' suddetti locali, e con la regola aurea si determinerà il capitale, in ragione di cui è dovuta la tassa per il locale suddetto.

XLVI. I conventi, e le chiese delle religioni di stretta mendicità saranno esenti dalla tassa, abbenchè la paghi in loro vece il pubblico erario.

XLVII. I teatri, ed altri locali di pubblici spettacoli dovranno stimarsi sul ragguaglio dell' affitto di un decennio.

XLVIII. Nei fondi appartenenti a più condomini, che posseggono divisamente, se ne ripartirà la tassa per contributo in ragione della respettiva proprietà.

XLIX. Alle ville, giardini, ed altri luoghi di delizia si assegnerà dai periti la rendita annua proporzionata alla situazione, ed estensione del suolo, ed alla coltivazione di cui sarebbe suscettibile.

L. Per le vigne, orti, ed altri simili predj posti dentro le mura, la stima si uniformerà a quelle, che riguarda il censimento dei terreni.

LI. Tutti i fondi urbani abbandonati di qualunque valore essi sieno, verranno dal tribunale notificati al publico, prendendo intanto cura dei medesimi nei casi di urgenza per ripararli, o demolirli. Spirati i sei mesi dopo questa pubblicazione, senza, che alcun proprietario comparisca, s'intenderanno aggiudicati al tribunale, il quale se non ne avrà in appresso disposto con particolari contratti, potranno ricuperarsi dagli antichi proprietarj entro lo spazio di anni cinque, indennizzato però il tribunale di tutte le spese di qualunque genere, che vi avrà fatto, ed anche dei danni, ed interessi in caso, che abbiano luogo. Che se il tribunale, ne avrà disposto, trasferendoli rispetto al diretto, o all' utile dominio in particolari, dovrà mantenersi la disposizione fattane, e non avrà luogo la redenzione.

LII. Se sarà caduto, o demolito l'edificio, il diritto del proprietario non potrà esercitarsi, che sull' area, sempre mediante la reintegrazione delle spese, e dei danni sofferti dal tribunale.

LIII. Il pubblico erario, essendo, mercè i nuovi regolamenti, sgravato da molte spese eventuali, alle quali ha soggiaciuto in passato, oltre le quote, che gli competono in ragione delli particolari provvedimenti, darà un annua sovvenzione di scudi ventimila per erogarsi nei lavori delle strade urbane. La dette sovvenzione verrà depositata in ogni bimestre per la sesta parte nel sagro monte della pietà e disposizione di monsig. presidente delle strade.

LIV. Dalla cassa delle strade nazionali si preleverà in ogni anno la somma fissa di scudi ottomila la quale sarà applicata in vantaggio delle strade urbane, per compenso delli lavori occorrenti in quei tratti di strade nazionali, che attraversano la città di Roma, e che a termini dell' articolo 6 del citato motu-proprio dovrebbero essere a carico della tassa delle dette strade nazionali.

LV. Appartorrà alla cura di monsig. tesoriere generale la esazione di tutte le tasse delle strade urbane, facendole esigere col minore possibile stipendio di chi ne sarà da esso incaricato, procedendo nel modo camerale, e con mano regia contro i debitori morosi, e facendone depositare l'introito nel sagro monte di Pietà a credito, e disposizione della presidenza delle strade in ogni bimestre.

LVI. La computisteria camerale presenterà ogni anno a monsignor presidente il rendimento di conti di tutto l'anno, restando anche in libertà dello stesso monsignor presidente di richiedere lo stato dell' incasso, o del depositato in qualunque epoca dell' anno.

LVII. Tutti i mandati, che si trarranno su questo deposito per pagamento dei lavori, e spese saranno appoggiati ad

uno stato firmato dall' ispettore, il quale accluderà nel medesimo i certificati degl' ingegneri ordinarj muniti delle rispettive verificazioni. In questo stato sarà citato l'articolo corrispondente del preventivo approvato. Sarà lo stato suddetto formato secondo le module stabilite per gli altri lavori di acque, e strade.

LVIII. Se con le economie da farsi progressivamente, o con altri mezzi vi sarà nella cassa un sopravanzo, sarà questo di mano in mano impiegato nel lastricare gli sterrati, che si trovano nella città, nell'incanalare fino a terra le acque delle grondaje, che per mezzo dei così detti cannoni si precipitano dall'altezza dei tetti sulle strade, ed in altre operazioni di comodità, e di utilità publica risguardanti le strade urbane.

LIX. Rimangono annollati tutti i contratti stipolati fra i particolari, e gl'intraprendenti per i lavori risguardanti le strade urbane.

Le questioni, che potessero insorgere da tali rescissioni verranno definite dal consiglio amministrativo a norma delle facoltà concesse nell'art. 9.

Clausulae salutares, et irritantes.

§. 17. Volendo, e decretando, che tutte, e singole disposizioni contenute, ed espresse nella presente Nostra cedola di motu-proprio debbano sempre, ed inviolabilmente osservarsi, e che così, come nella medesima si è espresso, e non altrimenti debba in perpetuo giudicarsi, e definirsi da quali sisiano giudici, tribunali, congregazioni, ancorchè composte di reverendissimi cardinali, di uditori della Nostra rota, di chierici della Nostra camera, e da qualunque altra autorità, benchè degna d'individua, speciale, e specialissima menzione, togliendo a tutte indistintamente ogni facoltà, e giurisdizione d'interloquire, definire, ed interpretare diversamente, e dichiarando fin da ora nullo, ed irrito tutto ciò, che da chiunque o scientemente, o ignorantemente si tentasse di prescrivere, giudicare, ed interpretare deviando dalla lettera di tutte, e singole disposizioni contenute nel presente Nostro motu-proprio sotto qualunque pretesto, anche di orrezione, e surrezione, e di mancanza della Nostra volontà, al quale effetto vogliamo, che il presente Nostro motu-proprio vaglia, e conseguisca il suo pieno effetto, e la sua intiera esecuzione, in virtù della sola Nostra sottoscrizione, benchè non siano state interpellate, e sentite qualsivogliano persone, congregazioni, magistrati, e corpi, ancorchè privilegiati, e privilegiatissimi, ed in qualunque dignità, anche ecclesiastica costituiti, i quali avessero, o pretendessero avervi interesse, a che per comprenderli fosse d'uopo d'individua, e special menzione.

Derogatio contrariorum.

§. 18. Non ostante la bolla della s. m. di Pio IV. Nostro predecessore, la regola della Nostra cancellaria *de jure quaesito non tollendo*, e qualsisiano altre costituzioni apostoliche, bolle, brevi, decreti, chirografi, bandi, editti, leggi in qualunque modo, e con qualunque autorità fino ad' ora pubblicate, alle quali tutte, e singole, ancorchè rivestite di clausole derogatorie, e derogatorie delle derogatorie, in quanto possano opporsi alla piena, e precisa osservanza delle presenti disposizioni, avendone il tenore qui per espresso, e di parola in parola riferito ampiamente, e con pienezza della Nostra podestà, ed a qualunque effetto intendiamo derogare, come di fatti deroghiamo.

Dato dal Nostro palazzo apostolico Quirinale, questo dì X dicembre MDCCCXVIII.

Pius pp. VII.

DCCCXXIX

Exemptio ecclesiae cathedralis Eugubinae a subjectione metropolitanae Urbinatensis, ejusque subjectio immediata Sedi apostolicae.

Dat. die 14 decembris 1818 anno XIX.

Pius episcopus

Servus servorum Dei
Ad perpetuam rei memoriam.

Proemium

§. 1. Ecclesias illas, quae vel antiquitatis laude, vel antistitum praestantia, vel ob hominum, qui ex his floruerunt, res praeclare gestas commendantur gratiis, et privilegiis decorare summi pontifices consueverunt, ut exinde meritorum habita ratio, et ecclesiastici ordinis dignitas splendidius procurata eluceret. Inter hujusmodi autem ecclesias Eugubinam accenseri illustria fidei monumenta, aliaque eximia nomina testantur, quibus eamdem in re christiana concelebratam, vel a priscis temporibus novimus emicuisse, cujus quidem insignis ecclesiae ornamentum sanctum Ubaldum ipsius pontificem, hic voluntus honoris causa commemoratum; qui antistitum quorumlibet sanctissimorum exempla tam belle retulit, ut omnis in eo divini ministerii decor apprime emicuerit. Quoniam igitur ad utiliorem, comodioremque rei sacrae procurationem in Nostra Pergulensi civitate ordinandam illam ab Eugubinorum antistitum, et ab abbatum

monasterii Nullius s. Silvestri Nonantulani jurisdictione per Nostras apostolicas literas sub datum pridie kal. proximi praeteriti mensis februarii, sejunximus, dato ipsius regimine episcopis Calliensibus, baud tamen passa est patrii affectus benevolentia, qua Eugubium complectimur hanc eidem fieri imminutionem, quin illam aliquo pacto per annuum scutorum quinquaginta vectigalem censum ex bonis ecclesiae Pergulensis Eugubinis episcopis attributum compensandam, decerneremus. Verum ne patrimonio episcopali dumtaxat consultum videretur, illud praeterea in Eugubinae ecclesiae bonum, ac decus enixis precibus per venerabilem fratrem Marium episcopum Eugubinum a Nobis est postulatum, ut a vinculo suffraganeatus, quo ipsa erga metropolitanum Urbinatensem adstringitur, exsoluta sedibus illis adnumeretur, quae sunt huic apostolicae Sedi immediate subjectae. Animo equidem ad gratiam comparato postulationem suscepimus, ac ne dum ut majus de facta jactura levamen praeberemus, sed ut perenni etiam Nostrae benignitatis testimonia peculiaria tum ecclesiae, tum ejus moderni antistitis merita honestata a Nobis dignoscerentur, auditis nonnullis ex venerabilibus fratribus Nostris S. R. E. cardinalibus hujusce precibus annuendum censuimus; ea praesertim de causa, quod in praesens non ex juris debito, ut olim ab Eugubinis contendi consueverat, sed tantummodo a pontificia liberalitate nominatim id privilegii humillimo deposcatur.

Tenor concessionis. §. 3. Ex certa itaque scientia, ac matura deliberatione Nostris, deque apostolicae potestatis plenitudine episcopalem ecclesiam Eugubinam ex nunc pro tunc, et quando metropolitana ecclesia Urbinatensis ex persona illius moderni antistitis quomodocumque vacaverit ab omni, et quocumque metropolitico dicti archiepiscopi jure, et subjectione perpetuo eximimus, et liberamus, ipsamque episcopalem ecclesiam Eugubinam in Nostram et apostolicae Sedis immediatam dependentiam, et subjectionem recipimus ac acceptamus; et idcirco causarum omnium appellationes ad apostolicam Sedem dumtaxat deferendas esse volumus, ac declaramus.

Clausula sublata, et decretum irritans. §. 4. Praesentes autem literas, et in eis contenta quaecumque nullo unquam tempore, etiam ex eo quod quilibet in praemissis interesse habentes, seu habere praetendentes vocati, et auditi non fuerint, et iisdem praemissis non consenserint de subreptionis, seu obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostrae, vel quovis alio etiam substantiali, et inexcogitato defectu notari, impugnari, invalidari, in jus, vel controversiam vocari posse, sed eas semper validas, et efficaces existere et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri, et obtinere debere, et quidquid secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, irritum, et inane decernimus.

Derogatio contrariorum. §. 5. Non obstantibus de jure quaesito non tollendo, aliisque Nostris, et cancellariae apostolicae regulis, nec non constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, ac praesertim constitutione fel. rec. Benedicti pp. XIII praedecessoris Nostri, quae incipit = *Circumspecta Romani pontificis providentia* = sub datum diei vicesimae tertiae mensis maji anni Domini millesimi septingentesimi vicesimi quinti, ac quibusvis aliis in universalibus conciliis editis constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, caeterisque aut speciali, et individua mentione dignis non obstantibus quibuscumque.

Sanctio poenalis. §. 6. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam Nostrarum exemptionis, liberationis, subjectionis, receptionis, acceptationis, declarationis, decreti, derogationis, et voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire; si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum.

Datum Romae apud s. Mariam Majorem anno incarnationis Dominicae millesimo octingentesimo decimo octavo, pridie idus decembris, pontificatus Nostri anno decimo nono.

DCCCXXX.

Electio protonotariorum titularium, et concessio privilegiorum eorum favore.

Dat. die 15 decembris 1818 anno XIX.

Pius episcopus

Servus servorum Dei

Ad perpetuam rei memoriam

Prooemium Protonotarii primis Ecclesiae saeculis designati. §. 1. Cum innumeri ubique terrarum extiterint viri gloriosi, qui saeviente adversus Christianum nomen gentilium potestatum furore, illud tamen confiteri coram hominibus haud veriti sint, duriora quaeque tormenta, mortemque ex cruciatuum vi immanissimam laeto, constantique animo perpessi; sapienti profecto, providentissimoque consilio novimus, vel a primis temporibus constitutum, ut tot tamque illustria facinora, nedum in eorum gloriam, sed et in caeterorum

exemplum luculentissimum, et in maximam fidei commendationem, quae tantam injiciebat virtutem, diligenter scriptis, accurateque mandarentur. Hinc sancti Clemens I, et Antherus item I. in urbe, et per alias omnes regiones, qua Dominicae crucis professio late patebat, viros adlegere pietate, prudentia, studioque religionis spectatos notarios primum, ac deinde honoris, et dignitatis causa protonotarios nuncupatos, quibus brevibus etiam, ubi ex hostium metu opus esset, notis referrent clanculum in tabulas martyrum nomina, factaque ab ipsia martyria, et cunctas eorumdem res praeclare gestas, ac verba cum primis graviora, quibus ex divinitatis instinctu compellere praesides, tyrannosque, ac de paganorum caecitate affari disertissime consueverunt.

At pace demum Ecclesiae feliciter date, martyriorumque propterea recensione cessante, non inde tamen protonotariorum munus sublatum est, sed imo ex sancti Julii I. praedecessoris Nostri auctoritate demandatum iisdem est studiose describere, quae de fide, ac disciplina sacrorum decernebantur, eaque, et caetera omnia rei sacrae monumenta apte, periteque notare, atque una cum actis martyrum in scriniis Ecclesiae recondita ad posteritatis memoriam custodire.

Privilegiis aucti a Rom. pont. et in collegium constituti.

§. 2. Amplissimum idcirco protonotariorum apostolicorum officium habitum semper est, ec pro muneris ipsius, personarumque illud obeuntium ratione omni prorsus aetate per praedecessores Nostros illustribus pontificiae benevolentiae testimoniis est honestatum. Nominatum prae caeteris volumus Sixtum V. felicis recordationis (1) qui cum eos septem dumtaxat, pro septem urbis regionibus designatos nactus esset, duodecim deinceps esse jussit, clarioribusque privilegiis donatos, redditibus etiam cumulavit, quibus ed bonoris dignitatem referendam necessaria suppeterent.

Protonotarii de inde titulares adjecti inferioris ordinis.

§. 3. Cum vero praeter statos hosce protonotarios, qui de numero participantium vocati sunt, alios etiam, qui iisdem forsitan adjutores adstarent, viros, et laude virtutum, et nobilitate generis, et meritis in rem, et sacram, et publicam probatissimos in urbe elegerint Romani pontifices, eos etiam omnibus, quibus protonotariorum collegium potitur privilegiis, honorisque insignibus auctos decrevere.

His accesserunt exteri quidam protonotarii in aliis Catholici orbis regionibus in idem munus per Romanos pontifices adsciti, pietate, doctrina, et satis bonesta generis conditione commendati, peculiaribus privilegiis instructi: verum (quae sane humanarum rerum conditio est plane collugenda) decursu temporis titulares id genus protonotarii extra urbem ex auctoritate statis quibusdam personis ad eos adsciscendos collata, vel ex officii, quod gerebant, jure in eum gradum nullo delectu, nulloque discrimine obtrudi coeperunt, atque ita quod, vel sua aetate querebatur Sixtus IV. in ingentem multitudinem crevere (2); quo factum fuisse novimus, ne dum ut in contemptionem ipsi, despectumque adducerentur, sed et eo audaciae devenerint, ut protonotariis de numero participantium, eliisve, quos ex Romanis praesulibus honoris causa a pontificibus in eorumdem privilegiorum communionem praemonuimus advocari assimilatos se esse, iisdemque proinde juribus potiri, quin et ab debita in antistites fide, et obsequio exsolutos se esse comminiscantur.

Quorum abusibus summus pontifex occurrendum censuit.

§. 4. Cum igitur venerabiles fratres episcopi complures, datis ad Nos literis, innumeros exinde abusus invaluisse, expostularint; cumque pro commissa Nobis Dominicae vineae procuratione succrescentes vepres ex ea evellere adigamur, opportune in eam rem consulere censuimus. Particulari idcirco congregationi venerabilium fratrum Nostrorum Sanctae Romanae Ecclesiae cardinalium de Somalia sacrae Rituum congregationis praefecti, Litta, et Antonii eb Auria, nec non ejusdem sacrae Rituum congregationis secretarii, assessoris, et alterius ex Nostris apostolicarum caeremoniarum magistris, quibuslibet eidem attributis facultatibus, etiam extra ordinem necessariis, et opportunis id demandavimus, ut omnia ea, quae circumferuntur titularium hujusmodi protonotariorum extra urbem privilegia, ad severiores juris canones, atque regulas expenderet, iisque ad ipsius juris praeceptiones descriptis, caetera quaelibet ab iisdem absona abrogaret, ec certam, stabilemque methodum sanciret, qua et abusus, quos infeliciter percrebuisse perdolemus, convellerentur, et statae quaedam leges, conditionesque praefinirentur, quibus et personarum delectus habeatur, et usus privilegiorum debitis limitibus contineatur, ac ne ulla imposterum honestissimo protonotariorum caetui labes inspergatur salubri consilio prospiciatur. Universa itaque rei ratione in examen deducta, Nostris hisce votis mirifice eadem particularis congregatio obsecundavit, dataque sibi auctoritate utens opportune post multam, operosamque consultationem tulit demum, ac sancivit decreta, quae sequuntur, videlicet.

(1) Constil. Rom. Pont. XIX.

(2) Extrav. 1. de Tregua, et pace in Doum.

DECRETUM

De privilegiis protonotariorum titularium, seu honorariorum.

Ac per sola etiam congregationem de eorum privilegiis inquiri.

§. 5. Quamquam plura de protonotariis, quos titulares, seu honorarios dicunt, a sacra Rituum congregatione decreta edita sint, prout videre est in nuperrima decretorum ejusdem collectione; experientia tamen compertum est, complures abusus percrebuisse illorum culpa, qui nullis, licet ut plurimum nominibus commendati, talem honorem assequuti, vel jure sibi vindicare audent, quibus carent omnino, vel delatae dignitatis insignia indecore admodum adhibent, ut ne dum ipsorum splendorem haud referant pro dignitate, sed labem potius ordini spectatissimo parent.

Cum itaque crebrae de iis expostulationes ad sanctissimum dominum Nostrum PIUM VII., humiliter etiam nomine plurium episcoporum sint perlatae, Sanctitas sua rem universam discutiendam commisit congregationi particulari eminentissimorum, et reverendissimorum dominorum cardinalium de Somalia sacrae Rituum congregationis praefecti, Litta, et Antonii ab Auria, qui une cum ejusdem sacrae Rituum congregationis assessore, et altero ex apostolicarum caeremoniarum magistris, meque infrascripto secretario, omnibus praediti facultatibus necessariis, et opportunis, remedia proponerent, quae expedire magis viderentur, et certas praefinirent conditiones, et leges, quibus eorumdem privilegiorum modus, et usus contineretur.

Decretum idcirco est prima de ipsorum electione

§. 6. Quare habito ad infrascriptum diem conventu in aedibus memorati eminentissimi, et reverendissimi domini cardinalis de Somalia praefecti, omnibusque serio, diligenterque perpensis, id in primis communi sententia visum est decernere, ut nimirum personarum delectus haberetur in protonotariatus honore deferendo, ut nonnisi, qui rite, honeste, ac pro dignitate id honoris sustinere valeant, eodem ornentur.

Proferantur idcirco testimonia, quibus constet indubie.

1. De nobili, vel honesta familiae conditione.

2. De aetate saltem annorum vigintiquinque.

3. De statu clericali, et caelibi.

4. De laurea doctoratus in utroque jure, vel in sacra theologia a probata universitate, vel a collegio protonotariorum participantium rite tributa.

5. De morum honestate, et gravitate, ac de bona apud omnes existimatione.

6. De annuo censu scutorum saltem biscentum, vel ex patrimonii bonis, vel ex perpetuis pensionibus, vel ex ecclesiasticis beneficiis.

Sit praeterea petitio testimonio commendata ordinarii, qui, et de rebus hic adnotatis, ob sibi tradita documenta edoceat, et personam idoneam se censere testetur, quae officium protonotarii titularis assequatur, illudque cum decore substineat.

Quae quidem omnia luculenter probanda esse cautum est; quoties de honorario protonotariatu assequendo postulatio praebeatur, sive per apostolicas literas, sive per diploma, quod a collegio protonotariorum participantium tribuatur, seu a ceeteris quibuslibet, qui jure gaudent illum conferendi.

Secunda de juribus ac privilegiis, quibus uti dumtaxat iidem poterunt

§. 7. Hisce de electione protonotariorum titularium constitutis, cum eos longe differre palam sit ab illis, qui sunt de collegio participantium, vel ad instar participantium a Sanctissimo Domino Nostro ex Romanae curiae praelatis adsciscuntur, decretum est ea dumtaxat privilegia, jura, exemptiones, praeeminentias, praerogativas iisdem competere, quae infra singillatim enumerantur: aliis proinde quibuscumque praesenti decreto non descriptis, irritis declaratis, et deletis, et abrogatis, utpote quae ex falsa plerumqua diplomatum interpretatione, vel ex prava consuetudine, vel alio quovis praetextu usurpabantur, iisque insuper moderatis, ac reformatis, quae licet alias tribuerentur, gliscentibus tamen malis, occasionem praebuisse dignoscuntur.

I. Igitur jus erit protonotariis apostolicis titularibus extra urbem dumtaxat, et quando eo loci, ubi degunt, non adsit summus pontifex, uti habitu praelatitio, videlicet veste talari, et palliolo nuncupato mantelletto nigri coloris.

II. Eo habitu praelatitio nigri coloris cum rocchetto subtus palliolum uti poterunt protonotarii in publicis supplicationibus, aliisque ecclesiae functionibus; in reliquis vero rocchettum dimittant, simulque sciant se se, licet forte, plures insimul conveniant, non exinde constituere collegium, nec corporatos censeri.

III. Usus collaris, et caligarum coloris violacei omnino interdicitur, item et vitta seu cordula in pileo coloris violacei, seu etiam, quo nonnullorum audacia erupit, rosacei, aut rubei, quae nigri dumtaxat coloris esse poterunt: ejusdem coloris sit pariter pileum cum lemniscis stemmatibus imponendum.

IV. Protonotarii titulares, qui dignitate, aut canonicatu potiuntur, habitum gestent sui ordinis, non vero praelatitium in choro, eoque considcant in loco, quem ex beneficio eos deceat: quod si habitu praelatitio uti velint, distributionibus quotidianis priventur, quae sodalibus accrescant.

V. Habitu praelatitio induti omnibus clericis, sacerdotibus simplicibus, et etiam canonicis praeferendi sunt singulatim sumptis, non vero in collegium coeuntibus. Neutiquam etiam praeferendos se esse arbitrentur, aut apostolicis nunciis, aut utriusque signaturae referendariis, aliisve ex Romanae curiae praesulibus, etiamsi nullum ex sui muneris insignibus ii gestent, dummodo de ipsorum gradu non lateat, item nec antecellant vicariis generalibus, aut capituloribus, aut abbatibus.

VI. Sacrum operantes a simplicibus sacerdotibus minime differunt; idcirco sacras vestes induant in sacrario, uno tantum ministro utantur, ipsique calicem deferant, detegant, cooperiant: item libri missarum folia evolvant; vetantur praeterea palmatoriam, canonem, annulum, pileolum adhibere.

VII. Quando adstant ad sacra cum habitu praelatitio non genuflectant, sed caput inclinent, uti in more est apud canonicos cathedralium: duplici ductu thurificentur: considcant vero in loco per caerimoniale Episcoporum constituto.

VIII. Conficere possunt acta de causis beatificationis, et canonizationis servorum Dei: quo tamen privilegio uti nequeant si eo loci alter sit e protonotariis participantibus.

IX. Item rite eliguntur in conservatores ordinum regularium, in judices synodales, in commissarios apostolicos, et judices, a summo pontifice adsciscendos pro causis ecclesiasticis, et beneficiariis. Item apud ipsos professionem fidei recte emittunt, qui ex officio ad eamdem astringuntur. Item coram ipsis pensiones transferri possunt ab iis, qui eo gaudent privilegio.

X. Beneficia eorum, qui protonotariatum titularem per apostolicas literas, vel per diploma collegii protonotariorum participantium assequuti sunt, nonnisi ab apostolica Sede conferri possunt.

XI. In civilibus negotiis, nec non in criminalibus, atque in vitae disciplina, ordinariis locorum obnoxios plane se esse noverint, nullaque ratione ab ipsorum jurisdictione liberos se comminiscantur.

XII. Etsi habitum praelatitium non gestent, gaudent tamen privilegio fori, dummodo in habitu, et tonsura incedant.

XIII. Familiaribus papae minime acconsentur, cum hoc privilegio gaudeant protonotarii dumtaxat e participantibus, vel Romanae curiae praelati, qui ex pontificis benignitate iisdem aequiparantur.

XIV. Quae hic percensentur privilegia ea sunt, quibus dumtaxat protonotarii titulares donatos se sciant, qui secus facere, aliisque praeter memorata privilegiis ac juribus uti auserint, si ab ordinario, tamquam ab apostolica Sede delegato, semel, et bis admoniti non parueriat, eo ipso privatos delato honore se sciant.

XV. Tandem qui protonotariatu titulari donati sint, vel per apostolicas literas, vel alio legitimo diplomate, nequeant uti ipsius juribus ad hujusce decreti praestitutum constabilitis, nisi antea, vel apostolicas literas, vel diploma ipsum in officio secretarii collegii protonotariorum de numero participantium exhibuerint, qui in codicem referat nomen, cognomen, aetatem, patriam, qualitates novi protonotarii titularis, ac praeterea diem ad quam, vel breve, vel diploma datum est.

Idem porro protonotariatus privilegium in secretaria protonotariorum participantium recognitum exhibeant ordinario, apud quem, vel apud aliam personam in ecclesiastica dignitate constitutam fidei professionem, et fidelitatis juramentum emittant.

Quibus peractis fas ipsis sit habitum sui gradus induere, officium tenere, uti privilegiis, honoribus, praerogativis, quorum notula typis impressa, et ab aliquo ex protonotariis participantibus subscripta, et obsignata iisdem tradetur, ne quid adversus haec decreta, ex ipsorum ignoratione peragi contingat.

Quare tum literae apostolicae in forma brevis, tum diplomata, quibus protonotarii titulares creantur, concinnanda erunt juxta hujusce decreti sententiam, ne qua ibidem ab eo aliena describantur.

§. 8. Nihil autem hoc decreto immutatum censeatur de amplioribus privilegiis, quibus collegia quaedam, et capitula ex apostolico indulto, etiam ad instar protonotariorum participantium alicubi gandeant. Leges tamen, et conditiones in iisdem indultis praefinitae accurate, religioseque serventur; neque ulli fas sit concessionis limites pro suo arbitrio praetergredi, vel in Romana curia id genus insignia deferre, vel sibi singulatim, et extra collegii functiones attributa existimare, quae corpori tantummodo sunt collata.

Sine praejudicio privilegiorum alicui collegio, et capitulo attributorum.

Demum eadem particularis congregatio censuit rogandam esse Sanctitatem suam, ut singula hoc decreto proposita dignetur constitutione apostolica confirmare. Die xxvii. aprilis MDCCCXVIII.

Ex audientia Sanctissimi
Die ix junii MDCCCXVIII.

Sanctissimus, me infrascripto secretario referenta, resolutionem particularis congregationis benigne adprobavit, et apostolicam constitutionem expediri jussit cum derogationibus, et clausulis necessariis, et opportunis.

I. M. card. episcopus Tusculanus de Somalia S. R. C. praefectus.

Loco ✠ Sigilli

I. A. Sala S. R. C. secretarius coadj:

Quod decretum Sanctitas sua approbat. §. 9. Haec igitur Nos, ut firmius maneant, omnibusque pateant illa quidem approbatione non contenti, qua viva, ut dici solet, voce, simul ac Nobis a memoratae particularis congregationis secretario relata fuerunt, eadem confirmavimus, solemni etiam edita constitutione, quam congregatio ipsa tantopero concupivit, ac a Nobis deprecari fecit, rursus approbari voluimus, et demandavimus, perinde ac literis hisce Nostris revera efficimus, approbamus, et confirmamus, iisdemque nuvum, atque stabilius inviolabilis apostolicae firmitatis, ac auctoritatis robur adjicimus; hisque praeterea significamus, ac omnibus expresse aperteque indicimus, ea titularium, de quibus res est, protonotariorum extra urbem privilegia, quae in exscriptis illis ejusdem particularis congregationis decretis recensita non fuerint, tamquam intollerabilos abusus a Nobis plane interdicta, irrita, deleta, et abrogata intelligi, atque definiri, non secus ac solemniter interdicimus, delemus, abrogamus, et irrita esse jubemus, ac definimus. Quamobrem haec omnia novis non modo imposterum renuntiandis, sed etiam jampridem renuntiatis, et actu existentibus titularibus hujusmodi protonotariis, contraria qualibet, ac quantumvis antiqua possessione, usu, atque consuetudine penitus abrogata, iterum, iterumque solemni, ac Nostrae apostolicae auctoritatis significatione nunc interdicimus, auferimus, et abjudicamus, ac utrosque ab ipsa Nostrarum harum literarum promulgationis die illis nonnisi uti posse privilegiis, praerogativis, habitu demum, et insignibus, quae in exscriptis decretis explicite approbata, et expresse recensita leguntur. Quae porro ne ab aliquo, vel ignorentur, vel sub fucata, et ficta effugii, aut tergiversationis specie violari audeant, venerabilibus fratribus Nostris patriarchis, archiepiscopis, et episcopis, tamquam ab apostolica Sede delegatis ubique in suis dioecesibus plenissimo implenda, et exequenda deferimus. Quae profecto qualibet contraria penitus sublata consuetudine ubique vigere, ac in usu esse debere, quin a nemine, nec ab ipsis etiam locorum ordinariis eadem valeant ullo modo praepediri, demandamus etiam, ac definimus.

Clausulae derogatoriae. §. 10. Decernentes easdem praesentes literas firmas, validas, et efficaces existere et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respectiva inviolabiliter observari; sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos, etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum et inane, si secus super his a quoquam, quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, caeterisque contrariis quibuscumque.

Volumus autem, quod earumdem praesentium transumptis, etiam impressis, manu tamen notarii publici subscriptis, et sigillo alicujus personae in ecclesiastica dignitate constitutae munitis, eadem prorsus fides in judicio, et extra illud adhibeatur, quae ipsis praesentibus adhiberetur, si originaliter exhibitae forent, vel ostensae.

Nulli ergo omnino hominum liceat paginam hanc Nostrarum approbationis, confirmationis, roboris, adjectionis, indicationis, interdictionis, abrogationis, abjudicationis, declarationis, definitionis, mandati, decreti, derogationis, et voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire; si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum.

Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem anno incarnationis Dominicae millesimo octingentesimo decimo octavo, idibus decembris, pontificatus Nostri anno decimonono.

DCCCXXXI

Dat. die 25 decembris 1818 anno XIX.

Concessio insignium favore hebdomadariorum ecclesiae collegiatae de Mesagne dioecesis Brundusiensis

Pius PP. VII.

Ad perpetuam rei memoriam

Proemium

§. 1. Romanorum pontificum praedecessorum Nostrorum vestigia prementes ecclesiasticis viris, qui almae Sionis aemuli divinas laudes in domo Domini solemniter concinunt, peculiaria ornamenta deferenda concedimus, ut ipsi per externas quoque honorificentias excitati internarum virtutum splendore omnibus qui in domo sunt praelucere magis magisque studeant.

Expositio precum.

§. 2. Quoniam igitur moderni presbyteri vulgo = porzionarii = nuncupati componentes capituli partem ecclesiae collegiatae de Mesagne Brundusiensis dioecesis Nobis nuper exponi fecerunt, quod cum hujus collegiatae canonici iisdem eboralibus insignibus utantur, quibus canonici sancti Joannis Majoris Neapolitanae civitatis decorati reperiuntur, ipsi quoquo portionarii ad majorem Dei gloriam, Christianique populi devotionem augendam iisdem insignibus pro hebdomadariis dictae ecclesiae Neapolitanae concessis uti posse plurimum desiderant.

Tenor concessionis.

§. 3. Nos attentis etiam desuper venerabilis fratris Antonii archiepiscopi Brundusiensis relationibus, dictos exponentes specialibus gratiis et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris sententiis, et poenis quovis modo et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus hujusmodi inclinati, modernis,et pro tempore in perpetuum existentibus portionariis dictae collegiatae ecclesiae de Mesagne, ut ipsi rocchettum, et mozettam violaceam pellibus cineracei coloris circumdatam ad instar hebdomadariorum memoratae collegiatae Neapolitanae tam in sua ecclesia, quam extra eam in quibusvis processionibus, aliisque functionibus capitularibus quibuscumque gestare, illisque uti libere, et licite possint, et valeant auctoritate apostolica, tenore praesentium concedimus, et indulgemus, dictosque portionarios desupèr a quoquam impediri, aut perturbari nullatenus posse, ac irritum et inane si secus super his n quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari decernimus.

Derogatio contrariorum.

§. 4. Non obstantibus costitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non,quatenus opus sit, dictae ecclesiae etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus efficacissimis ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, appobatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores praesentibus pro plene et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ed praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem, sub annulo piscatoris die decima quinta decembris millesimo octingentesimo decimo octavo, pontificatus Nostri anno decimo nono.

DCCCXXXII.

Dat. die 15 decembris 1818 anno XIX.

Confirmatio cessionis juris patronatus centum et decem octo beneficiorum parochialium, et centum triginta novem simplicium factae ab antiquis Etruriae coenobiis favore regii gubernii Etruriae, a quo assumptum fuit onus illa conservandi.

Dilecto filio Nostro Antonio Sanctae Romanae Ecclesiae presbytero cardinali Zondadari archiepiscopo Senensi; venerabilibus fratribus Petro Francisco archiepiscopo Florentino, et Rainerio archiepiscopo Pisarum; nec non dilectis filiis restituendis regularium utriusque sexus domibus per universam Etruriam canonice deputatis.

Pius PP. VII.

Dilecte fili Noster, nec non venerabiles fratres, ac dilecti filii

Salutem, et apostolicam benedictionem

Expositio precum.

§. 1. Expositum a vobis fuit ad regulare patrimonium, quod in magno ducatu isto, post praeteritas vicissitudines, reliquum factum est, quodque e vobis ex auctoritate Nostra inter centum duodecim

coenobia, auxiliante Deo, faventibusque studiis dilectissimi in Christo filii Nostri Ferdinandi Etruriae sibi subjectae magni ducis jam restituta divisum fuit ed formam articuli tertii conventionis inter delegatum Nostrum, et commissarios regios die XVIII decembris anni MDCCCXV. Florentiae initae, ad regulare, inquimus, patrimonium illud pertinere etiam juspatronatus multorum beneficiorum tam cum cura, quam sine cura animarum, ad quae vetera istius ducatus coenobia, ante praedictas vicissitudines existentia, legitime praesentabant. Addidistis praeterea hujusmodi praesentandi jus restitutis regularium coenobiis minime conservari, attribuive posse, hujusque rei plures, et graves causas Nobis adduxistis. Primo enim multa regularium coenobia, ad quae jus illud circa plura beneficia spectabat, ex numero eorum sunt, quae ob tenuitatem regularis patrimonii, Nobis etiam annnentibus minime restituta sunt, propterea que desunt omnino in praesentiarum illi quorum esset praefatum jus exercere, deinde, quamquam inter ea coenobia, quae vigore literarum Nostrarum in forma brevis, quas ad vos dedimus die XIII augusti anni MDCCCXVI restituta mox fuerunt, nonnulla sint, quae praedicto jure patronatus olim fruebantur, cum tamen articulo tertio praedictae conventionis cogente necessitate constitutum fuerit in divisione bonorum a vobis ipsis jussu Nostro peragenda, nullam esse habendam rationem antiquarum proprietatum, et jurium singulorum coenobiorum, sed prout actuales patrimonii vires paterentur, in dotationem centum et duodecim coenobiorum praedictorum, redditus, et bona, quae superessent, dividenda esse, necessario inde sequitur, neque patronatus jure (quae ut plurimum bonis, fundisque adnexa sunt, et una cum iis ab uno in alterum transeunt) antiquis eorum possessoribus, qui pristina bona, fuodosque minime recuperaverunt, servari, restituique posse. Quod vero maxime praedictae juris patronatus conservationi obstare significavistis, illud est, quod regulares familiae in Etruria restitutae, ob exiguas, quas supra memoravimus, superstitis patrimonii regularis vires (quamquam patrimonium ipsum liberalibus, prout retulistis, magni ducis largitionibus edauctum fuerit) ita dotatae fuerunt, ut necessaria quidem ad regularium numerum ex quibus coalescunt, alendum habeant, nullo autem modo graves impensas illas sustinere possent, quas easdem subire oporteret ad perochorum congruas vel assignandas, vel augendas, et in reparationes ecclesiarum, domorumque iis adnexarum, si jus patronatus beneficiorum in restituta coenobia divideretur: quibus certe expensis si regulare patrimonium gravare deberent, nulla alia ratione provideri posset, nisi quaedam ex coenobiis jam restitutis, denuo supprimerentur. Neque vero, quemadmodum addidistis jura patronatus praedicta, episcopis magni ducatus attribui possent, quoniam nec episcopales eorum mensae pares esse posseut hujusmodi oneribus supportandis. Cum nulla igitur alia ratio superesse vobis visa sit rei transigendae, nisi ut saepe dicta patronatus jura in regium gubernium cum oneribus omnibus iisdem adnexis transferantur, Nobisque supplicaveritis, ut translationem hujusmodi vobis permitteremus. Nos vestris precibus inclinati, legitimasque agnoscentes causas a vobis alletas, potestatem jam fecimus vobis pertractandi cum gubernio praedicto de memorata cessione, totamque hanc rem ita componendi, ut tuto a Nobis apostolicae firmitatis robore confirmari posset.

§. 2. Nunc tractatione ad exitum perducta cum ex legitimo instrumento die XXII julii hujus anni coram Carolo Redi Florentiae celebrato, cujus authenticum exemplum ad Nos misistis, plane Nobis constet regium gubernium istud, patronatum, sive jus praesentandi ad centum decem et octo beneficia parochialia, et ad centum triginta novem beneficia simplicia, aliaque, si quae sint, ad antiqua Etruriae coenobia olim pertinentia acceptasse, ea tamen conditione, ut non jura modo, sed et onera juri patronatus hujusmodi inhaerentia in ipsum gubernium transeant, proptereaque onus praesertim in se assumpserit, congruas singulis beneficiatis de suo praestandi, vel respective augendi, singulasque ecclesias, domosque iis adnexas reficiendi, ac restituendi, cumque superiores ordinum regularium in Etruria restitutorum cessioni hujusmodi suum quoque assensum praebuerint, quemadmodum supplicatio cui ipsi subscripserunt a vobis transmissa, Nos docuit, hinc Nos tota re mature, ac diligenter perpensa, de certa scientia, et deliberatione Nostra, et de apostolicae potestatis plenitudine, cessionem, et transactionem praefatam juris patronatus in biscentum quinquaginta septem beneficia, quorum elenchus in memorato instrumento reperitur, in aliaque, ad quae vetera Etruriae coenobia legitime praesentabant, regio isti gubernio a vobis factam cum omnibus honoribus, et oneribus, et in eo statu, et terminis, in quibus apud praedicta coenobia erant adprobamus, et confirmamus, ad formam praefati instrumenti diei XXII julii hujus anni, quod de verbo ad verbum pro inserto haberi vo- Tenor concessionis.

lumue, declarantes tamen, atque expresse caventes ut firma semper, atque in suo robore manere debeant circa praefata beneficia canonicae sanctiones, et legitimae consuetudines in eorum provisione ante praeteritas vicissitudines servatae, quae et in posterum observari in omnibus debeant.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 3. Decernentes propterea praesentes literas firmas, validas, et efficaces existere et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, et omnibus ad quos spectat in omnibus et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 4. Non obstantibus fel: rec: Benedicti XIV praedecessoris Nostri super divisione materiarum, nec non cancellariae apostolicae regula de jure quaesito non tollendo, aliisque apostolicis ac in universalibus, provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, nec non pariter dictorum jurium patronatus, eorumque fundationum etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus, privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die decima octava decembris anno millesimo octingentesimo decimo octavo, pontificatus Nostri, anno decimo nono.

DCCCXXXIII.

Novae leges pro conservatione cathastrorum.

Dat. die 8 januarii 1819 anno XIX.

Congregatio cathastorum novas leges edicit.

§. 1. La congregazione de'Catasti deputata dalla Santità di nostro signore all' art. 191 del moto-proprio de' 6. luglio 1816 fra le principali sue cure si è occupata di stabilire un regolamento sulle volture delle partite nei catasti, come oggetto del maggiore interesse pel pubblico, e priveto bene. Sottoposto da noi tal regolamento a sua Beatitudine, la medesima dopo maturo esame si è degnata di approvarlo, e di ordinarne l'esatta osservanza, ed esecuzione col chirografo segnato li 8 gennaro corrente del tenore seguente cioè.

Monsignore Cesare Guerrieri Nostro, e della nostra camera apostolica tesoriere generale, e presidente della congregazione de' Catasti.

Tenor concessionis.

§. 2. Ci avete riferito, che nella congregazione de'Catasti da Noi deputata coll' articolo 191 del moto-proprio de' 6. luglio 1816. una delle potissime basi a stabilirsi per regolare accuratamente il censimento si è riconosciuta quella di ordinare con esattezza, e conveniente sollecitudine le volture del possesso de' fondi sì rustici, che urbani, affinchè all' occasione de' loro passaggi non s' ignorino i nuovi possessori tanto per ragioni di pubblico, e priveto ventaggio, quanto per l' effetto dell' esigenza della dativa reale: ci avete esposto, che per questi motivi la detta congregazione si è occupata di fissare un regolamento sull' obbligo di dette volture, e sul modo, e tempo di eseguirle, con ingiungere ancora le convenienti penali, ad oggetto di astringere tanto i cancellieri de' catasti, quanto i possidenti de' fondi all' esatte osservanza del regolamento; ed avendocelo in dettaglio riferito, abbiamo riconosciuto utile di approvarlo, e di ordinarne l' esatta esecuzione. Pertanto col presente Nostro chirografo, in cui abbiamo per espresso il tenore delle risoluzioni di detta congregazione, e di qualsivoglia altra cosa necessaria ad esprimersi, di Nostro moto-proprio, certa scienza, e pienezza della suprema Nostra podestà siamo venuti nella determinazione di prescrivere le disposizioni nel modo seguente.

Regolamento
Pei cancellieri de' catasti, e possidenti da' fondi soggetti alla dativa reale sull' esecuzione delle volture.

Capitolo I.

Dell' obbligo de' possessori de' fondi rustici, ed urbani soggetti alla dativa reale di fare eseguire le volture.

De onere possessorum praediorum rusticorum, et urbanorum regio vectigali subjectorum ea proprio nomine inscribendi

§. 3. I. Tutti i fondi sì rustici, che urbani soggetti alla dativa reale dovranno essere intestati ne' catasti al possessore de' medesimi.

II. Chiunque acquista per successione, contratto, o altro qualsivoglia titolo la proprietà, ed il possesso di un fondo sì rustico, che urbano soggetto alla dativa reale, dovrà nel termine di quattro mesi dalla data del seguito acquisto aver presentato una istanza al respettivo cancelliere de' catasti a forma degli articoli portati al seguente capitolo II. per ottenere la voltura del fondo in propria testa.

III. Sono compresi nella disposizione dell' articolo precedente quelli, che acquistano a titolo di canone, o affitto perpetuo di usufrutto coll' effettivo possesso de' beni, o di compra col patto redimendi.

IV. Saranno tenuti all' obbligo prescritto ne' due articoli precedenti i conventi, monasteri, conservatori, ospizj, università, collegj, seminarj, comuni, o perfino la Rev. Cam. Apostolica, o qualunque altra corporazione, o persona, abbenchè privilegiata, e privilegiatissima, e fornita di qualsisia prerogativa, che abbisognasse d' individua, e specifica menzione. Se la corporazione, o stabilimento non riconosce speciale, o variabile possessore, saranno i beni intestati soltanto sotto il suo generico nome; ma se i beni spetteranno ad una mensa, beneficio, e ad altre analoghe fondazioni ecclesiastiche ritenute da variabili possessori, allora oltre l' intestazione specifica della mensa, beneficio, ed altra prebenda qualunque, sarà notato il nome del titolare possessore, e ad ogni variazione del medesimo il successore sarà obbligato alla voltura non della partita, ma del nome del possessore, ed in tempo di vacanza il succollettore de' spoglj, che li amministrerà, dovrà farvi notare il suo nome.

V. Saranno egualmente obbligati a quanto sopra i tutori, e curatori de' pupilli, minori, interdetti, e simili per li fondi spettanti alla persona, o patrimonio da loro amministrato.

VI. Chiunque acquisterà un fondo *pro persona nominanda*, sarà tenuto a far eseguire la voltura in propria testa, e l' intestazione durerà fino a tantochè la persona dichiarata non avrà fatto seguire la voltura a suo favore.

VII. Accadendo il caso del passaggio di uno, o più fondi in persone, che siano per goderne *pro indiviso*, la voltura potrà essere richiesta anche da un solo de' possessori, purchè nella istanza siano indicati gli altri possessori coi loro nomi, e cognomi, e con quelli de' respettivi padri, e sia comprovato con documento il possesso indiviso.

VIII. Trattandosi di più condomini, che abbiano intestato de' fondi in comune, ed accadendo, che la porzione di uno di essi passi all' altro condomino, o condomini *pro indiviso*, non sarà necessaria la voltura.

IX. I fondi, di cui non vi sieno eredi in possesso, s' intesteranno eredità giacente, col nome, e cognome di quelli, da cui furono lasciati, e del curatore assegnato a detta eredità.

X. L' erede col beneficio della legge, e dell' inventario, se è detentore de' fondi ereditarj, è obbligato a far eseguire il trasporto in testa propria colla specifica dell' anzidetta qualità.

XI. I fondi provenienti da concorsi de' creditori saranno intestati al concorso coll' indicazione del nome del decotto, e del luogo, in cui è convocato, aggiungendovi il nome, e cognome dell' amministratore pro-tempore.

XII. In caso de' possessi dubbj, o litigiosi la voltura si farà in testa di quello, che ha pagato le ultime dative reali, o in testa dell' amministratore, qualora sia destinato.

Capitolo II.

Del modo di presentare le istanze per le volture.

§. 4. XIII. L' istanza si farà in carta bollata da bajocchi sei, e dovrà essere presentata al respettivo cancelliere de' catasti.

De modo praesentandi petitiones pro consequenda inscriptione.

XIV. Dovrà esprimere primieramente il nome, e cognome del nuovo possessore, e del di lui padre.

XV. Trattandosi di donna maritata pei di lei beni stradotali, oltre il cognome della propria famiglia paterna, vi si dovrà esprimere anche quello della famiglia del marito, colla particola *in*, onde si dirà per esempio Maria Rossi in Amati.

XVI. Inoltre si dovrà nell' istanza indicare l' estensione superficiale de' beni, l' estimo censuario dei medesimi, ed il nu-

mero della mappe, qualora esista presso la cancellerie.

XVII. L' istanza indicherà ancora il nome, e cognome della persona, a cui apparteneva per l'avanti il fondo unitamente a quello del genitore.

XVIII. Un'istanza non potrà comprendere i fondi posti in diversi territorj comunitativi.

XIX. Se una proprietà viene divisa fra diverse persone, ed uno de' possessori della medesima presenterà l' istanza unitamente all' atto comprovante la seguita divisione, si ritiene l' istanza come presentata a nome anche degli altri, purchè dalla medesima, o dall' analogo atto risultino i nomi respettivi de' possessori, e le individuali porzioni delle proprietà a ciascheduno competenti.

XX. All'istanza si uniranno i documenti, o un estratto autentico de' medesimi, comproventi il nuovo possesso e favore della persona, che domanda la voltura.

XXI. I documenti, o loro estratti dovranno essere parimente in certa bollata, ed accompagnati da prova delle seguita registrazione, trattandosi di atti soggetti alla medesimo.

Capitolo III.

Delle penali contro i morosi.

De poenis adversus morosos.

§. 4. XXII. Tutti coloro, che per successione, contratto, o qualsivoglia titolo acquisteranno la proprietà, possesso, o usufrutto coll'obbligo del pagamento delle dative, di un fondo sì rustico, che urbano soggetto alla dativa reale, e che nel termine di quattro mesi dalla data del seguito acquisto non avranno presentato l'istanza per la voltura al respettivo cancelliere, incorreranno nella penale di scudi cinque per ogni cento scudi romani dell' estimo censuario spettante ai fondi, de' quali non si è domandata la voltura, e che dovevasi domandare a termini degli articoli del capitolo I.

XXIII. Spirato il termine di quattro mesi, il cancelliere per mezzo de' cursori della dativa reale manderà al moroso l'intimazione a pagare la multa, ed a presentare nel termine di giorni venti la regolare petizione per la voltura, e dedurre le giustificazioni, che gli possono competere. Se dentro questo termine eseguirà il moroso la voltura nelle debite forme, sarà in arbitrio di monsignor tesoriere generale d'implorare da Noi la facoltà di accordare una moderazione della penale. Sarà poi riservato a monsig. tesoriere generale l' assoluzione dell' intera multa, quando gli costeranno motivi evidenti a rendere il moroso esente da ogni colpa.

XXIV. Nel caso d'inadempimento per parte del moroso al pagamento delle peneli, l' esigeranno gli amministratori camerali, col medesimo privilegiu della dative reale a forma dei due regolamenti de' 18 settembre, e 30 dicembre 1816 uniformandosi al titolo IV cap. 3 del motoproprio de' 22 novembre 1817 sulla procedura civile, e nel caso che ad onta della penale il possessore trascurasse di richiedere la voltura, questa verrà eseguita *ex officio* dal cancelliere, e dovrà il renuente soggiacere a tutte le spese occorrenti per le carte, e documenti necessarj all'adempimento.

XXV. Gli eredi di un contraventore alle volture non saranno tenuti alla multa, se non che nel caso, in cui costi, che il contraventore fosse stato officialmente intimato avanti la morte.

XXVI. Se un fondo fosse passato successivamente in diversi possessori, quali ritenendolo almeno per quattro mesi non avessero adempito all' obbligo della voltura, la multa è dovuta da ciascheduno contraventore.

XXVII. Il prodotto delle medesime sarà a beneficio per tre quinti a favore della Camera Apostolica, per un quinto a favore del respettivo cancelliere, e per un quinto a favore della direzione generale de' Catasti.

XXVIII. Qualora si verrà in cognizione dell' inadempimento all' obbligo delle volture per parte di un delatore, godrà egli la metà del quinto della multa assegnato al cancelliere.

Capitolo IV.

Degli obblighi de' cancellieri de' catasti relativamente alle volture.

De oneribus cancellariorum relate ad volturationes exequendas.

§. 5. XXIX. I cancellieri de' catasti dovrenno somministrare tutte le notizie necessarie a coloro, che domandano di eseguire le volture.

XXX. Richiesti dovranno prestarsi a stendere l' istanza delle volture.

XXXI. Dovranno tenere un registro, in cui saranno notate le date delle istanze per le volture, e corrispondente al medesimo dovrenno tenere la filza delle istanze numerate progressivamente e munite della data della presentazione. Dovranno rilasciare a quello, che ha fatto l' istanza, un riscontro dell' esibita delle medesime.

XXXII. Non più tardi di tre giorni della presentazione dell' istanza dovranno eseguire l' effettiva voltura del fondo, o fondi sul libro delle volture a ciò destinato, sotto pena della sospensione, ed

anche della destituzione dall' impiego secondo i casi, restando a loro carico l'emenda de' danni, che potessero essere deriveti all' esibente.

XXXIII. I documenti, che verranno presentati per giustificazioni delle istanze, dovranno restituirsi agli esibitori, sempre che nell' istanza sia specificata la qualità del contratto, la data del medesimo, ed il notaro stipulante. Nel caso di restituzione de' documenti, dovrà il cancelliere attestare sull' istanza medesima di avere riconosciuto i prodotti documenti, e di averli restituiti all' esibitore, e dovrà porre il visto sulli documenti da restituirsi.

XXXIV. I cancellieri dovranno tenere in giornata i libri delle volture, passare bimestralmente ai preposti del registro lo stato delle volture, e trasmettere contemporaneamente una copia autentica del medesimo alla direzione generale de' Catasti.

XXXV. I cancellieri dovranno usare tutta la diligenza per verificare la realtà delle contravenzioni avanti di procedere all' intimazione delle multa, poichè se per loro negligenza venissero queste intimate a chi non è in fatto contraventore, saranno tenuti del proprio alla rifazione di tutte le spese, e danni, che potrebbero essere avvenuti al supposto contraventore.

Disposizioni generali.

Dispositione generales. §. 6. XXXVI. In quanto agli emolumenti dovuti ai cancellieri de'catasti per le volture, ed operazioni analoghe, restano fermi quei già stabiliti nel regolamento del primo dicembre dell'anno scaduto sulla sistemazione delle cancellarie de' catasti, quali saranno riportati a piè del presente regolamento.

XXXVII. Nascendo dubbj ai cancellieri sull'applicazione delle presenti disposizioni, dovranno col solito mezzo della direzione generale de' catasti rivolgersi alla congregazione de' medesimi per ricevere le analoghe providenze.

XXXVIII. Saranno in seguito comunicate ai cancellieri de' catasti dal direttore generale de' medesimi le disciplinarie istruzioni, e module, che coll' approvazione di monsignore tesoriere si emaneranno per l' esecuzione del presente regolamento.

All' adempimento di tutte e singole cose di sopra prescritte vogliamo che sia tenuto, ed obbligato qualunque corpo, stabilimento, o persona di qualunque dignità, grado, e preminenza; benchè privilegiata, e privilegiatissima, e tale che per esservi compresa avesse bisogno di speciale ed individua menzione. E ad effetto che alla esecuzione delle disposizioni contenute in questo regolamento non possa interporsi ostacolo, o ritardo, vogliamo, che qualunque difficoltà, o questione potesse insorgere sulla esecuzione suddetta voi la possiate decidere coll' uso delle facoltà economiche, riservato il solo ricorso in devolutivo al tribunale della Nostra camera. Volendo, e decretando, che il presente Nostro chirografo benchè non ammesso, e registrato in camera, e ne' suoi libri secondo la disposizione di Pio IV. Nostro predecessore, abbia ad avere il suo effetto, e vigore colla Nostra semplice sottoscrizione, e che non gli si possa opporre di surrezione, orrezione, nè di altro vizio, e difetto della Nostra volontà, ancorchè non vi siano stati chiamati, e sentiti monsig. commissario generale della Nostra camera o altri, che vi avessero, o pretendessero avervi interesse, e così, e non altrimenti debba giudicarsi, ed interpretarsi da qualunque giudice, e tribunale, e da qualunque congregazione benche composta di rmi cardinali, togliendo a ciascuno di essi le facoltà di giudicare, ed interpretare diversamente: non ostante la detta costituzione di Pio IV. *de registrandis*, la regola della Nostra cancellaria *de jure quaesito non tollendo*, e qualsiano altre costituzioni, ed ordinazioni apostoliche Nostre, e de' Nostri antecessori, leggi, riforme, usi, stili, consuetudini, ed ogni altra cosa, che facesse, o potesse fare in contrario, alle quali tutte, e singole, avendone il loro tenore qui per espresso, e di parola in parola inserto, ampiamente deroghiamo.

Dato dal Nostro palazzo apostolico Quirinale questo dì VIII. gennaro MDCCCXVIII.

Pius Papa VII.

§. 7. Affinchè pertanto le surriferite disposizioni providamente prescritte da sua Beatitudine col suddetto chirografo relativamente all' importante oggetto delle volture di partite nei catasti pei fondi si rustici, che urbani si deducano prontamente a notizia del pubblico, e niuno possa allegarne ignoranza, vogliamo, ed ordiniamo, che la presente nostra notificazione affissa, e pubblicata ne' soliti siti di questa capitale, e delle altre città, e luoghi principali dello stato ecclesiastico, astringa cadauno, come se gli fosse stata personalmente intimata, ed a maggior nozione di ognuno resterà sempre affissa, ed esposta in ciascuna cancelleria de'catasti. Executio chirographi.

Data in Roma dalla nostra residenza di Monte Citorio questo dì 10. gennaro 1818.

Cesaro Guerrieri tesoriere generale, e presidente della congregazione de' Catasti.

Articoli del regolamento del primo decembre 1817., l'osservanza, e trascrizione de' quali si prescrive nel surriferito articolo 36.

Declaratio art. 36. §. 8. XXVII. I cancellieri per ogni voltura, che si eseguisce, percepiranno bajocchi venti dalle persone, e cui passano i fondi. Bonchè più fondi debbano essere volturati, nulla dimeno quando questi provengono da un solo atto, o contratto, si considereranno per una sola voltura, ben' inteso che i fondi da volturarsi esistano nello stesso territorio, o passino ad una sola persona, mentre se saranno situati in più territorj, o si trasferiranno parzialmente a più persone, dovranno considerarsi tante volture, per quanti sono i territorj, o le persone, a cui si trasferiscono i fondi da volturarsi.

XXVIII. Se piacerà ai proprietarj d'incombenzare i cancellieri di stendere l'analoga istanza per l'esecuzione della voltura, potranno percepire dai medesimi per l'estensione bajocchi dieci, e contenendo questa più pagine, potranno percepire bajocchi due per ogni pagina, oltre la prima fissata in bajocchi dieci.

XXIX. Esigeranno inoltre bajocchi dieci per ogni certificato di voltura o di partita catastale dalla persona interessata, qualora si tratti di una sola partita; se il certificato conterrà più partite, percepiranno, oltre li bajocchi dieci per la prima, bajocchi due per ogni partita di più, che conterrà il certificato. Il certificato dovrà essere steso in carta da bollo da bajocchi nove, da somministrarsi dalla persona interessata.

XXX. Qualunque certificato, o estratto catastale, che verrà richiesto dalla congregazione, o direzione generale de' Catasti, da' legati, o delegati, dovrà rilasciarsi *gratis* dal cancelliere.

XXXI. Come ancora dovranno i cancellieri, prestarsi *gratis* per la semplice visura da farsi dalle parti interessate sulle mappe, catasti, libri di trasporti, o di correzioni, e ruoli; ed egualmente *gratis* dovranno stendere l'attestato sulle istanze delle volture per la ricognizione de' documenti da restituirsi, e apporre il visto su i medesimi.

DCCCXXXIV.

Unio prioratus sancti Benedicti Hispalensis, cum alio sanctae Mariae de Valencia, et commenda de Burriana militaris ordinis de Calatrava.

Dat. die 5 januarii 1819 anno XIX

Carissimo in Christo filio Nostro Ferdinando Hispaniarum regi catholico.

Pius PP. VII.

Carissime in Christo fili Noster, Salutem et apostolicam benedictionem

Expositio precum. §. 1. Majestatis tuae nomine expositum Nobis nuper fuit, quod cum usque ab anno MDCCC carissimus in Christo filius Noster Carolus Hispaniarum rex catholicus genitor tuus tunc regnans, et administrator perpetuus auctoritate apostolica deputatus ordinis militaris de Calatrava, cognovisset vicariam Villae, et Partido de Martos nuncupatam, quae ad dictum ordinem pertinet, et in Calatravae territorio manet, tenuiter dotatam existere, opportuna impetrata a Nobis apostolica facultate, prioratum sub invocatione sancti Benedicti erectum, tunc vacantem, ad dictum ordinem pertinentem perpetuo inter vicariae bona, quibus gaudet, possidendum assignavit; ast neque prioratus praedictas, neque alii memoratae vicariae redditus sive certi sive incerti sufficere possunt, prout asseritur pro honesta ac decora sustentatione seu unici vicarii dicti ordinis, qui necessario esse debet doctrina ac dignitate praeditus, ad stabiliendam proinde certam, ac sufficientem dictae vicariae dotem perpetuo illi uniri prioratum sanctae Mariae de Valencia nuncupatum cum commenda de Burriana eidem adnexa ad dictum ordinem de Calatrava pertinentem, actuque per obitum bo: me: Aloisii Lopez de Vinuesa vacantem, non comprehensa tamen in tali unione, imo in totum sejuncto prioratu sancti Benedicti Hispalensis ejusdem ordinis, qui usque ab anno MDCCC vigore apostolici induiti prout asseritur, praedictae vicariae perpetuo fuit conjunctus, summopere desiderat, si Nostra, et hujus sanctae Sedis ad id accedat facultas. Nobis propterea majestatis tuae nomine supplicatum humiliter fuit ut in praemissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis. §. 2. Nos igitur majestatis tuae votis, quantum cum Domino possumus, annuere volentes, ac eorum singulares personas, quorum interest, a quibusvis ex-

communicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenia quovis modo et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, bujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus bujusmodi inclinati, majestati tuae enunciatum prioratum sanctae Mariae de Valencia, ac commendam de Burriane eidem adnexam, sejuncto tamen, et vacante remanente prioratu praedicto sancti Benedicti Hispalensis dictae vicariae de Martos auctoritate Nostra apostolica in perpetuum applicandi, uniendi, atque incorporandi, ita ut dicto prioratu sanctae Mariae de Valencia cum adnexa commenda in dotem praedictae vicariae, ut supra assignatis, modernus vicarius dictae villae de Martos, illiusque districtus, ac ejusdem successores in perpetuum prioratus, et commendae fructus, redditus, et proventus, obventiones, ac jura quaecumquee, cum obligatione tamen satisfaciendi oneribus tam ordinariis, quam regalibus iisdem adnexis, exigere, percipere, ac possidere, et in eorum usus, et utilitatem convertere libere, et licite possint, et valeant facultates necessarias, et opportunas dicta auctoritate, tenore praesentium tribuimus et impertimur.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 3. Decernentes bas praesentes literas firmas, validas, et efficaces existere et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri et obtinere, ac illis ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari.

Derogatio contrariorum.

§. 4. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non dictae militiae etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes illis alias in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae, apud sanctam Mariam Majorem, sub annulo piscatoris, die octava januarii millesimo octingentesimo decimo nono, pontificatus Nostri anno decimonono.

DCCCXXXV.

Deputatio commissariorum pro verificatione inventionis, et identitatis sacri corporis sancti Francisci Assisiensis.

Dat. die 8 Januarii 1819 anno XIX.

Venerabilibus fratribus Francisco Assisiensi, Francisco Aloisio Nucerino, Francisco Spoletano, Carolo Perusino, et Stanislao Fulginatensi episcopis.

Pius PP. VII.

Venerabiles fratres
Salutem, et apostolicam benedictionem.

Expositio precum.

§. 1. Ex parte dilecti filii Josephi Mariae de Bonis fratrum ordinis minorum sancti Francisci Conventualium nuncupatorum generalis ministri expositum Nobis nuper fuit, quod, cum ipse ex praevia Nostra licentia sancti Francisci corpus inquirendum curaverit, cumque sacrum bunc thesaurum in sua patria Assisiensi absconditum tandem aliquando improbo sane labore, et studio repertum esse putet, quin tamen detectus, aut cominus observatus fuerit (ad id enim minime extendebatur sibi concessa facultas), nunc ulterius progredi, ac rem omnem propius inquiri posse plurimum desiderat.

Tenor commissionis.

§. 2. Nos igitur, ut quidquid certi est desuper scire possimus, de fraternitatum vestrarum fide, ac diligentia confisi, et singulares vestrum personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurristis hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, vos singulos in unum simul delegatos apostolicos ad conficiendum in loci facie super praemissis, ac praesertim super identitate sacri corporis juridicum, solemnemque processum, atque confectum, majore qua fieri poterit diligentia, et celeritate ad Nos manibus vestris subscriptum, et obsignatum trasmittendum, auctoritate apostolica tenore praesentium constituimus, et deputamus cum omnibus, et singulis facultatibus ad id necessariis et opportunis.

Declarationes speciales.

§. 3. Volumus autem, ut Nos per literas de vestris ad id adhibitis curis certiores diligenter faciatis, ac etiam super ejusdem sacri corporis identitate intimum animi vestri sensum Nostro, ut apostolicae Sedis judicio desuper ferendo subjectum expromatis. Tandem vetamus ne quis auferre aut distrahere audeat quam-

libet ipsius seu veri, seu opinati sacri depositi particulam sub poena excommunicationis latae sententiae, cujus absolutionem Nobis successoribusque Nostris reservamus. In contrarium quibuscumque non obstantibus.

Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die octava januarii millesimo octingentesimo decimo nono, pontificatus Nostri anno decimo nono.

DCCCXXXVI.

Dat. die 12 januarii 1819 anno XIX.

Erectio sedis archiepiscopalis Quebecensis in nova Francia, seu Canadensi provincia.

Pius PP. VII.

Ad perpetuam rei memoriam

Prooemium.

§. 1. In summo apostolatus apice, meritis licet imparibus constituti, ad ecclesiarum omnium statum, quarum Nobis a Domino commissa est cura, propensis studiis animum jugiter intendentes, illarum honorificentiae et splendori, prout rationi consentaneum videtur, libenter consulimus.

Ratio erectionis.

§. 2. Cum Quebecensis ecclesia in nova Francia seu Canadensi provincia tum fundationis vetustate, tum dioecesis amplitudine, tum denique catholicorum copia, caeteris Americae septemtrionalis ecclesiis praecellat; cumque ad eam regendam plures vicarios generales in variis amplissimi ipsius regni provinciis constituere opus fuerit, qui fidelium longe lateque versantium curam gerant, ideoque magnopere expedire visum fuerit eosdem vicarios charactere, ac titulo episcopali decorare, prout per alias Nostras in simili forma brevis hodie expeditas literas decoravimus. Nos de venerabilium fratrum Nostrorum Sanctae Romanae Ecclesiae cardinalium negotiis Propagandae Fidei praepositorum consilio praedictam episcopalem ecclesiam Quebecensem ob deductas causas, et rationes in archiepiscopalem seu metropolitanam ecclesiam erigere statuimus; motu igitur proprio, atque ex certa scientia, et matura deliberatione Nostris, deque apostolicae potestatis plenitudine praedictam ecclesiam Quebecensem in archiepiscopalem seu metropolitanam, nulla pro nunc eidem addicta suffraganea ecclesia, cum omnibus tamen juribus, honoribus, ac privilegiis quibus caeterae metropolitanae ecclesiae potiuntur et gaudent, seu gaudere poterunt, tenore praesentium erigimus, ac declaramus.

Derogatio contrariorum.

§. 3. Non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis, nec non dictae ecclesiae etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum dorogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis: quibus omnibus, et singulis illorum tenores praesentibus pro plene et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes illis alias in suo robore permansuris ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die decima secunda januarii millesimo octingentesimo decimo nono, pontificatus Nostri anno decimo nono.

DCCCXXXVII.

Dat. die 15 januarii 1819 anno XIX.

Concessio indulgentiae plenariae assequendae ab eis, qui in festo sancti Francisci de Possadas visitaverint ecclesias tam fratrum, quam monialium ordinis Praedicatorum.

Pius PP. VII.

Universis Christifidelibus praesentes literas inspecturis

Salutem, et apostolicam benedictionem.

Ratio, et tenor concessionis.

§. 1. Ad augendam fidelium religionem, et animarum salutem coelestibus Ecclesiae thesauris pia charitate intenti, supplicationibus quoque dilecti filii Pii Josephi Gaddi magistri vicarii generalis ordinis Praedicatorum Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, omnibus, et singulis utriusque sexus Christifidelibus vere poenitentibus et confessis, ac s. communione refectis, qui aliquam ex ecclesiis tam fratrum, quam monialium ordinis bujusmodi, nec non aliis ecclesiis, quibus extensum est privilegium celebrandi festum et officium b. Francisci Possadas ubicumque existentibus die, in qua ab unaqua-

que ex praefatis ecclesiis festum ejusdem b. Francisci de Possadas pro prima vice celebrabitur a primis vesperis usque ad occasum solis diei hujusmodi devote visitaverint, et ibi pro christianorum principum concordia,haeresum extirpatione,ac Sanctae Matris Ecclesiae exaltatione pias ad Deum preces effuderint, plenariam omnium peccatorum suorum indulgentiam, et remissionem misericorditer in Domino concedimus. Praesentibus pro unica vice tantum valituris.

Facta adjecta, ac fides habenda transumptis.

§. 2. Volumus autem, ut si pro impetratione, praesentatione, admissione, seu publicatione praesentium aliquid vel minimum detur, aut sponte oblatum recipiatur praesentes nullae sint, utque praesentium literarum transumtis, seu exemplis etiam impressis manu alicujus notarii publici subscriptis, et sigillo personae in ecclesiastica dignitate constitutae munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quae adhiberetur ipsis praesentibus si forent exhibitae, vel ostensae.

Datum Romae apud s. Mariam Majorem sub annulo piscatoris die decima quinta januarii millesimo octigentesimo decimo nono, pontificatus Nostri anno decimo nono.

Dat. die 15 januarii 1819 anno XIX.

DCCCXXXVIII.

Erectio cathedralis ecclesiae Pergulensis, ejusque unio aeque principaliter cum cathedrali ecclesia Calliensi.

Pius episcopus

Servus servorum Dei
Ad perpetuam rei memoriam

Proemium.

§. 1. Commissa tenuitati Nostrae divinitus Dominici gregis procuratio Nos adigit, ut de ipsius salute impense solliciti ad ea connitamur apostolica auctoritate prospicere, quae et in ipsius utilitates redundare, et in aptiorem sacrorum tractationem accidere dignoscamus. Atque eo sane consilio Romani pontifices praedecessores Nostri novas decernere episcopales sedes non abnuerunt, si promptior, et quae deceat rei sacrae administratio ex regionum conditione id afflagitasset, locique dignitas, cunctaque alia adessent ad eam honoris accessionem sustinendam necessaria.

Integrum Pergulense territorium Calliensi episcopo attributum lit. ap. 31 januarii 1818.

§. 2. Haec et Nos mente repotavimus, quando preces a dilectis filiis Thoma ex marchionibus Latoni gonfalonerio, communitate, et hominibus Nostrae civitatis Pergulae suscepimus, per quas remedium adversus pergravia mala, abususque innumeros expetebatur, quibus spirituale eorumdem regimen ex trium ordinariorum, Eugubini scilicet, Calliensis, et Nonantulani auctoritate procuratum obvolvebatur: rogabamur proinde, ut uni dumtaxat antistiti ea Dominicae vineae portione concredita cathedrae episcopalis honore Pergulensem ecclesiam augeremus, ex quo ingens animarum lucrum, maximumque ejusdem urbis splendorem comparari asserebatur. Honestam sane postulationem illico persensimus: eam tamen serio diligenterque, iisque auditis, quorum intererat, discutiendam commissimus selectae congregationi nonnullorum venerabilium fratrum Nostrorum Sanctae Romanae Ecclesiae cardinalium, ac decreta prius ex ipsorum voto Pergulensis civitatis, ac territorii assignatione sub unius Calliensis episcopi regimine literas apostolicas in id sub plumbo dedimus pridie kalendas februarii anno proxime superiori.

Hinc datae preces pro erectione ecclesiae cathedr. Pergulae.

§. 3. Verum referebatur etiam iisdem ad Nos perlatis precibus, multis sane nominibus Pergulam, quam loco vetustissimae civitatis Pertiae conditam dicunt, vel a priscis temporibus celebrari: hinc et loci amoenitatem, et foecunditatem agrorum, et generosarum familiarum copiam, et opificum frequentiam, et mercaturam quaestuosam, et civium cultum habitumque, et magistratuum splendorem commendari: illustria itidem esse, et insignia majorum facta, atque inter eos honoris caussa nominandos binos cardinales Nicolaum, et Leonardum Antonellos non dignitate solum, sed et virtutum omnium laude,et rerum gerendarum peritia, et prudentiae, doctrinaeque professione praestantes, quorum postremum amissum perdolnimus tali rei christianae publicae tempore, quo maximum ab ipso solatium, adjumentumque Nobis pollicebamur: annunciari vero ubique disciplinam spectatissimam in summa quoque temporum foeditate erga Nos,et apostolicam Sedem fidem pietatem, observantiam, quibus clerus, civesque universi praelucere conspiciuntur: his accedere totius ecclesiastici ordinis amplitudinem: capitulum nimirum extare, quod tribus dignitatibus praeposito, archidiacono, et archipresbytero, et undecim canonicis, et quatuor mansionariis praeter inferiores ministros constat: septem adesse paroecias, plures hominum laicorum sodalitates, varia monasteria etiam, ac coenobia percensita fuisse, inter quae Avellanense monachorum ordinis sancti Benedicti congregationis Camaldulensis memorandum est, quod et alumnorum commendatione, et sua ipsa celebritate decus Pergulensis agri, atque ornamentum est luculentissimum. Quae qui-

dem omnia illud ex pontificiae Nostrae benignitatis, ac benevolentiae liberalitate maximum, et immortale beneficium videbantur efflagitare, ut honore episcopalis cathedrae Calliensi ecclesiae aeque principaliter uniendæ Pergulam cumularemus, pro cujus tuitione congruum censum, nec non caetera, quibus in id opus esset, assignare contendebant, certis quibusdam constitutionibus, ac quorumdam legatorum translatione, commutatione, imminutione, quae omnia perspicue, distincteque enucleare satagerunt libello ad Nos dato per dilectos filios Marium ex comitibus Matthaei canonicum Nostrae sacrosanctae Liberianae basilicae, et Aloisium Massajoli canonicum basilicae sanctorum Laurentii et Damasi a communitate, et clero Pergulensi adlectos huic negotio pertractando.

Quibus in examen reducetis apud congregat. particular. S. R. E. card.

§. 4. Nos equidem hisce Pergulensium precibus animum alienum significare noluimus; quas in animarum commodum cedere, et votis, studiisque commendari noveramus dilecti filii Nostri Aloisii tituli sancti Marci Sanctae Romanae Ecclesiae presbyteri cardinalis Ercolani nuncupati Pergulensis civitatis protectoris, et civis, quem hoc etiam Nostrae in ipsum voluntatis testimonio auctum discupiebamus. Ast ad negotium tot, tamque variis implicatum capitibus maturius, tutiusque definiendum, universam ipsius rationem memoratae selectae congregationi discutiendam, probandamque commisimus, ut de dotatione mensae episcopalis, de episcopi habitatione, de capitulo, de sacra supellectili, et de seminarii constitutione, ceterisque pro episcopali sede comparandis rite cognosceret. Quae cum selecta congregatio ex longa, operosaque consultatione feliciter praestiterit, ejus resolutionem ex relatione per dilectum filium magistrum Belisarium Cristaldi auditorem Nostrum Nobis facta, modo, et forma per hasce literas praescribendis adprobare, et Nostrae auctoritatis munimine firmare censuimus.

Pontifex dictam eccl. cathedr. erigit, et Calliensi principaliter unitam decernit.

§. 5. Rebus igitur omnibus accurate perpensis, ad omnipotentis Dei, ejusque sanctissimae genitricis virginis Mariae laudem, et gloriam, ac sanctae militantis Ecclesiae honorem, et incrementum, votis dilectorum filiorum cleri, communitatis, et hominum civitatis Pergulensis annuentes, ex certa scientia, et matura deliberatione Nostris, deque apostolicae potestatis plenitudine, civitatem praedictam una cum villis illius territorium constituentibus, et ibidem respective exstantibus parochialibus, aliisque ecclesiis, monasteriis, non tamen exemptis, locisque piis, et beneficiis ecclesiasticis quibuslibet cum cura, et sine cura saecularibus, et quorumvis ordinum regularibus, et in eis pariter degentibus utriusque sexus personis, tam laicis, quam clericis, presbytesis, beneficiatis, et religiosis quibuscumque, a Calliensi dioecesi, cui per alias memoratas Nostras apostolicas literas datas pridie kalendas februarii anno proxime superiori interea temporis eamdem addixeramus, perpetuo dismembramus, secernimus, separamus; dictamque civitatem Pergulae in civitatem episcopalem Pergulensem, ut antea, nuncupandam cum suis seminario, curia episcopali, ac omnibus juribus, honoribus, et praerogativis, quibus caeterae civitates pontificali sede insignitae, earumque cives utuntur, fruuntur, et gaudent, ac uti, frui, et gaudere possunt, et poterunt quo modolibet in futurum.

Adsignata pro cathedrali eccl. Secundi.

§. 6. Capitulum vero collegiatae ecclesiae sancti Andreae apostoli, praevia illius collegialitatis suppressione, proviso tamen ejusdem ecclesiae sancti Andreae debitae inposterum tuitioni, et in ea divini cultus exercitio, prout modernus episcopus magis in Domino expedire judicaverit, ad alteram ecclesiam sancti Secundi jam regulari ordini sancti Augustini spectantem, ac tum amplitudine, tum nitidiori cultu, tum demum sanctorum martyrum Secundi, Agapiti, et Justinae civitatis statorum, patronorumque salutarium sepulcro insignem, solemnique idcirco sacrorum curationi magis accomodatam transferendo, ecclesiam ipsam titulo sanctorum Andreae, et Secundi deinceps nuncupandam in cathedralem, quae etiam parochialis existat, ecclesiam Pergulensem, dictumque prioris collegiatae capitulum in novum cathedrale capitulum Pergulense, simili apostolica auctoritate perpetuo erigimus, et constituimus, ipsamque sic erectam episcopalem ecclesiam Pergulensem alteri episcopali ecclesiae Calliensi aeque principaliter perpetuo pariter unimus, et unitam declaramus, itaut una alteri minime sit subjecta, sed ambae sint indipendenter, et aeque principaliter unitae, ac utrique ecclesiae idem praesit antistes, qui Calliensis ac Pergulensis episcopus censeatur, et sit.

Certisque constitutis legibus unionis.

§. 7. Ac proinde venerabilem fratrem Carolum modernum episcopum Calliensem eidem quoque Pergulensi ecclesiae in episcopum praeficimus, et pastorem, curam, regimen, et administrationem ipsius etiam Pergulensis ecclesiae in spiritualibus, ac temporalibus plenarie committendo, ac uti talem ab omnibus, ad quos spectat habendum, et recognoscendum, eique debitam obedientiam praestandam esse mandando, ita tamen ut in omnibus, et quibuscum-

que actibus etiam respicientibus ecclesiam Pergulensem praeferatur semper denominatio ecclesiae Calliensis, et episcopi ad easdem ecclesias in futurum promovendi possessionem semper et in perpetuum capiant prius in ecclesia Calliensi, et deinde in altera Pergulensi, nec non separatum vicarium in spiritualibus generalem in utraque ecclesia cum sua distincta curia debeant perpetuo designare: tempore vero vocationis sedis episcopalis capitulum ecclesiae Pergulensis perinde ac illud ecclesiae Calliensis proprium vicarium capitularem, qui jurisdictionem suam, nulla erga vicarium capitularem Calliensem penitus subjectione edstrictus, in Pergulensi ecclesia exerceet, ad normam Tridentini decreti adsciscat; item Calliensis et Pergulensis episcopus pro examinandis, qui sacros ordines, vel paroeciales ecclesias petunt, peculiares examinatores synodales in ecclesia Pergulensi eligere, atque habere debeat, a quibus etiam clerici, et presbyteri ecclesiae Calliensis examinari possint, si, dum episcopus in civitate Pergulensi morabitur, opus fuerit, et e converso idem servetur, quando episcopus in civitate Calliensi permanserit: ipseque modernus, et pro tempore existens Calliensis et Pergulensis episcopus teneatur residere apud ecclesiam cathedralem Pergulensem saltem per quatuor anni menses; ac demum unam tantum pro duabus dioecesibus synodum habere possit, eamque primo post praesentis gratiae concessionem in ecclesia Calliensi celebrare, et deinde liberum eidem sit in alterutra ecclesia illam congregare, reservata semper, et quandocumque capitulo ecclesiae Calliensis super capitulum Pergulense praecedentia tam in synodis, quam in caeteris quibuslibet actibus, ad quae tamen capitula convenire insimul contingat.

Nec non adtributo coenobio s. Augustini pro residentia episcopi, et curiae episcopalis.

§. 8. Pro habitatione autem episcopi perpetuo concedimus, et attribuimus coenobium fratrum eremitarum sancti Augustini apud memoratam ecclesiam sancti Secundi, quod in moderni, et pro tempore existentis episcopi plenum dominium transferimus cum omnibus ipsius partibus, pertinentiis, et horto, praeter aediculas in altero ecclesiae latere positas pro capituli usu assignandas, ut et episcopo, et vicario ejus generali, et curiae, cancellariae, ellisque ejus officiis congrua ibidem pateat sedes, aptumque domicilium, ac proinde mandamus, ut praefati coenobii cum suis pertinentiis, horto, et aediculis possessio executori harum literarum libere tradatur ab iis, qui publicam hujusmodi rerum administrationem nomine Nostrae camerae ad praesens tenent. Nobis autem reservantes in aliis idoneis aedibus fratres Augustinienses collocare, quando de ipsorum in civitatem Pergulensem reditu decernere placuerit; paroeciam interim in ecclesia sancti Secundi pridem a fratribus Augustiniensibus, et etiam ad praesens ab altero ex ipsorum familia administratam transferri ad Nostrum, et Sedis apostolicae beneplacitum mandamus ad ecclesiam sancti Francisci fratribus ordinis Minorum ejusdem sancti Francisci Conventualium jam spectantem, cum confinibus ab episcopo subinde praescribendis, cui quidem parocho, firmo remanente annuo censu eidem assignato, factaque rerum descriptione, tradi volumus sacram supellectilem universam ejusdem ecclesiae, nec non annuam pensionem in ipsius ecclesiae cultum statutam, atque in continenti s. Francisci coenobio congruam habitationem pro parocho, ejusque cappellano coadjutore parari, imposito communitati onere impendendi sumptus ad haec conficienda necessarios. Quod si forte quidpiam deerit ex sacris supellectilibus pro servitio paroeciae necessariis, illes desumendas mandamus e supellectilibus ecclesiae sancti Secundi penes capitulum ad formam depositi ad simile beneplacitum Nostrum relinquendis.

Imposito onere communitati soppeditandi sumptus necessarios pro aedibus parandis.

§. 9. Eidem vero communitati onus tribuimus impensas pariter faciendi tum pro rebus in nova ecclesia cathedrali sanctorum Andreae et Secundi ad sacres explendas functiones de more requisitis, tum ad praedictam habitationem episcopi, et curiae episcopalis disponendam, tum ad aptandas aedes, quae pro iisdem fratribus sancti Augustini assignandae erunt, quando ipsorum familiae restitutionem a Nobis, vel a successoribus Nostris sanciri contigerit, quo casu annuum canonem scutorum triginta ab eadem communitate eidem Augustiniensi familiae persolvi perpetuo mandamus.

Bona addicuntur pro mensa episcopali annui census scutorum 470.

§. 10. Ut autem episcopali mensae novae cathedralis ecclesiae Pergulensis convenienter, congruenterque consulatur, Nos probe edocti, communitatem, et homines ejusdem civitatis Pergulensis, a quibus census tutus, explicatus, et liber scutorum monetae Romanae quadrigentorum septuaginta ex tot fundis stabilibus pro eadem fuisset praestandus, nulla ratione posse in tanta temporum acerbitate id oneris sustinere, benigne eorumdem precibus annuimus, quibus pro episcopali mensa constituenda proponebatur addici bona ab defuncta Anna e marchionibus Latoni Tarducci testamento legata in cujusdam gynecoei erectionem titulo sanctae Annae, in quo piae quaedam foeminae recipiebantur ad puellas rite instituendas, ex quibus redditus percensentur scutorum

circiter tercentum triginta octo, tum bona ab comitissa Maria Bruni Almerici adsignata pro dote adolescentibus honesto loco natis tribuenda, quae regularem professionem susciperent, ex quibus scuta amplius centum viginti in annos singulos habentur, de qua voluntatis immutatione consensus prostat dilecti filii Thomaa Latoni curatoris eorumdem bonorum, qui jure potitur designandi puellas rite dotandas, illudque compensari exquirit jure praesentandi alumnum in seminario alendum; tum demum taxam cathedratici, quae constat scutis duodecim, plus minus, episcopo ex canonum jure persolvendam. Quare auditis omnibus, quorum intererat, ac praesertim iis, qui vel patronatus jure, vel procurationis lege legata haec patrimonia administrant, ac tuentur, conspectisque testantium tabulis, ac re penes memoratam selectam congregationem in consultationem deducta, de apostolicae potestatis plenitudine praeter enunciatam taxam cathedratici omnia, et singula bona quovis nomine nuncupata, et ad piam aedem sanctae Annae, et ad legatum Mariae Bruni Almerici legitime spectantia novae episcopali mensae Pergulensi pro ipsius dote, ac pro tempore existentis episcopi Calliensis, et Pergulensis idonca congrua, qua suam aptius dignitatem tueri valeat, perpetuo assignamus, concedimus, tribuimus ea lege, ut ex redditibus seminario assignandis onera sacrorum, alendique reclusas, quas dicunt, sanctae Annae, in praesens tantum superstites, atque unius annuae vitalitiae pensionis favore cujusdam foeminae juxta voluntatem defunctae sustineantur; nec non ut rectae puellarum institutioni consultum sit per memoratas reclusas, et iis decedentibus per tres alias magistras, sumptibus communitatis alendas, donec virginum Ursulinarum gynecoeum restitutum fuerit, a quibus id muneris e re publica apprime conficiatur; ut demum pro cessione legati Bruni jus tribuatur ejusdem curatori praesentandi alumnum, qui seminario Pergulensi gratuito, nullaque mercede recipiatur, qui tamen ex civili, honestaque conditione natus angustia rei familiaris prematur, atque bonam spem moveat sese ecclesiae inserviturum.

Pro honorario vic. gen. et pro sumptibus curiae persolvenda annuatim scuta 150 a communit.

§. 11. Porro ne episcopus e suis redditibus mercede vicario generali Pergulae deputando praestare debeat, impensisque curiae episcopalis onerari, Benedicti XIV felicis recordationis praedecessoris Nostri vestigiis insistentes, volumus, ut ex redditibus communitatis, quod jam in ipsius obligatione extabat, eidem episcopo persolvantur quolibet anno scuta centum viginti monetae Romanae pro honorario vicarii generalis, et scuta triginta ejusdem monetae pro sumptibus curiae, omni mora, dilatione, et contradictione cessantibus, quin eaedem summae ex quavis causa, colore, et praetextu retardari, vel imminui, aut impugnari possint.

Nonnulla deiode decreta pro capitulo novae cathedr. augendo.

§. 12. Cum vero in novis constituendis episcopalibus sedibus maximae Romanis pontificibus curae sit capituli cathedralis decor, ac splendor, ut nimirum qui episcopi senatum, et presbyterium agant, praesto sint, neque ex redditnum tenuitate vilioribus adigantur muneribus se debere, id Nos paterna sollicitudine praecaveri curavimus, cum de Pergulensi episcopatu condendo decrevimus. Relatum siquidem ad Nos est, capitulum ibidem esse, quod tribus dignitatibus, praeposito nimirum, qui curam animarum gerit; archidiacono, archipresbytero, et undecim canonicis, et quatuor beneficiariis constat: eos tamen censu exiguo potiri, si praeposituram excipias, et binas veteres canonicales praebendas: eos praeterea esse majori ex parte e jure patronatus laicorum: deesse autem praebendas canonici theologi, et poenitentiarii, quas in cathedrali capitulo constituendas Tridentinum concilium praecepit: posse tamen nonnullorum beneficiorum simplicium, ac legatorum mere laicalium unione censum canonicorum augeri, imminutis oneribus, quibus ea ex testantium lege obstringuntur: tum pro theologali praebenda assignari posse cappellaniam ab Lucia Venarucci constitutam, quae percenset annalem redditum scutorum centum viginti septem monetae Romanae, et onus imponit cappellano sacrum quotidie faciendi, et rosarium statis horis recitandi, ac quibusdam precationibus publicis vacandi, extare patroni consensum pro hac canonicatus erectione prolatum ea lege, ut sibi jus foret alumnum in seminario gratuito instituendum nominandi: item pro poenitentiarii praebenda alteram cappellaniam posse addici, quam ex institutione Francisci Guazzugli erectam ex annuo censu scutorum centum monetae Romanae capitulum Pergulense, uti patronus, lubenter concederet, onus sibi viritim suscipiens faciendi sacrum quotidie ad meridiem juxta testatoris voluntatem: item ad capituli splendorem augendum binas dignitates addi posse, quarum altera titulo primicerii ex parochiali ecclesia prioratu nuncupata sancti Marci, et censum habet scutorum centum viginti, et altera titulo prioris ex parochiali similiter ecclesia prioratu nuncupata sanctae Mariae de Platea annui redditus scutorum centum sex, consensum in id praebente dilecto filio No-

stro Josepho diacono sancti Caesarei Sanctae Romanae Ecclesiae cardinali Albano nuncupato, qui uti abbas sanctae Mariae de Sitria patronatu gaudet in secando dicto prioratu: assensum in id praestare priores utrosque, ea conditione, ut ipsi nonnisi diebus festis ad sacrum sulemne, et ad vesperas convenire adigantur, sui vero successores iisdem conditioaibus, ac caeteri canonici teneantur, et paroecialia munera libere possint, ac tuto per respectivos cappellanos vicariorum curatorum titulo per Nos augendos adimplere: praeterea cappellaniam Droghini nuncupatam in canonicalem praebendam posse converti, quae scutorum sexaginta sex redditum confert, dummodo onus, quod importat sacri in hebdomada qualibet bis faciendi: imminuatur ad sacra quinquagintaduo; posse tandem binas mansionarias praeter quntuor jam extantes constitui cum redditu scutorum triginta monetae Romanae pro earum qualibet ex satis amplo sacrarii censu deducendorum.

Ac primo bona ipsius, si quae sunt, eidem reddita.

§. 13. Plura quidem hoc capite proponi animadvertimus, quae difficiliora explicatu, et partite, distinctequo dispicienda videbantur: verum ex voto memoratae congregationis selectae baec demum decernere censuimus. Praecipientes itaque cum primis, ut singula bona, fundi, census, aliaque omnia quolibet titulo, jure, ac nomine ad capitulum Pergulense jam spectantia, et adhuc forte sub publica administratione nomine Nostrae camerae apostolicae extantia integre, plene, ac libere eidem capitulo reddantur, ut in ipsius procuratione sint, et redditus exinde pro capituli tuitione, ac censu omnino succedant, cessantibus tunc pensioaibus, si quae ex fisci aerario loco reddituum persolvantur; atque ut ditiori censu praebendae quaedam tenuiores augeantur, memoratis precibus inclinati, eidem executori barum literarum inferius nominando committimus, ut legata quaedam, ac simplicia beneficia, ipsorumque onera, ac redditus perpendat, iisque auditis, quorum interest, modum referat in iis imminuendis, assignandisque in praebendarum augumentum, ut facultates exinde necessarias, et opportunas pro ipsorum commutatione, imminutione, assignatione attribuamus.

Ex cappellania Venarucci praebenda theologalis constituta.

§. 14. Annuimus vero pro assignatione capellaniae Venarucci ad praebendae theologalis constitutionem, cunctaque bona, jura, aliaque ad eam cappellaniam spectantia, ex nunc prout ex tunc, et e contra, eum primum scilicet eam cappellaniam pro moderni cappellani decessum, seu alia qualibet ex causa vacare contigerit, in canonici theologi praebendam applicamus, assignamus, praefinimus, eorumque idcirco possessionem illicu, ubi primum illa cappellania vacaverit, per capitulum capi praecipimus, ut in novac praebendae fundum succedant: patrono nutem jus reservamus nominandi canonicum per examen ad sacrorum canonum normam ab ipso episcopo, ejusque examinatoribus synodalibus rite adprobandum. Ut vero sufficienti redditu haec sic constituta praebenda potiatur, ex eadem apostolica auctoritate onus sacri quotidiani ad sacrum singulis diebus festis, iis etiam, quibus lex audiendi sacrum adempta est, peragendum praefinimus, proviso per capitulum, ut, pacta etiam mercede, per alterum presbyterum rosarii quotidiana recitatio statis boris, praescriptaeqoe ab testatrice certis diebus precationes omnino conficiantur.

Ex cap. Franc. Guazzugli praebenda poenitentiarii erecta.

§. 15. Item pro praebenda canonici poenitentiarii bona, jura, et caetera quaelibet spectantia ad cappellaaiam constitutam ab Francisco Guazzugli, ex nunc prout ex tunc, et e contra ubi primum eamdem vacare contigerit, assignamus, et attribuimus imminuto, ad solos dies festos, eos etiam, quibus obligatio audiendi missam sublata fuit, onere applicationis missae quotidianae, injuncto tamen dignitatibus, canonicis, et mansionariis munero faciendi sacrum per turnum diebus singulis, stata circa meridiem bora, absque tamen onere applicationis. Eam vero, nonaisi per concursum juxta summorum pontificum, ac praesertim concilii Romani praescripta, atque servatis regulis, aliisque de jure servandis, conferri volumus. Curet vero episcopus alium idoneum virum interim deputare, qui vices poenitentiarii in populi commoditatem perfungatur.

Binae insuper dignitates primicerii, et prioris adjectae.

§. 16. Ad augendum insuper capituli Pergulensis splendorem, eadem apostolica auctoritate annuimus, ut prior ecclesiae paraecialis sancti Marci pro tempore existens, nec non et prior alterius paroecialis ecclesiae sanctae Mariae de Platea pro tempore pariter existens, ad duas novas dignitates in eodem capitulo promoveantur; nimirum prior sancti Marci titulum, ac dignitatem primicerii, quae erit quarta, prior vero sanctae Mariae de Platea titulum, ac dignitatem prioris, quae erit quinta dignitas, assumant, teneantque, ac proinde post jam extantes dignitates ante caeteros canonicos sedeant in choro, in congregationibus capitularibus, in quibus jus habeant suffragii, cum onere tamen servitii choralis, missarumque conventualium, sicut caeterae dignitates, et canonici; caeteram ab hoc servitio exsolutos declaramus dilectos filios Benvenutum Viticchi modernum sancti Marci priorem,

et Paschalem Menghi modernum sanctae Mariae de Platea priorem, quibus nonnisi ad sacrum solemne, et ad vesperas diebus festis adeundi obligationem imponimus. Ne autem ex hujusce servitii choralis lege iisdem irrogata aliquid detrimenti paroeciae ab ipsis procuratae patiantur mandamus, ut ipsorum cappellani facultatibus, titulo, et juribus vicarii curati in suis respective paroeciis muniantur.

Aliis demum praebenda canonicalis designata.

§. 17. Item cappellaniam Droghini nuncupatam in praebendam canonicalem, salvo cujusvis generis patronatus jure, erigimus ex nunc pro tunc, quando nimirum e vivis excesserint dilecti filii Joseph presbyter, et Felicitas Droghini, qui nunc ex auctoris voluntate redditibus ejusdem cappellaniae potiuntur, adeo ut qui necessariis praediti requisitis subinde ex patronatus iure ad eam cappellaniam erunt acciti, in canonicatus pessessionem immittantur cum iisdem honoribus, et oneribus, ac caeteri canonici: cumque cappellaniae praedictae obligatio insit bis in hebdomada perlitandi pro ipsius auctore, ut aptius dignitas, et onera canonicatus sustineri possint, ac valeant, onus ipsum ad unam in bebdomoda missam benigne in Domino reducimus: quam tamen imminutionem oneris admitti vetamus, nisi canonicatus vera, ac legitima possessio capta fuerit.

Item bini mansionariatus adaucti.

§. 18. Numerum denique mansionariorum binis aliis mansionariis augeri mandamus, attributa cuilibet annua pensione scutorum triginta monetae Romanae ex redditibus sacrarii ipsius mox erectae ecclesiae cathedralis, quod et opibus, et sacra supellectili satis abbundare accepimus; eorumque praesentationem capitulo canonicorum in perpetuum reservamus.

Hinc capitulum quinque dignitatibus et quatuordecim can. et sex beneficiariis constet.

§. 19. Capitulum itaque collegiatae ecclesiae praedictae sancti Andreae, in qua collegialitas tantum suppressa, et extincta remanebit, ut praefertur, in capitulum novae cathedralis Pergulensis erectae in ecclesia sancti Secundi nuncupanda deinceps sanctorum Andreae, et Secundi, quam eidem capitulo in perpetuum per hasce literas attribuimus, concedimus, et assignamus: ac respective praepositturam dignitatem inibi hactenus principalem, et curatum in majorem post pontificalem hujusmodi deinceps dignitatem extituram, cui animarum cura, quae etiam per vicarium perpetuum inibi institutum exerceri solet principaliter, ut antea immineat, atque quatuor alias dignitates archidiaconatum nimirum, et archipresbyteratum hactenus ibi extantes, nec non primicerintum, et prioratum mox erectos, et undecim canonicos, totidemque praebendas jam antea existentes, ac binos alios canonicatus pro theologo, et poenitentiario modis, et forma superius percensitis constitutos, atque alterum etiam ex cappellania Droghini efformatum, ac demum sex mansionariatus, quatuor nimirum in ea jamdiu institutos, et binos alios deinde adjectos, earumque quinque dignitatum et illorum quatuordecim canonicatuum, et sex mansionariatuum actu nunc, et pro tempore existentes possessores in totidem dignitates, canonicos, et mansionarios ipsius noviter sic erectae cathedralis ecclesiae Pergulensis eadem apostolica auctoritate perpetuo itidem substituimus, et subrogamus, salvis tamen, ac firmis remanentibus in ea, tam quoad dignitatum, et canonicatuum, et mansionariatuum collationem Nostris, et cancellariae apostolicae regulis, reservationibus, et affectionibus apostolicis, tum legitimis pro quorumdam ex ipsis praesentatione juribus patronorum, tum etiam favore ipsius capituli sic subrogati privilegiis, indultis, exemptionibus, juribusque legitime concessis, vel de jure, aut ex consuetudine, aut alias competentibus, dummodo sint in usu, nec revocata existant.

Ornatum iisdem insignibus, ac capit. Callien.

§. 20. Atque, ut capituli sic erectae cathedralis ecclesiae dignitas, dum divinis officiis operatur, splendidioribus ordinis insignibus praefulgeat, dilectis filiis modernis, ac pro tempore existentibus dignitatibus, et canonicis, et mansionariis ejusdem cathedralis ecclesiae, ut eadem indumenta, atque insignia, quibus capitulum ecclesiae Calliensis utitur, tam in dicta cathedrali ecclesia, quam extra eam, quando cum universo collegio conveniant, tam in supplicationibus, quam ad sacra solemnia, et in illis actibus id genus quibuscumque deferre, et gestare, illisque uti libere, et licite possint, et valeant, eadem apostolica auctoritate similiter perpetuo concedimus, et indulgemus.

Eidemque jus datum conficiendi sua statuta.

§. 21. Ac praeterea eidem capitulo, et canonici ipsius cathedralis ecclesiae noviter per Nos erectae nunc, et pro tempore existentibus, ut ipsi rite congregati, quatenus immutatio status collegialitatis id requirat, feliciori ipsius capituli statui, et regimini prospicientes peculiaria statuta praefiniant, quibus cum primia de recto divini cultus servitio, de sacris officiis ordinandis, de propriis muneribus rite obeundis, de absentibus, desidibus, aliisque ab recto desciscentibus notandis, puniendisque, ac de rebus hujuscemodi opportuna praecepta ad legum ecclesiasticarum, atque ad synodalium decretorum praestituta imponantur, eaque ab episcopo Calliensis et Pergulensis diligenter conspecta, et adprobata, ac sancita edere, ac irrogatas poenas ab

inobedientibus repetere possint, ac valeant, facultatem, et auctoritatem eadem similiter apostolica potestate tribuimus, et impertimur.

Item pro seminario erigendo, tuendoque locus, ac redditus propositi.

§. 22. Cum autem ex concilii Tridentini decreto penes cathedrales ecclesias patero debeat seminarium clericorum, qui veluti novellae plantationes ex eo concluso horto in Ecclesiae ipsius spem feliciter succrescant, ejusdem erectionem in Pergulensi civitate necessario approperare adnituntur dilecti filii clerus, communitas, et homines ipsius civitatis, cum praesertim jam ex communitatis redditibus decuriales doctores grammaticae, literis humanioribus, rethoricae, philosophiae, theologiae universae, ac demum jurisprudentiae tradendis adsciscantur. Hinc rogare, ut aedes sanctae Annae, cujus bona episcopali mensae per hasce Nostras literas concessimus, pro seminario addicantur, ac si congregatio sancti Philippi Nerii, ex qua bini extant dumtaxat aetate, ac valetudine graves, neutiquam restituatur, aedes illius seminario attribuerentur cum sacrarii redditibus in continentis templi vetustate, ac magnificentia insignis, sacrorumque ibidem peragendorum tuitionem; sedes quippe ibidem pateret satis ampla nedum pro alumnis seminarii, sed et pro iis, qui sacris ordinibus initiandi ad ecclesiasticum convictum in seminarii disciplinam deberent secedere, tum pro ipsius censu cedantur bona spectantia ad cappellenias ab defuncto Francisco Orlandi presbytero constitutas, quarum redditus scutis biscentum quinquaginta aestimatur, tum praedium ab Anna Tarducci redditus scutorum quinquaginta circiter testamento relictum, ut si forte seminarium erigeretur, locus ibidem gratuitus pro alumno ab capitulo praesentando esset decretus, tum canones, et laudemia scuta circiter centum, et duo annuatim importantia, quae ad abbatem commendatarium Nonantulanum nunc spectant, quando tamen ex obitu ven. fratris Francisci Mariae episcopi Rhegiensis moderni abbatis Nonantulani eadem abbatia vacaverit; tum demum bona ad binas cappellanias spectantia, quarum altera ab Antonio Bessi sacerdote constituta eum redditu scutorum octoginta quatuor pro tribus in hebdomada sacris peragendis, altera vero a quodam Cantellio praescripta cum onere peragendi sacra pro reddituum copia scutis quinquaginta monetae Romanae aestimandorum juxta oleemosynam obulorum viginti; quaedam tamen onera temporaria hisce redditibus imponenda necessario esse, praeter illud perpetuum canonis scutorum quinquaginta, quem per supra memoratas Nostras apostolicas literas sancivimus pro episcopali mensa Eugubina ad memoriam jurisdictionis, qua in potiori parte civitatis, ac territorii Pergulensis potiebantur episcopi Eugubini: ea vero onera esse certum sacrorum numerum pro cappellaniis, et gynecoeo sanctae Annae praevia benigna eorumdem imminutione peragendum, atquo pensiones vitalitias, quas juxta Annae Tarducci voluntatem persolvendas memoravimus ex bonis ginecoei praedicti sanctae Annae favore novae mensae episcopalis assignatis: hisce extantibus oneribus differendam necessario esse seminarii erectionem ex reliquorum reddituum paucitate.

Interea temere annuit post. ut dilata erect. sem. adolescentes alantur in sem. Callien. pro redditum copia.

§. 23. Rei itaque universae ratione diligenter perpensa, cognitaque praesenti reddituum angustia, quibus prompta seminarii fundatio omnino haberi nequit, nocnon habita ratione graviorum sumptuum, quos communitas in hac episcopalis sedis institutione, et in aedibus disponendis, et in rebus ceteris illico necessario comparandis debet impendere, ex apostolicae benignitatis indulgentia annuimus, ut ad quinquennium seminarii erectio prorogari possit, proviso interim, ut adolescentium institutioni praeceptores incumbant ab communitate praesentandi, et probandi ab episcopo, necnon ut ex redditibus infra assignandis post deducta onera, quibus gravantur, certus alumnorum numerus in seminario Calliensi alatur.

Aedes pro seminario attributae.

§. 24. De apostolicae insuper potestatis plenitudine seminario perpetuo addicimus aedes sanctae Annae cum suis pertinentiis, et quatenus congregationem Philippianorum restitui non posse decernatur, nunc pro tunc ipsius aedes, ecclesiam, oratorium, cum suis pertinentiis, sacrarium cum sacra suppellectili, et redditibus eidem seminario attribuimus ea lege, ut sumptus ad sacra, ad supplicationes, functiones, ac divinarum rerum cultum, eo quo nunc consuevit modo, pertuendum necessarii ab eodem parentur, accitis etiam ex mercede sacrorum ministris, qui ibidem pia Philippianorum exercitia sancte, religioseque exequantur.

Nec non congruum patrimonium.

§. 25. Item eadem pariter apostolica auctoritate praedicto seminario, ut praefertur, erigendo attribuimus praedium ab Anna Tarducci testamento legatum, atque bona ad pium legatum Orlandi; eorumque possessionem realem, et personalem illico ab praesentium literarum executore, vel a persona ab eodem deputanda pro ipso seminario capi volumus, reservato tamen patronis ejusdem pii legati jure nominandi alumnum pro seminario, ubi fuerit erectum: canones autem, et laudemia ad abbatiam Nonantulanam spectantia, bo-

naquc, ac jura, et caetera quaelibet, quae ad binas cappellauias Bessi, et Cantelli quolibet titulo pertinere dignoscantur ex nunc pro tunc eidem seminario applicamus, qnando nimirum tum abbatiam praedictam, tum cappellanias Bessi, et Cantelli legitime respective vacare contigerit; quo tempore adveniente facultatem ex nunc facimus ordinario Pergulensi imminuendi pro suo arbitrio, et conscientia onera missarum pro legatis Orlandi, et Tarducci, atque pro cappellaniis Bessi, et Cantelli celebrandarum.

Reservato canone sc. 50 ep. Eugubino persolvendo.

§. 26. Mandamus vero, ut ex seminarii redditibus annuatim persolvatur episcopo Eugubino, et ejus mensao episcopali praestitutus canon scutorum quinquaginta modo, et forma per alias Nostras apostolicas literas praefinitis, atque ut etiam temporariis oneribus ex iisdem redditibus satisfiat, quibus pro bonis sanctae Annae satisfaciendum noverit bullae hujus executor, necnon pro caeteris legatis adimplendis.

Et jure praesentandi certos alumnos pro nonnullis qui bona cesserunt.

§. 27. Jus autem nominandi etiam alumnum, qui verc pauper, ex civili tamen conditione sit, in seminario Calliensi interea temporis alendum patrono pii legati Bruni juxta modum superius a Nobis sancitum reservamus.

Demandata ep. electio deputatorum semin. ad formam decr. Trident.

§. 28. Praecipimus vero venerabili fratri episcopo Calliensi et Pergulensi, ut juxta concilii Tridentini decreta quamprimum quatuor dcputatos seminarii eligendos curet, qui tanto huic operi ordinando, adproperando, conficiendoque, ea, qua par est, sollicitudine, industria, sedulitate advigilent.

Facultas collata ep. ad paroecias praefiniend.

§. 29. Perpendentes autem, in hac ecclesiastici regiminis immutatione posse fortassis dignosci aptiorem, ac magis pro animarum procuratione accomodatam ex locorum ratione omnium paroeciarum divisionem, unionem, translationemve, eidem episcopo Calliensi et Pergulensi facultatem tribuimus eam rite ac legitime, auditisque iis, quorum intersit, conficiendi, prout magis in Domino expedire censuerit.

Clausulae pro praesentium perpetua firmitate.

§. 30. Praesentes autem Nostras literas semper, et quandocumque validas et efficaces esse, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, et ab omnibus ad quos spectat inviolabiliter observari debere, ac nullo unquam tempore ex quocumque capite, vel causa etiam ex eo quod quilibet in praemissis interesse babentes, vel babere praetendes ad id vocati, et auditi non fuerint, aut iisdem praemissis non consenserint de subreptionis, vel obreptionis, ant nullitatis vitio, vel intentionis Nostrae, seu quopiam alio quantumvis magno, substantiali, inexcogitato, et specialem requirente mentionem defectu notari, impugnari, invalidari, retardari, in jus, vel controversiam vocari, ant ad viam, et terminos juris rednci, vel adversus illas quodcumquc juris, vel facti, aut gratiae, vel justitiae remedium impetrari in judicio, et extra illud nullatenus posse, neque casdem praesentes literas sub quibusvis similium, vel dissimilium gratiarum revocationibus, derogationibus, aliisque contrariis dispositionibus ex quibuslibet causis, et sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibnsvis clausulis, et decretis comprebendi, sed semper, et omnino ab illis excipi; sicque, et non alias per quoscumque judices ordinarios, vel delegatos, qnavis auctoritate fungentes sublata eis, et eorum cuilibet qualibet aliter judicandi, et interpretandi facultate judicari, ac definiri debere, et si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari irritum, et inane decernimus.

Derogationes.

§. 31. Non obstantibus Nostra, et cancellariae apostolicae regula do jure quaesito non tollendo, ac etiam in synodalibus, provincialibus, generalibus, universalibusque, conciliis editis, constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, dictaeque cathedralis ecclesiae Calliensis etiam jnramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, et consuetudinibus, privilegiis, quoque indultis, et literis apostolicis, sub quibuscumque tenoribus, et formis ac cnm quibusvis etiam insolitis clausulis, et decretis concessis; quibus omnibus, et singulis, illorum tenores pro plenis, et sufficienter expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad praemissorum omnium, et singulorum validissimum effectum latissime, et plenissime, ac specialiter, et expresse, nec non opportune, et valide barum quoque serie derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque.

Executor adsciscitur archiep. Camerinen.

§. 32. Quocirca, ut praemissa omnia sic per Nos, ut praefertur, disposita suum integre, ac valide sortiantur effectnm, venerabilem fratrem Nicolaum modernum archiepiscopum Camerinensem, et episcopalis ecclesiae Trejensis perpetnum administratorem, quem Pergnlae natum, pietate, prudentia, religionis studio, ac rerum agendarum usu magnopere novimus commendari, in praesentium literarum Nostrarum executorem apostolica auctoritate deputamns, oidemque Nicolao archiepiscopo ad hujusmodi effectum necessarias omnes, et opportunas facultates, et illam quoque, servatis servandis, super qualibet oppositione in actu executionis praedictae forsan oritura cognoscendi, et pronun-

ciandi, pari apostolica auctoritate tribuimus, atque concedimus.

Taxa novae cathedr. in lib. cam. describenda. §. 33. Volumus autem, quod in futura Calliensis, et Pergulensis invicem sic unitarum ecclesiarum provisione taxa da more statui, et in libris camerae apostolicae describi debeat.

Fides habenda transumptis. §. 34. Volumus praaterea, quod earumdem praesentium literarum transumptis etiam impressis, manu tamen alicujus notarii publici subscriptis, et sigillo personae in ecclesiastica dignitate constitutae munitis eadem prorsus fides adhibeatur, quae iisdem praesentibus adhiberetur si forent exhibitae, vel ostensae.

Sanctio. §. 35. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam Nostrae dismembrationis, separationis, suppressionis, traslationis, erectionis, constitutionis, unionis, concessionis, assignationis, attributionis, commissionis, reservationis, declarationis, reductionis, injunctionis, decreti, mandati, et voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire: si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus sa noverit incursurum.

Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem anno incarcationis Dominicae millesimo octingentesimo decimo nono, quinto decimo kalendas februarii, pontificatus Nostri anno decimonono.

DCCCXXXIX.

Dat. die 26 januarii 1819 anno XIX.

Liberatio commendaa nuncupatae de Claveria militaris ordinis da Calatrava ab annua pensione qua gravabatur, illiusque concessio favora regii infantis Hispaniarum in perpetuum.

Pius PP. VII
Ad perpetuam rei memoriam

Expositio precum. §. 1. Expositum Nobis nuper fuit nomine carissimi in Christo filii Nostri Ferdinandi Hispaniarum regis catholici, quod cum dilectissimus in Christo filius Noster Carolus Maria de Bourbon earumdem Hispaniarum regius infans ejus germanus frater, qui possessor ad praesens existit commendae do Claveria militaris ordinis de Calatrava, magnos fecerit sumptus, ad hoc ut balnea agnarum fossilium nuncupata de la Fuen-Santa o Hervideros sita in praedio da Villafranca ad dictam commendam pertinente meliora fiant, atque perficiantur pro majori aegrotantium utilitate, ne impensae hucusque factae et in posterum pro operis adimplemento faciendae praedicto infanti, ejusque haeredibus gravi detrimento esse possint, majestas praelaudata commendam memoratam de Claveria illi, ejusque successoribus in administrationem perpetnam concedi, ac pensionem annuam super ejusdem fructibus impositam, sive onus contribuendi quotannis sacro conventui da Calatravo quadrigentas viginti mensuras vulgo fanegas frumenti, ac biscentum octoginta octo avenae, et nongentas vulgo cantare vini, ac quadrigentos undecim regales, at viginti sex meravedis de Vellan ex dicta commenda adimi, et ad alias actu vacantes commendas dicti ordinis transferri, ac inter illas, juxta earumdem redditus, servata proportione, distribui, et super fructibus imponi summopere desiderat. Nobis propterea ejusdem majestatis suae nomine supplicatum humiliter fuit, ut in praemissis opportune providere, et nt infra indulgera de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis. § 2. Nos igitur majestatis suae votis, quantum cum Domino possumus, obsecundare, ac regium infantem praelaudatum specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis si quas forte incurrerint hujus tantum rei grotia absolventes, et absolutos fore censentes supplicationibus hujusmodi inclinati, pensionem annuam praedictam in enuntiatis rebus consistentem a commenda da Claveria memorata auctoritate apostolica, tenore praesentium tollimus, ac adimimus, et commendam praedictam a pensione sive oneribus prefatis sic exemptam et liberatam praelaudato Hispaniarum regio infanti, ejusque haeredibus, sive successoribus in administrationem perpetuam dicta auctoritate concedimus, ita ut aetate, professione, aliisque requisitis a statutis dicti ordinis de Calatrava praescriptis nunquam obstantibus, tam regius infans praedictus, quam sui posteri sivo haeredes fructus, redditus, atque proventus dictae commendae exigere, atque percipere, ac in suos usus, utilitatemque convertere, nec non omnibus, nt singulis juribus, praerogativis, praeeminentiis, gratiis, at indultis praedictae commendae adnexis, et conjunctis uti, frui, et gaudere libere, ac licite possint, et valeant, quocirca memorato regi catholico utpote administratori perpetuo ordinis da Calatrava auctoritate apostolica deputato pensionem annuam praedictam hucusque fructibus commendae da Claveria impositam, in postarum in alias commendas octu vacantes auctoritate Nostra

apostolica transferendi, et inter eosdem, servata proportione juxta redditus, distribuendi, ac iisdem modo, et forma, quibus alias super dicta commenda de Claveria favore conventus de Calatrava reservata fuerat, nunc pariter super vacantium commendarum fructibus, ante illarum collationem, sive provisionem reservandi, plenam et amplam facultatem eadem auctoritate tenore praesentium tribuimus, et impertimur.

Derogatio contrariorum.

§. 3. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non dictae militiae de Calatrava etiam juramento, confirmatione apostolica vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem, sub annulo piscatoris die vicesima sexta januarii, millesimo octingentesimo decimo nono, pontificatus Nostri, anno decimo nono.

DCCCXL

Dat. die 27 februarii 1819 anno XIX.

Concessio juris privativi extraendi oleum seminis fagii favore Vincentii Tanfani, et sociorum ejus.

Bartolomeo per la misericordia di Dio vescovo Tusculano card. Pacca della S. R. C. camerlengo.

Eminentissimus cardinalis camerarius concessionis notitiam exhibet.

§. 1. La Santità di Nostro Signore Pio Papa VII felicemente regnante avendo benignamente accordato a Vincenzo Tanfani, a compagni di Chiaravalle una temporanea privativa dell' estrazione dell'olio dal seme di faggio per lo spazio di anni dodici nella estensione de' suoi pontificj dominj ad eccezione dalle quattro legazioni, ci rendiamo solleciti di notificare al publico questa sovrana concessione, compresa nel chirografo, esibito per gli atti dell' infrascritto segretario, e cancelliero di camera del seguente tenore cioè:

Reverendissimo cardinale Bartolomeo Pacca della Santa Romana Chiesa camerlengo

Tenor chirographi, et concessionis.

§. 2. Essendo Nostra principal cura fra le stesse più gravi sollecitudini di governo intender sempre con il massimo impegno, e favorevolmente riguardare qualunque utile circostanza, che giovar possa all' agricoltura, alle arti, e manifatture nella introduzione novella di vantaggiose intraprese, che siano generalmente sconosciute na' pontificj Nostri dominj, abbiamo determinato di clementemente accogliere la suppliche di Vincenzo Tanfani, a compagni di Chiaravalle nella delegazione di Ancona, i quali si sono proposti di erigere una grandiosa fabbrica per l'estrazione dell' olio dal seme di faggio, implorando una temporanea privativa, che preservi dall' invida rivalità la compromessa de' forti capitali, che debbono impiegarvi, a perchè mediante la Nostra protezione, a favore sovrano si consolidi la felice riuscita di quest' utile ritrovato, ondo non inaridisca, e venga meno da bel principio. Avendo Noi inteso in proposito il vostro savio parere, ci aveta riferito, cha dalle informazioni prese sicte costantemente assicurato della realtà non solo della intrapresa dei ricorrenti, ma del vantaggio, che può derivare al Nostro stato ed al publico con una manifattura diretta ad aumentare il prodotto dell' olio, che viene reputato fra gli altri di prima necessità, e che ricavato da un sema finora destinato ad oggetti poco interessanti, o dal tutto in molti luoghi preterito, renda un olio eccellente, a per qualunqua uso più comune adattato, a salubre. Quindi volendo Noi deferire benignamente a queste suppliche, col presente Nostro chirografo in cui abbiamo per espresso, e di parola in parola inserto, e registrato il tenore della supplica, le informazioni da voi prese, ed ogni altra cosa quanto si voglia necessaria ad esprimersi, di Nostro moto proprio, certa scienza, e pienezza della suprema Nostra potestà ordiniamo a voi, cha in nome Nostro, e della santa Sede, e camera apostolica diate, e concediate, conforme Noi diamo, a concediamo alli supplicanti Vincenzo Tanfani, e compagni di Chiaravalle la privativa facoltà ad esclusione di qualsivoglia altra persona, esercibile in tutta l'estensione dello stato ecclesiastico, ad eccezione delle Nostre quattro legazioni di Bologna, Ferrara, Forlì, e Ravenna, di estrarre l'olio dal sema di faggio col nuovo metodo da assi introdotto, a forma però dei seguenti patti, a condizioni.

Conditiones, et pacta concessioni adjecta.

§. 3. I. Cha la presente privativa sia a s'intenda accordata a Vincenzo Tanfa-

ni, e compagni per lo spazio unicamente di anni dodici, rimanendo a chiunque altro proibito nel prefisso tempo di erigere, e costruire a quest' effetto nuove macchine, ed ordigni.

II. Non potranno gl' intraprendenti costringere i proprietarj, e possessori dei semi di faggio a vendere ad essi il genere, e molto meno arrogarsi alcun diritto sulla fissazione del prezzo del genere medesimo, dovendo ciò dipendere dalla libera volontà dei possessori, di farne contratto con i privatari, e concordarne con loro il prezzo, ovvero d'impiegare il detto genere a qualunque altro uso di loro piacimento, restando però sempre ferma la proibizione a tutti, e singoli proprietarj di poter estrarre l'olio dai semi di faggio durante la privativa.

III. Siccome la medesima privativa si vuole limitata, e ristretta al solo esercizio di cavar l'olio dai semi di faggio col nuovo metodo proposto dagl' intraprendenti, e giammai alla privativa della vendita, e spaccio dell'olio estrattone: così sarà lecito a chiunque di contrattare, e vendere in qualunque luogo una simile specie d'olio tanto proveniente da altri luoghi, e fabbriche dello stato medesimo non compresi nella presente privativa, quanto se sia d'estera provenienza, purchè abbia pagato il rispettivo dazio d'introduzione.

IV. Sebbene delle più scrupolose informazioni risulti, che niuna fabbrica di tal sorta esista in tutta l'estensione dello stato, compresa nella presente privativa; pure se alcuno potesse provare di aver prevenuto gl' intraprendenti in questo genere d'industria, e di essere in attuale lavorazione; e vendita di detta manifattura, possa continuare nel suo presente esercizio. Perchè peraltro sia in facoltà di godere di tal beneficio sarà obbligato di legalmente giustificare avanti di voi medesimo nel termine di mesi due, e con prove superiori ad ogni eccezione i supposti titoli di anteriorità, e passato che sia l'enunciato termine non si darà ulteriormente luogo a ricorsi, e pretensioni su questo particolare.

V. Saranno obbligati i privatari di tenero attivate, ed in esercizio una, o più fabbriche nei luoghi sottoposti alla privativa con le opportune macchine, ed altri necessari ordigni, per il quale oggetto dovranno far constare avanti di voi nel decorso di due anni dalla presente concessione l'effettivo, e completo esercizio di cavar l'olio dai semi, esibendone i campioni relativi sotto pena della caducità dalla privativa, alla qual pena saranno soggetti ancora se l'esercizio della lavorazione fosse trascurato per lo spazio di un anno intero.

VI. Finalmente dovranno gl' intraprendenti in ricognizione della presente grazia pagare in ogni anno, durante il privilegio, il canone di libre dieci cera lavorata alla camera apostolica nella solita camera de' tributi nel giorno della vigilia, o festa degli apostoli ss. Pietro e Paolo, ed in questa forma, e colle condizioni sopra espresse ne' stipolarete l'istromento di concessione, publicarete editti, interporrete decreti, e farete tutt' altro, che per la plenaria esecuzione della presente Nostra grazia riconoscerete espediente ed opportuno, essendo tale la mente e volontà Nostra espressa.

§. 4. Volendo, e decretando, che al presente Nostro chirografo, benchè non esibito, nè registrato in camera e ne' suoi libri, non possa mai dirsi, nè opporsi di surrezione, o orrezione, nè di alcun altro vizio, o difetto della Nostra volontà, ed intenzione, e che così, e non altrimenti debba sempre giudicarsi, definirsi, ed interpretarsi da qualsivoglia giudice, e tribunale benchè collegiale, e congregazione composta di reverendissimi cardinali, togliendo loro ogni facoltà, e giurisdizione di definire, ed interpretare diversamente, dichiarando Noi fin d'adesso nullo, irrito, ed invalido tutto ciò che scientemente, o ignorantemente fosse giudicato, o si tentasse di giudicare contro le forma, e disposizione del presente Nostro chirografo, quale vogliamo, che vaglia, e debba avere il suo pieno effetto, esecuzione, e vigore colla semplice Nostra sottoscrizione, ancorchè non vi sia stato chiamato, nè sentito monsignor commissario della Nostra camera, nè qualsivoglia altra persona, o corpi, ancorchè privilegiati, e privilegietissimi, che vi avessero, o pretendessero di avervi interesse, e che per comprenderli fosse bisogno di farsene menzione, non ostante la bolla di Pio IV Nostro predecessore *de Registrandis*, la regola della Nostra cancelleria, *de jure quaesito non tollendo*, e qualunque altra costituzione apostolica Nostra, e de' Nostri predecessori, bandi, leggi, statuti, riforme, usi, stili, e consuetudini, e qualunque altra cosa, che facesse, o potesse fare in contrario, alle quali tutte, e singole avendone il di loro tenore per espresso, e registrato, e supplendo Noi colla pienezza della Nostra suprema potestà ad ogni vizio, e difetto, che potesse intervenire, per questa volta sola, ed all' effetto premesso amplamente, ed espressamente deroghiamo.

Clausulae salutares, et irritantes.

Dato dal Nostro palazzo apostolico Quirinale questo dì 26 gennaio 1819.

Pius PP. VII.

Executio chirographi

§. 5. Adesivamente pertanto ai voleri di Sua Beatitudine, e per l'autorità del Nostro officio di camerlengato, ordiniamo e comandiamo a tutti generalmente, sebbene per privilegio qualunque esenti, di uniformarsi a queste supreme disposizioni, poichè nel caso di contravvenzione, oltre l'emenda, e refezione dei deoni verso i privetari, e la perdita degli stigli ed altri oggetti impiegati nella vietata estrazione dell' olio dal seme di faggio, saranno i contraventori puniti con una multa di scudi cénto per cadauna volta, applicabile per une terza parte ai luoghi pii che ci rimangono confidati e soggetti, per la seconda agli esecutori ed accusatori, e per la terza ai concessionari Tenfani e compagni, procedendosi contro i delinquenti anche per inquisizione e per officio, ed in ogni altro miglior modo più confacente al fisco.

Publicatio.

§. 6. Affisso, e pubblicato che sia questo editto nei soliti luoghi di Roma, e sua comarca, e nelle delegazioni, obbligherà ciascuno alla piena osservanza del medesimo, come se gli fosse stato personalmente intimato.

Dato in camera apostolica li 27 febrajo 1819.

B. card. Pacca camerlengo.

Domenico Attanasio uditore.

Gioacchino Maria Farinetti segr. e cancel. delle R. C. A.

DCCCXLI.

Dat. die 29 januarii 1819 anno XIX.

Confirmatio conventionis initae a praesule et vexillifero Anconitano cum fratribus ordinis sancti Ioannis de Deo super administratione et gubernio nosocomii illius civitatis.

Pius PP. VII.

Ad futuram rei memoriam

Expositio precum.

§. 1. Exponi Nobis nuper fecerunt dilectus filius Noster Nicolaus S. R. E. presbyter cardinalis Riganti nuncupatus ex concessione, et dispensatione apostolica ecclesiae Anconitanae praesul, dilectique filii magister Ludovicus Gazzoli ibidem delegatus Noster apostolicus, comes Ioseph Ferretti ejusdem civitatis vexillarius, ac Franciscus Antonius Pellegrini fratrum ordinis sancti Ioannis de Deo generalis minister, quod ipsi pro nosocomio ibi in perpetuum instituendo solemne instrumentum confecerunt sequentis tenoris, videlicet.

= Al Nome di Dio Amen =

§. 2. L'anno del Signore millecottocento dieciotto indizione Romana VI. regoando felicemente la Santità di Nostro Signore Pio papa VII pontefice ottimo massimo l'anno decimo nono del di lui pontificato = Il giorno trenta del mese di dicembre circa l' anno di Nostro Signore 1600 due pii greci cattolici con due separete testamentarie disposizioni lasciarono i loro beni in beneficio, il primo, di un ospedale da erigersi qui in Ancona sotto il titolo di s. Anna, e l' altro della ssma Trinità, che poi riuniti assunsero il nome della = ssma. Trinità e s. Anna = L'uno e l'altro di questi pii istitutori vollero, che col prodotto dei loro fondi si mantenesse un numero determinato di malati, che le rendite permettevano, e vollero, che un tal beneficio si limitasse ai febricitanti, e malati delle città, e di più vollero, che dalle rendite medesime si detraessero annualmente due doti di scudi venti per cadauna da distribuirsi a due povere, ed oneste zitelle della città, e scudi cinquanta alla venerabile chiesa di s. Anna de'Greci uniti. Formate in tal guisa le loro disposizioni elessero in esecutrice testamentaria l' archiconfraternita della Misericordia e Morte presso la quale per molto tempo rimase il deposito, e l'adempimento dell' ultima loro volontà, lo che in seguito venne per bolla pontificia devoluto all' ordinario pro tempore. Questa si provida istituzione se mantenuta si fosse entro i limiti di questa periferia, nella quale circoscritta l' avevano i primi istitutori in vista della ristrettezza del locale, ed in proporzione dell' ennue rendite non avrebbe prodotto che un ventaggio a questa popolazione col diminuire il numero di quei poveri infermi, che in ogni ben regolata città hanno diritto di essere ricoverati a spese comuni. Non lo permisero però col tratto del tempo le circostanze. Ed infatti aumentata in progresso questa popolazione, e rese essendosi più frequenti, e di più funeste conseguenze le epidemie segnatamente nello scaduto anno 1817 forza fu ricoverare in detto ospedale, benchè di privata fondazione un numero maggiore di quello erasi fin dalle prime stabilito, onde evitare lo scandaloso assurdo di vedere tanti poveri infermi perire nelle pubbliche strade, attesa la mancanze in questa città di uno stabilimento apposito al detto oggetto. Nacque da tale necessario contegno, che oltre al notabile disesto dell' economica amministrazione, ed al gravissimo pregiudizio de' malati stessi nell' angusto locale ammassati, e ristretti, incominciò a sovrastara il perico-

Tenor instrumenti inter partes stipulati.

§. 9. Ut insuper ex faciliori ob locorum vicinitatem aditu ad proprios episcopos cura promptiori, aptioribusque remediis Christifidelium necessitatibus occurratur, novam et magis accomodatam nonnullarum paroeciarum distributionem sanciendam ducimus, atque idcirco parochialem ecclesiam = di Boscone Cusani = nuncupatam a Mediolanensi dioecesi sejungentes dioecesi Placentinae attribuimus, et paroeciam = di Sesto calendo = secernentes a dioecesi Papiensi addicimus dioecesi Mediolanensi; itemque ab ipsa Papiensi dioecesi segregantes paroeciam = di Panazzano dioecesi Bergomensi adjungimus. Ab eadem pariter dioecesi Papiensi dismembramus paroecias = di Crespiatica = Dovera = Possino = Romadello, et Luguano = illasque transferimus in dioecesim Laudensem Paroecias insuper = di Pieve di Revigozzo, = quae vicariatus foranei sedes est = Bettola sancti Bernardi = Leggio = Cogno sancti Bassani = Gruppo Ducalo = Bramajano = Rigolo = Pievetta = a Papiensi dioecesi sejungentes dioecesi Placentinae assignamus. Item a Laudensi dioecesi fractiones, quas vocant Transpadanas, paroeciarum = Castri Novi = Bocca d'Adda = et = di Corno Giovine = nimirum = Zerbio = Boscobiglienma = Mortizza = Pargatano = secernimus, ac dioecesi Placentinae tribuimus. Paroeciam similiter = sancti Nicolai Turricellarum del Pizzo, = nec non exiguas portiones alterius paroeciae sancti Domnini Turricellarum item nuncupatae ultra Padum a dioecesi Parmensi separantes Cremonensi subijcimus. Sejungimus quoque a dioecesi Placentina paroecias = di Guarda Miglio = sancti Rochi = Minuto = Fombio = Mezzana = Caselle = nec non portiones = Boschi del Botto = Isola del Po = Mezzanone, = et Isola Cornazzano = nuncupatas, quas Laudensi dioecesi aggregamus. Ab eadem similiter dioecesi Placentina paroeciam = Monticelli, ac portionem pareciae Veruzii = nuncupatae = l'Isolane = dividimus, ac Papiensi dioecesi concedimus. Abstrhaimus item a dioecesi Burgi sancti Domnini paroecias = di Braneiere = Bosco Parmegiano = Stagno = Pieve = Ottoville = Tibello Polesine = et Castellotto = respective nuncupatas ad sinistram Padi, easque dioecesi Cremonensi addicimus. Paroecias denique = Peconagn = Moglin = Rolo = Palidano = Gonzagn = Bondeno = Bondanellu = Ciezzolo = nec non portionem paroeciae Suzzariaa in districtu Mantuano sitam in loco Padi Veteris, scilicet doous = Mariani = Bioacchi = Tosini = et = il Casino praepositoralis ecclesiae = di Codisotto = a dioecesi Regiensi avellentes Mantuanae adjungimus dioecesi cum omnibus, et singulis aliis ecclesiis, beneficiis, clero, et personis saecularibus ac regularibus in hujusmodi locis existentibus, et commorantibus; ita ut supradictae pareciae, earumque portiones, praevia exemptione a priorum ordinariorum jurisdictione spirituali regimini novorum ordinariorum, ut sopra designatorum imposterum omnino subjaceant.

Declaratio specialis super conservatione redditnum praedictarum paroeciarum.

§. 10. Expresse autem declaramus, quod ex nova hisce Nostris literis paroeciarum sancita distributione nihil omnino detrimenti quovis sub praetextu inferendum erit in episcopales redditus, quos intra dictarum paroeciarum, earumque portionum fines ad praesens babent episcopi a quorum jurisdictione avelluntur: ideoque episcopos ipsos in eorumdem bonorum ac redditnum possessione imposterum etiam plane tuendas, et conservandas esse, nullumque jus ad bujusmodi bona et redditus ab episcopis, quorum dioecesibus paroeciae, et portiones paroeciarum adjunctae ut supra fuerunt ullo unquam modo acquiri posse decernimus, et mandamus.

Deputatio executoris apostolici cum necessariis facultatibus.

§. 11. Quo circa venerabili fratri Carolo Cajetano moderno archiepiscopo Mediolanensi, quem executorem praesentium literarum apostolicarum eligimus, ac deputamus, ut pro futura Papiensis ecclesiae designatione in suffraganeam, et subjectione juri metropolitico archiepiscopatus Mediolanensis, proque assignatione ecclesiae Mantuanae in alteram suffraganeam ipsius Mediolanensis archiepiscopatus, nec non pro supradictarum paroeciarum distributione, caeterisque aliis in hisce Nostris literis contentis, atque statutis omnia, et singula, quae opus esse dignoverit etiam per unam, vel plures personas in dignitate ecclesiastica constitutas, et ad peculiares actus ab eo specialiter subdelegandas gerere, facere, disponere, at ordinare libere, ac licite possit, at valeat necessa-

rias omnes, et opportunas facultates concedimus et impertimur.

Clausula sublata, et decretum irritans

§. 12. Praesentes autem literas, et in eis contenta quaecumque etiam ex eo quod quilibet in praemissis, seu in eorum aliquo jus, aut interesse habentes, vel habere praetendentes, non vocati, vel non satis auditi fuerint, aut illis forsan non consenserint, nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, vel intentionis Nostrae, seu quovis alio quantumvis substantiali, et inexcogitato defectu notari, impugnari, aut alias infringi, suspendi, vel in controversiam vocari, sive aliud quodcumque juris, vel facti remedium impetrari minime posse, sed illas semper, et perpetuo firmas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, atque ab omnibus ad quos nunc spectat, et pro tempore spectabit quomodolibet in futurum perpetuo, ac inviolabiliter observari debere.

Derogatio contrariorum.

§. 13. Non obstantibus de jure quaesito non tollendo, de suppressionibus committendis ad partes, vocatis quorum interest, ac variis Nostris, et cancellariae apostolicae regulis, nec non supra dictarum ecclesiarum etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, concessionibus, et indultis quamvis specifica, et individua mentione dignis, omnibusque, et singulis apostolicis, ac etiam in synodalibus, provincialibus, universalibusque conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, ac praesertim felicis recordationis Benedicti XIV. praedecessoris Nostri literis in forma brevis incipientibus = *Ad supremam* = datis die quinta mensis februarii anni Domini millesimi septingentesimi quadragesimi tertii, quibus omnibus, et singulis, earumque totis tenoribus et formis, etiamsi specialis, specifica, et individua mentio, seu quaevis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum tenores praesentibus pro expressis, et insertis habentes ad praemissorum omnium, et singulorum effectum latissime, et plenissime, ac specialiter, et expresse derogamus, et derogatum esse volumus, caeterisque contrariis quibuscumque.

Fides habenda transumptis

§. 14. Volumus pariter, ut earumdem praesentium transumptis etiam impressis, manu tamen alicujus notarii publici subscriptis, et sigillo personae in ecclesiastica dignitate constitutae munitis eadem prorsus fides ubique adhibeatur, quae ipsis praesentibus adhiberetur si forent exhibitae, vel ostensae.

Sanctio poenalis.

§. 15. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam Nostrae disjunctionis, separationis, dismembrationis, subjectionis, applicationis, attributionis, assignationis, mandati, statuti, decreti, derogationis, ac voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire: si quis autem hoc attentare praesumpserit indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, et Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum.

Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem, anno incarnationis Dominicae, millesimo octingentesimo decimo nono, quarto decimo kalendas martii, Pontificatus Nostri anno decimo nono.

DCCCXLV.

Dat. le 16 februarii 1819 anno XIX

Facultas utendi palmare, vulgo bugia, et gestandi stolam supra cappam, et collare violacei coloris, et fasciolam ejusdem coloris in pileo pro dignitatibus, et canonicis ecclesiae cathedralis Placentinae.

Pius PP. VII.

Ad perpetuam rei memoriam

Prooemium.

§. 1. Romanorum pontificum praedecessorum Nostrorum vestigia prementes ecclesiasticos viros illos, qui coelestis Sionis aemuli divinas laudes in templis magis conspicuis quotidie concinunt peculiaribus praerogativis ornamus, ut ipsi per externas quoque decorationes excitati internarum virtutum splendore magis lucere studeant in domo Domini.

Expositio precum.

§. 2. Cum itaque, sicut dilecti filii moderni dignitates, et canonici cathedralis ecclesiae Placentinae Nobis nuper exponi fecerunt ecclesia ipsa antiquitatis laude, patrimonii amplitudine, templi structura, et majestate, sacerdotum ibi Altissimo famulantium pietate, doctrina, et numero, itemque clericorum in dioecesano seminario degentium copia haud mediocriter polleat, ac praeterea plurimum corporum sanctorum, sacrarumque reliquiarum thesauris locupletata, pluribusque pontificiis, et imperialibus diplomatibus ornata, et aucta reperiatur, cumque ex ejusdem capituli gremio septemdecim episcopi, nonnulli Romanae curiae praelati, ac etiam Sanctae Romanae Ecclesiae cardinales prodiisse dicantur, multum splendoris, et ornamenti ad ipsam ecclesiam accederet, et divinus cultus, populique devotio majora ibi incrementa susciperet, si ejus dignitates, et canonici novis praerogativis, novisque deco-

rationibus per Nos, et Sedem apostolicam donentur.

Tenor concessionis

§. 3. Nos ipsos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus hujusmodi inclinati, nunc, et pro tempore in perpetuum existentibus dignitatibus, et canonicis memoratae cathedralis Placentinae, ut ipsi missam cum cantu celebrantes, vesperas et divina officia in habitu sacerdotali solemniter persolventes, atque alias quascumque presbyterales functiones eodem sacerdotali habitu induti peragentes, palmatoria in dicta civitate et dioecesi dumtaxat uti, nec non sacram concionem e pulpito tam in cathedrali, quam in reliquis ipsius civitatis, et dioecesis ecclesiis habentes, aut novo sacerdoti primum celebranti adsistentes, aut sacramenta administrantes stolam supra cappam gestare; itemque eorum quisquam missam in alia ipsius civitatis et dioecesis ecclesia solemniter celebraturus, aut aliam presbyteralem functionem itidem peracturus ejusdem cathedralis magistrum sacrarum caeremoniarum secum adducere, et proviso tamen, ne interim in cathedrali idem officium desideretur retinere; ac demum fasciolam, seu vittam sericam violaceam cum flocculo simili pileo obvolutam, pariterque collare violaceum, non tamen tela serica rubra subsutum in praedicta civitate, et dioecesi tantum deferre, et gestare libere et licite possint, et valeant, auctoritate apostolica tenore praesentium concedimus, et indulgemus, dictosque dignitates, et canonicos desuper a quoquam impediri, aut perturbari nullatenus posse, ac irritum, et inane si secus super his a quoque quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari decernimus.

Derogatio contrariorum.

§. 4. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, ac dictae cathedralis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes illis alias in suo robore permansuris ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die decima sexta februarii millesimo octingentesimo decimo nono, pontificatus Nostri anno decimo nono.

DCCCXLVI.

Transmissio sacrae Spinae de corona sanctissimi D. N. Jesu Christi ad ecclesiam cathedralem Caesenatensem, et concessio indulgentiarum, missae, et officii proprii ejusdem sacrosanctae reliquiae pro dicta civitate, et dioecesi.

Dat. die 26 februarii 1819 anno XIX.

Dilecto filio Nostro Francisco Xaverio Sanctae Romanae Ecclesiae presbytero cardinali Castiglioni nuncupato cathedralis ecclesiae Caesenatensis ex concessione, et dispensatione apostolica praesuli, nec non dilectis filiis capitulo, et canonicis ejusdem cathedralis ecclesiae.

Pius PP. VII.

Dilecte fili Noster, nec non dilecti filii Salutem, et apostolicam benedictionem.

Ratio concessionis.

§. 1. Quum urbem istam, in qua divina providentia ita disponente, lucem adspeximus, paterna prorsus charitate prosequimur, tum potissimum cathedralem ejus urbis ecclesiam, in qua etiam salutari lavacro Nos ipsos regenerari contigit, praecipuo quodam amore studioque complectimur. Hujus autem benevolentiae Nostrae pignus aliquod utrique praebere volentes sacrum ei munus, insigne illud quidem sanctissimaeque religionis Nostrae monumentum destinavimus.

Tenor concessionis.

§. 2. Mittimus itaque ad vos sacram Spinam de corona D. N. Jesu Christi ex authenticis locis desumptam, quam reverenter collocari fecimus in theca, seu reliquiario aureo affabre elaborato altitudinis circiter palmi unius, in anteriori parte referente instrumenta passionis D. N. Jesu Christi crystallo ovalis figurae munito, in posteriori parte vero filo serico coloris rubri colligato, ac pontificii sigilli Nostri impressione in cera Hispanica rubra obsignato: insignem hanc reliquiam in vestra cathedrali ecclesia reverenter asservari volumus pubblicae fidelium ve-

nerationi statis diebus, quos infra declarabimus, exponendam.

Concessio indulgentiae. §. 4. Ad augendam autem eorumdem fidelium erga sacrum hoc pignus, ac memoriam passionis Dominicae devotionem atque spiritualem utilitatem, hac etiam ratione promovendam, omnibus utriusque sexus Christifidelibus vere poenitentibus, ac confessis, et sacra communione refectis, qui praedictam sacram reliquiam diebus, in quibus publice exposita manebit, nempe prima, feria sexta mensis martii, feria sexta in Paresceve, nec non in festis Inventionis et Exaltationis sanctae crucis singulis annis devote visitaverint, et ibi pro christianorum principum concordia, haeresum extirpatione, Sanctae Matris Ecclesiae exaltatione, et juxta mentem Nostram pias ad Deum preces effuderint, quo die praedictorum id egerint, plenariam omnium peccatorum suorum indulgentiam, et remissionem misericorditer in Domino perpetuo concedimus.

Designatio dierum in quibus publica erit facienda expositio insignis reliquiae §. 5. Insuper singulis feriis sextis quadragesimae eisdem Christifidelibus vere etiam poenitentibus, ac sacra communione refectis, qui ecclesiam cathedralem praedictam, in qua sacra illa reliquia asservabitur, quamquam publice illis diebus exposita non sit devote visitaverint, et ut supra oraverint, qua feria praedictarum pariter id egerint septem annos, et totidem quadragenas de injunctis eis, seu alias quomodolibet debitis poenitentiis in forma Ecclesiae consueta relaxamus. Quas omnes, et singulas indulgentias, peccatorum remissiones, ac poenitentiarum relaxationes etiam animabus Christifidelium, quae Deo in charitate conjunctae ab hac luce migraverint per modum suffragii applicari posse misericorditer etiam in Domino indulgemus.

Concessio missae, et officii proprii. §. 6. Concedimus denique, ut a cathedralis ecclesiae clero in secunda ex sextis feriis mensis martii, quae semper in quadragesimale tempus incidit, nec a festis Annunciationis beatae Mariae virginis, aut sancti Josephi impediri potest, officium, et missa de spinae Corona, prout in fine missalis, et breviarii Romani habentur sub ritu duplici secundae classis perpetuo celebrari possint in contrarium non obstantibus quibuscumque.

Monitum speciale. §. 7. Habete igitur munus hoc, tamquam sinceri affectus Nostri pignus, ac munimentum, memoresque sitis humilitatis Nostrae in orationibus vestris, dum Nos cum testificatione praecipuae charitatis Nostrae in te dilecte fili Noster, in vos, dilecti filii, istius cathedralis ecclesiae canonici, concivesque omnes Nostros, apostolicam benedictionem peramanter vobis omnibus impertimur.

Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die vicesima sexta februarii millesimo octingentesimo decimo nono, pontificatus Nostri anno decimo nono.

DCCCXLVII.

Concessio monasterii, sub titulo prioratus in territorio Daldfer pro fratribus ordinis sancti Benedicti suppressa praerogativa abbatiali eidem adnexa, et cum facultate recipiendi novitios tam clericos, quam laicos. *Dat. die 26 februarii 1819 anno XIX.*

Dilecto filio vicario capitulari Monasteriensi sede illius episcopali vacante, legitime deputato

Pius PP. VII.

Dilecte fili
Salutem, et apostolicam benedictionem.

Expositio precum. §. 1. Exponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii monachi, ac dilectae in Christo filiae moniales ordinis Cisterciensis in abbatia loci de Darfeld nuncupati, et in proximo monasterio istius Monasteriensis dioecesis existentes, quod, cum post nuperrimam dictae abbatiae ac monasterii illegitimam suppressionem omnes utriusque sexus religiosae personae hinc inde dispersae fuerint, tam abbatia quam monasterium cum omnibus, et singulis bonis, quae a dilecto filio magno Drossaro barone di Drost istius civitatis vel dioecesis Monasteriensis certa sub conditione donata fuerant, ab universali usurpatione exempta eidem restituta fuere, cumque, miserante Deo, pacis et tranquillitatis tempus advenerit, monachi, et moniales olim in abbatia, et monasterio di Darfeld degentes utpote ex Gallia, Germania, et Belgio oriundi ad propriam patriam redierunt, ita ut Galli in abbatiam nuncupatam Portus Salutis nuper canonice, prout asseritur, erectam se collegerint, et aliam sub titulo olim ad abbatiam di Darfeld pertinente in loco nuncupato du Gard erigere curant; alii vero, scilicet praedicti exponentes ad antiqua monasteria abbatiae di Darfeld praedicta de consensu praefati baronis di Drost legitimi eorumdem bonorum asserti possessoris, se contulerint, ac inibi commorari exoptantes pro illorum spirituali tranquillitate, et bono regimine expostulent, ut, commutato titulo abbatiae di Darfeld in prioriam,

tam monachi, quam moniales reduces, ac alii vel aliae, quae in posterum claustra iterum ingredi desiderant, in praefatis monasteriis profitentes regulam sancti Benedicti juxta constitutiones ordinis Cisterciensium ab hac s. Sede approbatam, nec non secundum reformationem ven. abbatis Armandi de Bouthilier de Rancé a fel. rec. Innocentio pp. XI et Benedicto XIV Romanis pontificibus praedecessoribus Nostris laudatam, commorari possint, servata immediata, et perpetua communione a superioribus dicti monasterii cum superiore generali dicti ordinis penes s. Sedem residente, cum facultate etiam superiori pro tempore dicti monasterii recipiendi personas ad habitum, et professionem dicti ordinis; nec non, ut dilectus filius Petrus Klausener vir pietate ac religionis zelo, aliisque virtutibus maxime commendatus, qui munere directoris monialium praedictarum ad praesens fungitur, jam in priorem monachorum electus interea confirmetur, ac in posterum prior pro tempore dicti monasterii per secreta suffragia eorumdem religiosorum eligatur.

Tenor concessionis. §. 2. Nos igitur dictos exponentes, ac singulares eorum personas specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus hujusmodi inclinati, de venerabilium fratrum Nostrorum Sanctae Romanae Ecclesiae cardinalium negotiis, et consultationibus episcoporum, et regularium praepositorum consilio, discretioni tuae per praesentes committimus, et mandamus, ut veris existentibus praenarratis, et postquam tibi constiterit de stabili, ac perpetua favore eorumdem monachorum adsignatione, ac effectiva traditione monasterii cum sua ecclesia, ac dotatione, nec non emissa ab iisdem monachis tam proprio, quam recipiendorum nomine solemni declaratione perpetuo profitendi regulam sancti Benedicti juxta constitutiones ordinis Cisterciensium ab hac s. Sede approbatam, nec non secundum reformationem praelaudati abbatis Armandi de Bouthilier de Rancé a praedecessoribus Nostris Innocentio XI et Benedicto XIV Romanis pontificibus laudatam; servandique immediatam, perpetuamque communionem a superioribus dicti monasterii cum superiore generali dicti ordinis penes hanc s. Sedem commorante, ad hoc ut unitas, et indivisibilitas ejusdem integra, et inviolata semper coalescat, monasterium in territorio Darfeld sub titulo prioratus, suppressa penitus, et abolita qualitate, et praerogativa abbatiali olim eidem competente, sub regula sancti Benedicti, et juxta reformationem praefatam etiam cum facultate hodierno superiori dicti monasterii duodecim novitios sive clericos, sive laicos, dummodo nihil obstet ex parte gubernii quoad eorum personas recipiendi primum ad habitum, et dein ad solemnem professionem, auctoritate Nostra apostolica, servatis servandis, et sine praejudicio juris alteri quaesito sub immediata dependentia, subjectione, et obedientia abbatis praesidis generalis, et ad nutum sanctae Sedis erigas, approbes, constituas, atque confirmes; et ne religiosa familia interim sine regimine convocctur, et existat in priorem vicarium dictum Petrum Klausener dicta auctoritate Nostra eligas, atque constituas, et in tali munere constitutum recognoscendum esse jubeas, donec prior juxta regulas dicti ordinis, et reformationis per secreta suffragia infra annum a praesentium exquutione eligatur, ejusque electionis canonicae actus abbati praesidi generali transmittatur ejus auctoritate confirmandus; quo vero ad aliud monasterium pro monialium receptione eodem in loco Darfeld nuncupato, et in eadem abbatia olim existens, tibi pariter committimus, ut sub iisdem conditionibus tam perpetuae, et stabilis dotationis, quam professionis regulae sancti Benedicti juxta enunciatam reformationem etiam quoad moniales a s. Sede agnitam, atque laudatam, dictum monasterium repristinari, aperiri, ac erigi dicta auctoritate permittas, ac monialibus, ut ipsae una cum novitiis clausuram papalem observare, ac sub regimine et gubernio in spiritualibus superioris pro tempore antedicti monasterii vivere, priorissam, aliasque officiales, servatis servandis, eligere libere et licite possint ac valeant dicta auctoritate Nostra sub iisdem clausulis, prout temporis et loci conditio exegerit, indulgeas atque concedas.

§. 3. Decernentes has praesentes literas firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri et obtinere, ac illis ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari. Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 4. Non obstantibus fel. rec. Benedicti Derogatio contrariorum

pp. XIV praedecessoris Nostri super divisione materiarum, nec non constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non dicti ordinis, ac reformationis etiam juramento, confirmationa apostolica vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumqec tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarnm derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis; quibus omnibus et singulis illorum tenores praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbnm insertis babentes, illis alias in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum bac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apnd senctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die vicesima sexta februarii millesimo octingentesimo decimo nono, pontificetus Nostri anno decimo nono.

DCCCXLVIII.

Dat. die 26 februarii 1819 anno XIX

Facultas administrandi in statu laicali beneficium de jure patronatu familiari, ac erecti in ecclesia sancti Andreae apostoli ruri delle Pagliare dioecesis Asculanae pro Joanne Baptista Sbraccia ejusdem civitatis.

Pius PP. VII.

Ad futuram rei memoriam.

Expositio precum.

§. 1. Exponi Nobis nuper fecit dilectus filius Joannes Baptista Sbraccia Asculanae dioecesis, qui legitimus, prout asserit, ad praesens rector existit cujusdam ecclesiastici beneficii simplicis in ecclesia siva oratorio sancti Andreae apostoli ruri delle Pagliare nuncupatum ejusdem dioecesis sub invocatione praedicti sancti erecti, et ad patronatnm activum suae familiae, prout asseritur, pertinentis, quod cum dicta sua familia ob nonnolla infortunia aere alieno gravata reperiatur, ad extremam vergeret inopiam, si ipse, qui unicus in ea masculus existit, ad statum conjugalem transiens hujusmodi beneficii bonis careret, ac proinde pro suo, suaequa familiae stabili adjumento, beneficium praedictum in pium legatum per Nos converti desiderat. Nobis propterea humiliter supplicari fecit, nt in praemissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis

§. 2. Nos igitur dictum exponentem specialibus gratiis, et favoribus proseqni volentes, et a quibusvis excommunicationis et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerit, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutum fore censentes supplicationibus hujusmodi inclinati, attenta favorabili relatione ordinarii Asculani super praemissis Nobis transmissa, attentoqua consensu patronorum, ut postbac beneficium praedictum tamquam legatum pium tam ab ipso Joanne Baptista, quoad vixerit, quam a caeteris, qui ei vigore dicti patronatus, cujus jura in fundatione illius praestituta relinqui volumus salva, et illaesa ad illud successerint, singulorum pariter vita duranta suscipi, retineri, et administrari, ejusdemque beneficii fructus, redditus, et proventus cujnscumque generis exigi, et percipi, suosque in usus, ac utilitatem converti, impendique licite ac libere possint, et valeant, auctoritate apostolica tenore praesentium concedimus, et indulgemus, ac idem beneficium in pium legatum reducimus, et permutemus, expressa tamen sub lega ut omnia, et singula onera eidem beneficio adnexa, et praecipue circa celebrationem missae quocnmqno festivo die in dicta ecclesia, juxta legem fundationis, accurate adimpleantur, et de illorum adimplemento administratores dicti legati pii quotannis in curia ordinarii Asculani documenta exhibere teneantur, et bona ad dictum legatum pium pertinantia quocumque titulo, seu causa nunquam alienari possint.

Clausulae sublatae, et decretum irritans

§. 3. Decernentes easdem praesentes literas, firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, et praenominato Joanni Baptistae, ejusque pro tempore successoribus ad legatum pium hujusmodi juxta earum tenorem pleoissime suffragari; sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores, judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus saper his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 4. Non obstantibus fel. rec. Benedicti pp. XIV praedecessoris Nostri super divisione materiarum, aliisque apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordi-

nationibus, nec non beneficii hujusmodi lege fundationis, cui ad praemissorum effectum specialiter, ac expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque. Caeterum per praesentes non intendimus praedictum jus patronatus in aliquo opprobare.

Datum Romae, apud sanctam Mariam Majorem, sub annulo piscatoris, die vicesima sexta februarii, millesimo octingentesimo decimo nono, pontificatus Nostri anno decimo nono.

DCCCXLIX.

Dat. die 3 martii 1819 anno XIX.

Regulae observandae in peragendis aestimationibus praediorum pro confectione novi cathasti in ditione pontificia.

Pius Papa VII

Motu-proprio

Judicium editum a congregatione speciali confirmatur

§. 1. Manifestammo già nell'articolo 191 del motu-proprio de' 6 luglio 1816 le Nostre decisa intenzione di ridurre le imposizioni fondiarie alla maggiore uniformità possibile in guisa, che niuno de' Nostri sudditi soffra maggior peso dell'altro; ed a tal'effetto per correggere i presso che innumerebili errori di misura, e di stima riconosciuti ne' catasti per lo innanzi formati ordinammo la compilazione di un nuovo catasto generale sulle traccie da Noi marcate, affidando il regolamento di sì importante operazione ed una particolare congregazione. Essa si è con somma maturità occupate primieremente dei regolamenti per l'esecuzione delle misure de' terreni, e formazione delle mappe, e per l'attivazione delle misure in tutto lo stato, quali hanno progredito, e progrediscono con tanta esattezza e celerità, che possono in breve sperarsi perfettamente compiute. Si è in oppresso le detta congregazione con eguale ponderazione applicata a formare un pieno di legge per le stime de' fondi rustici. Avendolo Noi preso a maturo esame, abbiamo colla maggior soddisfazione riconosciuto, ch' essa lo ha esattamente basato sulle norme da Noi nel sovracitato motu-proprio prescritte, avendo riguardo alla natura del suolo, alla di lui posizione e prodotti, come anche alle differenti specie di coltivazione, ed infortunj, ed a tutti gli altri elementi, che possono, e debbono aversi in considerazione nello stabilire un censimento equabilmente da per tutto corrispondente alla forza intrinseca, ed all' adeguato valore de' fondi stessi. Per tal motivo abbiamo creduto espediente di adottarlo, e munirlo della Nostra sovrana approvazione. Affinchè pertanto il medesimo sia eseguito, di Nostro motu-proprio, certa scienza, e pienezza della Nostra apostolica, e sovrana potestà, vogliamo, ed ordiniamo, che nello stabilire le stime de' fondi rustici per ottenere la loro uniformità, ed esattezza, e buon regolamento in tutto il Nostro stato si eseguiscano le seguenti norme.

De modo peragendi aestimationem praediorum rusticorum.

§. 2. I. I nuovi estimi censuali saranno basati sulla rendita dei terreni desunta dal prodotto adequato di cui sono suscettibili secondo le diverse specie di coltivazione a cui si trovano addetti, combinate coi differenti gradi di intrinseca feracità di cui sono forniti, depurando tale rendita da tutte le spese di coltivazione e manutenzione, e sgravandola di una quota per riguardo agl' infortunj celesti, e all' industria.

De peculiari taxatione in singulis territoriis servanda

§. 3. II. La stima dei terreni si farà per mezzo di una tariffa estimativa particolare in ciaschedun territorio.

De natura peculiaris taxationis.

§. 4. III. Questa tariffa esprimerà l'annuo adequato prodotto della superficie di una tavole di terreno, secondo la nnova misura censuale, di ogni diversa specie di coltivazione considerata sotto i differenti gradi di feracità. Dovrà quindi apprezzarsi separatamente il prodotto di ogni specie di coltivazione, e di ogni grado; e dall'apprezzamento verranno defalcate le spese di coltivazione e manutenzione, come anche le quota mista assegnata per riguardo agl' infortunj celesti, e all'industria. Fatte tali deduzioni, ciò che rimane, sarà la rendita netta, sulla quale dovrà basarsi il valore della determinata superficie di terreno secondo le varie specie di coltivazione, e i differenti gradi di feracità, che avranno luogo nel territorio.

De peritis eligendis a communitatibus pro efformanda taxatione speciali.

§. 5. IV. La minuta della tariffa sarà formata sulle faccia di ogni territorio da un perito stimatore agrario deputato dalla congregazione de' Catasti in concorso di un perito locale da scegliersi dal pubblico consiglio della comune in cui avranno luogo le stime. Sarà in arbitrio dello stesso consiglio di deputare due periti in luogo di uno.

De diversis taxationibus adhibendis juxta naturam territorii.

§. 6. V. Per ogni territorio, ossia comune, si formerà una sola tariffa, e qualore il medesimo sia situato parte in piano o valle, parte in colle, e parte in monte, in tal caso si formeranno due o tre tariffe a seconda del numero delle diverse giaciture.

De gradibus terrenorum distinguendis.

§. 7. VI. La quantità dei gradi per ogni specie di coltivazione deve essere

proporzionale alle varie feracità dei terreni di ciaschedun territorio, ma non potrà oltrepassare il numero di sei.

De pretio fructibus terrenorum tribuendo.

§. 8. VII. Per apprezzare i prodotti di ciascheduna specie di coltivazione si prenderà l'adequato risultante dai prezzi, che ebbero luogo nel decennio decorso dal 1785 inclusivamente a tutto il 1794.

De pretii confirmatione consequenda a congregatione catastorum.

§. 9. VIII. I cancellieri de' catasti dovranno raccogliere per ogni territorio incluso nel loro distretto i predetti prezzi sopra i dati i più legali ed autentici, e trasmetterli alla congregazione de' catasti per l'opportuna approvazione.

De sumptibus supputandis.

§. 10. IX. Le spese di coltivazione e manutenzione da detrarsi dal prodotto lordo dovranno calcolarsi secondo la consuetudine dei respettivi territorj. In quelli ove hanno luogo le colonie parziarie, la parte colonica dovrà considerarsi per le spese di coltivazione e manutenzione, qualora però la medesima rappresenti tutte le menzionate spese.

De supputationibus faciendis pro infortuniis coelestibus.

§. 11. X. Essendosi riconosciuto espediente il fissare una regola generale per la detrazione da farsi ai prodotti dai terreni a titolo d'infortunj celesti, viene prescritto per tutte le provincie dello stato il seguente defalco.

Classe prima

Terreni industrialmente vestiti

Idem ut supra.

§. 12. Alle vigne basse si defalcherà una metà del prodotto.

Agli oliveti un terzo.

Agli albereti vitati un quinto.

Ai castagneti domestici un sesto.

Classe seconda

Terreni nudi

Idem ut supra.

§. 13. Alli terreni seminativi un nono.

Alle risaje, linaj, e canapuli un decimo.

Alli prati un dodicesimo.

Alli pascolivi e vallivi un quindicesimo.

Classe terza

Terreni naturalmente vestiti

Idem ut supra.

§. 14. Ai boschi da frutto un decimo

Ai boschi da taglio un ventesimo.

Alli terreni della prima classe si sono dati defalchi più vistosi non solo per essere più soggetti agl' infortunj celesti, ma ancora per li maggiori riguardi che si sono voluti avere all' industria.

De modo efficiendi capitale ex reddito.

§. 15. XI. Sulla rendita netta dei terreni depurata a seconda degli antecedenti articoli si formeranno i capitali degli estimi censuali alla ragione del 4 per cento, poichè essendosi assunti nella valutazione dei prodotti i prezzi dai generi del 1785 al 1794, conveniva conservare fra il fruttato ed il capitale quello stesso ragguaglio d' interessi che era in vigore nella prefata epoca.

Idem pro praediis emphyteuticis, seu livellariis.

§. 16. XII. Nei terreni enfiteutici o livellarj dovrà accatastarsi il dominio diretto separatamente dal dominio utile. La divisione si eseguirà nel seguente modo: si formerà prima l'intero estimo del fondo in conformità dello prescrizioni generali di sopra enunciate. Si stabilirà quindi il capitale del dominio diretto sul canone o livello in ragione del 4 per 100. Il capitale del dominio diretto in tal modo costituito si dedurrà dall' intiero valore del fondo, ed il residuo costituirà il capitale del dominio utile. Nelli canoni a generi, si valuteranno questi secondo i prezzi correnti nell'assunto decennio 1785 al 1794 in corrispondenza dell' articolo 7.

Con tale disposizione non s'intendono peraltro derogati i patti particolari, che possono essersi convenuti fra i padroni diretti a utili relativamente all' indennizzazione del pagamento della dativo reali.

Idem pro terrenis subjectis servituti pascui.

§. 17. XIII. Nei terreni soggetti ai diritti di pascolo si distinguerà il valore del terreno da valore del pascolo del terreno, e il secondo al proprietario o utenti del pascolo nella maniera che verrà distintamente specificata nel regolamento di cui si fa menzione nel regolamento di cui si fa menzione all'articolo xxi del presenta motu-proprio. L' erbe si valuteranno secondo il prezzo adequato dell'assunto decennio 1785 al 1794.

De aedificiis rusticis non aestimandis.

§. 18. XIV. Non saranno stimate le fabbriche rurali come edificii, ma la superficie, che occupano sarà valutata come il miglior terreno del fondo, di cui lo medesime fanno parte, in proporziona della loro estansione.

De mensura servanda in efformandis taxationibus.

§. 19. XV. La tariffa dovrà essere basata sopra la nuova misura censuale prescritta dal regolamento dei 22 febbrajo 1817, e sarà valutata a scudo Romano.

De revisione taxationum.

§. 20. XVI. Le minute delle tariffe formate dai periti agrarj nei respettivi territorj verranno sottoposte all' esame, riforma, ed approvazione della congregazione de' catasti.

Deputatio specialis commissionis pro revisione, et confirmatione taxationum.

§. 21. XVII. A quest' effetto sarà formata in Roma, durante la stime, una commissione consultiva del censo composta di cinque fra i più istrutti agronomi dello stato, e presieduta dal direttore generale de' catasti. La commissione dovrà riunirsi ogni giorno presso il medesimo, esaminare le minute delle tariffe provincia per provincia, bilanciarle coi dati sulli quali sono formate, metterla fra loro in parallello, e riformarle ove occorrerà. In fine di ogni settimana dovrà la commissione esporre i risultati della suo operazioni a monsignore segretario, ed all' assessore della congregazione. Convanendovi

i medesimi, si presenterà il lavoro in fine di ogni mese a monsignosa presidente, il quale lo proporrà all' esame ed approvazione della congregazione.

De graduum applicatione in singulis terrarum frustulis.

§. 22. XVIII. Per l'applicazione dei gradi ai singoli pezzi di terreno il perito deputato in concorso del perito o periti comunali, ed accompagnato dall'indicatore, portandosi sulla faccia dei singoli luoghi colle mappe e brogliardi alla mano, attribuirà ad ogni pezzo di ciascun fondo il grado di feracità al medesimo competente, avendo riguardo alla qualità, giaciatura, esposizione ed ubicaziona del terreno. Nel caso di discordia fra il perito deputato e i comunali, la decisione verrà rimessa all'ispettore degli estimi, che dovrà stabilirsi in ogni legaziona o delegazione, ove hanno luogo lo stime.

De publicatione taxationum.

§. 23. XIX. Seguita l' attribuzione dei gradi ai singoli pezzi di terreno, e fatta l'applicazione della tariffa ai medesimi, ed in tal modo costituiti gli estimi della possidenze, si terranno questi affissi per novanta giorni perentoriamente nelle respettive segretarie comunali, affina di ricevere i reclami, che potessero presentara i possidenti, li quali si credessero gravati.

De confirmatione aestimationum.

§. 24. XX. Dato sfogo ai reclami, verranno dalla congregazione de' Catasti definitivamente sanzionati i nuovi estimi.

De munere praesidis congregationis cathastorum.

§. 25. XXI. Monsignore presidenta della congregazione de' Catasti, alla di cui cura viene rimessa l' esecuzione del presente motu-proprio, pubblicherà in seguito un ragolamento analogo al medesimo, e accompagnato da tutte quelle istruzioni che riconoscerà necessarie per il suo pieno adempimento.

Clausulae salutares, et irritantes.

§. 26. Volendo, e decretando, che tutte, e singole disposioni contenute, ed espresse nella presente Nostra cedola di motu-proprio debbano sempre, e inviolabilmenta osservarsi, e che così, come nella medesima si è espresso, e non altrimenti debba in perpetuo giudicarsi, definirsi da quali si siano giudici, tribunali, congregazioni, ancorchè composte di reverendissimi cardinali, di uditori della Nostra rota, di chierici della Nostra camera, e da qualunque altra autorità, benchè degna d'individua, speciale, e specialissima menzione, toglicndo a tutte indistintamente ogni facoltà, e giurisdizione d' interloquire, definire, ed interpretare diversamente, c dichiarando fin da ora nullo, ed irrito tutto ciò, che da chiunque o scientemente, o ignorantemante si tentasse di prescrivere, giudicare, ed interpetrare deviando dalla lettera di tutte, e singole disposizioni contenute nel presente Nostro motu-proprio sotto qualunque pretesto, anche di orrezione, e surrezione, e di mancanza della Nostra volontà; al quale effetto vogliamo, che il presente Nostro motu-proprio vaglia, e consequisca il suo pieno effetto, e la sua intiera esecuzione in virtù della sola Nostra sottoscrizione, benchè non siano state interpellate, e sentite qualsivogliano persone, congregazioni, magistrati, e corpi, ancorchè privilegiati, e privilegiatissimi, ed in qualunque dignità, ancha ecclesiastica costituiti, i quali avessero, o pratendessero avervi interesse, e che por comprenderli fosse d' uopo d' individua, e special menzione.

Derogatio contrariorum.

§. 27. Non ostante la bolla della sa. me. Pio IV Nostro predecessore *de registrandis*, la regola della Nostra cancellaria *de jure quaesito non tollendo*, e qualsisiano altre costituzioni apostoliche, bolle, brevi, decreti, chirografi, bandi, editti, leggi in qualunque modo, e con qualunque autorità fino ad ora publicate, alle quali tutte, e singole, ancorchè rivestite di clausole derogatorie, e derogatorie delle derogatorie, in quanto possano opporsi alla piena, e precisa osservanza delle presenti disposizioni, avendone il tenore qui per espresso, o di parola in parola riferito, ampiamente, e con pienezza della Nostra podestà, ed a qualunque effetto intendiamo derogare, come di fatti deroghiamo.

Dato dal Nostro palazzo apostolico Quirinale questo di III marzo MDCCCXIX.

PIUS PP. VII.

Regolamento analogo al motu-proprio di N. S. dei III marzo MDCCCXIX sulle stime de' fondi rustici del nuovo catasto generale dello stato Ecclesiastico.

Capitolo I.

Massima fondamentali per i nuovi estimi censuali dei fondi rustici

Seziona I.

Esposizione delle massime.

Art. 1. I nuovi estimi censuali saranno basati sulla rendita dei terreni desunti dal prodotto adequato, di cui sono essi suscettibili secondo le specie di coltivazione, a cui sono addetti, combinate con i differenti gradi d'intrinseca feracità di cui sono forniti, depurando una tale rendita da tutte le spese di coltivazione e manutenzione, e sgravandola di una

quota per riguardo agl' infortunj celesti, e all' industria.

Art. 2. Dall' enunciaziona delle prefate massime risulta, che i nuovi estimi censuali saranno basati sull' attualità in quantochè i terreni si stimeranno secondo quella specie di coltivaziona a cui sono attualmente addetti, e sull' intrinseca attività in quantochè il loro prodotto, che serve di base alle stime, non sarà desunto da quello cbe attualmente rendono, ma da quello che dovrebbero rendere in proporzione del grado d' intrinseca feracità, di cui sone essi forniti. Il grado perciò non dovrà fissarsi a seconda delle apparenze, e deposizioni degli agricoltori, ma della qualità, giacitura, esposizione, ed ubicaziona dei terreni.

Questo sistema misto avita tutti gli inconvenienti cha derivano dall' adozione del metodu della piena attualità, ossia delle stime individuali, secondo il quale dovrebbesi contare le piante, valutarle secondo il loro stato, stimare i terreni come trovansi, senza distinguere il puro prodotto del terreno dall' industria e capitali impiegati; e nello stesso tempo afugge gl' inconvenienti, che provengono dalle stime fondate sulla pretta attività intrinseca de' terreni, nelle quali si fa astrazione dalla specie di coltivazione a cui sono addetti.

Sezione II.

Cenno di esecuzione delle massime

Art. 3. Per eseguire pertanto le massime di sopra enunciate, in ogni territorio, ossia comune, i periti agrarj depntati dal governo in concorso di altri periti scelti dalle respettive comuni percorrendo i singoli terreni attribuiranno ai medesimi quel grado di feracità di cui sono suscettibili in proporzione della loro qualità, giacitura, esposizione, ed ubicazione relativamente alla specie di coltivaziona a cui sone addetti, annotando il rinvanuto grado su i brogliardi già compilati nell' atto della misura e formazione delle mappe.

Fissato in tal modo il grado competente a ciaschedun terreno, compileranno i periti nna tariffa, ossia una tavola dimostrativa, per ogni territorio, nella quale dal prodotto adequato, che una determinata quantità di terreno deve dare per ogni classe di coltivazione secondo i diversi gradi di feracità, defalcando le spese di coltivazione, manutenzione, infortuni celesti, ad industria, risulti il valore della assunta quantità di terreno secondo le varie coltivazioni, e gradi.

Esaminate, corrette, ed approvate l' indicate tariffe, si applicherà il valore competente a ciaschedun pezzo di terreno secondo la di lui estensione già rinvenuta nell' atto della misura ed elevazione delle mappe, e a seconda dal grado di feracità già fissato dai periti.

Formati in tal guisa i valori, ossiano gli estimi censuali, saranno questi esposti alla pubblica vista per raccogliere i reclami che su di essi credessero avanzare i singoli possidenti. Dato sfogo ai reclami, saranno sanzionati, e messi in attività i nnovi estimi.

Come debbansi eseguire le accennate operazioni viene dichiarato nei seguenti capitoli, premettendo la indicazioni delle operazioni preparatorie cbe dovranno farsi.

Capitolo II.

Delle operazioni preparatorie

Sezione I.

Stabilimento di una commissione consultiva del censo in Roma.

Art. 4. Sotto la dipendenza della congregazione generale de' Catasti sarà stabilita in Roma, duranti le stime, una commissione consultiva del censo.

Art. 5. Dessa sarà composta di cinque fra i più istrutti agronomi dello stato, e faranno ancha parte della medesima monsig. segretario della congregazione, l' assessore, e il direttore generale de' catasti.

Art. 6. L'oggetto principale della commissione sarà di esaminare, a rettificare le minute delle tariffe fatte dai periti agrarj nei respettivi territorj, nel modo, e forma, che s' indicherà agli articoli 141, 142, e 143 del presente regolamento.

Sezione II.

Stabilimento dei periti d' ufficio nelle provincie

Art. 7. In egui legazione o delegazione, in cui avranno luogo le stime dei fondi rustici, si stabilirà un numaro di periti agrarj da deputarsi da monsig. presidente della congregazione de' Catasti. Dessi assumeranno il nome di periti d'ufficio, per distinguersi dai periti agrarj, cba sceglieranno le comuni per loro interesse, i quali si chiameranno periti comunali.

Art. 8. Il numero dei periti d'ufficio da stabilirsi in ogni legazione o delegazione verrà regolato a seconda dell'estensione delle medesime, e della maggiore o minore divisione delle proprietà fondiarie.

Art. 9. Occorrendo, verranno aggiunti ai periti agrarj uno o più geometri sussidiarj da nominarsi da monsig. presidente per le misure, che dovessero farsi tanto per le suddivisioni delle feracità, quanto per le divisioni delle proprietà, che potessero essere occorse dopo la formazione delle mappe.

Art. 10. Alla testa dei periti verrà destinato in ogni legazione o delegazione un ingegnere ispettore alle stime, il quale terrà la corrispondenza col direttore de' catasti.

Sezione III.

Lavori preparatorj della direzione generale de' Catasti.

Art. 11. In un congruo tempo innanzi al cominciamento delle stime la direzione dovrà occuparsi della revisione finale di tavolino delle relative mappe, e brogliardi.

Art. 12. Preparerà indi le mappe-copie di ciaschedun territorio, essendo queste più facili a maneggiarsi, e ancora per non avventurare le mappe originali al degradamento o smarrimento.

Art. 13. Ad ogni mappa unirà il suo corrispondente brogliardo, in cui dovrà esservi almeno una colonna in bianco, dentro la quale possono i periti segnare i gradi di feracità competenti ai singoli pezzi di terreno.

Art. 14. Unirà inoltre alle mappe e brogliardi una tabella di ragguaglio tanto diretta che inversa fra la nuova misura censuale e la misura locale.

Art. 15. Disposti i sopraddetti oggetti, e muniti di un elenco ordinato secondo il riparto territoriale in vigore, monsig. presidente ne farà invio ai respettivi emi card. legati e monsig. delegati con tutta la possibile diligenza, i quali rimetteranno gl' indicati oggetti al respettivo ispettore alle stime, previo un atto legale di consegna.

Art. 16. Fatto il sopraddetto invio, si occuperà la direzione di redigere in tante tabelle separate, quanti sono i territorj, le risposte ai quesiti sulla statistica censuale trasmesse dalle respettive legazioni o delegazioni in forza di una circolare diramata anteriormente al presente regolamento, potendo queste risposte servire di lume nell' esame de' nuovi estimi da farsi dalla commissione consultiva.

Sezione IV.

Notizie da raccogliersi dai cancellieri de' catasti.

§. 2. Nos igitur praedictum parochum, ejusque successores specialibus favoribus, et gratiis prosequi volentes, eumque a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, et poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum praesentium tantum consequendum, harum serie absolventes; et absolutum fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati de venerabilium fratrum Nostrorum S. R. E. cardinalium concilii Tridentini interpretum, ad quos supplicem libellum Nobis porrectum remisimus, consilio, fraternitati tuae per praesentes committimus, ut veris existentibus narratis ad petitam beneficii sancti Joannis Baptistae unionem nunc pro tunc, quando vacare contigerit auctoritate apostolica pro tuo arbitrio, et providentia devenire possis, et valeas, injuncta tamen parochis pro tempore obligatio- *Tenor concessionis.*

ne satisfaciendi omnibus oneribus eidem beneficio adnexis.

Derogatio contrariorum. §. 3. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non dicti beneficii lege fundationis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris diei nona martii, millesimo octingentesimo decimo nono, pontificatus Nostri anno decimo nono.

DCCCLI.

Dat. die 8 martii 1819 anno XIX.

Nova distributio dioecesis Ferrariensis.

Venerabili fratri
Josepho Mariae episcopo Vicentino

Pius PP. VII.

Venerabilis frater
Salutem, et apostolicam benedictionem.

Ratio concessionis. §. 1. Cum Nos, gravibus adducti rationibus, ac precibus inclinati carissimi in Christo filii Nostri Francisci Austriae imperatoris Hungariae regis apostolici, et Bohemiae, regnique Longobardo-Veneti regis illustris, per alias Nostras apostolicas sub datum Romae anno incarnationis Dominicae MDCCCXVIII octavo kalendas maii sub plumbo expeditas literas, quarum executionem tibi vigore Nostrae apostolicae delegationis commissimus, novam constituerimus circumscriptionem dioecesium, quae in Venetorum finibus positae ad praedictum regnum Longobardo Venetum pertinent, inter caetera, quae ad promptiorem fidelium ad episcopos aditum efficiendum, pro pastoralis officii Nostri cura decernenda judicavimus, nonnulla etiam circa fines Ferrariensis dioecesis temporali dominio bujus sanctae Sedis subjectae Venetaeque ditioni proximae esse censuimus immutanda; a praedicta siquidem Ferrariensi dioecesi binas paroecias de Fiesso et Pissatola nuncupatas sejunximus, et segregavimus, easque Adriensi episcopatui perpetuo assignavimus, et aggregavimus; e contra autem ab eadem Adriensi dioecesi sejunximus paroecias numero sex quibus illa ecclesia potiebatur in regione citra Padum in vicinitate dioecesis Ferrariensis nempe paroecias nuncupatas = Mesola = Guarda Ferrarese = Zocca = Rò = Rero = et Cornacervia, easque praedicto Ferrariensi archiepiscopatui perpetuo addiximus. Cum vero Ferrariensis archiepiscopi jurisdictio, non obstante dismembratione ab ejus dioecesi alias facta duarum paroeciarum de Fiesso et Pissatola, adhuc tamen in parte Veneta provinciae Polisiniae extendatur, in qua decem, et novem paroeciae numerantur, nempe Canaro = Trecenta = Bagnolo = Sariano = Giacciano = Zelo = Occhiobello = Garzone = Ponte santa Maria Maddalena = Stienta = Gaiba = Ficarolo = Salara = Massa = Calto = Ceneselli = Bergantino = Castelnuovo o Bariano = Mellara = nuncupatae. Nos iisdem permoti gravibus rationum momentis, ob quae similes immutationes in caeteris finitimis dioecesibus faciendas esse judicavimus, praefatas decem et novem paroecias, praestito jam a venerabili fratri Ferrariensi archiepiscopo consensu, a Ferrariensi dioecesi sejungendas, et Adriensi dioecesi perpetuo adjungendas esse decrevimus.

§. 2. Motu igitur proprio, atque ex certa scientia, et matura deliberatione nostris, deque apostolicae potestatis plenitudine, referente Nobis dilecto filio magistro Raphaele Matio Nostrae congregationis Consistorialis secretario praedictas decem et novem paroecias a Ferrariensi dioecesi tenore praesentium sejungimus, et Adriensi dioecesi perpetuo adjungimus, expressa tamen sub declaratione vel conditione, ut ex nova hac memoratarum paroeciarum a Ferrariensi dioecesi dismembratione, nihil omnino detrimenti inferendum sit archiepiscopo, et dioecesi Ferrariensi, si forte in praedictis paroeciis aliquo censu ac redditibus perfruantur, in quorum possessione archiepiscopum et dioecesim prefatos tuendos conservandosque esse volumus. Tenor concessionis. Ac tandem praesentium Nostrarum literarum exequutorem eligere volentes, ad te, quem alias idoneum experientia probavimus oculos mentis Nostrae direximus, teque a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis et poenis, quovis modo et quacumque de causa latis, si quas forte incurristi bujus tantum rei gratia absolventes, et absolutum fore censentes, fraternitatem tuam praedictae dismembrationis atque unionis exequutorem auctoritate, et tenore praefatis eligimus et deputamus. Mandantes propterea in virtute sanctae obedientiae omnibus, et singulis in dismembratione et unione memoratis comprehensis, ut Nostras dispositiones recognoscant et admittant.

Clausula sublata, et decretum irritans. §. 3. Decernentes easdem praesentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac il-

lis ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari. Sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores, judicari et definiri debere ac irritum et inane si secus super his a quoqnam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum. §. 4. Non obstantibus a fel. rec. Benedicti pp. XIV, praedecessoris Nostri super divisione materiarum, ac constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non praedictarum dioecesium ac paroeciarum etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus et singulis illorum tenores praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae, apud sanctam Mariam Majorem, sub annulo piscatoris, die nona martii, millesimo octingentesimo decimo nono, pontificatus Nostri anno decimo nono.

DCCCLII.

Dat. die 10 martii 1819 anno XIX

Dispensatio super defectu aetatis, ordinum, et aliorum impedimentorum favore episcopi ecclesiae Olomucensis.

Dilectissimo filio Nostro
Rodulpho archiduci Austriae.

Pius PP. VII.

Dilectissime fili Noster
Salutem, et apostolicam benedictionem.

Proemium. §. 1. Quas in florentissima adhuc aetate provectas virtutes praetefers cum literarum scientia, et summo augusti generis splendore conjunctas, faciunt, ut quae in rem tuam esse accipimus, ea libenter omnia concedamus.

Expositio precum. §. 2. Cum per obitum cl: me: Mariae Taddaei Sanctae Romanae Ecclesiae presbyteri cardinalis de Trautmansdorff-Weinsberg nuncupati ex concessione, et dispensatione apostolica ecclesiae Olomucensis archipraesulis, ecclesia ipsa pastoris solatio destituta remaneat, et ejus successoris electio ad dilectos filios metropolitanae illius ecclesiae capitulum ex eadem apostolica concessione, aut alias pertineat, te, qui jam antea a cl: me: defuncti archipraesulis Antonii Theodori eiusdem Sanctae Romanae Ecclesiae presbyteri cardinalis de Colloredo nuncupati in regimine et administratione dictae metropolitanae ecclesiae in coadjutorem perpetuum cum futura ad tui favorem successione, praevia Nostra super defectu aetatis, ordinum, aliorumque dispensatione designatus fueras, licet ob notas temporum perturbationes a munere hujusmodi suscipiendo postea abstinueris, nunc tamen ad majorem Dei gloriam, et catholicae religionis praesidium in archiepiscopum memoratae ecclesiae eligi posse capitulum ipsum plurimum desiderat. Nobis propterea per literas humiliter supplicasti, ut in praemissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

§. 3. Nos igitur piis votis tuis, quantum in Domino possumus, benigne annuere volentes, teque a quibusvis excommunicationis et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis si quas forte incurristi, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutum fore censentes, imperiali celsitudini tuae, ut etiamsi ecclesiasticae militiae adscriptus non repeririis, per memoratum capitulum, quamquam de suo gremio non sis, nec alias juxta dispositiones statutorum, privilegiorum, indultorum, et consuetudinum ipsius ecclesiae, qualificatus non existas, servatis alias servandis, in archiepiscopum eligi, et sic electus electioni hujusmodi consensum praestare libere, licite, et valide possis, ita ut electio de persona tua ad dictam metropolitanam ecclesiam, ut supra facienda valida, et efficax sit, tibique suffragetur in omnibus, et per omnia perinde ac si in sacris ordinibus constitutus, et de gremio capituli esses, et vocem activam, et passivam in eo haberes, itemque juxta illius statuta, privilegia, atque consuetudines, et alias debite qualificatus repereris, auctoritate apostolica tenore praesentium concedimus, ac tecum desuper de speciali dono gratiae dispensamus. Tenor concessionis.

§. 4. Decernentes easdem praesentes literas nullo unquam tempore quovis praetextu, etiam ex eo, quod aliquis ex capitulo Olomucensi, vel alii in praemissis in- Clausula sublata, et decretum irritans

teresse habentes ad eadem praemissa vocati non fuerint, nec illis consenserint, aut alias ex quavis causa etiam quantumvis legitima de subreptionis vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostrae, aut alio quovis defectu notari, impugnari, invalidari, retractari, aut in controversiam quovis modo vocari posse, sed ipsas praesentes literas firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri et obtinere, ac tibi in omnibus, et per omnia plenissime suffragari; sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores, ac Sanctae Romanae Ecclesiae cardinales etiam de latere legatos et apostolicae Sedis nuncios, aliosque quoscumque etiam qualibet praeeminentia, et potestate fungentes, et functuros, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpetrandi facultate, et auctoritate, judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

§. 4. Non obstantibus praemissis, et apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, nec non quatenus opus sit dictae metropolitanae ecclesiae, aliisque quibusvis, etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus, usibus, et ordinationibus, privilegiis quoque, indultis et literis apostolicis eidem metropolitanae ecclesiae, illiusque archipraesulibus, capitulo, et personis sub quibuscumque verborum tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque afficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis, etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, et individua, non autem per clausulas generales idem importantes mentio habenda, aut quaevis alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum tenores praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem, sub annulo piscatoris die decima martii millesimo octingentesimo decimo nono, pontificatus Nostri anno decimo nono.

ANNO VIGESIMO

DCCCLIII.

Dat. die 26 martii 1819 Anno XX.

Commutatio nonnullarum ecclesiarum positarum in dioecesibus regni Longobardi Veneti.

Pius episcopus

Servus servorum Dei

Ad perpetuam rei memoriam

Proemium

§. 1. Paternae charitatis studium, quo ad salutem Dominici gregis operandam ex commisso Nobis divinitus apostolicae servitutis officio continuo urgemur, Nos adigit, ut Romanorum pontificum praedecessorum Nostrorum vestigiis insistentes ea identidem decernamus, quae licet videri quandoque possint cujusdam peculiaris ecclesiae rationibus minus accomodata, exquiri tamen pro temporum natura, et rei universae conditione ad praecavenda deteriora mala, et ad commune bonum aliquo pacto curandum opportune dignoscamus.

Ratio praecedentis commutationis, quae revocatur.

§. 2. Hoc sane consilio per alias Nostras apostolicas literas datas decimo octavo kalendas maii anno Domini millesimo octingentesimo decimo octavo, votis obsecundantes carissimi in Christo filii Nostri Francisci primi Austriae imperatoris, regnique Longobardo Veneti regis pro ecclesiis consistentibus in Venetorum finibus ejusdem gubernii nonnullas praefinivimus commutationes, quas ipsarum ecclesiarum status, vicinitas, confinia, graviaque aliarum causarum momenta videbantur efflagitare.

Novae preces porrectae pro consequenda nova reformatione.

§. 3. Cum vero ejusdem imperatoris, ac regis nomine preces iterum ad Nos delatae fuerint, ut pro ecclesiis quoque in sua Mediolanensis gubernii ditione contentis nonnulla decerneremus, quae tum metropoliticam in earum aliquas jurisdictionem, tum aptiorem quarumdam paroeciarum assignationem respiciunt; in haec etiam apostolicae benignitatis indulgentiam ita conferre censuimus, ut nedum spirituali Chistifidelium in illis locis degentium regimini, reique sacrae curationi opportune consultum foret, sed etiam ut illustriora in dies Nostra erga laudatum imperatorem Franciscum voluntatis, ac benevolentiae testimonia cumulantes majora exinde Catholicae Religionis lucra in ipsius, qua late patet, dominatu ex ejusdem pietate aucuparemur.

Similes ut supra.

§. 4. Rogabamur siquidem, ut Papiensem ecclesiam multis certe nominibus commendatam huic apostolicae Sedi jamdiu immediate subjectam, ac titulo archiepiscopatus Amaseni ex felicis recordationis Benedicti XIV praedecessoris Nostri largitate auctam, et decoratam jure suffraganeatus addiceremus, ac archiepiscopali ecclesiae Mediolanensi, quae singulare profecto decus, ac insignem splendorem ex hujusce suffraganeae ecclesiae accessione nancisceretur.

Similes ut supra.

§. 5. Exponebatur praeterea, Mantuanam ecclesiam juri metropolitico Ferrariensis archiepiscopi subiectam utiliori dispositione attribui posse suffraganeam antedictae archiepiscopali ecclesiae Mediolanensi, quae cum in civitate principe Austriacae per Italiam ditionis consistat faciliorem, commodioremque aditum praebet ad sacrorum negotia cum metropolitano pertractanda.

Similes ut supra.

§. 6. Referebatur denique complures numerari paroecias a respectivis episcopalibus sedibus remotas, quae ob locorum distantias, et itinerum difficultates minus commode, minusque utiliter, neque facili regiminis sistemate procurari posse percensebantur: eas proinde aliis episcopis pro locorum positione attribuere deposcebamur, ut hoc modo nova per eas regiones decreta dioecesium constitutione fideli populo fauste, feliciterque prospiceretur.

Tenor novissimae reformationis decretae super ecclesia Papiensi.

§. 7. Re itaque universa in consultationem deducta, omnique propositarum causarum natura, ac vi rite perpensa, nec non auditis omnibus, quorum intererat, statui ecclesiarum in ditione Mediolanensi existentium modo, et forma per hasce apostolicas literas sanciendis providere, ac postulationibus praedicti Francisci imperatoris, ac regis annuere opportunum censentes, ex certa scientia, et matura deliberatione Nostris, deque apostolicae potestatis plenitudine episcopalem ecclesiam Papiensem usque in praesens apostolicae Sedi immediate subjectam ex nunc pro

tunc, et non antea quando nimirum ex persona venerabilis fratris Lamberti de Allegre moderni episcopi Papiensis quomodocumque vacare contigerit, praevia disjunctione, et omnimoda separatione supradicti tituli archiepiscopalis ecclesiae Amasiensis in partibus infidelium suffraganeam assignamus archiepiscopali ecclesiae Mediolanensi, ejusque juri metropolitico subiicimus, firmis tamen in suo robore, ac perpetuo conservatis remanentibus omnibus privilegiis, ac praerogativis, quibus ecclesia ipsa Papiensis ex apostolica concessione, vel alias quomodolibet vere, realiter, ac legitime gaudet, quaeque hisce Nostris literis non adversantur.

Similis pro ecclesia Mantuana.

§. 8. Mantuanam item episcopalem ecclesiam pastoris solatio in praesens destitutam, a quacumque subjectione erga metropolitanam ecclesiam Ferrariensem omnino eximentes, ac liberantes metropolitico juri antedictae archiepiscopalis ecclesiae Mediolanensis perpetuo subiicimus, atque supponimus, subjectamque, ac suppositam declaramus.

Distributio nonnullarum peculiarium Ecclesiarum in singulis dioecesibus existentium.

§. 9. Ut insuper ex faciliori ob locorum vicinitatem aditu ad proprios episcopos cura promptiori, aptioribusque remediis Christifidelium necessitatibus occuratur, novam, et magis accomodatam nonullarum paroeciarum distributionem sanciendam ducimus; atque idcirco parochialem ecclesiam = di Boscone Cusani = nuncupatam a Mediolanensi dioecesi sejungentes dioecesi Placentinae attribuimus, et paroeciam = di Sesto calendo = secernentes a dioecesi Papiensi addicimus dioecesi Mediolanensi; itemque ab ipsa Papiensi dioecesi segregantes paroeciam di Pagazzano = dioecesi Bergomensi adjungimus. Ab eadem pariter dioecesi Papiensi dismembrantes paroecias = di Crespiatica = Dovera = Postino = Roncadello = et Cugnano = illasque transferimus in dioecesim Laudensem. Paroecias insuper = di Pieve di Rexigozzo =, quae vicariatus foranei sedes est, = Bettola s. Bernardi = Leggio = Cogno s. Bassani = Gruppo ducale = Bramajano = Rigolo = Pievetta = a Papiensi dioecesi sejungentes dioecesi Placentinae assignamus. Item a Laudensi dioecesi fractiones quas vocant Transpadanas, paroeciarum = Castri Novi = Bocca d'Adda = et = di Corno Giovine = nimirum = Zerbio = Boscobigliemma = Mortizza = Pargatana secernimus, ac dioecesi Placentinae tribuimus. Paroeciam similiter = sancti Nicolai Turricellarum del Pizzo, = nec non exiguas portiones alterius paroeciae sancti Donnini Turricellarum item nuncupatae ultra Padum a dioecesi Parmensi separantes Cremonensi subiicimus dioecesi. Sejungimus quoque a dioecesi Placentina paroecias = di Guardi Miglio = sancti Rochi = Minuto = Fombio = Mezzana = Caselle = nec non portiones = Boschi del Botto = Isola del Po = Mezzanone = et = Isola Cornazzano = nuncupatas; quas Laudensi dioecesi aggregamus. Ab eadem similiter dioecesi Placentina paroeciam = Monticelli = ac portionem paroeciae Veruzii nuncupat. = l'Isolone = dividimus, ac Papiensi dioecesi concedimus. Abstrahimus item a dioecesi Burgi sancti Donnini paroecias = di Branciera = Bosco Parmegiano = Stagno = Pieve = Ottovillo = Tibello Polesine = et = Castelletto = respective nuncupatas ad sinistram Padi, easque dioecesi Cremonensi addicimus. Paroecias denique = Peconaga = Moglia = Rolo = Palidano = Gonzaga = Bondeno = Bondanello = Ciezzolo, = nec non portionem paroeciae Suzzariae in districtu Mantuano sitam in loco Padi Veteris, scilicet domus = Mariani = Binacchi = Tosini = et = il Casino = praepositoralis ecclesiae = di Cadisotto = a dioecesi Regiensi avellentes Mantuanae adjungimus dioecesi cum omnibus, et singulis aliis ecclesiis, beneficiis, clero, et personis saecularibus, ac regularibus in hujusmodi locis existentibus, et commorantibus; ita ut supradictae paroeciae, earumque portiones, praevia exemptione a priorum ordinariorum jurisdictione spirituali regimini novorum ordinariorum, ut supra designatorum imposterum omnino subjaceant.

Declaratio specialis.

§. 10. Expresse autem declaramus, quod ex nova hisce Nostris literis paroeciarum sancita distributione nihil omnino detrimenti quovis sub praetextu inferendum erit in episcopales redditus, quos intra dictarum paroeciarum, earumque portionum fines ad praesens habent episcopi, a quorum jurisdictione avelluntur, ideoque episcopos ipsos in eorumdem bonorum ac reddituum possessione imposterum etiam plane tuendos, et conservandos esse, nullumque jus ad hujusmodi bona, et redditus ab episcopis quorum dioecesibus paroeciae, et portiones paroeciarum adjunctae, ut supra, fuerunt ullo unquam modo acquiri posse decernimus, et mandamus.

Deputatio executoris apostolici.

§. 11. Quocirca venerabili fratri Carolo Cajetano moderno archiepiscopo Mediolanensi, quem executorem praesentium literarum apostolicarum eligimus, ac deputamus, ut pro futura Papiensis ecclesiae designatione in suffraganeam, et subjectione juri metropolitico archiepiscopatus Mediolanensis, proque assignatione ecclesiae Mantuanae in alteram suffraga-

neam ipsius Mediolanensis archiepiscopatus, nec non pro supradictarum parocciarum distributione, caeterisque aliis in hisce Nostris literis contentis, atque statutis omnia, et singula, quae opus esse dignoverit etiam per unam, vel plures personas in dignitate ecclesiastica constitutas, et ad peculiares actus ab eo specialiter subdelegandas gerere, facere, disponere, et ordinare libere, ac licite possit, et valeat necessarias omnes, et opportunas facultates concedimus, et impertimur.

Clausula sublata, et decretum irritans. §. 12. Praesentes autem literas, et in eis contenta quaecumque etiam ex eo quod quilibet in praemissis, seu in eorum aliquo jus, aut interesse habentes, vel habere praetendentes, non vocati, vel non satis auditi fuerint, aut illis forsan non consenserint, nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, vel intentionis Nostrae, seu quovis alio quantumvis substantiali, at inexcogitato defectu notari, impugnari, aut alias infringi, suspendi, vel in controversiam vocari, sive aliud quodcumque juris, vel facti remedium impetrari minime posse, sed illas semper, et perpetuo firmas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri, et obtinere, atque ab omnibus ad quos nunc spectat, et pro tempore spectabit quomodolibet in futurum perpetuo, ac inviolabiliter observari debere.

Derogatio contrariorum. §. 13. Non obstantibus de jure quaesito non tollendo, de suppressionibus committendis ad partes, vocatis quorum interest, ac variis Nostris, et cancellariae apostolicae regulis, nec non supradictarum ecclesiarum etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus, privilegiis quoque, concessionibus, et indultis quamvis specifica, et individua mentione dignis, omnibusque, et singulis apostolicis, ac etiam in synodalibus, provincialibus, universalibusque conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, ac praesertim felicis recordationis Benedicti XIV praedecessoris Nostri literis in forma brevis incipien. = *Ad supremam* = datis die quinta mensis februarii anni Domini millesimi septingentesimi quadragesimi tertii, quibus omnibus, et singulis earumque totis tenoribus, et formis etiamsi specialis, specifica, et individua mentio, seu quaevis alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum tenores praesentibus pro expressis, et insertis habentes ad praemissorum omnium, et singulorum effectum latissime, et plenissime, ac specialiter, at expresso derogamus, et derogatum esse volumus, caeterisque contrariis quibuscumque.

Fides habenda transumptis. §. 14. Volumus pariter, ut earumdem praesentium transumptis etiam impressis, manu tamen alicujus Notarii publici subscriptis, et sigillo personae in ecclesiastica dignitate constitutae munitis eadem prorsus fides ubique adhibeatur, quae ipsis praesentibus adhiberetur si forent exhibitae, vel ostensae.

Sanctio poenalis. §. 15. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam Nostrae disjunctionis separationis, dismembrationis, subjectionis, applicationis, attributionis, assignationis, mandati, statuti, decreti, derogationis, ac voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire: si quis autem hoc attentare praesumpserit indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum.

Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem anno incarnationis Dominicae millesimo octingentesimo decimo nono, quarto decimo kalendas martii pontificatus Nostri anno vicesimo.

DCCCLIV.

Canonicis secundae erectionis in ecclesia collegiata sanctae Mariae Angelorum civitatis Filottrani dioecesis Auximanae conceduntur vestes et alia ornamenta, quibus utuntur alii primae erectionis.

Dat. die 20 martii 1819 Anno XX.

Venerabili fratri
Episcopo Auximano

Pius PP. VII

Venerabilis frater
Salutem, et apostolicam benedictionem.

Expositio precum. §. 1. Cum, sicut Nobis nuper expositum est, in oppido civitate nuncupato Filottrani istius Auximanae dioecesis quaedam decora, ac sacris suppellectilibus satis instructa, sub titulo sanctae Mariae Angelorum ecclesia extet erecta, ubi archipresbyter, ac quidam cappellani canonici juxta fundationem juris patronatus ad nonnullas familias Gentiloni, prout asseritur pertinentis, ecclesiastico officio funguntur, ipsi pro majori Dei gloria, ac divini cultus augmento, exteriori aliquo ornamento insigniri summopere desiderant; et cum in processionibus, aliisque generalibus functionibus etiam parochi dicti oppidi una cum cappellanis canonicis certo statuto modo incedere hucusque consueverint, expostulant proinde, ut illi quoque eodem, quod a Nobis implorant, or-

namento, pro uniformitate tantum, decorentur.

Tenor concessionis. §. 2. Nos igitur omnes, et singulas personas praedictas specialibus gratiis et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis si quas forte incurrerint bujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes supplicationibus bujusmodi inclinati, attenta favorabili relatione tua super praemissis Nobis transmissa, attentoquo consensu patronorum ecclesiae, et canonicatuum hujusmodi, fraternitati tuae per praesentes committimus, ut praevia declaratione coram te facienda quod parochi nec efficiant, nec unquam efficere possint corpus cum cappellanis seu canonicis praedictae ecclesiae, etiamsi in processionibus, aliisque generalibus functionibus insimul incedant, ac datis opportunis dispositionibus circa modum incedendi, aliisque arbitrio et prudentia tua statutis regulis pro bono regimine, et integritate jurium utrorumque, praedictis archipresbytero, cappellanis canonicis, et parochis, ut archipresbyter vestem talarem sine cauda, et mantellettam violacei coloris supra rocchettum, et cappellani canonici, et parochi praedicti mozzettam violaceam cum asulis, et globulis rubei coloris supra rocchettum tam in choro, et ecclesia, quam extra in processionibus, aliisque generalibus sacris functionibus, ac respectivis actibus capitularibus quibuscumque gestare libere, et licite possint ac valeant, ac parochi non solum in processionibus et functionibus consuetis cum capitularibus praedictis peragendis, sed etiam in propria ecclesia et extra, intra tamen limites propriae paroeciae et in sacris functionibus, quibus hujusmodi indumentum, juxta ecclesiasticas rubricas, conveniat, gestare pariter libero et licite possint, et valeant, auctoritate Nostra apostolica indulgeas, atque concedas, eosque desuper sic per te, ut praefertur, decoratos ab ullo unquam quacumque auctoritate, et quovis sub titulo hac in re quomodolibet molestari, et perturbari, vel impediri nullatenus posse, ac irritum, et inanc si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum. §. 3. Non obstantibus, quatenus opus sit, fel: rec: Benedicti pp. XIV praedecessoris Nostri super divisione materiarum, aliisque constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, caeterisque contrariis quibuscumque. Caeterum per praesentes non intendimus praedictum juspatronatus in aliquo approbare.

Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die trigesima martii millesimo octingentesimo decimo nono, pontificatus Nostri anno vicesimo.

DCCCLV.

Facultas nominandi superiores secundarios absque convocatione capituli generalis pro ministro generali, aliisque electoribus fratrum ordinis Minorum sancti Francisci Conventualium. Dat. die 23 martii 1819 Anno XX.

Pius PP. VII.

Ad futuram rei memoriam

Proemium. §. 1. Pro pastorali Nostra sollicitudine, qua complectimur Dominicum gregem Nobis ex alto commissum, et illius praecipue lectissimam partem, quae religiosos ordines comprehendit, ea concedere non ambigimus, quae juxta temporum ac locorum circumstantias eorum necessitatibus congruere videntur.

Expositio precum. §. 2. Expositum siquidem Nobis nuper fuit nomine dilecti filii Josephi Mariae de Bonis ministri generalis fratrum ordinis Minorum sancti Francisci Conventualium nuncupatorum, quod, cum ex relatione dilectorum filiorum ex provincialinm, et commissarii generalis provinciae Sardiniae dicti ordinis acceperit ob inopiam qua adhuc dicta provincia laborat, imparem illam omnino esse impensis necessario pro convocatione capituli provincialis ad formam costitutionum urbanarum sustinendis, ac proinde provincialem et segretarium bujusmodi provinciae per Nos eligi, ac illis sic electis, et definitoribus perpetuis ejusdem provinciae facultatem alios superiores secundarios destinandi tribui summopere desiderat, humiliterque a Nobis expostulat.

Tenor concessionis. §. 3. Nos igitur ejusdem votis annuere volentes, ac de dilectis filiis Bonaventura Melis coenobii d'Iglesias, et Bonaventura Sotigiu coenobii di Alghero ejusdem ordinis et provinciae definitoribus plurimum apud Nos ob eorum merita, et virtutes commendatis, fiduciam in Domino habentes, eosque a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis si quas forte incurrerint hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes hujusmodi supplicationibus inclinati, motu igitur proprio, atque ex certa scientia, et

matura deliberatione Nostris, dequo apostolicae potestatis plenitudine, praedictum Bonaventuram Melis in provincialem provinciae Sardiniae, et in secretarium ejusdem memoratum Bonaventuram Sotigiu cum omnibus, et singulis praerogativis, juribus, privilegiis, et potestate, perinde ac si in capitulo provinciali effective fuerint electi ad triennium proximum a data praesentium inchoandum cutituimus, eligimus et deputamus; ac praeterea praedictis procinciali et secretario, aliisque tribus ex provincialibus dictae provinciae ac definitoribus perpetuis praesentibus in conventu, ubi convocabitur parva congregatio facultatem eligendi alios superiores secundarios et officiales dictae provinciae, quos ob eorum pietatem, doctrinam, et personalia merita, ad officia exercenda magis idoneos esse duxerint, auctoritate, et tenore praesentium tribuimus, et impertimur. Mandantes propterea in virtute sanctae obedientiae omnibus, et singulis praedictae provinciae fratribus, aliisque, ad quos spectat, ac in futurum spectabit ut illos a Nobis sic electos, et deputatos recognoscant, et admittant, illisque in omnibus munera praedicta et electionem faciendam respicientibus pareant, faveant, et assistant.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 4. Decernentes easdem praesentes literas firmas, validas et efficaces existere et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri et obtinere, ac illis ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 5. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non dicti ordinis et provinciae etiam jursmento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes illis alias in suo robore permansuris ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter et expressse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem, sub annulo piscatoris die vicesima tertia martii millesimo octingentesimo decimo nono, pontificatus Nostri anno vicesimo.

DCCCLVI.

Facultas celebrandi nundinas in festo sancti Petri apostoli et sancti Alexandri in loco nuncupato Ponte sancti Petri Bergomensis dioecesis

Dat. die 26 martii 1819 Anno XX.

Venerabili fratri
Episcopo Bergomensi

Pius PP. VII.

Venerabilis frater
Salutem, et apostolicam benedictionem.

Expositio precum.

§. 1. Exponi Nobis nuper fecit dilectus filius Joseph Locatelli parochus loci Pontis sancti Petri istius Bergomensis dioecesis, quod cum pluribus ab hinc annis inter praedicti loci habitatores nulla suffragante apostolica dispensatione, duobus festivis diebus sancti Petri apostoli, et sancti Alexandri invaluerit usus nundinas celebrandi, dictus exponens illorum conscientiae securitati prospicere cupiens, Nobis bumiliter supplicari fecit, ut nundinas praedictas in foro conscientiae permittere dignaremur.

Tenor concessionis.

§. 2. Nos praedicti loci personis specialem gratiam facere volentes, ac omnes et singulos, quibus Nostrae literae favent a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis si quas forte incurrerint hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, fraternitati tuae per praesentes committimus, et mandamus, ut veris existentibus praenarratis, et si id in Domino expedire censueris, loci praedicti habitatoribus, ut ipsi duobus praefatis diebus festivis nundinas non tamen tempore divinorum officiorum ac missae solemnis, et vesperarum, imo officinae tempore hujusmodi claudantur, celebrare libere et licite possint, et valeant, sine tamen praejudicio solutionis onerum, et gabellarum, auctoritate Nostra apostolica in perpetuum indulgeas, atque concedas.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 3. Decernentes easdem praesentes literas semper firmas validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari; sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 4. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, caeterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae, apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die vicesima sexta martii, millesimo octingentesimo decimo nono, pontificatus Nostri anno vicesimo.

DCCCLVII.

Deputatio navarci ad oras Tyberis

Dat. die 5 aprilis 1819 Anno XX

Bartolomeo per la misericordia di Dio vescovo Tusculano card. Pacca della Santa Romana Chiesa camerlengo.

Cardinal camerarius chirographi publicationem curat.

§. 1. La Santità di Nostro Signore Papa Pio VII. felicemente regnante intenta sempre al prosperamento del commercio, si è degnata applicare le sue sovrane sollecitudini alla maggior sicurezza della foce di Fiumicino con la utilissima instituzione di un piloto di Porto, ed altro consentanee provvide ordinazioni, che ne allontanassero i disastrosi infortunj nell' ingresso de' bastimenti, come dal chirografo segnato da Sua Beatitudine li 5 corrente, ed esibito negli atti dell' infrascritto segretario e cancelliere di camera del seguente tenore, cioè:

Reverendissimo cardinale Bartolomeo Pacca della Santa Romana Chiesa Camerlengo.

Tenor chirographi

§. 2. La navigazione sebbene tanto perfezionata a dì nostri è sempre così piena di pericoli per le molliplici circostanze, che umana scienza non può prevedere, che tutti i governi studiano costantemente ogni mezzo di sottrarre i naviganti da qualunque possibile disastro. Avendoci voi informato degl' infortunj non radamente accaduti ai bastimenti carichi sulla bocca, o foce di Fiumicino nell' entrare dal mare nel Tevere, ed avendo conosciuto, che la causa di tali sinistri avvenimenti derivava dallo ignorare i piloti dei legni nel momento dell' ingresso l' altezza del pelo delle acque dal fondo, e il luogo del maggior fondo necessario, siamo venuti nelle benigna determinazione di apprestarvi un opportuno, ed efficace provedimento. Quindi col presente Nostro chirografo di moto proprio, certa scienza, e pienezza della Nostra suprema potestà comandiamo l' istituzione di un piloto di porto in Fiumicino, e vogliamo osservate le seguenti disposizioni ed ordinazioni.

Onera navarco imposita

§. 3. I. Vi sarà in Fiumicino un piloto di porto ivi sempre stabilito, e permanente da nominarsi da voi, ed a vostro beneplacito amovibile, assegnandogli un appuntamento fisso di scudi dieci al mese che gli sarà pagato con vostro ordine da monsignor tesoriere generale, oltre gli emolumenti proporzionati nella sottoposta tariffa.

II. Il piloto di porto dovrà tenere, e mantenere a tutte sue spese in ogni tempo dell' anno una lancia atta, e ben corredata, e munita di asta, e bandiera pontificia, e levata a poppa per andare incontro ai bastimenti, che si presentano per imboccare nella foce di Fiumicino. Dovrà egli parimenti avere, e mantenere sempre fissi, e pronti al servizio due argani solidi e ben forniti, l' uno sulla punta della passonata, alla imboccatura del fiume, e l' altro più indentro verso la torre Clementina, per ricevere su di essi successivamente, e tirarvi le lanzane, ossiano funi dei bastimenti, i quali vengono ad imboccare, perchè con tale ajuto speditо, ed efficace siano tolti dal pericolo, e introdotti nel porto.

III. Rimane obbligato il piloto di porto di formare sotto la sua direzione, e responsabilità un allievo, e tenerlo per suo sostituto, ed ajuto, il quale possa fare ancora le sue veci in caso di malattia, o altre eventualità. Questo allievo, o sostituto dovrà saper leggere, scrivere, e le prime operazioni di aritmetica, ed esser munito dei necessarj attestati di onestà, ed idoneità, visati dal castellano di Fiumicino, per ottenere la vostra approvazione, ed essere ammesso all' impiego. Non essendo questo allievo, o sostituto stipendiato, percepirà la metà delle tasse attribuite al piloto del porto, rimanendo l' altra metà a beneficio del piloto stesso, oltre lo stipendio come sopra assegnatogli di scudi dieci al mese.

IV. Incomberà rigorosamente al piloto del porto di scandagliare giornalmente la corrente al di là della foce, e di ri-

petere la medesima operazione dopo le notabili piene, e dopo le tempeste marine, specialmente se provengano da lebeccio; perchè tali circostanze sogliono cangiare e la profondità della corrente, ed il luogo del maggior fondo. Con tali scandagli all' uopo ripetuti potrà esser pronto sempre il piloto, ed indicare la sufficienza, o insufficienza del fondo secondo i diversi bastimenti, e la diversa loro portata, per poter quindi, nel caso d' insufficienza, far gettare l' ancora in rada nel luogo più conveniente, e sicuro, onde siano alleggeriti col soccorso dei navicelli del fiume.

V. Sarà altresì sua precisa obbligazione, e dovere di sortire a mare colla sua lancia ordinata all' art. II, subitochè si presenti, e si appressi per imboccare qualunque siasi bastimento, e di tracciargli la via, e condurlo per il canale fino ad ormeggiarlo in luogo opportuno secondo il bisogno, e buon' ordine nel porto, osservando sempre in tal servigio le leggi, e cautele sanitarie, e dipendendo in ciò dagli ordini del castellano. Dovrà in egual modo, nello sboccare d'un legno nel mare per riporsi alla vela, prestargli l'opportuna assistenza, e condotta sin fuori del porto come è prescritto dall' arte merittima, e dall' uso generale dei porti.

VI. Nei casi difficili, o di grave pericolo di qualche bastimento, che entra in porto, in cui sia necessario un'ajuto straordinario, il castellano di Fiumicino, osservate sempre le regole sanitarie, dovrà sulla richiesta del piloto prendere al bordo dei bastimenti ancorati in porto quel numero di persone, e farsi somministrore quelle lancie, che saranno riconosciute necessarie a porre in salvamento un legno in pericolo, come vogliono le leggi di mare, e gli usi, e reciprocità di tutte le nazioni in tali luoghi e casi.

VII. Sarà incarico ancora del piloto del porto d' invigilare sopra tutti i piloti del Tevere abilitati con vostro editto delli 11 gennaro 1817. a condurre i bastimenti da Fiumicino a questa Ripa-Grande, avvertendo, che i soli ammessi con formale e gratuita licenza, e non altrimenti che in turno esatto fra di essi senza parziolità alcuno prestino il loro servizio, ed opera, e non percepiscano altra mercede, che quella fissata nel mentovato editto, con particolare tariffa, che ad evitare gli equivoci, e gli arbitrj sarà ripetuta nel presente Nostro chirografo. Sorveglierà inoltre che i bastimenti siano premuniti della poliza, che dovrà rilasciarsi gratuitamente dal detto castellano, e richiamata nel citato editto, e negli antichi capitoli ripali, che vi comandammo di pubblicare con opportune modificazioni adattate agli attuali tempi, cui si erano resi incompatibili, onde sia regolato, secondo l' ordine di partenza dalle passonate di Fiumicino e l'arrivo a Capo-due-Rami, l' attacco del tiro dei bufali. Sarà cura del medesimo, osservare che tutti i piloti abbiano le funi adattate per il tiro dei bastimenti, e trovandone delle cattive e non sicure, impedirà che siano messe in opera. Terrà finalmente un registro di tutte le mancanze, che si commetteranno dai piloti del Tevere, siano maliziose, siano d' imperizia, siano di negligenza, non che dei danni, che si potessero cagionare, denunciando il tutto al castellano di Fiumicino, che sarà tenuto di darne relazione a voi, o farà il medesimo piloto del porto conoscere anche direttamente a voi queste mancanze, e danni, che dovrete rigorosamente punire, e reprimere del pari, che qualunque altro disordine.

VIII. Il piloto del porto eserciterà le sue attribuzioni, e doveri sotto la vigilanza, dipendenza, e responsabilità del mentovato castellano, riserbando privativamente a voi, e al vostro tribunale la cognizione, l'esame, e l' applicazione delle indennizzazioni, e delle pene dovute per qualunque moncanza, e contravvenzione.

Tariffa

Dei pilotaggi, che dovranno pagare al piloto del porto i bastimenti mercantili, eccettuati quelli da guerra e da pesca, che entrano nel porto di Fiumicino.

Praemium servando solvendum.

§. 3. I legni da 15 fino a 30 tonnellate . . . . ɤ » 50
Idem dalle 31 fino ai 50 » » 75
» Dalle 51 fino a 80 » 1 »
» Dalle 81 in poi . . . » 1 50
E per la sortita dal porto
I primi pagheranno . ɤ » 30
I secondi . . . . » » 37½
I terzi . . . . » » 70
I quarti . . . . » » 90

Tariffa

Del pilotaggio, che dovranno pagare i bastimenti mercantili ai piloti del fiume per la condotta da Fiumicino alla Ripa-Grande a termini dell' editto delli 11. gennaro 1817.

Idem ut supra

§. 4. I legni fino alle 30 tonnellate . . . . ɤ 2 50
Idem dalle 31 fino alle 50 » 3 50
» dalle 51 in poi . . . » 4 —

E per il regresso da Ripa-Grande a Fiumicino pagheranno la metà di dette tasse,

Deputatio executoris apostolici

§. 5. A forma pertanto del presente Nostro chirografo stabilirete il piloto di porto in Fiumicino, pubblicarete editti anche penali, e farete tutt' altro, che reputarete espediente per la migliore esecuzione di queste Nostre sovrane intenzioni, ed ordinazioni, che saranno per apportare la sicurezza, ed un costante vantaggio al commercio marittimo in quella pericolosa foce.

Clausula sublata, et decretum irritans

§. 6. Volendo e decretando, che al presente Nostro chirografo, benchè non esibito, nè registrato in camera, e nei suoi libri, non possa mai darsi; nè opporsi di sorrezione, ed orrezione, nè di alcun altro vizio, o difetto della Nostra volontà, ad intenzione, e che così e non altrimenti debba sempre giudicarsi, definirsi, ed interpretarsi da qualsivoglia giudice e tribunale, benchè collegiale, o congregazione composta di reverendissimi cardinali, togliendo loro ogni facoltà, e giurisdizione di definire, ed interpretare diversamente, dichiarando Noi fin d'adesso nullo, irrito, ed invalido tutto ciò, che scientemente, o ignorantemente fosse per giudicarsi, o si tentasse di giudicare contro la forma, e disposizione del presente Nostro chirografo, quale vogliamo, che vaglia, e debba avere il suo pieno effetto, esecuzione, e vigore colla Nostra semplice sottoscrizione, ancorchè non vi sia stato chiamato, citato, nè sentito monsignor commissario della Nostra Camera, nè qualsivoglia altra persona, o corpi ancorchè privilegiati, e privilegiatissimi, che vi avessero, o pretendessero avervi interesse, e che per comprenderli fosse bisogno di farne menzione.

Derogatio contrariorum

§ 7. Non ostante la bolla di Pio IV. Nostro predecessore *de registrandis*, la regola della Nostra cancelleria *de jure quaesito non tollendo*, e qualunque altra costituzione, ed ordinazione apostolica Nostra, e de' Nostri predecessori, leggi, statuti, riforme, usi, stili, e consuetudini, e qualunque altra cosa, che facesse, e potesse fare in contrario; alle quali tutte e singole, avendone il di loro tenore qui per espresso, e registrato di parola, in parola, esupplendo Noi colla pienezza della Nostra suprema potestà ad ogni vizio, e difetto, che potesse intervenire per questa volta sola, ed all'effetto premesso amplamente, ed espressamente deroghiamo.

Dato dal Nostro palazzo apostolico Quirinale questo dì 5 aprile 1819.

PIUS PP. VII.

Executio chirographi

§ 8. Adesivamente pertanto ai voleri di sua Santità, contenuti nel preinserto chirografo, non meno che espressi a noi con l'oracolo della sua viva voce, e per l'autorità del nostro officio di camerlengato, ordiniamo ed espressamente comandiamo la rigorosa osservanza di tutte le disposizioni quivi prescritte, dichiarando che qualunque controvvenzione o mancanza sarà punita con tutta prontezza e severità, e che oltre l'emenda dei danni e indenizzazioni saranno i trasgressori multati di scudi cento da applicarsi a favore de'luoghi pii a noi soggetti e confidati. Quante volte però sinvi l'accusatore, che sarà tenuto segreto, riserbiamo a di lui favore la terza parte della sudetta multa.

Sanctio poenalis

§. 9. Avverta pertanto ciascuno, cui possono risguardare le presenti ordinazioni, sovrane di conformarvisi diligentemente, poichè affisse e pubblicate nei soliti luoghi di Roma, e segnatamente alla Ripa-Grande ed a Fiumicino, obbligherà chiunque, come se gli fossero personalmente intimate.

Dato in camera apostolica questo dì 19 aprile 1819.

B. CARD. PACCA camerlengo di S.C.

Domenico Attanasio uditore

Gioacchino Maria Farinetti seg, e canc. della R. C. A.

Die, mense, et anno quibus supra praesens edictum effixum, et publicatum fuit ad valvas curiae Innocentianae, in acie Campi Florae, ac in aliis locis solitis, et consuetis urbis per me Vincentium Benaglia apost. curs.

Felix Castellacci mag. curs.

DCCCVIII.

Dat die 5. maii 1819. Anno XX.

Suppressio abbatiarum in dioecesi Lucana, et erectio ex bonis earum duorum beneficiorum de libera collatione sanctae Sedis

Pius episcopus

Servus servorum Dei

Ad perpetuam rei memoriam

Ratio concessionis

§. 1 Humanarum rerum ea est incerta conditio, ut non raro accidere videamus, quod illa etiam, quae in Ecclesiae, ejusque ministrorum commoditatem fuerant con-

stituta gravibus identidem jacturis atque immutationibus obnoxia reperiantur. Hoc sane proxime superioribus annis evenisse intelleximus circa bina ecclesiastica beneficia, seu potius monasteria abbatias nuncupata, unum nempe sancti Hieronymi, atque alterum sancti Bartholomaei in dioecesi Lucana existentia, et actu per obitum bo: mem: Prosperi dum viveret, Sanctae Romanae Ecclesiae diaconi cardinalis Bottini nuncupati vacantia, quorum bona ob aerumnosas praeteritorum temporum circumstantias maxima ex parte fuerunt deperdita.

Tenor concessio

§. 2 Cum igitur bona, redditus, ac proventus insimul sumpti antedictorum duorum monasteriorum in praesentiarum annuam summam biscentum triginta circiter ducatorum auri de camera, ut accepimus, non excedant, atque onere moderno et pro tempore existenti rectori parochialis ecclesiae loci de Cantignano ejusdem dioecesis annuatim titulo congruae scuta centum, et quinquaginta libere solvendi praecipue sint gravati, ideo votis etiam obsecundando charissimae in Christo filiae Nostrae Mariae Aloisiae Lucae ducissae, Nos ex certa scientia ac matura deliberatione Nostris, deque apostolicae potestatis plenitudine statum, naturam, et essentiam supradictorum duorum monasteriorum perpetuo supprimimus, extinguimus, et annullamus, eisdemque sic suppressis, extinctis et annullatis, unum dumtaxat simplex beneficium sub invocatione sanctorum Hieronymi, et Bartholomaei a Nobis, et Romanis pontificibus successoribus Nostris semper, et quandocumquo prout de praedictis monasteriis pridem disponebatur, libere conferendum in ecclesia et ad altare ab infrascripto executore designandis de novo erigimus et instituimus, ipsique omnia, et singula supradicta bona, redditus, et proventus nunc extantia integre, ac perpetuo adsignamus, et applicamus, firmis tamen oneribus tam missarum quam memoratae congruae parochialis jam antea supradictis monasteriis incumbentibus, ac per primum futurum, et successivos dicti novi simplicis beneficii rectores fideliter adimplendis. Quocirca venerabili fratri Philippo archiepiscopo Lucano vigore praesentium committimus, et mandamus, ut sive per se, sive per aliam personam in ecclesiastica dignitate constitutam, praevia supradictorum duorum monasteriorum suppressione atque extinctione ad novi simplicis beneficii erectionem, et institutionem modo ac forma supra enunciatis, et non aliter apostolica sibi ad hoc specialiter delegata auctoritate procedat; Nos enim omnes, et singulas ad hunc effectum necessarias, et opportunas facultates eidem executori concedimus et impertimur.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 3 Decernentes hasce Nostras literas, et in eis contenta quaecumque etiam ex eo, quod quilibet forsan interesse habentes, seu habere praetendentes vocati et auditi non fuerint, ac praemissis minime consenserint, nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, vel intentionis Nostrae, seu quopiam alio defectu notari, impugnari, invalidari, rectractari, seu adversus illas quodcumque juris, vel facti, aut gratiae, vel justitiae remedium impetrari ullatenus unquam posse, sed eas semper, et perpetuo validas, efficaces existere et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis ad quos spectat, et pro tempore spectabit quomodolibet in futurum plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari, ac irritum et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 4 Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis monasteriis praedictis per Nos, ut praefertur, suppressis in contrarium praemissorum quomodolibet forsan concessis; quibus omnibus, et singulis illorum tenores praesentibus pro plene, et sufficienter expressis habentes illis alias in suo robore permansuris latissime, et plenissime ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque.

Sanctio poenalis.

§. 5. Nulli ergo omnino hominum liceat paginam hanc Nostrarum suppressionis, extinctionis, annullationis, erectionis, institutionis, assignationis, applicationis, commissionis, mandati, facultatis, impartitionis, decreti, derogationis, et voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire; si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Romae, apud sanctam Mariam Majorem, anno incarnationis Dominicae millesimo octingentesimo decimo nono, kalendis maii, pontificatus Nostri anno vicesimo.

DCCCLIX

Dat. die 7 maii 1819 Anno XX

Confirmatio nonnullarum permutationum bonorum initarum inter archiepiscopalem mensam Lucanam, et gubernium ejusdem ducatus.

Venerabili fratri
Archiepiscopo Lucano

Pius PP. VII.

Venerabilis frater,
Salutem, et apostolicam benedictionem.

Expositio precum.

§. 1. Nuper Nobis carissimae in Christo filiae Nostrae Mariae Aloisiae Hispaniarum infantis, et ducissae Lucanae expositum est, diversis temporibus, diversisque contractibus nonnullas bonorum ad istam archiepiscopalem mensam spectantium permutationes inter te, et praeteritum Lucanum gubernium pro ampliatione villae Marlia nuncupatae factas fuisse. Primus hujusmodi cessionis contractus, ut Nobis relatum est, partem praedii la Chiusa nuncupati, et bona Orsetti pro compensatione eidem mensae a gubernio assignata respiciens, per instrumentum publicum anno MDCCCVI., opportunis ad id impetratis apostolicis facultatibus, fuit firmatus: secundus dein anno MDCCCVIII. locum habuit per istrumentum pariter publicum, cujus vigore pro quadam aquae quantitate a te concessa, annuam responsionem decem mensurarum vulgo *staja* frumenti gubernium praedictum tibi spopondit, quam licet aliquandiu tibi rependerit, tractu tamen temporis in assignationem super publici aeris alieni librum commutavit; praeterea anno MDCCCXI inita verbali conventione domum, pomarium, et locum Chiusa villae Marlia nuncupatae ad mensam praedictam spectantia, vita tua naturali durante, memorato gubernio concessisti, a quo tibi annua assignatio librarum Italicarum mille bis centum una cum usu fructu villae Rossi facta fuit, ot tandem anno MDCCCXII cessis a te verbali pariter conventione quibusdam mensae praedictae dominiis, idem gubernium annuam summam librarum Italicarum mille quadringentarum triginta quatuor, et 31 tibi ad vitam pariter attribuit. Praelaudata vero ducissa pro eo, quo praestat religionis studio, suae conscientiae securitati, ac mensae praedictae stabili redintegrationi consulere desiderans Nobis humiliter supplicari fecit, ut apostolica auctoritate Nostra in praemissis opportune providere, dignaremur. Nos priusquam super hac re deliberaremus sensum tuum super his omnibus exquisivimus, ac ex tuis responsionibus intelleximus, te satis tutum judicare istius archiepiscopalis mensae interesse circa ea bona, quae eidem ex permutatione per contractum die tertia decembris anni MDCCCVI rogatum cesserunt, quoad caeteros vero contractus exoptare, pro compensatione bonorum mensae praedictae villam de Guinigis juxta pretium a peritis designandum in proprietatem obtinere; cumque praelaudata ducissa desiderio hujusmodi tuo adimplendo consenserit.

Tenor concessionis.

§. 2. Nos utriusque votis satisfacere volentes, primum permutationis contractum die tertia decembris anni MDCCCVI ut prefertur, rogatum ratum habentes, et quatenus opus sit, apostolica auctoritate Nostra confirmantes, fraternitati tuae per praesentes committimus et mandamus, ut constito tibi de evidenti mensae istius archiepiscopalis utilitate, praevio peritorum judicio ab utraque contrahentium parte, tuo videlicet et praefatae ducissae de communi consensu eligendorum, procedere facias ad aestimationem tam bonorum ad mensam archiepiscopalem spectantium, et ad usum fructum, tua vita naturali durante concessorum, pro auctione villae nuncupatae Marlia ad ducissam memoratam pertinentium, quam etiam alterius villae modo pertinentis ad familiam Guinigi in loco nuncupato s. Colombano valore eorumdem bonorum, nec non villae anteadictae signanter expresso, et annuis fructibus, qui iidem periti insuper distincte explicabunt qualitates, et valorem restaurationum, quibus dicta villa Guinigi indigeat; hisce editis peritorum relationibus, et quatenus utrique parti ex contrahentibus videantur esse juri, et aequitati consentanee, et a vobis acceptentur, cures, ut memorata villa Guinigi ab omni onere, sive ex testamento, sive ex aliquo contractu promanante sit libera, et pars cedens suo aere, suisque sumptibus eamdem redimat, subindeque tibi tantam pecuniarum quantitatem subministret, quantam praedicti periti retulerint esse necessariam pro reparationibus perficiendis, quibus eadem villa indiget, ac facta demum ex utraque parte peraequatione fundorum permutandorum pretii, ita tamen, ut ille ex vobis contrahentibus, qui plus accepisse constiterit, reddat alteri vel in pecunia numerata, vel in bonis stabilibus, ac pro hujusmodi effectu, facultates necessarias, et opportunas fraternitati tuae tribuimus, et impertimur, ad hoc ut ad permutationis enunciatae contractum perpetuo valiturum devenias, et publico instrumento perficias, ac stipuleris.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 3. Decernentes has praesentes literas firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis ad quos spectat et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari: sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 4. Non obstantibus fel: rec: Pauli II. ac aliorum Romanorum pontificum praedecessorum Nostrorum de rebus ecclesiasticis non alienandis, caeterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die septima maii millesimo octingentesimo decimo nono, pontificatus Nostri anno vicesimo.

DCCCLX.

Dat. die 25 maii 1819 Anno XX

Distributio bonorum olim spectantium ad nonnullas extinctas confraternitates dioecesis Carferonianae in territorio Mutinensi, in solamen paroeciarum ejusdem dioecesis.

Venerabili fratri
Archiepiscopo Lucano

Pius PP. VII.

Venerabilis frater
Salutem et apostolicam benedictionem.

Expositio precum.

§. 1 Exponi Nobis nuper fecit dilectus filius modernus istius archiepiscopalis curiae fiscalis, quod cum in illa tuae dioecesis parte, quae Carferoniana dicitur, dilectissimo in Christo filio Nostro duci Mutinensi in temporalibus subjecta tres, et quadraginta ibi existentes parochi ob praebendarum parochialium tenuitatem tanta laborant inopia, ut vix, aut ne vix quidem subsistere valeant, nulla melior suppetit ratio ad eorum indigentiis consulendum, quam aequa distributio inter ipsos, et perpetua adsignatio stabilium bonorum ad extinctas confraternitates illius territorii spectantium, et ex superioribus notissimis procellis, et inundationibus adhuc remanentium in summa nongentorum trium circiter scutorum Romanae monetae pro uniuscujusque paroeciae ubicatione, exitu, introitu, redditum deficentia, et respectivis statibus activo, et passivo juxta tabulam a te, ut asseritur, adprobatam Nobisque exhibitam facienda. Ne autem eadem regio spirituali confraternitatum auxilio etiem in futurum destituta remaneat, residuos bonorum confraternitatum fructus ad annum usque MDCCCXVI decursos minime vero perceptos pro dote, et in dotem confraternitatis in unaquaque parochiali ecclesia ibidem restituendae, quae dos (si hujusmodi fructus integre percipientur) summam pro singulis quadraginta tribus confraternitatibus ducentorum undecim scutorum ejusdem monetae distribui aequaliter, et in perpetuum converti posse, ac tandem perpetua missarum onera, extinctis confraternitatibus injuncta in abbatiali ecclesia Castrinovi illius territorii primaria, et a majore christifidelium numero frequentata expleri, et celebrari pariter posse plurimum desiderat. Nobis propterea humiliter supplicari fecit, ut dictis ecclesiis in praemissis opportuna providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis.

§. 2. Nos igitur dictos parochos specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo et quacumque de causa latis si quas forte incurrerit, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus hujusmodi inclinati, referente dilecto filio magistro Ioanne Francisco Falzacappa congregationis venerabilium fratrum Nostrorum Sanctae Romanae Ecclesiae cardinalium concilii Tridentini interpetrum secretario, attentisque desuper accuratis relationibus tuis, et peculiaribus circumstantiis, fraternitati tuae per praesentes committimus, et mandamus, ut veris existentibus narratis, memoratam bonorum assignationem, et repartitionem in tabula expressa cum aliqua etiam immutatione, quae tibi in distribuendo opportuna magis in Domino videbitur, auctoritate Nostra apostolica pro tuo arbitrio, et conscientia gratis adprobes, confirmes, et in perpetuum respective applices juxta petita etiam in reliquis,

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 3. Decernentes, ipsas praesentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissimo suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari: sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores judicari,

et definiri debere, ac irritum et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum. §. 4. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non quatenus opus sit, dictarum confraternitatum etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis, sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis: quibus omnibus, et singulis illorum tenores praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes illis alias in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem, sub annulo piscatoris, die undecima maii millesimo octingentesimo decimo nono, pontificatus Nostri anno vicesimo.

DCCCLXI

Dat. die 26 maii 1819 Anno XX

Commutatio ecclesiastici beneficii sub invocatione sancti Clementis erecti in ecclesia parochiali sancti Petri civitatis Anconae, et de jure patronatus familiae Leonori ejusdem civitatis, in pium legatum missarum.

Venerabili fratri
Episcopo Anconitano

Pius PP. VII.

Venerabilis frater
Salutem, et apostolicam benedictionem.

Expositio precum. §. 1. Exponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii Andreas, et Livius fratres Fabretti, ac Philippus, et Ioannes Baptista fratres Leonori Senogalliensis dioecesis, se alias ab hac s. Sede, prout asseritur, attentis peculiaribus necessitatibus utriusque familiae indultum retinendi in administrationem ad decennium beneficium quoddam simplex sub invocatione sancti Clementis in parochiali ecclesia sancti Petri istius Anconitanae civitatis vel dioecesis erectum, et ad laicalem eorum patronatum, prout asseritur, pertinens, illiusque fructus, adimpletis oneribus, et persoluta annua pensione scutatorum quadraginta duorum super ejusdem beneficii fructibus reservata, et vigore transactionis assignata a praedictis exponentibus, et auctoritate Nostra apostolica confirmata, favore dilecti filii Aloisii canonici Cadolini istius Anconitanae dioecesis, in eorum usus, et utilitatem convertendi impetrasse, timentes praedicti exponentes ne, post elapsum decennium praedictum, inter memoratas familias, quae pluribus abundant individuis vulgo Colonnelli, et unusquisque eorum alias numerat personas, quibus jura passivae nominationis spectare possent, denuo exardescant lites, quae plurimo essent eisdem detrimento; pro bono itaque pacis, et pro stabili adjumento memoratarum familiarum beneficium praedictum in pium legatum per Nos converti summopere desiderant. Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut in praemissis opportune providere, ot ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis. §. 2. Nos igitur dictos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore consentes, supplicationibus hujusmodi inclinati, attenta relatione tua super praemissis Nobis transmissa, fraternitati tuae per praesentes committimus et mandamus, ut praevia assignatione, et sejunctione tua bonorum dicti beneficii, quot sufficere possunt pro onerum satisfactione, et manutentione cappellae sub invocatione sancti Clementis erectae, quae una cum oneribus praedictis ecclesiae sancti Petri ubi cappella existit, perpetuo assignabis, ac firma remanente hypotheca super universis residuis bonis praedicti beneficii pro tuta solutione pensionis scutatorum quadraginta duorum favore memorati canonici Aloisii Cadolini ad formam transactionis, beneficium praedictum in pium legatum auctoritate Nostra apostolica convertas, et alia bona, sejunctis arbitrio tuo sejungendis pro satisfactione praedictorum onerum, aliisque conditionibus, ut supra expressis, libera declares.

Derogatio contrariorum. §. 3. Non obstantibus fel. rec. Benedicti pp. XIV. praedecessoris Nostri super divisione materiarum, aliisque apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque, ac synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, nec non lege fundationis etiam juramento, confirmatione apostolica vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus,

privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibuscumque etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae, apud sanctam Mariam Majorem, sub annulo piscatoris, die vicesima sexta maii, millesimo octingesimo decimo nono, pontificatus Nostri anno vicesimo.

DCCCLXII.

Dat. die 4 junii 1819 Anno XX.

Allocutio habita in consistorio diei 4 junii 1819. super creatione cardinalis Ridolphi Austriae archiducis, et episcopi Olomucensis.

Venerabiles fratres

Quam dilectissimus in Christo filius Noster Rudolphus Austriae archidux, quem modo Olomucensem archiepiscopum renuntiavimus, de se opinionem Nobis indidisset, jam inde ab anno millesimo octingentesimo quinto vobis hoc ipso ex loco, venerabiles fratres, declaravimus. Etsi enim ferendo episcopali oneri minus ob aetatem aptus tunc videretur, eum tamen idoneum fecimus, qui Olomucensis archiepiscopi coadjutor fieret, et successor: tantum in illius virtutibus fiduciae Nobis erat. Ab eo autem tempore religionis, ac pietatis studia nunquam ab eo fuisse intermissa indo etiam liquido apparet, quod el. mem. Mariao Thaddaeo Trautmansdorff Olomucensi archiepiscopo, et S. R. E. cardinali e vivis erepto, capitulum Olomucense cunctis suffragiis, omniumque plausu Rudolphum archiducem sibi archiepiscopum a Nobis postulaverit. Haec cum ita se habeant, dubitare nullo modo possumus quin optimus princeps, illustria majorum suorum vestigia persequens, similis in archiepiscopatu gerendo praeclarissimo illi Andreae futurus sit, quem cardinalitia dignitate a Gregorio XIII. auctum, et omnimoda pietate florentem, Sixtus V. Constantiensi, Gregorius autem XIV. Brixinensi ecclesiae praefecit, quique Romam veniens, et Quirinalibus hisce aedibus a Clemente VIII. honorifice exceptus, insignia virtutum exempla urbi reliquit. Nos igitur Rudolphum Caesareo genere, episcopali dignitate, virtutum fama gentili suo Andreae parem, amplissimo collegio vestro hac ipsa die duximus adscribendum, ut iis, quorum decora aequalia sunt, aequales etiam honores ab apostolica Sede deferantur. Sacra, qua eum decorabimus purpura, acriores certe stimulos ipsi addet ad catholicam religionem ab inimicorum ausibus, calumniisque vindicandam, atque ad creditum sibi gregem summo studio, summaque vigilantia custodiendum. Carissimo insuper in Christo filio Nostro Francisco Austriae imperatori, cujus praesentia recreamur, jucundum, gratumque accidet novum benevolentiae erga ipsum, et augustissimam ejus domum Nostrae testimonium, quod in solemni hoc loco, vobis adstantibus, et plaudentibus, intimo cum animi Nostri gaudio ei coram exhibemus.

Quid vobis videtur ?

Auctoritate omnipotentis Dei, sanctorum apostolorum Petri et Pauli, ac Nostra, creamus et declaramus S. R. E. presbyterum cardinalem Rudolphum ex archiducibus Austriae archiepiscopum Olomucensem electum cum dispensationibus, derogationibus, et clausulis necessariis, et opportunis, eique committimus in forma ecclesiam s. Petri in Monte Aureo in titulum, et una cum bireto, annulum, et galerum rubrum quamprimum transmitti mandamus.

In Nomine Patris ✠ et Filii ✠ et Spiritus ✠ Sancti Amen.

DCCCLXIII.

Confirmatio conventionis initae inter sindacum civitatis Ianuensis, et priorem ecclesiae parochialis sancti Theodori, super cessione monasterii olim pertinentis ad canonicos regulares sancti Augustini ejusdem civitatis. Dat. die 4 junii 1819 Anno XX.

Venerabili fratri
Archiepiscopo Ianuensi

Pius PP. VII.

Venerabilis frater
Salutem, et apostolicam benedictionem.

§. 1. Exponi Nobis nuper fecit dilectus filius syndicus primae classis nomine etiam aliorum syndicorum civitatis Ianuensis, quod, cum pro faciliori transitu Expositio precum.

mercium, quae ex porta Lanterna appellata in occidentali parte ejusdem civitatis sita Lombardiam, Pedemontium, Galliamque versus asportantur, et inde eo proveniunt jam a civica administratione, jubente rege, ampliata notabilitor sit via in spatio ejusdem inter ecclesiam sancti Benedicti et hospitium sancti Lazari, pro felici tamen, et optato hujusce ampliationis progressu, et minori, quo fieri potest, detrimento, inter nonnulla consilia, quae perfici possunt, illud proponitur, ut nova via transferatur in locum cujusdam derelicti monasterii finitimi parochiali ecclesiae sancti Theodori, ubi olim degebant canonici regulares sancti Augustini, ac proinde necesse est, ut aliqua pars ejusdem monasterii destruatur. Ne autem cum detrimento ecclesiae hoc opus perficiatur, inita fuit, sub spe apostolici indulti, conventio inter syndicum praedictum nomine civitatis, et modernum dictae ecclesiae parochialis priorem, ac de communi consensu electi fuerunt duo periti, qui de opportuna demolitione, damni compensatione, ac necessaria restaurantione reliquae fabricae retulerunt, ut sequitur.

Tenor concordiae. §. 2. Mille ottocento diecianove ventitre aprile. Noi sottoscritti periti eletti per estimare la porzione di convento di s. Teodoro che nel progetto di una nuova strada dovrebbe essere demolito ci siamo portati in detto sito, ed abbiamo col disegno di tale strada conosciuto; che la misura di circa diecissette metri di larghezza traverserebbe diagonalmente ilconvento medemo; ma che la chiesa suddeta resterebbe in piedi, e che una picciola porzione di sito verso la casa del signor Casabona rimarrebbe dal lato opposto al convento.

Descriptio locorum cessorum. §. 3. I siti perduti sarebbero nel piano terraneo verso la piazza due fondi e porzione d'altra, a Tramontana andito refettorio, cucina, dispensa, e cantina. Nel primo piano verso la piazza corridojo, tre stanze, e porzione d'altra, e a Tramontana cucinetta, dispensa o tre stanze all'incirca. Nel secondo piano, è ultimo i siti corrispondenti consistenti in corridoj, e circa otto stanze; inoltre si è pure rimarcato, che dalla parte di Genova verrebbe ad essere occupata una porzione di giardino.

Aestimatio dictorum bonorum. §. 4. Fatta considerazione a tali siti, alla situazione dei medemi siamo di sentimento, che il loro netto valore compreso il giardino si debba considerare di lire di Genova F. B. novemila sive L. 9000 sottomettendo però la città, che intraprenderebbe tale lavoro alle seguenti condizioni, e spese.

De conservatione partis ad usum conventus. §. 5. I. Di conservare l'attuale cisterna per servire i siti di tale convento, che simarebbero intatti, e fare le spese necessarie de' canali ed altro per alimentarla coll'acqua del tetto della chiesa di Tramontana, e farla giuocare per tale uso nelle parte, che rimane in piedi de' siti verso la chiesa.

De novis operibus construendis pro conservatione conventus. §. 6. II. Formare le necessarie muraglie di facciata per chiudere il restante convento, tanto quello dal lato della chiesa, quanto la piccola porzione di sito, che resterebbe dalla parte del signor Casabona, e a questa fare la scaletta per ascendere, ed in tutti li siti ponendo quello porte e finestre, e ferriate, che saranno necessarie per la regolarità, e comodo di tale convento, e siti, come pure di fare il muro di clausura al giardino, che non resterà occupato dalla nuova strada.

De extractione coquinae ad usum parochiorum. §. 7. III. Fare pure in quel sito, che sarà giudicato conveniente la cucina per uso dell'appartamento del reverendo parroco, e quella per li siti de' curati.

De nova principali janua aperienda. §. 8. IV. Nella nuova facciata di tale convento a piano della nuova strada fare una porta principale d'entrata, ed internamente una scala coperta per discendere al piano terraneo del loggiato.

De veteris ingressus conservatione. §. 9. V. L'attuale porteria sarà conservata per quanto sarà possibile, affinchè dalla piazza della chiesa, si possa entrare in detto loggiato, e alla sacrestia.

De novo discensu ad plateam extruendo. §. 10. VI. Sarà pure praticata una rampa, che dalla nuova strada discenda a detta piazza più commoda, che sarà possibile, ed anche una scala se così si stimasse conveniente.

De ferreis cancellis parocho cedendis. §. 11. VII. Le ferriate, che sono alle finestre del refettorio saranno consegnate al reverendo parroco per porle in suoi siti di tale convento, che stimerà opportuno.

De peritia redigenda pro norma laboreriorum extruendorum. §. 12. VIII. Nel caso che nella presente perizia non fossero distintamente spiegati tutti i lavori necessari a rimettere i siti di tal convento in uno stato decente, e servibile da guastarsi per talu strada, s'intenda, che tutti debbansi fare a spese della città = Genova 1819. 23 aprile = L'architetti dell'illmo corpo di città per parte dell'illmo sig. Girolamo Cattaneo sindaco di 1. classe = Carlo Barabino = Ippolito Cremona architetto, e perito eletto dall'illmo abb. parroco di s. Teodoro.

Noi sindaco di I. classe della città di Genova certifichiamo vere le sovra opposte firme degli architetto Carlo Barabino, ed Ippolito Cremona - Genova 19. mag. 1819. Il sindaco di I. classe L. † S. G. Cattaneo.

Tenor petiti Prior praedictus praeinsertao pe-

ritiae, ac in illa contentis et expressis conditionibus alias addere pro ecclesiae ac suurum successorum utilitate, existimavit, tenoris videlicet = Considerata da me sottoscritto la perizia stata fatta dagli architetti Barabino, e Cremona riguardante la demolizione di porzione di convento di s. Teodoro per il transito di una nuova strada, sono di sentimento, che alla perizia suddetta ed alle condizioni apposto alla medesima vi siano aggiunte le seguenti.

I. Che l'attuale porteria di tale convento, ed il passo all'orchestra sia conservato.

II. Che resti provveduto d'acqua tanto li siti che si conserveranno di tale convento verso la chiesa, quanto quelli che resteranno dall'altra parte, e ciò o con la vecchia, o con una nuova cisterna a giudizio del perito, che per tale oggetto sarà da me fissato, como pure che sieno formate le necessarie latrine per gli usi de'medesimi siti.

III. Che nell'esecuzione dei lavori, si abbia la necessaria avvertenza di fare prima di tutto le cose più necessarie, e chiudere al più presto il sito che rimane, affinchè non resti aperto.

IV. Che vi sia la necessaria cautela per il pagamento del detto locale.

V. E finalmente che si pensi prima di tutto a munirsi delle debit o permissioni

Aggiunte queste condizioni, io mi protesto di non avere nulla in contrario al progetto di detta nuova strada = Giovanni Battista Gallo priore di s. Teodoro = Noi sindaco di prima classe della città di Genova certifichiamo vera la stima esposta di sopra del revrño Giovan Battista Gallo priore di s. Teodoro in questa città di Genova li 19 maggio 1819 = † Il sindaco di prime classe Girolamo Cattaneo =

Confirmatio apostolica. §. 14. Memoratus syndicus nomine ejusdem civitatis supra expressis et insertis omnibus, et singulis conditionibus, et obligationibus satisfacere promittens, opportunas facultates pro narratorum executione humiliter a Nobis expostulat. Nos igitur dictum exponentem, ac singulares personas, quibus praesentes Nostrae literae favent, specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes supplicationibus hujusmodi inclinati, fraternitati tuae per praesentes committimus et mandamus, ut constito tibi de narratis, et adhibitis necessariis cautionibus pro exacto adimplemento promissorum, syndico memorato facultates necessarias, et opportunas pro demolitione partis monasterii praedicti juxta praeinsertam peritiam, auctoritate Nostra apostolica tribuas atque concedas.

Derogatio contrariorum. §. 15. Non obstantibus apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, nec non dicti monasterii, et ecclesiae parochialis etiam juramento, confirmatione apostolica vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere vel in specie, ac aliis in contrarium qaomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores praesentibus, pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem, sub annulo piscatoris die quarta junii, millesimo octingentesimo decimo nono, pontificatus Nostri anno vicesimo.

DCCCLXIV.

Dat. die 8 junii 1819 Anno XX

Confirmatio conventionis initae a repraesentantibus terrae nuncupatae di Gatteo dioecesis Caesenatensis, et marchionem Ferdinandum di Bagno super concessione ecclesiae sancti Laurentii pro erectione oratorii sub titulo beatae Mariae virginis de Populo.

Venerabili fratri
Episcopo Caesenatensi

Pius PP. VII.

Venerabilis frater
Salutem, et apostolicam benedictionem.

Expositio precum. §. 1. Expositum Nobis nuper fuit nomine dilecti filii Pauli Milani archipresbyteri terrae di Gatteo nuncupatae istius Caesenatensis dioecesis, quod cum sua parochialis ecclesia sancti Laurentii diruta, angusta, et insalubri, ac incommodo in

loco sita sit, ipse statim ac ad illam rite, prout asseritur, assumptus fuit, ac dilecti filii publici repreesentantes dictae terrae de communi illius populi utilitate sollicili usque ab anno MDCCCII tunc existenti episcopo Caesenatensi supplicarunt, ut paraeciam praedictam ex memorata ecclesia sancti Laurentii ad oratorinm publicum sub titulo beatae Mariae de Populo erectum transferre dignaretur; quibus votis vigore rescripti annuere non dubitavit; ast, cum oratorium praedictum, vi asserti jurispatronatus ad dilectum filium marchionem Ferdinandum di Bagno pertineret, translatio praedicta ob nonnullas obortas difficultates hucusque perfecta non fuit, nunc autem, patroni consensu o praedicto archipresbytero impetrato, conventio inter eos inite fuit, tenoris ut sequitur.

Tenor concordiae.

§. 2. Appuntamenti proposti il dì 28 ottobre 1815 in Gatteo, e confermati dal sottoscritto in Mantova il dì 15 dicembre 1818. = Cederà il sig. marchese Ferdinando di Bagno al sig. arciprete Milani di Gatteo (quelora si obblighi ex persona propria, ed anche per li suoi successori colle debite forme all' assunzione delle infrascritte condizioni) qualunque suo diritto che possa avere sulla chiesa della beata Vergine del Popolo.

De conservatione lapidum probantium directum dominium familiae di Bagno.

§. 3. I. Non potrà rimuovere dalla sua situazione lapidi, o monumento probante il diretto dominio della casa di Bagno in questa chiesa.

De tribunis erigendis in commodum ipsius familiae.

§. 4. II. Si formeranno e manterranno a spese del signore arciprete e suoi successori due gabinetti ossiano tribune nel luogo ove presentemente esistono i banchi di casa di Bagno oppure in altro luogo, che verrà stabilito da persona delegata dal suddetto sig. marchese di Bagno per comodo delle medesima in qualunque tempo, al quale effetto resteranno le chiavi della porta decentemente situata in mano di chi sarà delegato dalle medesima riportando le iscrizioni che ora sono su i banconi ove si crederà più opportuno.

De erectione oratorii ad usum ipsius familiae.

§. 5. III. Verrà pure eretto a spese come sopra un oratorio per comodo della famiglia di Bagno con quella distinzione di luogo per i banchi di detta casa, ora esistenti nelle parrocchiale di s. Lorenzo, e diritto per ingresso e situazione che vorrà stabilita dal suddetto sig. marchese, e suoi delegati, lasciandogli quella dote necessaria per il pubblico culto.

De jure consequendi sepulchrum in eadem ecclesia.

§. 6. IV. Intende altresì il sig. marchese suddetto di ritenere per se e suoi eredi il diritto del sepolcro nella presente chiesa della beata vergine del Popolo, come in correspettività del valore della chiesa ceduta (qual valore, come da perizia fatta dal sig. Giuseppe Galeffi publico perito ascende alla somma di scudi romani 2500 circa) si dovranno annualmente celebrare a carico dell' arciprete pro tempore nell' oratorio da erigersi messe numero tre per l' anime de' defunti della famiglia Bagno.

Cessionis pacta correspectiva.

§. 7. V. In vista di questa cessione, e condizioni da eseguirsi entro l'anno 1824 non intende il sig. marchese di Bagno di garantire cosa alcuna, nè di assumere in se qualunque molestie fosse mai da qualunque parte promossa su detta cessione.

De dotatione ecclesiae.

§. 8. VI. A schiarimento del numero tre resta stabilito tra lo parti che la dote necessarie del publico culto verrà fissata ed assegnata dal sig. arciprete Milani, qual dote consisterà in numero ventotto messe annue, tre delle quali dovranno essere applicate in perpetuo per i defunti di casa Bagno come al numero quattro. Le altre poi saranno quelle segnate in tabella spettanti all' arciprete pro tempore, quali dovranno distribuirsi fra l' anno, e segnatamente in tempo di permanenza in questa parrocchia della suddetta eccma famiglia Bagno per comodo della medesima; come anche resta obbligato il sud. sig. arciprete, e suoi successori per la manutenzione dell' occorrente per la suddetta officiatura.

De obligatione servandi conventionem porrigenda etiam ad successores in regimine paroeciae.

§. 9. VII. All' esecuzione delle cose qui sopra convenute resta obbligato non solo ex persona propria il parroco odierno signor p. Milani, ma avendo molte delle assunte obbligazioni un tratto successivo lo saranno per queste e per le altre tutte parimente obbligati i parrochi della chiesa di Gatteo, al qual fine dovrà esso sig. arciprete Milani fare tutti i passi necessarj onde restino a tutto ciò obbligati li suoi successori, implorandone l'approvazione delle superiori autorità.

De cessione areae ecclesiae sancti Laurentii, et domus adnexae, in ampliationem publicae plateae.

§. 10. VIII. Si obbligherà altresì il sig. arciprete Milani non tanto ex persona propria, quanto per li suoi successori di atterrare entro l' anno 1821 la chiesa di s. Lorenzo, e l' intiera vecchia annessa casa parrocchiale, lasciando tutte l' area non occupata da questi fabbricati ad aumento della pubblica piezza, senza che mai possa esser chiusa in veruna maniera = C. Ferdinando de' conti Guidi di Bagno= C. Paolo Milani arciprete di Gatteo accetto le soprndette condizioni =

Confirmatio apostolica.

§. 11. Ut autem hujusmodi conventio firmius subsistat, summque sortiatur effectum, et a successoribus in paroeciam praedictam inviolabiliter observetur, per Nos eam confirmari summopere desiderat. Nobis propterea humiliter supplicari fecit, ut in praemissis opportune providere, et

ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur dictum exponentem, ac singulares personas quibus praesentes Nostrae literae favent specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus hujusmodi inclinati, attenta favorabili relationa tua super praemissis Nobis transmissa, fraternitati tuae per praesentes committimus, ut si id in Domino expedire censueris, tam praedictam conventionem, quam alias particulares obligationes ab archipresbytero praedicto penes te, prout asseritur, emissas, ac alia, quae pro hujusmodi translatione duxeris necessaria, dummodo ecclesiae et successoribus sint utilia, auctoritate Nostra apostolica confirmes, ac rata, et valida omnia declares.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 12. Decernentes has praesentes literas firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac praedicto archipresbytero, illiusque successoribus plenissime suffragari: sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum

§. 13. Non obstantibus, quatenus opus sit, fel. rec: Benedicti pp. XIV. praedecessoris Nostri super divisione materiarum, aliisque apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, nec non dictae ecclesiae, et oratorii etiam juramento confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores praesentibus pro pleno, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes illis alias in suo robore permansuris ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem, sub annulo piscatoris, die octava junii millesimo octingentesimo decimo nono, pontificatus Nostri anno vicesimo.

DCCCLXV.

Erectio ecclesiae matricis sancti Jacobi villae de Bilbao Calaguritanae dioecesis in basilicam minorem cum gratiis, privilegiis, et praeeminentiis, quibus aliae similes utuntur.

Dat. die 11 junii 1819 Anno XX.

Pius PP. VII

Ad perpetuam rei memoriam

Proemium

§. 1. In summo apostolatus apice meritis licet imparibus constituti, ad ecclesiarum omnium statum quarum Nobis a Domino commissa est cura propensis studiis animum jugiter intendimus, illarumque bonorificentiae et splendori, prout rationi consentaneum videtur, libenter consulimus.

Expositio precum.

§. 2. Expositum siquidem Nobis nuper fuit nomine carissimi in Christo filii Nostri Ferdinandi Hispaniarum regis catholici, quod divinus cultus, fideliumque devotio majora incrementa susciperet, si matrix ecclesia sancti Jacobi apostoli villae de Bilbao, et paroeciarum illi unitarum, Calaguritanae dioecesis, ubi dilectus filius Noster Franciscus Antonius Sanctae Romanae Ecclesiae presbyter cardinalis de Gardoqui nuncupatus sacro baptismi lavacro regeneratus fuit, in basilicam per Nos erigatur. Nobis propterea ejusdem majestatis suae nomine supplicatum humiliter fuit, ut in praemissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis.

§. 3. Nos igitur ejusdem regis piis votis, quantum cum Domino possumus annuere volentes hujusmodi supplicationibus inclinati eamdem matricem ecclesiam in basilicam minorem cum omnibus et singulis privilegiis, gratiis, praeeminentiis, exemptionibus, et indultis, quibus aliae ecclesiae basilicae minores hujusmodi quomodolibet utuntur, fruuntur, et gaudent, ac uti, frui, et gaudere poterunt in futurum, auctoritate apostolica tenore praesentium erigimus, ac talem ex nunc perpetuo esse, et fore statuimus, eamdemque ecclesiam basilicam nuncupari, et haberi volumus.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 4. Decernentes has praesentes literas, firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere, ac illis ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari: sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari:

Derogatio contrariorum.

§. 5. Non obstantibus quatenus opus sit, fel. rec. Benedicti pp. XIV praedecessoris Nostri super divisione materiarum, aliisque apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris, die undecima junii, millesimo octingentesimo decimo nono, pontificatus Nostri anno vicesimo.

DCCCLXVI.

Dat. die 15 junii 1819 Anno XX

Erectio collegiatae in ecclesia matrici oppidi Augustae, vulgo Agosta dioecesis Syracusanae.

Venerabili fratri episcopo Syracusano

Pius PP. VII.

Venerabilis frater
Salutem, et apostolicam benedictionem.

Expositio precum.

§. 1. Exponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii Francisco Catalano parochus matricis ecclesiae, aliique de clero, magistratus, et populus oppidi civitatis nuncupatae Augustae, vulgo Agosta, istius Syracusanae dioecesis, quod oppidum praedictum maritimum, unum ex Siciliae propugnaculis, in ambitu suo satis amplum, populi frequentia ac nobilium familiarum splendore conspicuum, rerumque ad humanae vitae usum necessariarum copia est abunde refertum. In eo nonnulla diversorum ordinum regularium coenobia, ac monialium monasteria, orphanotrophium, xenodochium extant erecta. Praeter parochialem ecclesiam sancti Sebastiani martyris, plures aliae numerantur ecclesiae quas inter parochialis ac matrix ecclesia assumptioni beatae Mariae virginis sacra, amplitudine, magnificentia, ornatu, sacrarum supellectilium abundantia primum obtinet locum. Duobus fermn ab hinc saeculis cives Augustani in praedicta matrice ecclesia collegiatam erigere excogitarunt, ac proinde anno 1661 b. m. Vincentia Casapura fundatrix duarum cappellaniarum cum dote unciarum annualium viginti quatuor monetae Siculae per acta notarii Caroli Romeo Augustae die trigesima prima decembris mandavit, ut illico cessaret missarum celebratio, et dotes cappellaniarum in praebendas canonicales converterentur statim, ac praedicta ecclesia in collegiatam erigeretur. Praeterea eadem Vincentia in ultima sua testamentaria dispositione omnia sua bona donavit, et reliquit tot cappellanis choralibus, quot eligi possent ex fructibus illorum praefixo stipendio unciarum Sicularum duodecim unicuique eorum, qui horas canonicas alternatim in choro matricis ecclesiae praedictae quotidie recitarent, et divino altaris sacrificio assisterent, quae pia voluntas acceptata, et confirmata fuit a tunc temporis episcopo Syracusano bo. m. Joanne Capobianco. Cives alii hujusmodi exemplum sectantes saeculo transacto certam dotationem pro dignitatibus et canonicis collegiatae erigendae assignarunt; sed cum nec dos, nec numerus sufficiens pro erigenda collegiata haberetur, sacerdotes a fundatoribus electi superpelliceo tantum induti absque titulo ecclesiae inserviebant, et horas canonicas recitabant; nunc autem dotationibus, et choralium numero adauctis, praedicti exponentes ad augendum divinum cultum, et religionis zelum in clero, ad confovendam pietatem in illis habitatoribus, praedictam matricem ecclesiam collegiatae insignis titulo et praerogativis adnexis per Nos decorari summopere desiderant, ita ut capitulum ex quatuor dignitatibus, quarum prima sit archipresbyter, secunda cantor, tertia thesaurarius, quarta decanus, nec non ex duodecim canonicis constet, admissa in casu vacationis lege optionis etiam ad dignitates praedictas excepta prima archipresbyteratus, quae semper conferenda est sub antiqua lege concursus, prout etiam conferendus est per concursum duodecimus canonicatus ab episcopo pro tempore juxta legem fundationis, seu conventionis licet, patroni jus habeant juxta piam institutionem ad particulares quasdam praebendas sive dignitatum, sive canonicatuum, hac prima nihilominus vice de eorum etiam consensu nominantur ordine infradicendo, reservato tamen jure nominationis et praesentationis in posterum patronis legitimis in casu vacationis vel dignitatum

vel canonicatuum de asserto jurepatronatus, dummodo nominatus, vigore legis optionis, ultimum obtineat locum. Nunc nominati, et electi ad dignitates, et canonicatus ponuntur ordine sequenti, designatis respectivis praebendis, juxta legem fundationis videlicet, dilecti filii Franciscus Catalano j. u. doctor, ac modernus legitimus parochus praedictae matricis, qui absque novo concursu seu examine in archipresbyterum est electus et nominatus cum praebenda aureorum sive unciarum Sicularum decem ex fundationis bo. me. presbyteri Vincentii Frixa, presbyter Vincentius Martelli cantor secunda dignitas cum praebenda unciarum trium supra decem ex fundatione bon. mem. Mariae Vita, presbyter Joannes Strazzulla thesaurarius tertia dignitas cum praebenda unciarum duodecim ex fundatione bo. me. Josephi Strazzulla, presbyter Dominicus Martelli decanus quarta dignitas cum praebenda unciarum decem ex fundatione bo. me. Vincentiae Casapura; primus Canonicus presbyter Franciscus Zuppello del Carretto cum praebenda unciarum trium supra decem ex fundatione bo. me. M. Vita; tertius canonicus presbyter Carmelus Parisi cum praebenda unciarum decem ex fundatione praedictae Vincentiae Casapura: quartus canonicus presbyter Joannes Corso cum praebenda unciarum decem ex fundatione praefatae Vincentiae Casapura quintus canonicus presbyter Lucianus Tringali cum praebenda unciarum duodecim ex fundatione bo. me. Joannis Settipani; sextus canonicus Dominicus Parisi in ordine subdiaconatus constitutus cum praebenda unciarum decem ex fundatione praedictae Vincentiae Casapura: septimus canonicus clericus in minoribus ordinibus constitutus Theodorus Martelli cum praebenda unciarum duodecim ex fundatione b.m. baronis Dominici Martelli; octavus canonicus clericus in minoribus ordinibus constitutus Joseph Bruno cum praebenda unciarum duodecim ex fundatione ejus genitoris Francisci Bruno; Nonus canonicus clericus in minoribus ordinibus constitutus Sebastianus Pani cum praebenda unciarum decem, et octo ex fundatione bo. me. sacerdotis Josephi Pane; decimus canonicus clericus in minoribus ordinibus constitutus Antonius Ruiz cum praebenda unciarum duodecim ex fundatione bo. me. Alontii Ruiz; undecimus canonicus clericus in minoribus ordinibus constitutus Joannes Baptista Corso Lia cum praebenda unciarum decem ex fundatione praefatae Vincentiae Casapura; duodecimus canonicus electus a te post concursum praesbyter Vincentius Corsini cum praebenda unciarum decem ex fundatione b. m. presbyteri Vincentii Frixa. Tandem praedicti exponentes hujusmodi collegiatae insignis erigendae tam dignitatem quam canonicos aliquo exteriori ecclesiastico indumento per Nos decorari pariter desiderant, enixisque precibus a Nobis expostulant.

§. 2. Nos igitur praedictos exponentes, ac singulares personas quibus praesentes Nostrae literae favent, specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, ac quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes supplicationibus hujusmodi inclinati, attenta peculiari attestatione tum Nobis exhibita super veritate narratorum, attentisque pariter tuis votis, quae dictorum exponentium precibus multum ponderis augent, fraternitati tuae per praesentes committimus, et mandamus, ut expresse ad id consentientibus legitimis patronis praedictarum fundationum quatuor dignitates praedictas, videlicet archipresbyteratum, cantoratum, thesaurariatum, et decanatum, et duodecim canonicatus cum supra expressis praebendis, et conditionibus in eadem matrici ecclesia auctoritate Nostra stabilias, et praedictas personas pro hac prima vice tantum in dignitates, et canonicos, ut supra electas confirmes, legitimasque declares, integro in posterum servato jure patronorum, seu fundatorum in casu vacationis quoad nominationem, et praesentationem ad dignitates, et canonicatus, excepta prima dignitate, et duodecimo canonicatu, in quibus servetur lex concursus, dummodo optio praedicta modo, et forma supra expressis habeat locum, nec non ecclesiam matricem memoratam esse collegiatam insignem deinceps decernas atque declares, cum omnibus, et singulis privilegiis, praerogativis, honoribus, et praeeminentiis, quibus aliae collegiatae insignes ab hac s. Sede legitime declaratae de jure, usu, et consuetudine, aut alias quomolibet utuntur, fruuntur et gaudent, seu gaudere poterunt; ac capituli hujusmodi auctoritate Nostra sic erecti constitutiones, seu statuta capitularia juxta sacrorum canonum et apostolicarum constitutionum formam de ejusdem capituli consensu, et tua ordinaria auctoritate facta vel facienda, seu factas vel faciendas dicta auctoritate Nostra apostolica approbes, atque confirmes.

Erectio collegiatae, et concessio privilegiorum.

§. 3. Caeterum dignitatibus et canonicis praedictis istius collegiatae insignis erigendae, ut ipsae, seu ipsi hyemali

Concessio insignium indumentorum.

tempore cappam magnam coloris violacei di: saja nuncupat. cum pelle mustellae albae vulgo armellino super inducta, aestivo vero, loco pellis, cum armisino serico, suprarocchettum tam intra quam extra ecclesiam in choro et capitulo, et in processionibus, et omnibus ecclesiasticis functionibus, et actibus publicis capitularibus quibuscumque gestare libere, et licite possint, et valeant, et eorum successores in perpetuum periter possint, et valeant, auctoritate et tenore praedictis concedas atque indulgeas. Omnia vero acta, ac constitutiones, seu statuta capitularia ad congregationem venerabilium fratrum Nostrorum Sanctae Romanae Ecclesiae cardinalium concilii Tridentini interpretum facies, ut perferantur.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 4. Decernentes has praesentes literas firmas, validas, et efficaces existere et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari. Sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores, judicari, et definiri debere, ac irritum et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 5. Non obstantibus fel: rec: Benedicti: pp: XIV. praedecessoris Nostri super divisione materiarum, aliisque apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, nec non dignitatum ac canonicatuum hujusmodi lege fundationis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; quibus omnibus, et singulis illorum tenores praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes illis alias in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque. Caeterum per praesentes praedictajurapatronatus non intendimus in aliquo approbare. Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die decimia quinta junii, millesimo octingentesimo decimo nono, pontificatus Nostri anno vicesimo.

DCCCLXVII.

Restitutio distributionum quotidianarum ad formam dispositionum conciliarium pro ecclesia cathedrali Caesenatensi.

Dat. die 15 junii 1819 Anno XX

Venerabili fratri
Episcopo Caesenatensi

Pius PP. VII.

Venerabilis frater,
Salutem, et apostolicam benedictionem.

Expositio precum.

§. 1. Exponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii capitulum et canonici istius cathedralis ecclesiae Caesenatensis, quod cum post primam illegitimam suppressionem, nuperrimis temporibus in statum pristinum a tunc existente Gallico gubernio capitulum praedictum restitutum fuerit, contra tamen concilii Tridentini sanctiones tertia tantum redditum, fructuum, ac quorumcumque proventuum pars in praebendam, et duae aliae in distributiones quotidianas capitularibus praedictis assignatae fuerunt; nunc autem restituta pace Ecclesiae, a Nobis expostulant, ut ad formam conciliarium dispositionum tam praebendae, quam distributiones quotidianae constituantur.

Tenor concessionis.

§. 2. Nos igitur praedictos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes supplicationibus hujusmodi inclinati, fraternitati tuae per praesentes committimus, ut veris existentibus praenarratis, remota prius quacumque in contrarium inducta lege, et consuetudine etiam ex personali, et expressa obligatione proveniente, tertiam tantum fructuum, ac quorumcumque proventuum canonicatus partem in quotidianas distributiones, et alias duas tertias partes in praebendam auctoritate Nostra apostolica in perpetuum assignes atque constituas.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 3. Decernentes has praesentes literas firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, dictisque exponentibus, illorumque successoribus in omnibus, et per omnia plenissime suffragari. Sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores judicari, et definiri debere ac irri-

tum et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum. §. 4. Non obstantibus fel: rec: Benedicti pp. XIV. praedecessoris Nostri super divisione materiarum, aliisque constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, caeterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem, sub annulo piscatoris die decima quinta junii millesimo octingentesimo decimo nono, pontificatus Nostri anno vicesimo.

DCCCLXVIII.

Dat. die 2 junii 1819 Anno XX.

Confirmatio decreti sacrae congregationis Rituum quo confraternitati nuncupatae b. Mariae virginis de Subsidio erectae in metropolitana ecclesia Guatimalensi concessa fuit missa propria, et officium ejusdem b: m: Virginis de Subsidio.

Pius PP. VII.

Ad futuram rei memoriam.

Expositio precum. §. 1. Ex parte venerabilis fratris Raymundi archiepiscopi Guatimalensis, et dilectorum filiorum cleri, et officialium, atque confratrum archiconfraternitatis beatae Mariae virginis de Subsidio nuncupatae in metropolitana ecclesia ejusdem civitatis canonice (ut asseritur) erectae expositum Nobis nuper fuit, quod ipsi ab infrascripta venerabilium fratrum Nostrorum Sanctae Romanae Ecclesiae cardinalium congregatione decretum obtinuerunt, tenoris sequentis videlicet.

Tenor rescripti sacrae congregationis. §. 2. Sacra Rituum congregatio, supplicantibus reverendissimo archiepiscopo et clero dioecesis Guatimalensis, nec non ven: archiconfraternitate beatae Mariae virginis de Subsidio nuncupatae in metropolitana erecta, ad relationem eminentissimi, et reverendissimi domini cardinalis Dionisii Bardaxy ponentis, benigne indulsit, ut suprascriptum officium cum missa propria in honorem beatae Mariae virginis ab eodem eminentissimo, et reverendissimo domino relatore, et a r. p. Aloisio Gardellini sub promotore fidei, et sacrae ejusdem congregationis assessore (loco r. p. d. Andreae Cavalli promotoris fidei absentis) revisa, emendata, et approbata celebrari, et respetive recitari valeant in dominica secunda novembris sacra festo Patrocinii beatae Mariae virginis ab universo dioecesis clero ritu dupl. secundae classis, addita etiam octava quoad clerum civitatis tantum, annuendo praeterea etiam pro gratia celebrandi supra approbatam missam ad aram dumtaxat beatae Mariae virginis (sub appellatione de Subsidio) in dicta metropolitana tantum singulis anni sabbatis, exceptis primae, et secundae classis duplicibus, quadragesima, octavis, atque vigiliis privilegiatis. Atque ita in posterum in civitate, ac dioecesi de Guatimala servari mandavit. Die 15 maii 1819.

§. 3. Cum autem, sicut in eadem expositione additum erat, dicti exponentes, quo praeinsertum decretum firmius subsistat, et servetur exactius apostolicae Nostrae confirmationis subsidio ipsum muniri vehementer desiderent; Nos memoratum quoque officium cum missa propria ejusdem beatae virginis praesentibus pro insertis habentes, ac ipsos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus hujusmodi inclinati, idem decretum, et singula in eo contenta, atque expressa, auctoritate apostolica tenore praesentium adprobamus, et confirmamus, eique inviolabilis, et perpetuae firmitatis robur adiicimus, ac singulos cum juris, tum facti defectus, si qui desuper in eo quomodolibet intervenerint, supplemus, et sanamus. Confirmatio apostolica.

§. 4. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non dictae metropolitanae, quatenus opus sit, statutis, et civitatis ac dioecesis consuetudinibus, privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes illis alias in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem, sub annulo piscatoris, die vicesima secunda junii, millesimo octingentesimo decimo nono, pontificatus Nostri anno vicesimo. Derogatio contrariorum.

DCCCLXIX.

Dat. die 22 junii 1819 Anno XX.

Concessio officii proprii sanctae Catharinae virginis et martyris pro monialibus monasterii a praedicta patrona nuncupati, ac erecti in civitate Guatimalae in America septemtrionali.

Pius PP. VII.

Ad futuram rei memoriam.

Expositio precum.

§. 1. Cum sicut dilectae in Christo filiae priorissa, et moniales monasterii sanctae Catharinae virginis, et martyris de Guatimala in America septemtrionali Nobis nuper exponi fecerunt, ipsae pro eo, quem erga eamdem sanctam ecclesiae sui monasterii titularem praeseferunt devotionis affectu, ejus cultum, et venerationem in dies augeri vehementer desiderant. Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut in praemissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Ratio concessionis.

§. 2. Nos igitur dictas exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et earum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo et quacumque de causa latis si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutas fore censentes, supplicationibus hujusmodi inclinati, audito etiam dilecto filio magistro Iosepho Antonio Sala sac: Rituum congregationis secretario coadjutore, ut ejusdem sanctae Catharinae officium pro Praedicatorum ordine adprobatum etiam a dicti monasterii monialibus in posterum recitari possit aucturitate apostolica, tenore praesentium indulgemus, atque idem officium ad easdem moniales extendimus.

Derogatio contrariorum.

§. 3. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non dicti monasterii, ejusque ordinis consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque afficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores praesentibus pro pleue et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem, sub annulo piscatoris die vicesima secunda junii millesimo octingentesimo decimo nouo, pontificatus Nostri anno vicesimo.

DCCCLXX.

Dat. die 25 junii 1819 Anno XX

Concessio recitandi officium matutinum in ecclesia cathedrali Pompilonensi septem mensibus octobris, novembris, decembris, januarii, februarii, martii, et aprilis hora quarta cum dimidio, et aliis quinque maii, junii, julii, augusti, et septembris hora sexta post mediam noctem.

Venerabili fratri
Episcopo Pampilonensi

Pius PP. VII.

Venerabilis frater
Salutem, et apostolicam benedictionem

Expositio precum.

§. 1. Exponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii prior, dignitates, et canonici regulares ordinis sancti Augustini capitulum istius cathedralis ecclesiae Pampilonensis componentes, qui ab ordinaria jurisdictione, prout asserunt, exempti, huic apostolicae Sedi immediate reperiuntur subjecti, quod, cum vigore capitularium constitutionum, seu legis fundationis, aut alio legitimo titulo officium matutinum canonicum toto enni decursu cum cantu celebrari debeat in dicta cathedrali ecclesia post mediam noctem, videlicet, vernali et aestivo tempore hora tertia cum dimidiu, autumnali vero et byemali hora quarta cum dimidio, exceptis sabbathis, in quibus aliquaetulum protrahitur ob celebrationem missae beatae Mariae virginis, octavis sanctissimi corporis Christi, et assumptionis beatae Mariae virginis, cui dicata est ecclesia, triduo majoris hebdomadae, et commemoratione omnium fidelium defunctorum, in quibus solemnitatibus vespere diei anterioris persolvitur; cumque praedicti exponentes degant seorsum cum suis familiis in privatis aedibus canonicalibus in confinio ecclesiae praedictae sitis, quod claustrum externum dicitur, ubi etiam domus aliorum civium saecularium existunt, et dein noctu hyemali praecipue tempore inter frequentes pluvias et nives ad aliud claustrum continens cellas dormitorii, quae perfrigidae sunt se conferunt, et tandem ad ecclesiam ipsam eidem dormitorio baerentem, quae ob positionem, et vastitatem frigi-

dissima est ad matutinum persolvendum descendunt, at non sine gravissimo valetudinis detrimento etiam aestivo tempore id exequi potest, et plerumque accidit ob memoratas causas et exiguum canonicorum numerum, inter quos multi emeriti, alii aetate provecti, et adversa valetudine laborantes, ut ad summum medietas, aut tertia pars communitatis, et passim duo, tres, quatuor tantum canonici ad persolvendum officium matutinum conveniant, nec supplere possunt sex cappellani cantores, quia eorum numerus impleri nequit ob deficientiam clericorum et tenuitatem praebendarum. Durante in regnis Hispaniarum nuperrima hostili invasione, capitulum praedictum, uti asserunt, necessarium duxit ob notissimas perturbationes, officium praedictum transferre ita, ut a die sancti Michaelis archangeli usque ad finem octavae resurrectionis Domini Nostri Jesu Christi hora quarta post meridiem, reliquo vero anni tempore hora sexta post mediam noctem psalleretur, quae translatio observatur adhuc. Licet autem occupationis hostilis causae cessaverint, non sine magno tamen exponentium valetudinis incommodo hujusmodi horarum distributio in pristinum statum juxta legem fundationis restitui potest, ac proinde a Nobis expostulant, ut in posterum perpetuis futuris temporibus praefatum officium matutinum septem mensibus, octobris, novembris, decembris, januarii, februarii, martii, atque aprilis hora quarta cum dimidio post meridiem, et aliis quinque mensibus, videlicet, maii, junii, julii, augusti, et septembris hora sexta post mediam noctem licite celebrare valeant, servato antiquo more in octavis et festis initio expressis; asserentes petitam horarum mutationem Deo majorem gloriam, populo, et ipsis utilitatem et commodum allaturam esse.

Tenor concessionis. §. 2. Nos igitur praedictos exponentes specialibus favoribus, et gratiis prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus hujusmodi inclinati, fraternitati tuae per praesentes committimus, et mandamus, ut veris existentibus praenarratis, et, si id in Domino expedire censueris, super quo conscientiam tuam oneramus, praedictis exponentibus, ac illorum successoribus in perpetuum, ut ipsi in posterum officium matutinum tantum juxta distributionem horarum superius expressam, atque petitam, servata in reliquis statutorum, vel constitutionum capitularium cathedralis praedictae forma, et dispositione, ac exceptis diebus supra notatis, in quibus servetur antiqua consuetudo, celebrare libere, et licite possint, et valeant, auctoritate Nostra apostolica concedas, atque indulgeas, ac cum eis desuper de specialis dono gratiae pro tuo arbitrio, et conscientia gratis dispenses.

Clausulae praeservativae, et decretum irritans. §. 3. Decernentes has praesentes literas firmas, validas, et efficaces existere, ac fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac praedictis exponentibus, eorumque successoribus plenissime suffragari; sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum. §. 4. Non obstantibus felicis recordationis Benedicti pp. XIV. praedecessoris Nostri super divisione materiarum, aliisque constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non dictae cathedralis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus, caeterisque contrariis quibuscumque,

Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die vicesima quinta junii millesimo octingentesimo decimo nono, pontificatus Nostri anno vigesimo.

DCCCLXXI.

Facultas gestandi mozzettam nigram cum caputio supra rocchettum pro parocho, et successoribus ecclesiae parochialis sancti Martini loci di Alzano dioecesis Bergomensis.

Dat. die 25 junii 1819 Anno XX.

Venerabili fratri
Episcopo Bergomensi.

Pius PP. VII.

Venerabilis frater
Salutem, et apostolicam benedictionem.

Tenor concessionis. §. 1. Cum ecclesia parochialis sancti Martini loci di Alzano nuncupti, sicut Nobis nuper exponi fecisti, multis praerogativis illustrior ac praestantior sit aliis parochialibus ecclesiis istius Bergomensis dioecesis, tu ad augendum illius splendorem et dignitatem pro majori Dei gloria, ejusdem parochum ac successores pro tem-

pore aliquo exteriori ornamento decorari summopere desideras, enixisque precibus a Nobis expostulas.

Tenor concessionis. §. 2. Nos igitur piis tuis votis annuere, ac modernum parochum, illiusque successores specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis si quas forte incurrerint, bujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes supplicationibus bujusmodi inclinati, fraternitati tuae per praesentes committimus, et mandamus, ut moderno parocho praedictae ecclesiae sancti Martini, illiusque legitimis futuris successoribus, ut ipsi in posterum mozzettam nigram cum caputio supra rocchettum tam in ecclesia quam extra intra limites praedictae paroeciae, et in processionibus, et functionibus sacris gestare libere, et licite possint et valeant, auctoritate Nostra apostolica indulgeas atque concedas, eosque desuper a quoquam quavis auctoritate impediri, molestari, perturbari nullatenus posse, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari, decernas.

Derogatio contrariorum. §. 3. Non obstantibus fel: rec: Benedicti pp. XIV praedecessoris Nostri super divisione materiarum, aliisque costitutionibus, et ordinationibus apostolicis, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die vicesima quinta junii millesimo octingentesimo decimo nono, pontificatus Nostri anno vicesimo.

DCCCLXXII.

Dat. die 25 junii 1819 Anno XX.

Concessio sumendi de manu sacerdotis sanctissimum Eucharistiae sacramentum ante solis ortum in nonnullis praecipuis festivitatibus pro monialibus monasterii ordinis Cisterciensis civitatis Hispalensis.

Dilectis in Christo filiabus modernis abbatissae, et monialibus monasterii ordinis Cisterciensis Hispalensis civitatis

Pius PP. VII.

Dilectae in Christo filiae
Salutem et apostolicam benedictionem.

Ratio et tenor concessionis. §. 1. Spirituali consolationi vestrae quantum cum Domino possumus benigno consulere, vosque specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, ac vestrum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo et quacumque de causa latis si quas forte incurristis, bujus tantum rei gratia absolventes, et absolutas fore censentes, supplicationibus bujusmodi inclinati, vobis, ac puellis, et mulieribus vobiscum insimul intra monasterii claustra degentibus, ut in nocte Nativitatis Domini Nostri Jesu Christi post officium, et missam, hora tamen consueta celebrandam, nempe post mediam noctem, ac etiam in sabato sancto post officii, et missae celebrationem hora pariter consueta faciendam praevia sacramentali peccatorum vestrorum confessione sanctissimum Eucharistiae sagramentum de manu sacerdotis in ecclesia vestri monasterii celebrantis sumere, nec non in eadem Nativitatis Domini nocte post missam praedictam horas canonicas minores, ad nonam usque exclusive, ac etiam nonam ipsam pro arbitrio, et prudentia superiorissae in choro persolvere libere, et licite possitis, et valeatis, et unaquaeque vestrum, dictaeque puellae et mulieres quoad sumptionem praedictam pariter possint, et valeant, auctoritate apostolica tenore praesentium concedimus, et indulgemus.

Derogatio contrariorum. §. 2. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non monasterii, et ordinis vestri etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus, caeterisque in contrarium quibuscumque. Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die vicesima quinta junii millesimo octingenetesimo decimo nono, pontificatus Nostri anno vicesimo.

DCCCLXXIII.

Dat. die 25 junii 1819 Anno XX

Facultas celebrandi in pontificalibus in ecclesia abbatiali sub invocatione sanctae Mariae virginis de Sanitate pro ebbatibus marchionibus de Mari civitatis Januensis.

Dilecto filio
Augustino ex marchionibus de Mari
Presbytero abbati Januensi

Pius PP. VII.

Dilecte fili
Salutem, et apostolicam benedictionem

Expositio precum. §. 1. Tua virtutum merita cum generis nobilitate conjuncta, ob quae fide

digoo apud Nos commendaris testimonio Nos adducunt, ut te, tuosque peculieribus prosequamur gratiis. Expositum Nobis tuo nomine nuper fuit, quo tu qui, ut asseris, in sacro presbyteratus ordine constitutus, presbyteralem abbatiam sub invocatione beatae Mariae virginis de Sanitate in ecclesia sacris supellectilibus, et sacerdotibus locupletata, satisque ampla haud procul, et extra istius urbis moenia sita de jure patronatus, ut etiam asseritur, tuae familiae, erectam in titulum obtines, ad majorem Dei gloriam, divinique cultus incrementum privilegio celebrandi in pontificalibus in eadem ecclesia, et deferendi pontificalia more abbatum mitratorum frui posse plurimum desideras.

Tenor concessionis. §. 2. Nos te specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, suspensionis et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurristi hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus hujusmodi inclinati, tibi, ut donec, et quoad memoratam abbatiam retinueris, pontificalia deferre, ad instar abbatum mitratorum, atque in pontificalibus in dicta ecclesia, in solemnioribus anni festis tantum celebrare libere, et licite possis, et valeas, auctoritate apostolica tenore praesentium concedimus, et indulgemus; itemque hoc privilegium ad abbates successores tuos, qui ex tua familia erunt dumtaxat, non autem ad alios extendimus pariter, et indulgemus.

Derogatio contrariorum. §. 3. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non, quatenus opus sit, dictae ecclesiae, et abbatiae etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes illis alias in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem, sub annulo piscatoris die vicesima sexta junii, millesimo octingentesimo decimo nono, pontificatus Nostri anno vicesimo.

DCCCLXXIV.

Erectio monasterii monialium sancti Francisci de Sales in civitate Bononiae, cum congrua illius dotatione. Dat. die 3 julii 1819 Anno XX.

Venerabili fratri
Archiepiscopo Bononiensi

Pius PP. VII.

Venerabilis frater
Salutem, et apostolicam benedictionem.

Expositio precum. §. 1. Cum tu commendabili sollicitudine, et eximio studio erga gregem tibi commissum accensus Christianae, et civili educationi puellarum dioecesis prospicere summopere cupies, Nobis nuper exponi fecisti, quod plurimum optato conduceret fini si in civitate Nostra Bononiensi monasterium monialum, quae sancti Francisci de Seles institutum profitentur, et *Salesiane* vulgo nuncupantur, sub titulo Visitationis b. Mariae virginis constitueretur. Ast cum pro piae hujusce fundationis effectu neque spontaneae largitiones, neque alia a te jam parata sufficere possint, a Nobis humiliter expostulas, ut praedictae piae institutioni erigendae unum ex illis aedificiis nondum divenditis concedamus, quae olim religiosis familiis actu non existentibus, pertinebant, et simul ea domestice utensilia, seu mobilia, quae ad educationis domum instruendam jam comparata, nunc domo ipsa postea non erecta in loco dicto = Baraccone = publici aerarii juribus serventur, nec non pro primis impensis predictae fundationis scutata bis mille desumenda ex redditibus bonorum, quae pro dotatione tantum monialium assignata fuerant, et quae nunc temporis, cum viginti ab hinc annis ne una quidem religiosum habitum induerit piorum bonorum administrationi subiacent, quorumque redditus, et fructus in pauperum subsidium erogantur; ac tandem tertiam partem assignemus annuorum redditum haereditatis bo: me: marchionis Bartholomaei Manzoli, quae testamentariae illius dispositionis vigore in beneficium cesserat sororum Tertiariarum ordinis Minimorum sancti Francisci di Paula olim in via = Galliera = nuncupata existentium, et nunc asceterio ipso suppresso, monialibusque paucis, et aetate provectis tantum superstitibus, ac praeterea pensione gaudentibus

privatasque domus habitantibus, a pia congregatione = Verecundorum = nuncupata integre administratur.

Tenor concessionis. §. 2. Nos igitur pastorales tuas sollicitudines ac zelum tuum plurimum commendantes, et praescriptam piam institutionem, quam christianae, et civili educationi juventutis foeminei sexus illustris Bononiensis civitatis multum utilitatis allaturam esse speramus, promovere, et adjuvare cupientes, ac te, et singulares personas quibus praesentes Nostrae literae favent specialibus favoribus, et gratiis prosequi volentes, easque a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, et poenis a jure vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatae existunt ad effectum praesentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, et absolutas fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, fraternitati tuae facultates necessarias, et opportunas monasterium monialium sub titulo Visitationis b. Mariae virginis, vulgo *Salesiane* nuncupatae in civitate Bononiensi, servatis servandis, fundandi, ac instituendi auctoritate apostolica tenore praesentium tribuimus, et impertimur, ac pro hujusmodi fundatione monasterium, sive aedificium nondum divenditum s. Ioannis Baptistae nuncupatum, olim ad moniales ordinis s. Dominici pertinens, ac mobilia praefata in Baraccono existentia, nec non tertiam partem annui redditus haereditatis Manzoli, praedicta auctoritate concedimus, et assignamus, tibique, ut pro primis impensis hujus fondationis summa scutatorum bismille ex redditibus praedictorum bonorum dotalium, dummodo tamen quotannis de aliqua eorumdem reddituum parte libere disponi possit pro dotatione puellarum, quae claustralem vitam amplecti desiderant, utaris, illamque summam in id erogare libere, et licite possis, et valeas auctoritate, et tenore praefatis permittimus, atque concedimus. Mandantes propterea omnibus, et singulis, ad quos praedictarum rerum traditio spectat, ac spectabit pro tempore; ut tibi omnia praenarrata absque ulla mora, et cunctatione tradant, et assignent.

Clausula sublata, et decretum irritans. §. 3. Decernentes has praesentes literas firmas, validas, et efficaces existere et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac supradictis monialibus plenissime suffragari, ac ab omnibus inviolabiliter observari; sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos, etiam causarum palatii apostolici auditores, et S. R. E. cardinales legatos, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contingerit attentari.

Derogatio contrariorum. §. 4. Non obstantibus, quatenus opus sit, fel: rec: Benedicti pp. XIV. praedecessoris Nostri super divisione materiarum, aliisqueconstitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non lege quacumque fundationis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus, privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, et inovatis; quibus omnibus, et singulis illorum tenores praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud s. Mariam Majorem sub annulo piscatoris die tertia julii millesimo octingentesimo decimo nono, pontificatus Nostri anno vicesimo.

DCCCLXXV.

Dat. die 6 julii 1819 Anno XX.

Indultum gestandi caputium supra mozzettam pro rectore cappellano ecclesiae sacramentalis sancti Rochi loci de Pietraperzia dioecesis Platiensis.

Dilecto filio Blasio Rausa
Presbytero Platiensis dioecesis

Pius PP. VII.

Dilecte fili
Salutem, et apostolicam benedictionem

Expositio precum. §. 1. Exponi Nobis nuper fecisti, quod tu, qui presbyter ac rector cappellanus, et beneficiatus ecclesiae sacramentalis sancti Rochi loci di Pietraperzia Platiensis dioecesis, prout asseritur, existis, indultum gestandi mozzettam violaceam rite, uti asseris, alias obtinuisti, nunc pro majore hujusce indumenti ornamento, illi caputium addi summopere desideras. Nobis propterea humiliter supplicari fecisti, ut in praemissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis. §. 2. Nos igitur te specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, et interdicti

aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurristi hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutum fore censentes supplicationibus hujusmodi inclinati attenta favorabili relatione ordinarii Platiensis Nobis transmissa tibi, ut mozzettam violaceam praedictam etiam cum caputio, modo, et forma in praefato indulto expressis, gestare libere et licite possis, et valeas auctoritate apostolica, tenore praesentium concedimus, et indulgemus.

Derogatio contrariorum. §. 3. Non obstantibus omnibus, et singulis illis, quae in praecitato indulto concessa sunt. Datum Romae, apud sanctam Mariam Majorem, sub annulo piscatoris, die sexta julii, millesimo octingentesimo decimo nono, pontificatus Nostri anno vicesimo.

DCCCLXXVI

Dat. die 13 julii 1819 Anno XX

Ampliatio indulti concessi a Nicolao V. aliisque pontificibus favore regis Sardiniae nominandi, et praesentendi personas idoneas ad omnes cathedrales, et metropolitanas ecclesias, ac dignitates abbatiales in universo eius temporali dominio.

Pius PP. VII.

Ad perpetuam rei memoriam

Tenor indulti concessi a San. me. Nicolao V. §. 1. Alias fel. rec. Nicolaus pp. V. praedecessor Noster, tunc in humanis agentem Ludovicum, dum vixit, Sabaudiae ducem, ob eximia ejus in Sedem apostolicam merita, specialis favore benevolentiae prosequi volens, ut omnem ei tolleret suspicionis causam, ne ex promotione quorumvis ad quarumcumque ecclesiarum, vel monasteriorum infra districtum sui temporalis dominii existentium regimina, seu provisionibus quibuslibet, de quibusvis dignitatibus dispositioni apostolicae reservatis ibidem consistentibus quibuscumque personis per ipsum Nicolaum praedecessorem faciendis statui suo succederet dispendium, aut alia quaevis adversitas intestina praefatum Ludovicum ducem per quasdam suas literas certum reddidit, eique promisit, quod ipso, et temporali ejus dominio in integritate obedientiae dictae Sedis apostolicae persistentibus ad quarumcumque metropolitanarum, vel aliarum cathedralium ecclesiarum regimina, aut dignitates abbatiales, nec non ad prioratus Tallueriarum, Ripalliae, et Novalitii, ac praepositiuram montis, quae in confinibus hujusmodi dominii consistunt, neminem praefecisset, seu illis de quorumcumque personis non providisset, nisi habitis prius per eum intentione et consensu ipsius Ludovici ducis de personis idoneis ad regimina, seu dignitates abbatiales prioratus, et praepositiuram hujusmodi promovendis, vel de quorum personis tales provisiones fuissent faciendae, et alias, prout in praedicti Nicolai praedecessoris literis desuper anno incarnationis Dominicae MCCCCLI quarto idus januarii sub plumbo expeditis planius continetur.

Exponitur quomodo indultum idem fuerit ab aliis successoribus explicatum, et ampliatum. §. 2. Ac postmodum rec. me. Leo X, Clemens VII, Julius III, Gregorius XIII, et Clemens VIII Romani pontifices etiam praedecessores Nostri supradictas Nicolai praedecessoris literas sub certis modo et forma tunc expressis confirmarunt, approbarunt, et innovarunt. Deinde vero piae rec. Innocentius pp. XII. praedecessor itidem Noster dubium, quod exortum fuerat, an memorati Nicolai praedecessoris indultum ejusque literae praedictae, ubi de districtu temporalis dominii dicti Ludovici ducis mentionem faciunt, etiam Citramontanas ipsi Ludovico tunc subjectas ditiones comprehenderent, dirimere cupiens supradicti Nicolai praedecessoris indultum, ejusque literas hujusmodi etiam Citramontanas eidem Ludovico duci tunc subjectas ditiones comprehendere declaravit, et alias, prout in ipsius Innocentii in simili forma brevis die tertia julii MDCC uberius continetur. Cum autem subinde nonnulla dubia super intelligentia et interpretatione dicti indulti excitata fuissent, rec. mem. Benedictus pp. XIII praedecessor itidem Noster dubia illa secundum justitiae et aequitatis regulas e medio tollere, et quamcumque aliorum dubiorum ejusmodi occasionem submovere, ea quae a sa de praedicta ad sublimium principum ortodoxae fidei defensorum, magnisque in Ecclesia Dei meritis fulgentium favore emanasse noscuntur, nedum illaesa conservare, sed uberiori etiam pleniorique interpretatione adjuvare cupiens, praedicti Nicolai indultum, ac Innocentii declarationem, aliorumque Romanorum pontificum praedecessorum praedictorum literas confirmavit, et approbavit, et innovavit, earumque vigore Victorio Amadeo tunc in humanis agenti Sardiniae regi illustri, ac Sabaudiae duci, illiusque successoribus jus nominandi sibi, ac Romano pontifici pro tempore existenti personas idoneas ad cathedrales, et metropolitanas ecclesias, ac dignitates abbatiales in temporali dominio, quod idem Victorius A-

medeus rex tunc possidebat, consistentes in perpetuum competere, et ad illos spectare, ac pertinere decrevit, et declaravit, excipiens tantum ab illa dispositione, seu declaratione cathedrales ecclesias Casalensem, Aquensem, et Alexandrinem provinciae Mediolanensis in quarum provisionibus praxim, et stylum in eis observari solitum in posterum etiam servari et retineri voluit et mendavit, prout in ipsius Benedicti in simili forma brevis expeditis literis die XXIX maii MDCCXXVII plenius continetur. Quia tamen Victorius Amadeus rex jus etiam nominandi ad ecclesias cathedrales sicut praemittitur, exceptas sibi competere vigore dictarum apostolicarum literarum Nicolai, et Innocentii praedecessorum contendebat; idem Benedictus XIII eadem ipsa die Victorio Amadeo regi declaravit, se pronis eoribus excepturum ea rationum momenta, quaa pro se faceredipse contenderet, eisque, si justitia niterentur, se ultro obsecundaturum. Exorto postmodum dubio an in praedictis Benedicti XIII literis dignitates abbatiales in provinciis Casalensi, Aquensi, et Alexandrina, Lumellina, et valle Siccida tunc temporis a Victorio Amadeo rege jam possessis consistentes comprehenderentur, fel. rec. Benedictus pp. XIV praedecessor itidem Noster die quinta januerii anni MDCCXII dignitates abbatiales praefatas memoratis Benedicti praedecessoris Nostri literis comprehendi declaravit, firma tamen semper remanente exceptione quoad ecclesias cathedrales Casalensem, Aquensem, et Alexandrinam praedictas, reservataque itidem facultate Carolo Emmanueli regi tunc in humanis agenti ea proponendi, quibus jus etiam nominandi ad ecclesias cathedrales, sicut praemittitur, exceptas idem Carolus Emmanuel rex sibi competere contendebat, ut illa ad justitiae lances possent expendi, etsi valida essent apostolicae Sedis judicio comprobari. Post Carolum Emmanuelem ejus successor Victorius Amadeus moderni illustris Sardiniae regis pater ad ecclesias cathedrales, uti praemittitur, exceptas, nec non ad omnes ecclesias tam metropolitanas quam cathedrales, atque ad dignitates abbatiales in regionibus tunc temporis sibi subjectis, jus nominandi vigore indultorum supramemoratorum sibi, suisque successoribus competere ec; contendens fel. rec. Pius pp. VI decessor Noster non tantum secundum justitiae, aequitatisque regulas memorate superius indulta conservaro, verum etiam benigniori interpretatione adjuvare desiderans, declarationem omisit, quae in literis ab eodem summo pontifice in forma brevis die undecima junii MDCCXCI desuper expeditis continetur.

§. 3. Nunc carissimus in Christo filius Noster Victorius Emmanuel Sardiniae rex illustris Sabaudiae, et Genuae dux iisdem rationum momentis innixus, quibus ejus praedecessores jus de quo agitur, nominandi ad ecclesias episcopales, et archiepiscopales, nec non ad dignitates omnes abbatiales sitas in ducatu Genuensi, qui eidem regi paucos ante annos legitime cessit, sibi, suisque successoribus vigore praedictorum indultorum pertinere etiam contendit, rebusque sic stantibus declarationem in hunc sensum a Nobis postulavit. Vix hujusmodi desiderium laudati Victorii Emmanuelis regis Nobis manifestum fuit statim animo occurrerunt praeclare ejusdem in Ecclesiem merita, eximiaeque virtutes quibus ornatur; ac memoria repetentes, quee a Romanis pontificibus praedecessoribus Nostris per memorata indulta favore Sabaudiae ducum, ac Sardiniae regum gesta sunt, libentissime occasionem nacti sumus laudati regis vota explendi, eam agendi rationem prae oculis babentes quam in similibus rerum adjunctis fel. rec. decessor Noster Pius pp. VI. erga Victorium Amadeum carissimi in Christo filii Nostri Victorii Emmanuelis patrem secutus est, prout supra commemoravimus.

Novae preces a rege porrectae pro ampliatione indulti.

§. 4. Nos itaque ea, quae a Romanis pontificibus praedecessoribus Nostris Sabaudiae ducibus fuere concessa, non solum secundum justitiae, aequitatisque regulas conservare, verum etiam benigniori latiorique interpretatione, quantum in Domino possumus adjuvare cupientes praedicti Nicolai V. indultum, ac tam ejusdem, quam aliorum pontificum praedecessorum Nostrorum literas praedictas, quarum tenores praesentibus pro plene, et sufficienter expressis haberi volumus, cum omnibus, et singulis in eis contentis, et expressis, auctoritate apostolica confirmamus, illisque inviolabilis apostolicae firmitatis robur adjungimus, earumque vigore carissimo in Christo filio Nostro Victorio Emmanueli Sardiniae regi illustri, ac modernio Sabaudiae et Genuae duci, illiusque successoribus ipsis, et temporali eorum dominio in integritate obedientiae hujus sanctae Sedis persistentibus jus nominandi Nobis ac Romano pontifici pro tempore existenti personas idoneas ad omnes cathedrales, ac metropolitanas ecclesias, ac dignitetes abbatiales in temporali dominio, quod idem Victorius Emmanuel rex de praesenti possidet consistentes, in perpetuum competere, et ad illos spectare, ac pertinere cadem aucto-

Tenor novae concessionis.

ritate tenore praesentium decernimus, et declaramus.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 5. Decernentes ipsas praesentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari: sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 6. Non obstantibus quibusvis generalibus vel specialibus ecclesiarum praedictarum reservationibus, seu affectionibus apostolicis per quoscumque Romanos pontifices praedecessores Nostros, et Sedem praedictam quomodolibet factis, seu pro tempore faciendis, nec non cancellariae apostolicae regulis de jure quaesito non tollendo, vel specialibus constitutionibus et ordinationibus, ac dictarum ecclesiarum etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis, sub quibuscumque tenoribus et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus et singulis illorum tenores praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes illis alias in suo roboro permansuris ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem, sub annulo piscatoris die decima tertia julii millesimo octingentesimo decimo nono, pontificatus Nostri anno vicesimo.

DCCCLXXVII.

Dat. die 17 julii 1819 Anno XX

Facultas gestandi mozzettam violacei coloris supra rocchettum, sine praejudicio alterius indulti super usu cappae magnae pro canonicis capituli cathedralis Guastallae provinciae Taurinensis.

Dilectis filiis capitulo, et canonicis cathedralis ecclesiae Guastallae provinciae Taurinensis.

Pius PP. VII.

Dilecti filii
Salutem, et apostolicam benedictionem.

Expositio precum.

§. 1. Exponi Nobis nuper fecistis, quod vos, licet alias, prout asseritur, ex indulto apostolico facultatem gestandi cappam magnam sericam violacei coloris supra rocchettum in functionibus, et actibus quibuscumque, certis modo et forma in praefato indulto expressis, impetraveritis, actuque hujusmodi choralibus indumentis utamini, nihilo tamen minus pro majori vestro commodo, et minori impendio, eo vel magis quia canonicales praebendae tenues sunt, etiam mozzettam sericam violacei coloris supra rocchettum, sine praejudicio praefati indulti, ad arbitrium gestare posse plurimum desideratis. Nobis propterea humiliter supplicari fecistis, ut in praemissis opportune providere et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis.

§. 2. Nos igitur vos specialibus gratiis et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis si quas forte incurristis hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus hujusmodi inclinati, attenta favorabili relatione ordinarii vestri super praemissis Nobis transmissa, vobis, ut in posterum, firmo remanente indulto praedicto circa usum cappae, etiam mozzettam violacei coloris supra rocchettum, loco illius, ad arbitrium gestare, iisdem modo et forma in praefato primo indulto expressis libere et licite possitis, auctoritate apostolica, tenore praesentium concedimus et indulgemus.

Derogatio contrariorum.

§. 3. Non obstantibus fel: rec: Benedicti pp. XIV. praedecessoris Nostri super divisione materiarum, aliisque constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, caeterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud sanctam Mari-

am Majorem, sub annulo piscatoris, die decima septima julii, millesimo octingentesimo decimo nono, pontificatus Nostri anno vicesimo.

DCCCLXXVIII.

Dat. die 28 julii 1819 Anno XX

Reductio dotationis sedis episcopalis noviter erectae in civitate Liburnensi.

Pius episcopus

Servus servorum Dei

Ad perpetuam rei memoriam

Exponitur quae fuerit vetus dotatio hujus ecclesiae, et ratio decernendae illius reductionis.

§. 1. Posteaquam gravibus intercedentibus causis per alias Nostras sub plumbo literas datas septimo kalendas octobris anno Domini millesimo octingentesimo sexto praevia nonullorum locorum a metropolitana dioecesi Pisana disjunctione, ac dismembratione, novam in civitate Liburnensi episcopalem sedem ereximus, eidemque pro dote assignavimus annuum redditum scutorum septem millium monetae Florentinae, quoad ratam scutorum quatuor millium desumendorum ex tot bonis stabilibus archiepiscopali mensae Pisanae spectantibus, et quoad reliquam ratam trium millium scutorum a Liburnensi communitate quotannis libere persolvendorum, prout in memoratis Nostris literis plenius continetur, variae Nobis expositae nuper fuerunt rationabiles causae ex quibus probe constitit summam dumtaxat annuorum scutorum quinque millium satis esse ad episcopalem dignitatem opportune, ac commode protuendam, precesque Nobis fuerunt exhibitae, ut ab enunciatis oneribus, tam archiepiscopalem mensam Pisanam, quam Liburnensem communitatem ea meliori, qua fieri possit ratione eximentes, ac liberantes congruae dotationi antedictae mensae episcopalis aliqua alia faciliori methodo consulere dignaremur. Nos omnibus mature perpensis, atque libratis, et expresso ad hoc accedente consensu dilectorum filiorum capituli, et canonicorum vacantis ecclesiae cathedralis Liburnensis, attentisque insuper votis dilectissimi in Christo filii Nostri Ferdinandi imperialis, et regii archiducis Austriae, atque Etruriae sibi subjectae magni ducis, precibus hujusmodi benigne censuimus annuendum.

Nova bonorum distributio in causam praedictae dotationis.

§. 2. Ex certa itaque scientia, ac matura deliberatione Nostris, deque apostolicae potestatis plenitudine, praevia in hac dumtaxat parte derogatione dispositionis contentae in supra memoratis Nostris literis circa dotationem episcopalis mensae Liburnensis modo decernimus, atque statuimus, quod ipsius Liburnensis mensae episcopalis dos perpetuis futuris temporibus forma sequenti definita remaneat in annuo reddito scutorum quinque millium monetae Florentinae, ad quem effectum eidem mensae applicamus annum bismille quadringenta octoginta quinque scuta subministranda ab aerario regio usque ad successivam explendam assignationem tot bonorum stabilium ejusdem redditus prorsus liberorum, et ab omni onere exemptorum; itemque annua scuta mille, et quingenta desumenda ex redditibus mensae archiepiscopalis Pisanae usque ad completam applicationem totidem liberorum stabilium bonorum similis redditus, eidem archiepiscopali mensae Pisanae spectantium, nec non annuam liberam summam scutorum quingentorum dinumerandam ex redditibus bonorum pertinentium cuidam haereditati Fagiooli nuncupatae, ac pariter cellam vinariam cum aliis apothecis annui redditus insimul scutorum circiter centum septuaginta unius jampridem spectantibus antiquo conventui fratrum ordinis sanctissimae Trinitatis redemptionis captivorum nondum ad pristinum statum restituto; similiterque duas partes aedium cum stabulis, aliisque receptaculis eisdem adnexis, quae ab archiepiscopali mensa Pisana liberae cessae fuerunt mensae episcopali Liburnensi, et ex quibus pensio annuatim exigitur in summa circiter scutorum centum viginti unius, ac demum nonnulla bona emphiteutica episcopali mensae Liburnensi tribuenda, et quibus canones in summa circiter scutorum biscentum viginti duo annuatim libere proveniunt, quae quidem omnia, et singula bona, redditus, et proventus conflaates insimul annua scuta quinque millia monetae Florentinae mensae episcopali Liburnensi auctoritate Nostra apostolica perpetuo integre, ac libere applicamus atque appropriamus.

§. 3. Quocirca venerabili fratri Petro Francisco moderno archiepiscopo Florentino, quem praesentium literarum designamus executorem expresso committimus, et mandamus, ut sive per se, sive per aliam personam in ecclesiastica dignitate constitutam ab eo ad hoc specialiter deputandam omnia, et singula superius expressa plenarie, ac diligenter exequi curet, in quem finem necessarias, et opportunas etiam pro quaestionibus forsan orituris cognoscendis, ac dirimendis ei tribuimus facultates. Deputatio executoris apostolici.

§. 4. Praesentes vero literas, et in eis contenta quaecumque etiam ex eo Clausula sublata, et de-

cretum irritans. quod quilibet fortasse interesse habentes, vel habere praetendentes vocati, et auditi non fuerint, et praemissis non consenserint nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, vel intentionis Nostrae, seu quovis alio defectu notari, impugnari, invalidari, seu retractari unquam posse, sed eas semper, et perpetuo validas, et efficaces existere et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac ab illis ad quos spectat, et pro tempore spectabit inviolabiliter observari debere mandamus, et si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari, prorsus irritum, et inane decernimus.

Derogatio contrariorum. §. 5. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, supradictarumque ecclesiarum etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus, caeterisque licet expressa, specifica, et individua mentione dignis contrariis quibuscumque.

Descriptio taxae. §. 6. Volumus autem, quod ipsius ecclesiae cathedralis Liburnensis juxta novos eius redditus taxa de more confici, et in libris camerae apostolicae describi debeat.

Sanctio poenalis. §. 7. Nulli ergo omnino hominum liceat paginam hanc Nostrarum assignationis, applicationis, appropriationis, derogationis, commissionis, mandati, facultatis, decreti, ac voluntatis infringere, eique ausu temerario contraire: si quis autem hoc attentare praesumpserit indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum.

Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo, piscatoris anno incarnationis Dominicae millesimo octingentesimo decimo nono, quinto decimo kalendas augusti, pontificatus Nostri anno vicesimo.

DCCCLXXIX.

Dat. die 23 julii 1819 Anno XX.

Aggregatio, seu unio perpetua commendae nuncupatae de Alange, militiae sancti Iacobi favore conventus de Calatrava in regno Hispaniarum.

Pius PP. VII.

Ad perpetuam rei memoriam

Expositio precum. §. 1. Nuper Nobis nomine carissimi in Christo filii Nostri Ferdinandi Hispaniarum regis catholici expositum est, quod Nos, attentis nonnullis rationibus, et causis Nobis patefactis, per alias Nostras in simili forma brevis die XXVI januarii currentis anni expeditas literas, quarum tenores praesentibus pro plene et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis haberi volumus, dilectissimo in Christo filio Nostro Carolo Mariae de Bourbon Hispaniarum regio infanti, ac praelaudati regis germano fratri in administrationem perpetuam concessimus pro se, suisque filiis, haeredibus, et successoribus commendam de la Claveria nuncupata ad militiam de Calatrava pertinentem, et pensione annuali super illius fructibus alias imposita et reservata favore sacri conventus praedictae militiae de Calatrava in praecitatis Nostris literis fusius expressa, omnino exoneratam sub lege tamen, ut pensio praedicta ex dicta commenda adempta ad alias actu vacantes commendas transferretur, ac inter illas juxta earum redditus, servata proportione distribueretur, ac super illarum fructibus imponeretur; sed cum nonnullae in hac distributione sive nova impositione obortae siat difficultates, praelaudatus rex loco pensionis praedictae iterum super alias commendas distribuendae Nobis proposuit aggregationem seu unionem perpetuam commendae de Alange nuncupatae militiae sancti Iacobi actu vacantis per obitum bo. me. marchionis de Castelar favore conventus de Calatreva, cum declaratione, ut praedicta commenda libera et immunis sit a solutione annualitatis statutae et assignatae credito publico, et praedictus conventus a die XXVI januarii currentis anni praefata commenda de Alange frui valeat sine praejudicio tamen onerum regalium, et ordinariorum queis subjicitur quotannis dicta commenda et dispositi pro generali puncto, ut dicitur, in cedula regia XVI. februarii MDCXXXVII conscripta, et postmodum a rec: me: Pio pp. VI praedecessore Nostro per apostolicas suas in simili forma brevis XI. dicembris MDCCLXXXII datas literas confirmata quoad solutionem decenniorum. Nobis propterea ejusdem regis nomine supplicatum humiliter fuit, ut in praemissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

§. 2. Nos igitur praelaudati regis votis, quantum cum Domino possumus, annuere volentes, ac singulares personas, quibus praesentes literae favent a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint hujus tantum rei gratia absolventes, et ab- Tenor concessionis.

solutos fore censentes supplicationibus hujusmodi inclinati, commendam praedictam de Alange nuncupatum militiae sancti Iacobi memorato sacro conventui de Calatrava in locum pensionis annuae, qua fruebatur super fructibus commendae de la Claveria, modo et forma, ac conditionibus supra expressis, auctoritate apostolica tenore praesentium perpetuo aggregamus et adjungimus.

Derogatio contrariorum. §. 3. Non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis, nec non praedictarum militiarum etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus efficacissimis, ac insolitis clausulis irritantibusque, et aliis decretis in genere vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores praesentibus pro plene, et sufficienter expressis ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem, sub annulo piscatoris, die vicesima tertia julii, millesimo octingentesimo decimo nono, pontificatus Nostri anno vicesimo.

DCCCLXXX.

Dat. die 23 julii 1819 Anno XX.

Concessio indulgentiae plenariae, assequendae ab eis, qui in festo beati Antonii Chiesa ordinis Praedicatorum visitaverint ecclesias ejusdem ordinis.

Pius PP. VII.

Universis Christifidelibus praesentes literas inspecturis

Salutem, et apostolicam benedictionem.

Tenor concessionis. §. 1. Ad augendam fidelium religionem, et animarum salutem coelestibus Ecclesiae thesauris pia charitate intenti, supplicationibus quoque dilecti filii Pii Iosephi Gaddi magistri vic. generalis ordinis Praedicatorum Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, omnibus, et singulis utriusque sexus Christifidelibus vere poenitentibus, et confessis, ac s. communione refectis, qui aliquam ex ecclesiis tam fratrum, quam monialium ordinis hujusmodi, nec non aliis ecclesiis, quibus extensum est privilegium celebrandi festum, et officium b. Antonii Chiesa ubicumque existentibus, die, in qua ab unaquaque ex praefatis ecclesiis festum ejusdem b. Antonii Chiesa pro prima vice celebrabitur a primis vesperis usque ad occasum solis diei hujusmodi singulis annis devote visitaverint, et ibi pro christianorum principum concordia, haeresum extirpatione, ac Sanctae Matris Ecclesiae exaltatione pias ad Deum preces effuderint, plenariam omnium peccatorum suorum indulgentiam, et remissionem misericorditer in Domino concedimus. Praesentibus pro unica vice tantum valituris.

Conditiones adjectae, et fides habenda transumptis. §. 2. Volumus autem, ut si pro impetratione, praesentatione, admissione, seu publicatione praesentium aliquid vel minimum detur, aut sponte oblatum recipiatur praesentes nullae sint, utque praesentium literarum transumptis, seu exemplis etiam impressis manu alicujus notarii publici subscriptis, et sigillo personae in ecclesiastica dignitate constitutae, vel procuratoris generalis dicti ordinis munitis eadem prorsus fides adhibeatur, quae haberetur ipsis praesentibus si forent exhibitae, vel ostensae.

Datum Romae apud s. Mariam Majorem sub annulo piscatoris die vicesima tertia julii, millesimo octingentesimo decimo nono, pontificatus Nostri anno vicesimo.

DCCCLXXXI.

Dat. die 27 julii 1819 Anno XX

Assignatio redditum pro erigendis sex lectis aegrotorum in hospitali Pauperum civitatis Fanensis.

Venerabili fratri episcopo Fanensi.

Pius PP. VII.

Venerabilis frater

Salutem et apostolicam benedictionem.

Expositio precum. §. 1. Exponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii rectores hospitalis Pauperum infirmorum istius civitatis Fanensis; quod, postquam constituta de consensu eorumdem exponentium, et dilectorum filiorum administratorum piarum institutionum, vulgo dell' azienda di s. Maria del Ponte Metauro, dell'Ospedaletto nuncupatarum, et a Nobis per alias Nostras in simili forma brevis die XXIX aprilis anno DCCCXVII expeditas literas, quarum tenorem praesenti-

bus pro expresso haberi volumus, uberius continetur, confirmata fuit annua assignatio scutatorum tercentorum triginta pro sex lectis aegrotorum conservandis in dicto hospitali impensis praedictarum piarum institutionum; moderni earumdem administratores praefatsm assignationem in rationes inducere intendunt pro compensatione integram illorum subsidiorum, quae memorato hospitali tempore transacti Italici gubernii per congregationem Charitatis nuncupatam tunc administrationem bonorum pubblicae beneficentiae, a praefatis piis institutionibus, attentis gravissimis necessitatibus quibus hospitale praedictum urgebatur, ob aegrotorum copiam fuerant concessa. Cum piae institutiones praefatae pro pubblica beneficentia, et utilitate sint erecta, nil sane utilius, et fundationi accomodatum erogatum esse videtur, quam summae hospitali praedicto miserrimis transactis temporibus pro causis gravissimis concessae, ac proinde praefati rectores condonationem earumdem, et expeditam solutionem annuae praedictae summae scutatorum tercentorum triginta pro sex lectis assignata a Nobis humiliter expostulant.

Tenor concessionis. §. 2. Nos igitur praefatos exponentes, et singulares personas, quibus praesentes Nostrae literae favent, specialibus favoribus et gratiis prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris et poenis a jure, vel ab homine quavis occasione vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatae existunt, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, attenta favorabili relatione tua super praemissis Nobis transmissa, fraternitati tuae per praesentes committimus et mandamus, ut veris existentibus narratis, hospitale praedictum Pauperum infirmorum, et pro eo rectores pro tempore a reali, seu praesumpta obligatione restituendi memoratis piis institutionibus, vulgo dell' azienda di S. Maria del Ponte Metauro, e dell'Ospedaletto nuncupatis omnes, et singulas summas ab eisdem concessas, seu mutuatas anteactis temporibus ad praesentem usque diem auctoritate Nostra apostolica liberes ac plenerie absolvas, et assignationem annuam scutatorum tercentorum triginta pro sex lectis constitutam, et a Nobis ut supra confirmatam libere, et absque ulla mora a praedictis piis institutionibus favore dicti hospitalis persolvi jubeas, atque praecipias.

Clausulae sublatae. §. 3 Decernentes has praesentes literas firmas, validas et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, dictoque hospitali, et pro eo administratoribus, seu rectoribus praefatis plenissime suffragari, ac ab omnibus ad quos spectat et spectabit quomodolibet in futurum inviolabiliter observari; sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos, etiam causarum palatii apostolici auditores, a S. R. E. cardinales legatos, sublata eis, et eorum cuilibet, quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. ta, et decretum irritans.

Derogatio contrariorum. §. 4. Non obstantibus quibusdam aliis Nostris apostolicis in simili forma brevis anni MDCCCVI et MDCCCXVII expeditis literis ac constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non praedictarum piarum institutionum etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alio roboratis statutis, et consuetudinibus, caeterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die vicesima septima julii, millesimo octingentesimo decimo nono, pontificatus Nostri anno vicesimo.

DCCCLXXXII

Methodus adhibenda in admissione sacerdotum, et clericorum in receptitiis ecclesiis numeratis, et innumeratis in regno utriusque Siciliae.

Dat. die 3 augusti 1819 Anno XX

Pius PP. VII.

Ad perpetuam rei memoriam

Proemium. §. 1. Impensa qua premimur, sollicitudo de Dominici gregis Nobis concrediti salute, ad ea procuranda Nos impellit, quae in minorum etiam ecclesiarum utilitatem, feliciusque regimen noverimus redundare: lubenti proinde animo preces excepimus, quae carissimus in Christo filius Noster Ferdinendus primus regni utriusque Siciliae rex perferendas ad Nos curavit, ut pro utiliori ecclesiarum, quas dicunt « Receptitias » sua in ditione citra pharum extantium procuratione opportune consuleremus.

Expositio precum. §. 2. Exponi siquidem Nobis fecit, eas receptitias ecclesias quarum aliae numeratae, nuncupantur, aliae innume-

ratae, prout nimirum vel designatus ministrorum numerus, vel universi generatim locorum presbyteri ad sacra peragenda ibidem recipiantur, n pietate fidelium congruis redditibns esso auctas, qui pro rata portione viritim inter eos distribuuntur, qui ad illarum sevitium, ac praesertim ad curam animarnm iisdem ut plurimum adnexam addicuntnr: normam tamen aliquam necessario praescribendam esse, qua omni personarum acceptione sublata, receptitiis id genus ecclesiis tales presbyteri aggregentur, praefinitas portiones sive menstruas, sive annuales recepturi, qui pictate, doctrina, ac prudentia commendati delatis muneribus in fidelinm utilitatem praeclare perfungnntur, Nostram idcirco apostolicam anctoritntem deposci, ut cjusmodi normam praefiniremus, eamque ordinariis locorum accnrate scrvandam committeremus. Cum itaquc hoc pientissimi regis desiderium in summam animarum utilitatem, et in sanctiorem earumdem ecelesiarum cultum cessnrum esse dignoverimns, annuendum eidem sine baesitatione censuimus, cumque nulla de = receptitiis = ecclesiis peculiaris dispositio fuerit constituta in conventione superiori anno cum majestate sua inita, apostolica uuctoritate praedictarum ecclesiarum utiliori procurationi providere duximns eo modo, quo magis in Domino conspeximus expedire.

Tenor concessionis.

§. 3. Quare ex certa scientia, et matura deliberatione Nostris, deque apostolicae potestatis plenitudine, tenore praesentium decernimus, et mandamus, ut in posterum ad portiones suscipiendas in ecclesiis = receptitiis = illi tantum admittantur sacerdotes et clerici, qui a venerabilibus fratribus archiepiscopis, et episcopis, aut ordinariis locorum, pietate, ac doctrinn commendatiores fuerint inventi. Jubemus proinde, ut qnoties aliquis in possessionem juris praestitutae portionis assignandae in receptitiis ecclesiis fuerit immittendus, specimen autea ingenii, ac morum de iis habeatur, qui in illam admitti desiderant, et examen de ipsis instituatur coram ordinariis ipsis, vel eorum vicariis generalibus, et tribus saltem ex synodalibns examinatoribus, eoque rite peracto, ordinarius pro sua fide et integritate, quos digniores judicaverit, eos eligat, atque in possessionem immittat juris praestitutae portionis assequendae. Eos vero sic electos, literisque ordinariorum commendatos veluti certao cuidam ecclesiae receptitiae aggregare, et adscriptos, ac in possessionem juris praestitutae portionis assequendac immissos agnosci volumus, adempta cuilibet, ac praesertim competitoribus non electis, facultate interponendi appellationem ad metropolitanum, sen ad episcopum provinciae antiquiorem, pro quibus dnmtaxat causis usum appellationnm hujusmodi interdictum declaramus. Confidimus vero summopere, venerabiles fratres archiepiscopos, et episcopos, ac ordinarios locorum nedum Nostris bisce praeceptis, quae pro meliori ecclesiarum hujusmodi ministerio protulimus, magna semper voluntate, studiosequo obsequuturos, imo vero pro rei gravitate studium omne adhibitnros, ut ministri cujusque ecclesiae rationibus accomodati adsciscantur, qui et sui muneris partes diligenter gerant, et institnendis populis, iisque in coeli semita dirigendis, opera, consilio, sollicitudine praesto sint.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 4. Decernentes bas praesentes literas firmas, validas et efficaces existere et fnre, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere ao illis ad quos spectat, et pro tempore qnandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri npostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum et inane si secus super his n quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 5, Non obstantibus quatenus npus sit, fel. rec. Benedicti pp. XIV praedecessoris Nostri super divisione materiarum, aliisque apostolicis ac in universalibus, provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, nec non dictarum ecclesiarum etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis et consuetndinibus; privilegiis quoqne indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis, sub quibuscumque tenoribus et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores praesentibus pro plene et sufficienter expressis, ao de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter et expresse derogamns, caeterisque contrariis quibuscumque.

§. 6. Volumus tandem, ut praesentium literarum trnnsumptis, seu exemplis etiam impressis, manu alicujus notarii publici subscriptis, ac sigillo perso-

naa in ecclesiastica dignitate constitutae munitis eadem prorsus fides in judicio, et extra illud adhibeatur, quae ipsis praesentibus adhiberetur, si forent exhibitae, vel ostensae. Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die decima tertia augusti millesimo octingentesimo decimo nono, pontificatus Nostri anno vicesimo.

DCCCLXXXIII.

Dat. die 17 augusti 1819 Anno XX

Unio nonnullarum ecclesiarum parochialium ritus Latini in dioecesi Camenecensi.

Pius PP. VII

Ad perpetuam rei memoriam

Prooemium

§. 1. Inter multiplices, gravissimasque apostolatus Nostri curas non exiguam tenet partem ea, quae dioecesium per universum orbem distributarum respicit statum, siquidem supremae potestatis, judiciique Nostri est illas moderari, earumque limites constituere, vel immutare, prout, habita temporum, ac circumstantiarum ratione, fidelium utilitati conducere dignoscimus. Ex indubiis siquidem, certaeque fidei documentis Nobis allatis perspicuum factum est, quod decem oppida seu ecclesiae parochiales ritus Latini, quae nuncupantur Skata = Borszezovt = Krzywcze = Ezerwonogrod = Zalleszzki = Iluste = Jazlowici, = Jagielenica = Sidorow, = et Czoortkow (in quo quidem oppido, uti asseritur, etiam conventus Czortkow nuncupatus fratrum ordinis Praedicatorum reperitur) olim ad dioecesim Camenecensem ritus Latini pertinentes post rivendicationem regnorum Galiciae et Lodomeriae intra limites provinciarum haereditariarum Austriacarum comprehensae ab anno MDCCLXXX post obitum episcopi Camenecensis Adam Krafinki per archiepiscopi Leopoliensem ritus Latini in spiritualibus gubernatae fuerint, prout modo quoque fit vi specialis delegationis a venerabili fratre Francisco Borgia Mackiewicz moderno episcopo Camenecensi factae favore venerabilis fratris Andreae Aloisii Anckwiez hodierni archiepiscopi Leopoliensis Latini ritus. Hisce sic stantibus nomine carissimi in Christo filii Nostri Francisci Austriae imperatoris, Hungariae, et Bohemiae regis apostolici, regnique Longobardo Veneti regis enixe Nobis supplicatum fuit, ut attento ejusdem imperatoris, et regis tractatu cum serenissimo totius Russiae imperatore, ac Poloniae rege, vi cujus decem paroeciae illae sub temporali dominatione praedicti Austriae imperatoris redierunt, attentoque consensu Camenecensis episcopi, aliorumque, quibus interest, nec non suffragante praedicto serenissimo Russiae imperatore, oppida sive ecclesias parochiales supra memoratas Leopoliensi dioecesi ritus Latini perpetuo unire, et incorporare dignaremur.

§. 2. Hinc Nos, omnibus mature perpensis, ac referente Nobis dilecto filio magistro Raphaele Matio Nostrae congregationis Consistorialis secretario, praelaudati imperatoris ac regis votis annuere volentes, hujusmodi supplicationibus Nobis porrectis inclinati oppida sive parochiales ecclesias, nempe Skata = Borszezow = Krzywize = Czerwnogrod = Zaleszegyki = Iluste = Jazlowici = Jagielenica = Sidorow = et Czortkow nuncupatas una cum omnibus incolis, et habitatoribus tam laicis, quam clericis, et presbyteris, beneficiatis et religiosis quibuscumque, cujusvis status, gradus, et ordinis existant, nec non cum ecclesiis, conventibus, et monasteriis in memoratis oppidis sive paroeciis commorantibus, et existentibus ab ordinaria spirituali jurisdictione, et potestate episcopi ecclesiae cathedralis Camenecensis, cui suberant, auctoritate apostolica tenore praesentium eximimus, dividimus ac separamus, et archiepiscopali ecclesiae Leopoliensi ritus Latini, ac ejus dioecesi perpetuo unimus, et incorporamus, atque ejusdem pro tempore archiepiscopi Leopoliensis ritus Latini jurisdictioni et potestati ordinariae spiritualique regimini auctoritate, et tenore praefatis subjicimus. — Tenor concessionis.

§. 3. Non obstantibus apostolicis, ac universalibus, provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, nec non utriusque ecclesiae et dioecesis etiam juramento confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis irritantibusque, et aliis decretis in genere vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus et singulis illorum tenores praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat, specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis — Derogatio contrariorum.

quibuscumque. Datum Romae, apud sanctam Mariam Majorem, sub annulo piscatoris, die decima septima augusti, millesimo octingentesimo decimo nono, pontificatus Nostri, anno vicesimo.

DCCCLXXXIV

Dat. die 6 julii 1819 Anno XX.

Suspensio trium beneficiorum de jure patronatu familiae Biandrate sancti Georgii loci di Fuglizzo dioecesis Ipporegiensis.

Venerabili fratri
Archiepiscopo Taurinensi administratori
Ecclesiae Ipporegiensis auctoritate apostolica deputato.

Pius PP. VII

Venerabilis frater
Salutem, et apostolicam benedictionem.

Expositio precum.

§. 1. Exponi Nobis nuper fecit dilectus filius comes Guidus Biandrate sancti Georgii loci di Fuglizzo nuncupati istius Ipporegiensis dioecesis, se post obitum bo. me. abbatis Leonis di Biandrate, possessorem evasisse, prout asserit, cujusdam cappellaniae laicalis Pietatis nuncupatae, ac quinque ecclesiasticorum simplicium beneficiorum, sub titulo Reginae Coeli, et Visitationis, ac sub invocatione sancti Georgii, sancti Christophori, et sancti Francisci erectorum, quorum bona cum transactis perturbationibus injustae depraedationi fuerint obnoxia, ipsum pro illorum recuperatione non exiguam summam impendisse, ac dein, ut aes alienum, quo ob notissimas temporum vicissitudines sua familia erat oppressa, persolvere posset, praeter magnam partem patrimonialium bonorum, illa etiam, quae ad beneficia sancti Francisci, Visitationis, et cappellaniae Pietatis pertinebant, distrahere coactum fuisse, nunc facti poenitentem, impetrata alias a Nobis absolutione a censuris, poenisque ob lapsum hujusmodi incursis, humiliter exposcere, ut tria beneficia sub invocatione Reginae Coeli, Visitationis, et sancti Georgii, et cappellania laicalis praedicta supprimantur, illorumque bona patrimonio exponentis incorporentur; alia vero duo sub invocatione sancti Christophori, et Francisci subsistant atque permaneant, aucta eorumdem dotatione ex praedicti exponentis patrimonio.

Tenor concessionis.

§. 2. Nos igitur dictum exponentem specialibus gratiis et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis si quas forte incurrerit, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutum fore censentes supplicationibus hujusmodi inclinati, de venerabilium fratrum Nostrorum Sanctae Romanae Ecclesiae cardinalium negotiis, et consultationibus episcoporum, et regularium praepositorum consilio, fraternitati tuae utpote administratori Ipporegiensis ecclesiae legitime a Nobis deputato, per praesentes committimus, et mandamus, ut veris existentibus narratis, ad suppressionem trium beneficiorum sub invocatione Reginae Coeli, sancti Georgii, et Visitationis, nec non laicalis cappellaniae praedictae incorporatis bonis patrimonio exponentis, dummodo alia duo beneficia sub invocatione sancti Christophori, et sancti Francisci subsistant, et permaneant, et praeter eorumdem dotem in erectione constitutam novus alter redditus libellarum biscentum pro unoquoque beneficio ex ejusdem exponentis patrimonio constituatur, et adjungatur, assignato fundo sufficienti, ac libero, et a caeteris familiae bonis segregato atque diviso, auctoritate Nostra apostolica pro arbitrio, et conscientia devenias, illamque ut supra exequaris.

Derogatio contrariorum.

§. 3. Non obstantibus fel. rec. Benedicti pp. XIV praedecessoris Nostri super divisione materiarum, ac Pauli II praedecessoris itidem Nostri de bonis Ecclesiae non alienandis, aliisque apostolicis, ac in universalibus, provincialibus, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, nec non praedictorum beneficiorum, et cappellaniae lege fundationis, etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis ot consuetudinibus; quibus omnibus et singulis illorum tenores praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem, sub annulo piscatoris, die decima septima augusti, millesimo octingentesimo decimo nono, pontificatus Nostri anno vicesimo.

DCCCLXXXV.

Dat. die 23 Augusti 1819 Anno XX

Allocutio habita in consistorio secreto diei XXIII augusti MDCCCXIX in qua exponit suspensionem conventionis initae cum rege christianissimo de anno MDCCCXVII et necessitatem praedictae suspensionis.

Venerabiles fratres

Compertum satis est vobis, venerabiles fratres, ex iis quae in consistorio secreto diei 8 julii anni 1817 in allocutione ad vos habita exposuimus quo studio conventioni cum charissimo in Christo filio Nostro Ludovico Galliarum rege christianissimo ineundae adlaboraverimus ut Ecclesiae rebus in regno Galliarum feliciter ordinatis, christifidelium in eo degentium saluti pro apostolico Nostro munere consuleremus, praefatique regis, quem praecipua charitate complectimur, bonorumque omnium votis satisfaceremus.

Verum nec vos latet ejusdem conventionis die 11 junii anni 1817 initae exequutionem usque adbuc suspensam remanere, uberesque illos, qeos inde sperabamus fructus magno cum dolore Nostro praepeditos dilatosque fuisse.

Expositum siquidem christianissimi regis nomine Nobis fuit, onera quibus regnum premitur, quaequa nonaginta duas sedes episcopales constitui non patiuntur, aliaque impedimenta quae exequutioni dictae conventionis sese objecerunt, effecisse ut majestas sua ad ea removenda Nobiscum consilia conferre cogeretur, atque aliquam sedium quas erigi petierat imminutionem postularet. Idcirco idem christianissimus rex apostolicam auctoritatem efflagitavit, ut meliori quo fieri posait modo, ratione habita circumstantiarum regni, imminutio illa ad sacrorum canonum normam peragatur.

Cum autem nihil magis Nobis sit cordi quam ut uberes illos fructus, quos a memorata conventione Nobis polliciti sumus consequamur, et res Ecclesiae in florentissimo Galliarum regno stabili tandem ratione ordinentur, votis majestatis suae, quantum apostolici muneris ratio patitur, obsecundare desiderantes, eidem significavimus, alienos non fore Nos a sedium numero aliquantum imminuendo, si id Ecclesiae regnique rationes omnino exposcerent.

Cum tamen cognosceremus ad novos dioecesium limites pro locorum natura et fidelium comodo definiendos, et ad ea absolvenda quae petita imminutio sedium postulat, non parum impendi temporis oportere, Nos probe edocti de misero Gallicanarum ecclesiarum statu, et de plurium sedium viduitate, ad apostolicam sollicitudinem Nostram pertinere judicavimus opem interea iisdem afferre, ae temporarium remedium aliquod adhibere, ut praesentibus saltem malis quibus Galliarum ecclesiae pastorum praesentia destitutae affliguntur, quam citissime occurramus.

Quo in suscipiendo consilio cum id Nobis proposuerimus, et ex nova hac apostolicae indulgentiae testificatione impedimentum removeatur quod in praesentibus regni circumstantiis ex nonaginta duarum sedium numero oriri ad Nos perlatum fuit, et utilitates quas in favorem Ecclesiae a numerata conventione Nobis polliciti sumus valeant obtineri, tota hac re mature dinque perpensa, et plurium mensium spatio, datis etiam hinc inde acceptisque literis pertractata, audito quoque voto selectae congregationis aliquorum ex vobis, ac divino implorato lumine, en quae ad eam conficiendam disponere decrevimus.

Constituimus igitur facultatem interim tribuere archiepiscopis et episcopis, qui actu Galliarum praesunt ecclesiis, ne exceptis quidem illis, quos in consistorio Nostro diei primae octobris anni 1817 ad novas ecclesias transtulimus, ut sedes retineant, quibus in praesens potiuntur, suasque dioeceses interea regant, nulla circa earum fines et circa metropolitica jura quibus actu subjecta sunt facta immutatione: praesulibus vero ad eas sedes canonice promotis, quae ante dioecesium circumscriptionem anno 1817 decretam jam existebant, facultatem pariter impertiri ecclesiarum illarum in statu ac limitibus, quibus actu sunt, temporarie regimen suscipiendi. Quibus ita constitutis, episcopi illi, quos ex regis christianissimi nominatione praefeceramus ecclesiis per apostolicas literas VI kalendas augusti anno 1817 erectis, sese interim ab usu acceptae canonicae institutionis necessario abstinere debebunt, donec petita sedium imminutio praefiniatur.

Ad haec autem exequutioni mandanda, ea quae sequitur ratione procedemus.

Literas dabimus in forma brevis ad archiepiscopos et episcopos titulares dioecesium ante bullam anni 1817 extantium eisque mandabimus, ut jurisdictionem suam exercere pergant iis omnibus in locis respectivarum dioecesium, atque intra eos limites ipsos quibus ante memoratam bullam dioeceses singulae finiebantur; facta etiam archiepiscopis potestate ut eos interim suffraganeos agnoscant, qui ante id temporis ipsorum metropolitico juri subje-

rant; episcopis vero injuncta obligatione ut iisdem ac antea archiepiscopis interea suffragentur.

Ad singulos vero archiepiscopos et episcopos, quibus post conventionem anni 1817 canonicam tribuimus institutionem ad eas sedes, quae ante id temporis extabant, literas pariter in forma brevis dabimus, illisque significabimus ut capta confestim earum sedium possessione dioeceses regendas provisorie suscipiant, iis tamen confiniis, servatisque metropoliticis juribus illis, quae ante memoratas apostolicas literas vi kalendas augusti anno 1817 datas, vigebant.

Ut vero ne illae quidem dioeceses circumscriptione anni 1817 antiquiores quae viduae sunt, pastoris solatio diutius destitutae remaneant, ad eas nominatos a rege, processibus rite peractis, institutione canonica donabimus ad formam literarum apostolicarum circumscriptionis dioecesium Galliae quas vi kalendas augusti anno 1817 dedimus; atque hoc idem circa illas etiam ecclesias agemus, quas interea temporis, donec scilicet nova circumscriptio stabili ratione ordinetur, vacare contingat.

Singulis autem praesulibus, quos ad supramemoratas sedes promovebimus, uti et illis quos ad ecclesias in posterum, ut diximus, vacaturas praeficiemus, literas similiter in forma brevis dabimus, quibus eos admonebimus, ut quamvis pro dioecesibus juxta saepius memoratas apostolicas literas vi kalendes augusti anno 1817 datas constitutis, canonicam institutionem acceperint, dioeceses tamen regendas provisorie suscipiant iis limitibus, iisque juribus metropoliticis servatis, quae ante novissimam circumscriptionem a Nobis decretam locum habebant. Episcopis autem illis, quos ex regis christianissimi nominatione ecclesiis praefeceramus per apostolicas Nostrae literas datas vi kalendas augusti anni 1817 noviter erectis, mandabimus ut sese interim ab usu acceptae canonicae institutionis abstineant, donec sedium imminutio, de qua supra diximus, praefiniatur.

Quod vero pertinet ad ecclesiam Avenionensem, quae per antedictas apostolicas literas vi kalendas augusti anni 1817 ad archiepiscopalis gradum evecta fuerat, cum ea non possit in temporaria ejusmodi provisione capienda veluti episcopalis haberi, eam idcirco sub vicariorum capitularium regimine relinquemus, aut, si id christianissimo regi magis placeat, titulum in partibus infidelium ecclesiastico illi viro assignabimus, quem ad eamdem sedem nominare majestas sua sibi in animo esse declarabit, eique provisorie administrationem ipsius ecclesiae tradémus ea finiums circumscriptione, iisque suffraganeatus juribus, uti extabat ante literas apostolicas vi. kalendas augusti anni 1817.

Haec est consiliorum ratio quam ad temporarium aliquod urgentioribus Gallicanarum ecclesiarum malis remedium adhibendum animo Nostro auggessit impensissima charitas qua ecclesias ipsas, christianissimum regem, universamque Gallicanam nationem complectimur.

Ne vero quis suspicari posset provisionem illam, quam impellentibus circumstantiis capere interea judicavimus, ex temporaria perpetuam evasuram, vel saltem plurium annorum spatio perduraturam, idcirco Nos a christianissimo rege postulavimus ut propositum animi sui quod hac super re in toto tractationum decursu Nobis operuit, in memoratae temporariae provisionis exequutione ita expresse declarare vellet, ut nullus prorsus praedictae suspicioni locus cuiquam relinqueretur. Rex autem egregiae voluntatis suae solemne testimonium praebere desiderans officiali quod vocant scripto Nobis declaravit, animi sui propositum esse temporariam provisionem illam ad medendum urgentioribus ecclesiarum Galliae malis, de qua Nobiscum convenit, quam breviorem fieri possit reddere: mentem pariter suam esse, omnia quae sunt in sua potestate, collatis Nobiscum consiliis praestare, ut memoratae ecclesiae utilitatibus perfruantur quae in earum bonum sunt manaturae ex stabili illo ac definitivo statu, quem habere debent: denique velle se, servatis constitutionalibus regni sui formis juxta quod regni vires absque novis populorum suorum oneribus patiantur, episcopalium sedium augmentum ad effectum perducere, prout fidelium necessitates expostulare videbuntur.

His ita constitutis, nulla interposita mora rei manum admoventes hoc ipso in consistorio sex Galliarum ecclesias nempe, Venetensem, Valentinensem, Briocensem, Aurelianensem, sancti Flori, et Argentinensem de personis a christianissimo rege nominatis providebimus, cum et nominationis literae ad Nos jam fuerint perlatae, et processus circa nominatorum qualitates in promptu sint.

In tot difficultatibus, quibus catholica res in Galliis premitur, confidimus, venerabiles fratres, consilia quae ad temporarium remedium aliquod urgentioribus Gallicanarum ecclesiarum malis adhibendum, et ad sternendam plenae rerum com positioni viam, unice pro nunc capi posse judicavimus, ad ea quae Nobis propusui-

mus bona assequends mirifice fore conductura; Nobisque datum iri, ut memorstas ecclesias optata tandem pace, fsvente misericordiarum Patre, frui videamus.

DCCCLXXXVI

Dat die 25 Augusti 1820 Anno XX

Reformatio conventionis initae sexto kalendas augusti MDCCCXVII eum rege ehristianissimo super reductione sedium episcopalium in universo Galliarnm regno.

Venerabilibue fratribus Carolo Francisco archiepiscopo Burdigalensi, caeterisque episcopis in Galliarum sedibus ante conventionem diei 11. junii anni 1817. canonice institutis

Pius PP. VII.

Venerabiles fratres
Salutem, et apostolicam benedictionem.

Proemium

§. 1. Dominici gregis cura humilitati Nostrae commissa, et impensa charitas qua Christifideles in amplissimo Galliarum regno commorantes complectimur, sollicitudinem Nostram vehementer urgent, ut gliscentibus in animsrum perniciem malis opportune ex temporum et locorum ratione consulemus.

Expositio precum.

§. 2. Quamvis enim eollata a Nobis studia ad ineundam eum eharissimo in Christo filio Nostro Ludovico francorum rege christianissimo conventionem uberrimos pollicerentur fructus, non sine ingenti dolore illius execntionem in longius dilatam vidimus, ac majestatis suae nomine perlatum ad Nos fuit, adauctis juxta ejus vota per apostolicas literas VI. kal. augusti anno 1817 datas Galliae sedibus usque ad nonaginta dnas, publica regni onera tot dotationum impensis sustinendis paria non esse, earumque sedium numerum aliquentum imminui necessario postulare, ejusdemque regni circumstantias alia etiam objecisse impedimenta, quominus suprememorata conventio anno 1817. cum christianissimo rege inita executioni mendaretur, propterea que majestatem suam ad ejusmodi obstacula removenda Nobiscum consilia conferre coactam fuisse.

Moerore affector pontifex ob non praestitam executionem conventionis.

§. 3. Megno equidem animi Nostri moerore haec intelleximus; cumque Nobis nihil magis cordi sit quam ut uberes illos fructus, quos a memorata conventione Nobis polliciti sumus, percipiamus, et res Ecclesiae in florentissimo Galliarum regno stabili ratione ordinentur, votis majestatis suae quantum muneris Nostri ratio patitur, obsecundare cupientes, ei significavimus non alienos Nos fore a sedium numero aliquantum imminuendo, si id Ecclesiae regnique rationes omnino exposcerent.

Quae interim praestanda sint in utilitatem Ecclesiae statuit.

§. 4. Cum tamen ad novos dioecesium limites pro locorum natura, et fidelium commodo definiendos, et ad ea omnia absolvenda, quae exoptata imminutio sedium postulet non parum temporis impendi opus sit, Nos probe edocti de misero Gallicanarum ecclesiarum statu, et plurium sedium viduitate, ad apostolicam Nostram sollicitudinem pertinere judicavimus opem interea iisdem afferre. Quo in suscipiendo consilio id Nodis proposuimus, ut ex nove hac apostolicae indulgentiae testificatione impedimentum removeatur, quod in praesentibus regni circumstantiis ex nonaginta duarum sedium numero oriri expositum Nobis est, et utilitates quas in favorem Ecclesiae ex memorata conventione Nobis polliciti sumus, valeant obtineri.

Mandat singulis episcopis proprias sedes retinere nulla habita ratione ad praedictam conventionem

§. 5. Gravissimis ergo hisce causis adducti, universa re mature perpensa, audito etiam consilio selectae congregationis venerabilium fretrum Nostrorum San etae Romanae Ecclesiae cardinelium, de apostolicae potestatis Nostrae plenitudine vobis, venerabiles fratres, et unicuique vestrum qui actu Galliarum ecclesiis praesidetis, ne exceptis quidem iis qui translationem ad alias ecclesias per literas apostolicas VI kal. augusti anni 1817. de novo erectas obtinuerant, mandamus ut sedes interim retineatis, quibus in praesens potimini, vestrasque dioeceses interea regatis, nulla circa earum fines, quibus adhuc continentur, facta immutatione, nec circa metropolitica jura, donec nova dioecesium circumscriptio stabili ratione ordinetur. Archiepiscopis praeterea in Galliarum sedibus ante conventionem die 11. junii anni 1817. cum rege christianissimo initam canonice institutis, auctoritate apostolica committimus, et mandamus, ut eos interim suffragneos agnoscant, qui ante memoratam conventionem ipsorum metropolitico juri suberant, episcopis vero qui ante id temporis Galliarum ecclesiis praefeceramus apostolica auctoritate committimus pariter et mandamus, ut interea iisdem ac antea archiepiscopis suffragentur.

Idem statuit pro episcopis nominatis post conventionem.

§. 6. Porro cum ex vobis aliqui post conventionem anni 1817. ad alias sedes, quae ante id temporis extabant, canonicam translationem a Nobis obtinuerint juxta limites et metropolitica jura, quae per memoratas literas apostolicas novae circumscriptionis praefinita sunt, iis per praesentes significamus, atque injungimus, ut earum sedium possessionem quamprimum inire eurent, assignatasque sibi dioeceses regendas

provisorie suscipiant iis confiniis, servatisque iis metropoliticis juribus, quae praeterito tempore vigebant.

Idem ut supra

§. 7. Haud dissimili ratione caeteris quibus canonicam institutionem ad aliquam ex sedibus actu existentibus tribueramus praecipiemus, ut earum possessionem confestim capiant, utque dioeceses suas in eo statu, in quo actu sunt, interea regant.

Consulitur sedibus pastoris solatio destitutis.

§. 8. Praeterea ne dioeceses recentiori circumscriptione antiquiores, quae viduae erant, pastorum solatio diutius destitutae remanerent ad eas nominatos a rege in consistorio Nostro die xxiii hujus mensis habito canonica institutione donavimus juxta praefatas literas apostolicas vi kalendas augusti anno 1817 datas; quod idem circa illas etiam ecclesias agere Nobis proposuimus, quas interea temporis, donec scilicet nova circumscriptio stabili ratione ordinetur, vacare contigerit. Promotis autem in eodem consistorio per literas in forma brevis mandavimus, ac promovendis in posterum pariter mandabimus, ut singulas dioeceses regendas provisorie suscipiant iis limitibus, iisque juribus metropoliticis servatis, quae ante novissimam circumscriptionem a Nobis decretam locum habebant.

Episcopis electis ad noves sedes juxta conventionem pro nunc interdicitur possessio canonicae institutionis

§. 9. Tandem episcopis illis, quos ex regis christianissimi nominatione praefeceramus ecclesiis per apostolicas Nostras literas datas vi kalendas augusti an. 1817 de novo erectis, mandandum a Nobis necessario novimus, ut sese interim abstineant ab usu acceptae canonicae institutionis, donec petitam sedium imminutionem praefiniamus.

Monitum generale ad singulos episcopos.

§. 10. Haec sunt, venerabiles fratres, quae ad aliquod temporarium remedium Galliae ecclesiis parandum Nostra in Christifideles isthic extantes paterna charitas animo Nostro suggessit. Praesidium interim a bonorum omnium fonte communi, assiduaque prece exquiramus, ut ipso bene juvante auspicatissima illucescat dies, qua in florentissimo Galliarum regno quidquid majori religionis incremento, animarum saluti, totiusque rei sacrae incolumitati, ac splendori conferat, plena, stabilique ratione decernere, ac consequi datum sit. Quae cum a divina Nobis benignitate pollicemur, paternae Nostrae benevolentiae testem apostolicam benedictionem vobis, venerabiles fratres, gregibusque vestris peramanter impertimur.

Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die vicesima quinta augusti anno millesimo octingentesimo decimo nono, pontificatus Nostri anno vicesimo.

DCCCLXXXVI.

Communicatio facta praesuli electo Lingonensi suspensionis concordiae initae cum rege christianissimo, de anno MDCCCXVII.

Dat. die 25 augusti 1819 anno XX.

Dilecto filio Nostro Caesari Guillelmo Sanctae Romanae Ecclesiae cardinali de la Luzerne nuncupato ex concessione, et dispensatione apostolica ecclesiae Lingonensis praesuli electo.

Pius PP. VII.

Dilecte fili Noster
Salutem, et apostolicam benedictionem.

Quanto Nos studio, ac paternae charitatis ardore adlaboraverimus, ut Ecclesiae rebus in amplissimo Galliarum regno feliciter ordinatis, suscepta ex temporum acerbitate detrimenta possent feliciter reparari, abunde testatur inita inter Nos, et carissimum in Christo filium Nostrum Ludovicum francorum regem christianissimum conventio, promptaque voluntas, qua ea omnia, ad quae ex eadem conventione adigebamur, celeriter, fideliterque perfecimus. Verum cum ipsius conventionis exequtionem magna animi Nostri anxietate praestolaremur, nec sine ingenti dolore eam videremus in dies differi, majestatis suae nomine perlatum ad Nos fuit adauctis juxta ejus vota per apostolicas literas vi. kalendas augusti anno 1817 datas Galliae sedibus usque ad nonaginta duas publica regni onera tot dotationum impensis sustinendis paria non esse, earumque sedium numerum aliquantum imminui postulare; ejusdemque regni circumstantias alia etiam objecisse impedimenta, quominus supramemorata conventio exequutioni mandaretur, propterea que majestatem suam ad ejusmodi obstacula removenda coactam fuisse consilia Nobiscum conferre, Nostramque apostolicam auctoritatem efflagitare, ut meliori quo fieri possit modo, habita ratione circumstantiarum regni ea immutatio ad sacrorum canonum normam peragatur. In his rerum adjunctis, cum nihil Nobis magis sit cordi, quam ut uberes illos fructus, quos a memorata conventione Nobis polliciti sumus, percipiamus, et res Ecclesiae in florentissimo Galliarum regno stabili ratione ordinentur, votis majestatis suae, quantum muneris Nostri ratio patitur obsecundare cupientes, ei significavimus, non alienos Nos fore a sedium numero aliquantum imminuendo, si id Ecclesiae regnique rationes omnino postularent. Cum autem ad novos dioece-

sium limites pro locorum natura, et fidelium commodo definiendos, et ad ea omnia absolvenda, quae exoptata imminutio sedium postulat, non parum temporis impendi necesse sit apostolicae sollicitudinis Nostrae interea esse judicavimus temporarium remedium aliquod adhibere, ut praesentibus saltem malis, quibus Galliarum ecclesiae pastorum praesentia destitutae affliguntur, quamcitissime accurramus. Quo in suscipiendo consilio, illud Nobis propositum, ut ex nova hac apostolicae indulgentiae testificatione impedimentum removeatur, quod in praesentibus regni circumstantiis ex nonaginta duarum sedium numero oriri expositum Nobis est, et utilitates, quas in favorem Ecclesiae ex memorata conventione Nobis polliciti sumus, valeant obtineri. Re igitur universa mature perpensa, auditaque sententia selectae congregationis venerabilium fratrum Nostrorum Sanctae Romanae Ecclesiae cardinalium, id tandem consilii cepimus, et apostolica auctoritate Nostra decrevimus, ut archiepiscopi, et episcopi titulares dioecesium ante memoratam bullam anno 1817 extantium, ne exceptis quidem iis, qui translationem ad alias ecclesias per eamdem bullam erectas obtinuerint, sedes retineant, quibus in praesens potiuntur, suasque dioeceses interea regant, nulla circa earum fines, et circa metropolitica jura, quibus ante praefatam bullam continebantur, facta immutatione; itemque ut praesules rite ad eas promoti, quae ante novissimam conventionem existebant, regimen illarum ecclesiarum in statu ac limitibus, qui praeterito tempore vigebant temporario suscipiant. Praeterea ne dioeceses recentiori circumscriptione antiquiores, quae viduae erant pastoris solatio diutius destitutae remanerent, ad eas nominatos a rege in consistorio Nostro die xxiii hujus mensis habito canonica institutione donavimus juxta literas apostolicas vi kalendas augusti anno 1817, idemque agere Nobis proposuimus circa illas quoque ecclesias, quas interea temporis donec scilicet nova circumscriptio stabili ratione dirigatur, vacare contingat. Quibus quidem praesulibus in memorato consistorio promotis per Nostras in simili forma brevis literas mandavimus, quod idem erga illos agemus, quos in posterum ad illas ecclesias promovebimus, quas interea temporis, donec scilicet nova circumscriptio stabili ratione ordinetur vacare contigerit, ut quamvis pro dioecesibus juxta saepius memoratas apostolicas literas constitutis institutionem acceperint, dioeceses tamen regendas provisorie suscipiant iis limitibus, iisque juribus metropoliticis servatis, quae ante novissimam circumscriptionem a Nobis sancitam locum habebant. Cum itaque erectionem ecclesiae Lingonensis, quam memoratis Nostris literis inter caeteras ereximus, suspensam remanere indulserimus, donec novos dioecesium limites pro locorum natura, et fidelium commodo habita ratione onerum, quibus Galliarum regnum premi Nobis expositum est, iterum definiamus, tibi, dilecte fili Noster, cui ad memoratam sedem Lingonensem canonicam institutionem impertivimus, inviti licet significamus, et apostolica auctoritate mandamus, ut te interim abstineas ab usu quolibet ejusdem canonicae institutionis, donec petitam sedium imminutionem praefiniamus. Eximia sane, qua commendaris, virtus, tuumque pro Ecclesiae bono studium singolare Nobis apprime suadent temporariae huic providentiae, quam impellentibus circumstantiis, ad remedium aliquod urgentioribus Gallicarum ecclesiarum malis adhibendum unice, pro nunc, capi posse judicavimus, aequo te animo obsequuturum fore, probe confisi diem, non longe abesse, qua omnibus rite compositis, opera tua ad Dei gloriam, animarumque salutem uti possimus. Interea paternae Nostrae benevolentiae pignus apostolicam benedictionem tibi, dilecte fili, peramanter impertimur.

Datum Romae, apud sanctam Mariam Majorem, sub annulo piscatoris die vicesima quieta augusti millesimo octingentesimo decimo nono, pontificatus Nostri anno vicesimo.

Similis ven. fratri Joanni Carolo episcopo olim Russellensi electo archiepiscopo Rhemensi.

Similis ven. fratri Joanni Baptistae Mariae Annae Antonio episcopo Amiclensi electo episcopo Carnutensi.

Similis ven. fratri Annae Ludovico episcopo olim Nancejensi electo archiepiscopo Senonensi.

Similis dilecto filio Josepho Mariae de Fontenay electo episcopo Nivernensi.

Similis dilecto filio Carolo Ludovico de Salmon de Chatellies electo episcopo Lundunensi.

Similis dilecto filio Aloisio Silvestro de la Chastre electo episcopo Bellovacensi.

Similis dilecto filio Joanni Petro de Gallieu electo episcopo Amiciensi.

Similis dilecto filio Carolo Andreae Tuslano Brunom de Ramond de la Lande electo episcopo Butheeensi.

Similis dilecto filio Alexandro Lodovico Rosae de Lestanges electo episcopo Petrocoricensi.

Similis dilecto filio Joanni Paolo Gaston de Pius electo episcopo Biterrensi.

Similis dilecto filio Guillelmo Albino da Villela electo episcopo Virdunensi.

Similis dilecto filio Augustino de Mont Blanco electo episcopo sancti Deodati.

Similis dilecto filio Rocho Stephano de Vichy electo episcopo Suessionensi.

Similis dilecto filio Paulo Theresiae Davidi D' Astros electo episcopo Auracensi.

Similis dilecto filio Carolo Magdalenae da la Myre Mory electo episcopo Trecensi.

Similis dilecto filio Joanni Pradelle electo episcopo Bajocensi.

Similis dilecto filio Marino Rouph du Varicourt electo episcopo Aurelianensi.

Similis dilecto filio Henrico Mariae Claudio de Brne electo episcopo Venetensi.

Similis dilecto filio Mariae Josepho Antonio Laurentio Larivoire de la Tonrette electo episcopo Valentinensi.

Similis dilecto filio Mathiae de Groig la Romagere electo episcopo Briocensi.

Similis dilecto filio Joanni Francisco de Mallian electo episcopo sancti Flori.

Similis dilecto filio Gustavo Maximiliano Justo ex principibus de Croy electo episcopo Argentinensi.

Similis dilecto filio Joanni Francisco Martino de Boyville electo episcopo Blesensi.

DCCCLXXXVII.

Dat. die 30 septembris 1819 anno XX.

Confirmatio assignationis bonorum piis causis mancipatorum, factae favore laicorum a ducissa Maria Aloisia Borbonia in ducatu Lucae.

Pius PP. VII.

Ad futuram rei memoriam

Proemium. §. 1. Apostolicae auctoritatis indulgentiam eo facilius proferre non abnuunt Romani pontifices, ut principum illustrium votis, studiisque obsecundent, quando ex inde majora in rem sacram commoda conquiri cumulataque compensari nanciscuntur, si quid remitti eisdem atque concedi visum fuerit.

Expositio precum. §. 2. Haec Nos animo pervolvimus de precibus nomine carissimae in Christo filiae Nostrae Mariae Aloisiae Borboniae ducissae Lucae nuper perlatis, quibus referebatur, eadem ex bonis redditibusque jure legitimo in publicam utilitatem assignatis ea omnia secrevisse, quae licet laicalibus adnumerentur, aliquo tamen modo ad pias causas spectabant, eaque libere concessisse congregationi patrimonio ecclesiastico sua in ditione procurando praepositae; caetera vero, quae mere ac proprie laicalia dignoscebantur, caussisque omnino laicis erant addicta, qualia sunt quae nuncupantur Comitatus Abundantiae, antiqui Domanii, Officii aquarum, et aedificiorum, riparum fluminis e Camajore, scholae textorum, aulae mercatorum, legatorum Mastini, et diversi collegii Sinibaldi, et aedium Guarconiae, sub regia dispositione, et administratione reliquisse, prout ex decretis constat ad dies XIV. et XXVIII novembris superioris anni ab ipsa sancitis. Cum vero haec inter, quae secundi generis sunt declarata, vel edjicientur in posterum, redditus extent, qui vel ex testatorum voluntate certis quibusdam legibus ac conditionibus impendendi forent, vel alio quopiam titulo possent in Ecclesiae jura referri; supplicabatur proinde ut decreta haec bonorum reservatio apostolicae sedis consensione firmetur, eorumque redditus distribui indulgeamus pro ipsius Mariae Aloisiae voluntate, in artium bonarum tuitionem, in puellarum dotes, et in alia id genus beneficentiae instituta.

Tenor concessionis. §. 3. Nos itaque spectatissimam ducissam specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerit, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutam fore censentes, supplicationibus hujusmodi inclinati, motu proprio ac ex certa scientia, ac matura deliberatione Nostris, deque apostolicae potestatis plenitudine, tenore praesentium indulgemus, ut bona quae memoratis decretis sub regia dispositione, et administratione reservata ab ipsa Maria Aloisia percensentur, et alia quae deinceps deprehendantur, ejusdem assis generis, iisdemque juribus contineri, super quo in ipsius Mariae Aloisiae prudentia, et pietate conquiescimus, quamquam ex voluntate testatorum in certos usus impendendi essent, vel alio quopiam titulo in Ecclesiae jura referri queant, rite ac recte possint, et valeant in supradictos, vel in alios publicae utilitatis usus ab eadem pro sua voluntate et arbitrio addici et converti, quin unquam ex voluntate testatorum, vel ex Ecclesiae juribus, quae aliunde satis novimus inviolate custodiri, ac compensari possit libere haec de ipsis per has literas approbata dispositio, administratio, distributio praepediri, oppugnari, atque perfringi.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 4. Decernentes propterea praesentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, dictaeque ducissae, et aliis quibuscumque in omnibus, et per omnia plenissime suffragari. Sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delogatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate et auctoritate, judicari, et definiri debere, ac irritum, nt inane si secus super his a quoquam quavis anctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Poenae rebellibus impositae.

§. 5. Contradictores quoslibet, et rebelles per sententiss, censuras, et poenas ecclesiasticas, aliaque opportuna juris, et facti remedia appellatione postposita, compescendo, lngitimisque super his habendis servatis processibus censuras, et poenas etiam iteratis vicibus aggravando.

Derogatio contrariorum.

§. 6. Nos obstantibus, quatenus opus sit, fel: rec: Benedicti pp. XIV. praedecessoris Nostri super divisione materiarum, nec non Pauli II. de rebus ecclesiasticis non alienandis, aliorumque Romanorum pontificum pariter praedecessorum Nostrorum apostolicis, ec in universalibus, previncialibusque, et synodalibus conciliis nditis generalibus vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, nec non Nostra, et cancellarian apostelicao regula dn jure quaesito non tollendo, et quarumcnmque ecclesisrum, piorum locornm, fundationum, ac testatorum voluntatum etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quovis firmitate alia roboratis statutis, et censuetndinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superieribus, et personis sub quibuscumque tanoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in generu vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, apprepatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores praesentibus pre plene et sufficianter expressis, ac de verbo ad verbum insertis hebentes, illis alias in suo robore permansuris ed praemissorum effectum bac vice dumtaxet specialiter, et expresse darogamus, caeterisque contrariis quibuscumque.

Datnm Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die decima septembris millesimo octingentesimo decime nono, pontificatus Nestri anno vicesimo.

DCCCLXXXVIII.

Dat. die 14 septembris 1819 anno XX.

Confirmatio rescripti editi super incorporatione coenobii sanctae Sabinae de nrbe previnciae Longobardicae ordinis Praedicatorum.

Pius PP. VII.

Ad futuram rei memoriam

Prooemium.

§. 1. Nonnulla, quae quibnsdam suadentibus causis a Romanis pontificibus prandecessoribus Nostris concessa sunt, Nos, temporum, rernmque circumstantiis immutatis, eadem apostolica auctoritate moderamus, et si opus sit, omnino abrogamus.

Expositio precum.

§. 2. Pro parte siquidem dilecti filii moderni vicarii generalis ordinis Praedicatorum expositum est, quod coenebium sanctae Sabinae de urbe usque ab ejusdem ordinis origine provincise Longobardicae fuit canonice conjunctum, sed certis addnctus rationibus fel. rec. Glemens pp. VII. praedecessor Noster illud in provincia Romana annumeravit; immutatis dein circumstantiis, pristinae Longobardicae provincian a rec: me: Paulo pp. III. praedecessore pariter Nostro iterum fuit praefatum coenobium addictum, et postea per alias in simili forma brevis die xx. martii MDLXVII. expeditas literas sanctae memoriae Pius pp. V. praedecessor itidem Noster unionem praedictam confirmavit; pregressu tandem temporis idem coenobium in congregationem fratrum Gavotti nuncupatam sanctae Sabinae fuit erectnm, annc autem, imminuto post notissimas rerum perturbstiones fratrnm dictae congregationis numere cum coenobium prandictum sub eodem titulo restitui nequeat, praedictus vicarius generalis bumiliter a Nobis petiit, nt illnd provinciae Longobardicae, qnae in praesentiarum coenobiis caret, denuo ad formam Literarum apostolicarum memoratii Pii praedecessoris incorporare dignaremur; ao facta Nobis relatione petitionis hujusmodi in audientia Nostra die 22. martii currentis anni per dilectum filium Nostrum Petrum Franciscum S. R. E. presbyterum cardinalnm Galleffi nuncupatum supplicum libellorum pre secretarium, Nos postulata fecimus vigore rescripti tenoris ut sequitur.

Tenor rescripti.

§. 3. Ex audiontia Sanctissimi die 22 martii 1819. Sanctissimus, attentis expositis, p. vicarii generalis oratoris precibus annuendo benigne indulsit, ut infrascriptum coenobium cum suis adjacentiis, et pertinentiis provinciae Longobardicae rursns incorporetur ad formam literarum apostolicarum

sanctae memoriae Pii Papae V., salvo tamen, firmoque manente jure, quo, si ad implendum filiationum numerum juxta morem ejusdem Longobardicae provinciae ab ipso p. vicario generali praescribendum aliquis ex adhuc superstitibus congregationis dictae Gavotti s. Sabinae individuis accessum ad filiationem petierit, eidem denegari non debeat, se tamen in omnibus submittendo, quae regularem observantiam spectant juxta approbatam memoratae provinciae consuetudinem; sicque praefatum coenobium perpetuis futuris temporibus provinciae Longobardicae aggregatum remaneat. Constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, caeterisque contrariis non obstantibus.

F. B. card. Galeffi

Confirmatio apostolica. §. 4. Ut autem hujusmodi rescriptum firmius subsistat, memoratus vicarius generalis per apostolicas Nostras literas confirmari summopere desiderat. Nos igitur dictum exponentem, ac singulares personas, quibus praesentes Nostrae literae favent, specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte, incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, rescriptum praedictum, ac omnia in eo expressa, et contenta circa unionem coenobii sanctae Sabinae provinciae Longobardicae auctoritate apostolica tenore praesentium confirmamus.

Clausulae sublata, et decretum irritans. §. 5. Decernentes has praesentes literas firmas, validas, et efficaces existere, ac fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum. §. 6. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non utriusque provinciae tam Romanae, quam Longobardicae, nec non congregationis de Gavotti nuncupatae etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis, sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes illis alias in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die decima quarta septembris millesimo octingentesimo decimo nono, pontificatus Nostri anno vicesimo.

DCCCLXXXIX.

Restitutio coenobii sanctae Mariae Montis Caesenae congregationis Cassinensis in civitate Caesenae, cum dotatione scutorum quatuor mille annuatim, ac in perpetuum solvenda a r. camera apostolica. Dat. die 17 septembris 1819 Anno XX

Pius PP. VII.

Ad perpetuam rei memoriam

Prooemium. In apostolicae potestatis fastigio, meritis licet imparibus constituti perjucunda repetimus memoria, Nos institutum monasticum congregationis Cassinensis ordinis sancti Benedicti professos fuisse, ac proinde sinceros grati animi Nostri sensus in illud extraordinariis etiam gratiis, et favoribus, quantum cum Domino possumus, patefacere studemus.

Ratio concessionis. §. 2. Licet post Nostrum in hanc s. Sedem regressum nonnullae generales regulae temporum ac locorum circumstantiis accomodatae pro conventuum et monasteriorum restitutione in provinciis Nostris secundae recuperationis a Nobis fuerint sancitae, nihilo tamen minus, ut monasterium sanctae Mariae Montis Caesenae olim ad congregationem praedictam pertinens, ubi Nos monasticae disciplinae in tyrocinio operam navavimus, restituatur, extraordinario modo, et nunquam in exemplum ab aliis religiosis institutis adducendo generalibus praedictis regulis aberramus. Cum autem aedificium sive locum monasterii restituendi transacto gubernio jam divenditum ab illius emptore dilecto filio Semprini Nobis vigore publici instrumenti per acta notarii Fiorentini in Caesenatico die 29 aprilis 1814 dono fuerit datum, Nos illud in benevolentiae ac devotionis Nostrae si-

gnum congregationi praedictae libere elargimur.

Tenor concessionis.

§. 3. Praeterea idem monasterium restituendum de stabili dotatione providere volentes, motu proprio, atque ex certa scientia, et matura deliberatione Nostris, deque apostolicae potestatis plenitudine, monasterio praedicto annuam summam scutatorum quatuor mille a publico camerae Nostrae apostolicae aerario persolvendam in perpetuum constituimus, et assignamus, expressa tamen sub conditione, ut subsidium illud, quod titulo novitiatus seu studii aliis religiosis instituti fuerat alias assignatum, in dotatione seu summa praedicta contineatur, et tandem ut pensiones quaecumque spectantes ad monaches praedicti ordinis nuncupatos *di prima affigliazione* in memoratis provinciis secundae recuperationis existentes cesseat eo ipso, et monasterium praedictum alumnos habitum monasticum resumpturos recipere et alios, qui justis de causis, et suffragante apostolice indulto ordinem praedictum denue ingredi nequibunt, de idonea pensione, eorum vita naturali durante, providere teneatur. Mandantes propterea dilecto filio magistro Caesari Guerrieri Nostro et camerae Nostrae apostolicae thesaurario generali, alisque, ad quos spectat, ac pro tempore spectabit, ut de praedicta summa monasterio memerato cum effectu respondeant, et respondere faciant realiter et cum effectu.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 4. Decernentes has praesentes literas firmas, validas, et efficaces existere et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac monasterio, illiusque monachis plenissime suffragari; sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores judicari et definiri debere, ac irritum et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 5. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, caeterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem, sub annulo piscatoris die decima septima septembris millesimo octingentesimo decimo nono, pontificatus Nostri anno vicesimo.

DCCCXC.

Dismembratio nonullarum ecclesiarum parochialium a dioecesi Camberiensi, earumque subiectione ecclesiae Genuensi.

Dat. die 20 septembris 1819 Anno XX.

Venerabili fratri Vincentio
Archiepiscopo Nisibensi
Nostro et apostolicae Sedis
in dominio Helvetiorum,
et Rhetorum nuncio.

Pius PP. VII.

Venerabilis frater
Salutem et apostolicam benedictionem.

Proemium.

§. 1. Inter multiplices, gravissimasque apostolatus Nostri curas non exiguam tanet partem ea quae dioecesium per universum orbem distributarum respicit statum, siquidem supremae potestatis, judiciique Nostri est novos earum limites constituere, vel constitutos immutare, prout habita temporum ac circumstantiarum ratione, fidelium utilitati conducere dignoscimus.

Expositio precum.

§. 2. Statim ac per politicas conventiones superioribus annis 1815 et 1816, Vindobonae et Augustae Taurinorum respective initas in potestatem Genevensis reipublicae (quae ad Helveticam confoederationem nunc pertinet) in temporalibus devenerunt nonnulla loca ducatus Sabaudiae sub temporali dominio serenissimi Sardiniae regis olim posita, nec non alia ad Galliae regnum pertinentia, per legatum etiam ad urbem a praedictae reipublicae Genevensis gubernio missum, Nobis supplicatum feit, ut praedicta omnia loca eidem reipublicae attributa a Camberiensi dioecesi, cui in spiritualibus subsunt, avellere, et dismembrare, et alteri ex Helvetiae dioecesibus adjungere dignaremur; designata ad hoc quoque a gubernio ipso tamquam opportuniori, dioecesi Lausanensi. Precibus vero gubernii reipublicae Genevensis non modo postulata totius Helveticae confoederationis adjuncta sunt, sed plurium etiam principum supremorum officia accesserunt, qui unanimi consensione, collatisque studiis, vota Genevensis gubernii apud Nos et banc s. Sedem patrocinati sunt.

Ratio concessionis.

§. 3. Nos autem pro pastorali munere Nostro totum hoc negotium, propositis praesertim Nobis religionis catholicae rationibus diu et sedule perpendendum Nobis esse arbitrati sumus, ad hoc ut cognosceremus an necessarium et expediens foret ad hujusmodi gratiae concessionem deveni- re. Ex instituto autem examine omnium,

quaa ad banc rem pertinent, perspicuum factum est Nobis, in vim protocolli recessus Vindobonensis anni 1815, nec non conventionis inter serenissimum Sardiniae regem ex una parte, et confederationem Helveticam, ac gubernium reipublicae Genevensis ex altera Augustae Taurinorum initae anno 1816 catholicam religienem in locis gubernio praedictae reipublicae cessis eodem modo conservandam et protegendam fore, quo a praedicto religiosissimo rege cum ad ejus dominationem praedicta loca spectabant, prout catholicum, piissimumque principem decet, servabetur, et protegebatur. Ex quo plane intellaximus catholicae religionis rationes vigore etiam pacti solemnis instrumento cessionis praefatorum locorum appositi, cui auctoritas quoqua et garantia plurimorum principum supremorum accessit, satis in tuto fuisse positas. Quamquam vero singulari praecipuaque laude dignum Nos arbitramur eximium studium illud, quo venerabilis frater Irenaeus Ivo Desolles Genevensem paroeciam, aliasque, de quibus agitur, Cambериensi dioecesi, cui praeest adjunctas a Nobis infra nominandas, hucusque in spiritualibus gubernavit, non minorem tamen fiduciam in actuali episcopo Lausanensi, ejusque in sede praedicta successorum, Nos collocare posse sentimus, quos quidem nulla ratione dubitare possumus, novarum ovium praedictae dioecesi a Nobis et Sede apostolica adjiciendarum curam et sollicitudinem pastorali munere dignam suscepturos, omnemque datnros operam, ut in locis praedictae dioecesi adjungendis catholica religio sarcta tecta servetur, et fideles ibidem positi in recta fide confirmati, et per justitiae semita tuto gradientes, aeternam salutem consequantur. Et quamvis Lausenensium episcoporum pro tempore virtutem ac zelum nullo prorsus egere incitamento Nos pro certo habeamus, ipsa tamen praesentia apostolici nuntii in Helvatiae regionibus, per quem s. Sedes peculiarem exercet curam illarum dioecesium, quaa Intra limites nunciaturae praedictae reperiuntur, Nobis uberiorem securitatem praebet, fore ut Lausanensis episcopi studio, accedente quoque legati apostolici sollicitudine, quam Nos gratissimo animo perspeximus Helveticam confederationem in literis ad eam bac de re datis, et libentissime agnoscere ot venerari, res catholica in supra memoratis locis tuta permaneat, et majora etiam in dies, favante Dei gratia, percipiat incrementa.

Idem ut supra §. 4. Quae cum ita se habeent, in memoriam Nos etism revocantes superioribus annis ad preces catholicorum Helvetiae, qui Constansiensi ecclesiae extra Helvetos limites positae in spiritualibus suberant, ipsos a praefata Constantiensi dioecesi separavisse, praeservantes Nobis erectionem unius, vel plurium sedium episcopalium in separato hujusmodi territorio constituendarum probe intelleximus petitam separationem paroeciarum supradietarum, pro qua obtinenda non gubernium modo Genevense Nobis supplicavit, sed tota etiam Helvetica confaderatio, immo et tot supremi principes Nobis officia sua obtulerunt, absque offensione illorum omnium, qui studia in hanc rem contulerunt, diutius Nos differre non posse. Archiepiscopus quidam Camberiensis desiderium suum Nobis expressit paroecias Genevensem, aliasque, de quibus agitur, ob rationes a se allatas in dioecesi sua etiam in posterum retinendi. Nos vero gravibus illis permoti rationum momentis, quae supra exposita sunt, atque ad conciliamda in catholicos, et in sanctissimam religionem, quam profitentur gubersiorum Helvetiae studia, propensamque voluntatem, ac etiam perpendentes, quod maxima saltem pars locorum, et paroeciarum, de quibus agitur, ad Camberiensem dioecesim originarie non pertinebat, sed dioecesi illi nuperrime a Nobis adjuncta fuerunt vigore literarum apostolicarum circumscriptionis dioecesium Galliae sub datum Romae apud sanctam Mariam Majorem anno incarnationis Dominicae millesimo octingentesimo primo, quarum initium = *Qui Christi Domini* = ad hujusmodi dismembrationem a Camberiansi dioecesi Lausanensi devaniendum Nobis esse judicavimus. Quo ad serenissimum autem Sardiniae regam pertinet, majestas sua in supramemorata conventione Augustae Taurinorum inita circa loca illa ad ejus dominationem pertinentia, quae praedictae reipublicae cessit, praeter ea, de quibus pro suo in religionem catholicam studio favore catholicorum ad loca, et paroecias illas pertinentium laudadiliter cavit, illud quidam expressit paroecias illas sub eadem dioecesi permanere, et in posterum debere, ad quam da tempore initaa conventionis spectabant, id autem ab se pactum fuisse adjecit ea conditione, scilicet nisi hujus s. Sedis auctoritate secus decretum foret quemadmodum nunc Nos gravibus adducti rationibus, ac referente Nobis dilecto filio magistro Raphaele Matio Nostrae congregationis Consistorialis secretario, aliter de illis decernere judicavimus.

§. 5. Motu igitur proprio, atque ex eerta scientia et matura deliberatione Nostris, deque apostolicae potestatis plenitudine, deficientiam consensus archiepiscopi Tenor concessionis.

Cameriensis supplendo, decernimus, ut urbs Genevensis cum parochiali catholica sua ecclesia, nec non parochiales pariter ecclesiae in territorio Sabaudiae positae, quae vulgo nuncupantur = Choulex = Collonge = Corzier = Mainier = Itermance = Corouge = Bernex = Aire la Ville = Compeziere = Consignon = Lancl = Veirier = Chine = Auusi = a spirituali jurisdictione moderni, et pro tempore existentis archiepiscopi Camberiensis, et ab ejus dioecesis in Sabaudiae ducatu positae limitibus divelli, et separari debeant, prout auctoritate praedicta tenore praesentium divellimus, et separamus, itemque parochiales etiam ecclesias ad territorium Galliae olim pertinentes nempe = Graud = Saccovex = Merrini = Bossi = Vernier = Versoix a regimine et jurisdictione spirituali Camberiensis archiepiscopi, cujus dioecesi nunc subjectas esse asseritur, vel alterius cujuscumque ordinarii auctoritate, et tenore praefatis avellimus, et dismembramus, et tam urbem Genevensem eum supramemoratis paroeciis ad Sabaudiae ducatum olim in temporalibus pertinentibus, quam recensitas paroecias ad territorium Galliae olim spectantes cum omnibus, et singulis ecclesiis, beneficiis, clero, personis saecularibus, et regularibus cujusvis status, gradus, et ordinis dioecesi Lausanensi in Helvetia perpetuo adjungimus, et incorporamus, nec non moderni et pro tempore existentis episcopi Lausanensis regimini, et jurisdictioni auctoritate et tenore praefatis subiicimus. Circa portiones autem proecianrium = Thovex = Ville la grand = et Thairi = quae portiones a dominio serenissimi Sardiniae regis in potestatem gubernii Genevensis transierunt, nec non circa portionem paroeciae Vertonex nuncupatae, quae quidem portio ad territorium pertinet, quod a Gallica dominatione sejunctum in potestatem venit gubernii reipublicae Genevensis; bas enim portiones omnes a Camberiensi, vel alia dioecesi, ad quam in praesens pertinent, auctoritate et tenore praedictis separamus, et Lausanensi addicimus, et unimus. Cum autem parochiales ecclesiae in quibus exercetur cura animarum Christifidelium in supradictis portionibus existentium partim constitutae sint in territorio serenissimi Sardiniae regis, partim vero intra limites regni Galliarum existant, eadem auctoritate praecipimus, atque mandamus, ut Christifideles ipsi ab iisdem parochis a quibus actu pendent interea regentur usque dum Lausanensis episcopus, aut aliis paroeciis suae dioecesis, si commode fieri possit, portiones illas adjungat, aut in iis unam vel plures parochiales ecclesias, prout necessitas, et utilitas fidelium ipsorum postulat, valeat constituere; tandem fraternitati tuae ad praesens Nostro et apostolicae Sedis apud Helvetios nuncio praesentium Nostrarum literarum executionem committimus cum facultate quamcumque dubietatem et controversiam in actu executionis fortasse orituras componendi, et ad praemissorum omnium effectum subdelegandi aliam personam, seu personas in ecclesiastica dignitate constitutas, et cum onere acta omnia in praesentium executionem expedienda transmittendi suo tempore ad congregationem rebus consistorialibus praepositam. Mandantes propterea omnibus, et singulis, ad quos spectat, ac in futurum spectabit, ut praedictis dispositionibus Nostris se subjiciant, illasque accurate exequi teneantur ac debeant.

§. 6. Decernentes bas praesentes literas firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari: sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari. Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 7. Non obstantibus apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, nec non utriusque ecclesiae, et dioecesis, etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere vel in specie ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes illis alias in suo robore permansuris ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque. Derogatio contrariorum

Datum Romae, apud sanctam Mariam Majorem, sub annulo piscatoris, die vicesima septembris millesimo octingentesimo decimo nono, pontificatus Nostri anno vicesimo.

DCCCXCI.

Dat. die 20 Septembris 1819 Anno XX

Concessio juris nominandi archiepiscopum Leopoliensem Armeni catholici ritus pro Greci imperatore Austriae.

Pius PP. VII.

Ad futuram rei memoriam

Proemium.

§. 1. Inter caetera privilegia quibus Romani pontifices identidem augere consueverunt catholicos principes, ut pro rei sacrae bono, et incolumitate impensius adniterentur, illud certe amplissimum percensetur, quo facultas ipsis tribuitur nominandi nonnullarum ecclesiarum antistites, quae in ipsorum ditione continentur. Cum carissimus in Christo filius Noster Franciscus primus imperator Austriae ejusmodi privilegio ex apostolicae Sedis largitate gaudeat pro archiepiscopatibus, et episcopatibus pene omnibus Latini ritus, qui intra suarum ditionum fines numerantur, extendi illud exoptavit ad archiepiscopalem Armeni catholici ritus ecclesiam Leopoliensem; suaquo idcirco in id vota ad Nos perferenda curavit per dilectum filium nobilem virum Aloisium ex principibus Kaunitz de Bietberg suum apud Nos, et apostolicam Sedem oratorem extraordinarium.

Ratio concessionis.

§. 2. Noveramus equidem praesertim ex monumentis asservatis in archivio hujus sacrae congregationis do Propaganda Fide, cujus directioni illa subest ecclesia, illud post Armenorum in Gallecia Polonica unionem incunte saeculo decimo septimo conciliatam ex Romanorum pontificum benignitate concessum fuisse clero Armeno ipsius ecclesiao Leopoliensis, ut in quolibet vacationis casu insimul in comitia conveniret, ac tres ecclesiasticos viros pietate, religione, et scientia probatiores adsisceret per memoratam sacram congregationem exhibendos Romano pontifici, qui alterum ex iis pro suo lubitu archiepiscopum enunciaret, uti subinde ad Nostram usque aetatem peractum conspicitur. Verum cum illud etiam relatum ad Nos fuerit laudatum Franciscum imperatorem annuum censum, et alia non levia subsidia tam archiepiscopo, quam capitulo, et clero praedictao Armeni catholici ritus Leopoliensis ecclesiae persolvenda decrevisse, piam hanc ipsius imperatoris Francisci liberalitatem summopere commendantes, et luculentiora semper Nostrae in eum benevolentiae testimonia praebere cupientes, votis ejusdem infrascriptis modo ac forma annuendum censuimus.

Concessio ut supra.

§. 3. Ex certa itaque scientia, et matura deliberatione Nostris, deque apostolicae potestatis plenitudine saepe laudato Francisco primo imperatore Austriae, suisque imperialis Austriacae domus successoribus, qui Leopoliensi civitati dominentur, quique una cum subditis in obedientia hujus sanctae Sedis persistant, indultum concedimus nominandi infra tempus a jure praefinitum Nobis, et Romano pontifici pro tempore existenti ad Leopoliensem archiepiscopatum Armeni catholici ritus, dignam, et ex sacrorum canonum institutis idoneam personam ecclesiasticam ex tribus illis selectam, quas illius ecclesiae clerus legitime congregatus juxta acceptas ab apostolica Sede facultates rite in eum finem praesentaverit, cum obligatione personae ita nominatae ea omoia pro impetranda canunica institutione erga Sedem apostolicam adimplendi, ad qoae de jure et ex consuetudine teneatur, ac salva in reliquis auctoritate supradictae congregationis de Propaganda Fide, cui nihil inde detrimenti volumus pontificiam hanc indulgentiam uberioribus ipsius imperatoris Francisci, suorumquo successorum erga res catholicae Ecclesiae studiis curisque cumulandam fore, censumqoe antedictae Leopoliensis Ecclesiae meliori qua possit ratione constabilitum, et ab omni pro futuro tempore exemptum difficultate constitutum iri.

De rogatio contrar iorum.

§. 4. Decernentes has praesentes literas firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis ad quos spectat, et pro temporo quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, at ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in praemissis per quoscomque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores, ac Sanctae Romanae Ecclesiae cardinales etiam de latere legatos, et sanctae sedis nuncios, sublata eis, et eorum cuilibet quavis alter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super bis a quoqnam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 5. Non obstantibus quatenus opus sit, fel. rec, Benedicti pp. XIV praedecessoris Nostri super divisione materiarum nec non Nostra, et cancellariae apostolicae regula de jure quaesito non tollendo, aliisque constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, ac dictae archiepiscopalis Armeni catholici ritus Leopoliensis Ecclesiae, ejusque capituli, et cleri, nec non supradictae congregationis de Propaganda Fide

etiam juramento. confirmatione apostulica, vel quavis firmitate alia roboratis, et consuetudinibus ; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ec insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis deoretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomedolibet concessis, approbatis, et innovatis, Quibus omnibus, et singulis illorum tenores praesentibus pro pleue, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum hac vico dumtaxat specielitor, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud sanctam Mariom Majorem, sub annulo piscatoris, die vicosimn septembris, millesime octingentesimo decimo none, pontificatus Nestri anno vicesimo.

DCCCXCII

Dat. die 21 septembris 1819 Anno XX.

Beatficatio venerabilis servi Dei Jeannis Baptistae a Conceptione ordinis fratrum sanctissimee Trinitatis Redemptionis captivorum loci nuncupati Almodevar del Campo Teletanae dioecesis.

Pius PP. VII.

Ad perpetuam rei memoriam

Proemium

§. 1. Ille cbaritatis ignis, qnem Christus Deminus venit mittere in terram, haud vividius, citiusque in nostris cordibus exardescere, augerique solet, quam per frequentem rerum coelestium meditationem cum assidue carnis maceratione, et cupiditatum refraenatione conjunctam, ut veterem heminem exuentes, induamus novum.

Laudes venerabilis servi Dei.

§. 2. Id qnidem cum in sanctis omnibus, tnm in Dei serve Jeanne Baptista a Conceptione confirmatum videmus. Ipse enim in Almodovar del Campo Teletanae dieecesis piis nobilibusque parentibus ortus vix sexennis cer senile gerens, et a puerilibus nblectamentis abhorrens, mentem ad res divinas contemplandas extollere coepit. Atque jam tum a carnibus abstinere, jejunia, eaque asperrima servare, supra nudam bumum, aut super arborum certices, sexn pro pulvinari adhibito, breve somnum carpere consuevit. Itaque tanta simul in proximum aestuabat charitate, ut nen modo cibos, quibus se vesci oportebat, sed aliquando amiculum etiam, que erat indutus, pauperibus elargiretur. Novennis perpetuae castitatis votum emisit, perpetuoque servavit. Egregiam adeo prae se ferebat indolem, ut sancta Theresia, quae ipsius parentum utebatur hospitio, eumdem adhuc puellum cum esset intuita, sanctum insignem, insignisque familiae patrem futurum asscrere nen dubitaverit. Rem confirmavit eventus. Nam de virtute in virtutem progrediens, statim sub ineunte juventutis flore, relictis omnibus, ordinem fratrum sanctissimae Trinitatis Redemptionis Captivorum est ingressus, eaque alacritate per arduum religiosae perfectionis iter arripuit, ut primo quoque tempore se emnium virtutum ex divina charitate, veluti arboris rami ex radice prodeuntium exemplar vel ipsis senioribus praebuerit. Tunc profecto lampdes ejus, lempades ignis apparuerunt atquo flammarum. Nam quo proprius Christum sequeretur, aliosque perplures ad eum propius sequendum secum adduceret, primaevam in sue erdine severiorem disciplinam restituendam suscepit, nunquam Satanae insidiis, aut perditorum hominum injuriis, aut eliquorum confratrum contumeliis, et jurgiis deterritus. Quibus omnibus mira constantia, et mansuetudine superatis, tantum operis, tanta celeritate confecit, ut octodecim coenobia austerioro claustrali observantia, rigidiereque paupertate maxime florentia a fundamentis erexerit, atque instituerit, quin interim sacras ad populum conciones habere, fideliumque confessiones excipere unquam destiterit. Tandem anno MDCXIII laboribus potius, austeraque vivendi ratione, quam oevo cenfectus, Cordubee obdormivit in Domine annum aetatis agens secundum supra quinquagesimum. Quoniam vero tot, tantarumque servi Dei virtutum exempla, ex quibus multum utilitatis christiani ejusdem temporis percepere, praesentis quoque, et futurarum aetatum hominibus prodesse possunt. Nos, qui ex divina dispositione Dominice gregi, meritis licet, virtutibusque impares praesidemus, apostolicae sollicitudinis Nostrae esse ducimus tanti viri honerem, et venerationem, quantum Nobis ex alto conceditur, promevere, cum ad majorem Dei gloriam, tnm ad cunctorum fidelium, religiosorum praesertim incitamentum.

§. 3. Cum itaque mature, diligenterque discussis, et perpensis per congregatienem venerabilium fratrum Nostrorum S. R. E. cardinalium sacris ritibus — Judicium sacrae congregationis Rituum de ejus virtutibus.

praepositorum processibus de hujus sanctae Sedis licentia confectis super vitae sanctitate, et virtutibus tam theologicis, quam moralibus in gradu heroico, quibus servum Dei Joannem Baptistam a Conceptione fundatorem fratrum reformatorum discalceatorum ordinis sanctissimae Trinitatis multipliciter claruisse, et super miraculis, quae ad ejus intercessionem, ejusque sanctitatem hominibus manifestendam a Deo edite et patrata fuisse dicebantur, eadem congregatio coram Nobis constituta, auditis quoque consultorum suffragiis, uno spiritu, unaque voce censuerit, posse, quandocumque Nobis videretur, praedictum Dei servum beatum declarari cum consuetis indultis, donec ad actum solemnis illius canonizationis deveniatur.

Beatificatio

§. 4. Nos piis, enixisque totius memorati ordinis, et nominatim dilecti filii Joannis a Visitatione hujus causae postulatoris supplicationibus Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, de dictae congregationis consilio, et assensu, auctoritate apostolica tenore praesentium facultatem concedimus, et impertimur, ut idem Dei servus Joannes Baptista a Conceptione beati nomine nuncupetur, ejusque corpus, et reliquiae (non tamen in processionibus circumferendae) venerationi fidelium exponantur, imagines quoque radiis, seu splendoribus exornentur, ac de eo quotannis recitetur officium, et missa de Confessorum non Pontificum secundo loco cum epistola, quae habetur in festo sanctorum Abdon, et Sennen, et cum orationibus propriis a Nobis approbatis, juxta rubricas breviarii, et missalis Romani, sinimus. Porro recitationem officii, et missae celebrationem hujusmodi fieri concedimus dumtaxat in universo sanctissimae Trinitatis ordine etiam calceatorum utriusque sexus die XIV. februarii anniversaria eius transitus, itemque in civitatibus, et dioecesibus Toletana, ubi natus est, et Cordubensi, ubi mortalitatem exuit, et eius venerabile corpus requiescit, ab omnibus utrinsque sexus Christi fidelibus tam saecularibus, quam regularibus, qui ad horas canonicas tenentur, in alia die per ordinarium designanda, et quantum ad missas attinet, etiam ab omnibus sacerdotibus ad ecclesias, in quibus festum peragetur, confluentibus.

Facultas celebrandi solemnia beatificationis.

§. 5. Praeterea primo dumtaxat anno a datis hisce literis inchoando, et quoad Indias, a die quo aedem literae illuc pervenerint in ecclesiis ordinis, et dioecesium praefatarum solemnia beatificationis ipsius servi Dei cum officio, et missa sub ritu duplici majori die ab ordinariis respective constituenda postquam in basilica Nostra sancti Petri in Vaticano celebrata fuerint eadem solemnia, pro qua re eamdem diem XXVI. septembris assignamus, pariter celebrandi facimus potestatem.

Derogatio contrariorum.

§. 6. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, ac decretis de non cultu editis, caeterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem, ut praesentium literarum transumptis seu exemplis etiam impressis, manu secretarii dictae congregationis cardinalium subscriptis, et sigillo praefecti eiusdem congregationis munitis, eadem prorsus fides babeatur in judicio, et extra illud ubique, quae ipsis praesentibus haberetur si forent exhibitae, vel ostensae.

Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die vicesima prima septembris millesimo octingentesimo decimo nono, pontificatus Nostri anno vicesimo.

In Festo

B. Joannis Baptistae a Conceptione

Oratio

Preces recitandae in festo beati.

§. 7. Deus, qui ad majorem sanctissimae Trinitatis gloriam propagandam, b. Joannem Baptistem confessorem tuum admirabili spiritus fortitudine, et invicta patientia roborasti; concede nobis famulis tuis, ut ejus imitationi jugiter inhaerentes, gloriam assequamur aeternam. Per Dominum etc.

Secreta

Purificet nos, quaesumus Domine, muneris praesentis oblatio, et intercessione b. Joannis Baptistae confessoris tui fiat per gratiam tuam in nobis spiritus renovatio. Per Dominum etc.

Postcommunio

Corporis tui sacri, ac pretiosi sanguinis, quo redempti sumus, Domine Jesu Christe, participes effecti, quaesumus, ut intercedente b. Joanne Baptista confessore tuo, redemptionis aeternae fructus percipere mereamur. Qui vivis etc.

Corduben.

Confirmatio sacrae congregationis rituum.

§. 8 Expediendae quam primum cum sint literae apostolicae in forma brevis, ad effectum deveniendi ad solemnia beatificationis ven. servi Dei Joannis Baptistae a Conceptione, fundatoris fratrum reformatorum Discalceatorum ordinis sanctissimae Trinitatis redemptionis Captivorum, in Vaticana basilica peragendae;

debent in hisce ex majorum praescripto, et praxi sacrae Rit. cong., inseri orationes propriae ad b. honorem in officio, et missa de communi, legendae ab iis, quibus in bravi praedicto hujusmodi indultum conceditur. Suprascriptas idcirco orationes ab emo, et rmo domino card. Julio Maria de Somalia S. R. C. praefecto, una cum r. p. d. Alexandro Buttaoni promotore fidei revisas, SSmus Dominus Noster PIUS VII Pont. Max., supplicante dictae causae postulatore, meque infrascripto S. R. C. secretario referante, approbavit, et ab omnibus, quibus officium, et missa in honorem praedicti b. concessa sunt, post sequutam illius beatificationem, legi, ac recitari posse permisit. Die 3 augusti 1819.

Julius M. Card. Episcopus Portuen. et S. Rufinae de Somalia S. R.C. praef. etc.

Pro r. p. d. Joseph Antonio Sala secret.

Aloisius Gardellini S. R. C. assessor.

DCCCXCIII.

Dat. die 25 augusti 1820 Anno XX

Dispensatio convocationis capituli generalis pro nominatione superiorum ordinis Carmelitarum, quae auctoritate apostolica suppletur pro hac una vice tantum.

Pius PP. VII.

Ad futuram rei memoriam

Ratio concessionis

§. 1. Reparandis christianae rei damnis, quae a praeteritorum temporum numquam satis lugenda calamitate manarunt, quo apostolatus Nostri munere sedulo intentos, regularium praecipue ordinum curaNos tangit, quos non instaurandos modo, sed ad rectae disciplinae et sanctioris vitae rationem sollicite a Nobis esse ducimus revocandos, ut Ecclesiae Dei praesidio atque ornamento, et fidelibus populis opere, et exemplo ad aeternam salutem assequendam esse valeant adjumento. Ad id autem illud in primis conducere intelligentes, si probatissimi moderatores praedictis ordinibus praeficiantur, pro eximio studio illo et paterna charitate quibus Carmelitarum ordinem prosequimur, illius supremo regimini apostolica auctoritate Nostra, atque ea ratione, qua circumstantiae rerum, ac temporum patiuntur providere decrevimus. Quamquam enim, juxta illius ordinis statuta, auctoritate apostolica roborata, pro eligendo generali, aliisque majoribus officiis providendis, comitia generalia certo tempore, ac certis sub conditionibus in illis expressis convocanda essent, memorata tamen perturbatio rerum ac temporum, electiones hujusmodi praefinito tempore celebrari non permiserunt, nunc vero non levea impensae hanc ob causam necessario subeundae, quibus praedictus ordo par esse non potest, convocationem comitiorum praedictorum peragi non patiuntur, ob aliasque rationabiles gravesque causas Nobis notas, id etiam expedire pro hac vice non judicamus.

§. 2. Praefati igitur ordinis necessitatibus consulere, eumdemque de idoneo generali ac procuratore generali providere volentes, ac de dilectorum filiorum Aloisii Faro definitoris perpetui ejusdem ordinis provincialis munere bis perfuncti, et in civitate Catanensi publici professoris, nec non Antonini Bonvicini praedicti ordinis magistri, et in conventu beatae Mariae de Transpontina nuncupato hujus Nostrae urbis olim regentis, fide, doctrina, prudentia, vigilantia, ac religionis zelo plurimum in Domino confisi, ipsos a quibusvis sententiis, censuris, ac poenis ecclesiasticis, quovis modo et causa latis, si quibus quomodolibet innodati existant, ad effectum praesentium tantummodo obtinendum absolventes, et absolutos fore censentes, motu proprio, atque ex certa scientia, ac matura deliberatione Nostris, deque apostolicae potestatis plenitudine, praedictum Aloisium Faro in generalem memorati ordinis, Antoninum vero Bonvicini in procuratorem generalem ad sexennium proximum tantum a data praesentium incohandum eligimus, constituimus, et deputamus cum omnibus et singulis juribus, facultatibus, privilegiis, praerogativis, praeeminentiis, auctoritatibus, gratiis et indultis, honoribus, et oneribus per ejusdem ordinis statuta praescriptis, perinde ac si in comitiis generalibus rite fuissent electi.

§. 3. Mandantes praeterea omnibus, ut singulis praedicti ordinis fratribus, aliisque ad quos spectat, ac in futurum spectabit ut illos in generalem, ac respective procuratorem generalem dicti ordinis agnoscant, et admittant, illisque in omnibus munera praedicta respicientibus pareant, obediant, faveant, et assistant. Mandatum de obediendo.

§. 4. Decernentes has praesentes literas firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac irritum et inane si secus super his a quocumque quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contingerit attentari. Clausula sublata et decretum irritans.

§. 5. Non obstantibus fel. rec. Benedicti pp. XIV. praedecessoris Nostri super di- Derogatio contrariorum.

visione materiarum, aliisque apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, nec non dicti ordinis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus, caeterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die vicesima quinta septembris millesimo octingentesimo decimo nono pontificatus Nostri anno vicesimo.

DCCCXCIV.

Dat. die 27 septembris 1819 anno XX.

Allocutio habita in consistorio secreto diei XXVII septembris MDCCCXIX pro creatione duorum Sanctae Romanae Ecclesiae cardinalium.

Venerabiles Fratres

Cum ordinis vestri splendor, dignitas, amplitudo maximopere Nobis cordi sint, duos hodie collegas vobis adjungere decrevimus, quos cardinalatus honore dignissimos vos ipsi, venerabiles fratres, Nobiscum judicabitis. Horum alter est venerabilis frater Carolus de Cunha patriarcha Lisbonensis, qui luculenta, et perennia summae religionis, eximiae pietatis, devotissimaeque erga Nos, et hanc sanctam beati Petri Sedem voluntatis argumenta Nobis exhibuit: alter vero dilectus filius Caesar Guerrerius Gonzaga Noster in praesens thesaurarius generalis, qui gravissimis, quae ipsi demandavimus, muneribus ita perfunctus est, ut diligentissimi, sollertissimi, et, quod caput est abstinentissimi plane viri nomen, et laudem sibi merito comparaverit. Persuasum, venerabiles fratres, habemus vos impense laetaturos, quod vestrorum pro Ecclesia Dei laborum tales vobis socios adsciverimus.

Quid vobis videtur?

Auctoritate Omnipotentis Dei, sanctorum apostolorum Petri et Pauli, ac Nostra creamus S. R. E. cardinales.

Presbyterum quidem

Carolum de Cunha patriarcham Lisbonensem.

Diaconum vero

Caesarem Guerrieri Gonzaga thesaurarium generalem.

Cum dispensationibus, derogationibus, et clausulis necessariis, et opportunis.

In nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti. Amen.

DCCCXCV.

Facultas gestandi rocchettum in ecclesiasticis functionibus pro canonicis ecclesiae collegiatae sanctae Agathae in Asciano dioecesis Aretinae.

Datum die 12 novembris 1819 anno XX.

Pius PP. VII.

Ad perpetuam rei memoriam

Prooemium

§. 1. In summo apostolatus apice, meritis licet imparibus, constituti ad statum ecclesiarum omnium, quarum Nobis a Domino commissa est sollicitudo, personarumque in illis Altissimo famulantium, de quarum virtutibus, et religionis zelo, et morum probitate, ac sincera in Nos, et hanc sanctam Sedem fide, et devotione indubia Nobis perhibentur testimonia, propensis studiis animum intendentes, illarum honorificentiae, et decori libenter consulimus.

Expositio precum.

§. 2. Exponi siquidem Nobis nuper fecerunt dilecti filii praepositus, archipresbyter, et sex canonici collegiatae ecclesiae sanctae Agathae in Asciano Aretinae dioecesis, quod ipsi pro ejusdem ecclesiae decoramento in ecclesiasticis functionibus rocchettum gestare summopere desiderant. Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut sibi in praemissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis.

§. 3. Nos igitur dictos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus hujusmodi inclinati, attenta favorabili attestatione episcopi Aretini super vitae, ac morum honestate, religionis zelo, ac in sacris explendis functionibus sedulitate, aliarum virtutum meritis praedictorum capitularium, Nobis exhibita, modernis, et pro tempore in perpetuum existentibus praeposito, archipresbytero, et canonicis praedictae collegiatae ecclesiae sanctae Agathae, ut ipsi in posterum rochettum tam in ecclesia praedicta, ejusque choro, et capitulo, quam extra eam in processionibus, aliisque functionibus, et actibus capitularibus publicis quibuscumque gestare libere, et licite possint, et valeant, et quisque eorum possit, et valeat auctoritate apostolica, tenore praesentium concedimus, et

indulgemus, eosque desuper a quoquam impediri, molestari, vel perturbari nullatenus posse decernimus.

Derogatio contrariorum. §. 4. Non obstantibus, quatenus opus sit, fel. rec. Benedicti pp. XIV. praedecessoris Nostri super divisione materiarum, aliisque constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non dictae ecclesiae collegiatae etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, ac personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriorum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogemus, caeterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die duodecima novembris millesimo octingentesimo decimo nono, pontificatus Nostri anno vicesimo.

DCCCXCVI.

Dat. 7 die 9 decembris 1819, anno XX.

Providentiae susceptae pro conservatione aquaeductuum urbis.

Pius PP. VII.

Motu-proprio

Memorantur veteres providentiae ad rem adhibitae, quaeque lapsu temporis in irritum cesserunt.

I tre grandiosi acquedotti, che conducono a Roma le acque Vergine, Felice e Paola formati parte con gli avanzi delle opere dell' antica magnificenza Romana, parte con nuove dispendiose costruzioni, hanno fin dal principio del Nostro pontificato richiamato le Nostre sollecitudini non solo per fissare i regolamenti più adattati alla loro conservazione, ma molto più per provvedere alle spese di ristaurazione, di cui per le passate vicende abbisognano, e di successivo mantenimento, a cui sono quasi interamente mancati i mezzi predisposti dai Nostri predecessori. Imperciocchè sebbene li condotti dell'acqua Vergine detta di Trevi fossero un tempo mantenuti dalla Camera Capitolina coll' entrata assegnatale dal pontefice Leone X, e gli altre due acquedotti fossero forniti dai pontefici Sisto V, e Paolo V delle opportune rendite in tanti LL. de' MM., e sebbene in appresso fossero sussidiati col prezzo ritratto dalle parziali vendite delle acque, con tutto ciò esaurito quest' ultimo mezzo d' introito, ed interrotto per le imperiose circostanze dei tempi il pagamento de' frutti de' LL. de' MM, accresciuto altresì il prezzo dei materiali per le costruzioni, e quello della mano d' opera, e sopraggiunte tante altre calamità, la economia della presidenza erasi ridotta a tale stato, che per la impossibilità di supplire alle spese occorrenti minacciava il deperimento di opere, la di cui conservazione è così essenzialmente unita non meno al bene, ed alla salute publica, che all' interesse stesso de' privati possessori delle acque, i quali perderebbero la utilità dei loro acquisti, se per mancanza di mezzi di conservazione, il corso delle medesime rimanesse o alterato, o interrotto. Altro in fatti non rimaneva alla presidenza, che l'esazione di una tassa imposta agli utenti dell'acque Vergine, o diminuita sotto Benedetto XIII. insufficiente alle occorrenze di questo stesso acquedotto, non che a quelle degli altri due sforniti di ogni sussidio.

Idem ut supra. §. 2. Per accorrere a così urgenti bisogni fu necessario imporre altra tassa temporanea a carico degli utenti delle acque Felice e Paola, il che fu eseguito in vigore di Nostro chirografo segnato li 30 gennajo 1802. Di queste tasse fu d'uopo in appresso prorogare l'esazione con Nostro rescritto del 1 luglio 1815 da durare sino a nuovo stabilimento. In questo stato di cose, avendoci il Nostro chierico di camera presidente delle Acque rappresentato le ulteriori urgenze, attesa la necessità sempre crescente dei ristauri, e del mantenimento degli acquedotti, et atteso il cumulo dei debiti accresciuto, e che progressivamente si andava accrescendo verso gli artisti, abbiamo conosciuta la necessità di prendere dei provvedimenti stabili, e definitivi su questo importantissimo oggetto di publico uso, e decoro. Essendosi presentati varj progetti diretti a questo fine, abbiamo giudicato rimetterne l' esame alla prudenza della Nostra congregazione Economica nello stesso tempo, in cui l'abbiamo incaricata di manifestarci il suo parere intorno al sistema più provido, e più conducente alla successiva amministrazione di quest' azienda. Occupatasi con il solito suo zelo la congregazione dell' adempimento dell' una, e

dell' altra Nostra commissione, rapporto al sistema amministrativo è stata in massima d'avviso, che non possa meglio provvedersi, che con l' applicazione delle regole di amministrazione, e di arte analoghe alle disposizioni del Nostro motu-proprio del 23 ottobre 1817 sulle Acque o Strade, e rispetto al sistema economico, che non possa adottarsene altro più giusto, e più espediente di quello di porre a carico della Nostra Camera Apostolica non solamente il pagamento dei debiti arretrati della presidenza delle Acque, ma ancora l'obbligo di supplire tanto alle spese correnti per la ristaurazione, quanto a quelle necessarie per il progressivo mantenimento dei suddetti acquadotti, o delle fontane pubbliche con rendere soltanto definitiva, ed applicare alla suddetta Camera a cura del Nostro tesoriero generale la esazione delle tasse di sopra individuate.

Fattaci di tutto ciò relazione, abbiamo dopo il più maturo esame determinato di approvare le massime stabilite dalla Nostra congregazione Economica, e le disposizioni corrispondenti alle medesime. Ond' è, che di Nostro motu-proprio, certa scienza, e pienezza della Nostra potestà ordiniamo, e prescriviamo quanto siegue.

Novae praescriptiones servandae.

§. 3. I. Primieramente avendo in vista, che nel citato motu-proprio abbiamo stabilito, che i capi dell' amministrazione delle Acque e Strade siano assistiti da due consigli, uno amministrativo, e l' altro di arte; perciò approvando il prudente suggerimento della congregazione Economica ordiniamo, che il presidente delle Acque, oltre il consiglio di arte abbia anche il suo consiglio amministrativo, e questo sia composto dall'avvocato fiscale, e da due cavalieri Romani da nominarsi da Noi per organo della segretaria di stato. Coll' assistenza di questo consiglio monsignore presidente chierico di camera continuerà ad avere la superiore tutela, ed amministrazione degli acquedotti di Roma.

II. Il consiglio di arte stabilito all' art. 161 del predetto motu-proprio servirà ancora per i lavori degli acquedotti, e sarà consultato da monsig. presidente in tutti gli affari, che lo riguardano.

III. Un ingegnere ordinario di prima classe sarà incaricato della direzione dei lavori degli acquedotti, ed avrà in suo ajuto un ingegnere aspirante. Questi due ingegneri saranno aggiunti al corpo degl' ingegneri d' acque e strade, goderanno dei medesimi onorarj, indennizazioni e distinzioni, e saranno nominati nel modo stesso prescritto nel regolamento degl' ingegneri.

IV. L'ingegnere ordinario sopraddetto farà le funzioni d' ingegnere in capo per i tre acquedotti, e saranno a lui comuni i doveri dell' ingegneri in capo prescritti nel citato motu-proprio, e relative istruzioni; come pure il suo ingegnere aspirante dovrà fare, quanto si prescrive per gl'ingegneri subalterni.

V. Si presenterà dall' ingegnere a monsig. presidente nel mese di settembre di ciascun'anno il conto preventivo dei lavori, e spese ordinarie occorrenti nell'anno futuro per ciascuno dei tre acquedotti.

VI. Per i bisogni imprevisti, e per i casi urgenti, che possono occorrere, specialmente nei tratti sotterranei degli acquedotti, si dimanderà nel preventivo quella somma, che dall'esperienza passata si prevederà, che possa occorrere.

VII. Il preventivo sarà esaminato dai due consiglj riuniti, o quindi approvato dalla presidenza.

VIII. Tuttocciò, che si è stabilito nel motu-proprio citato dei 23 ottobre 1817 sulla maniera di proporre, esaminare, approvare, e dirigere i lavori pubblici si estende a quelli degli acquedotti, l' amministrazione dei quali dovrà essere analoga, e cuerente al medesimo sistema.

IV. Per le necessarie collaudazioni dei lavori di qualche entità, eccedenti la somma di scudi cinquecento, monsig. presidente farà scegliere dal consiglio d'arte l'ingegnere collaudatore fra gl' ispettori, e sotto-ispettori del corpo.

X. Per ciascuna delle tre acque vi sarà un fontaniere incaricato della custodia dell' acquedotto, e di tutte le opere publiche al medesimo annesse.

XI. Dovranno i fontanieri aver cura di mantenere la nettezza degli acquedotti, e la retta distribuzione delle acque, di prevenire per quanto è possibile i danni delle opere pubbliche loro affidate, o saranno responsabili di qualunque negligenza, per cui avvenisse alterazione alle medesime; o di qualunque danno accaduto per non aver dato subito parte di quello accaduto senza lero colpa.

XII. Le altre obligazioni particolari dei fontanieri saranno determinate in una istruzione, che riceveranno dalla presidenza per mezzo dell' ingegnere.

XIII. Il salario fisso dei fontanieri sarà stabilito da monsig. presidente col parere del consiglio amministrativo, e non potranno percepire dai particolari, o dagli artisti alcun' emolumento, o regalia, sotto pena della privazione immediata dell' impiego.

XIV. Nel caso, che fossero destinati a fare le funzioni di assistenti ai lavori,

saranno pagati dalla presidenza a giornata, durante il lavoro, come gli assistenti di tutti gli altri lavori pubblici.

XV. I fondi occorrenti per la conservazione, e per le riparazioni ordinarie di tutte le opere tanto di utilità, che di decorazione pubblica relative ai tre acquedotti della città di Roma, saranno da ora in poi formati, ed amministrati nel modo seguente.

XVI. Oltre la tassa dell'acqua Vergine, la quale rimane nel suo vigore, le tasse imposte a carico degli utenti a norma dei Nostri ordini qui sopra riferiti si continueranno ad esigere. Questa esazione si farà in avvenire a cura di monsig. tesoriere generale, e si procederà con mano-regia, e coi privilegi camerali contro i morosi, salvo il diritto di procedere verso i medesimi alla sospensione dell'uso dello acque; a tale oggetto gli saranno trasmessi i rolli, che si formeranno dalla presidenza.

XVII. Entro il mese di novembre di ciascun anno sarà approvato il conto preventivo per le spese di ciascun'acqua, e di quelle occorrenti per le opere di utilità, e di pubblica decorazione, siccome si è disposto nei detti artic. 5, 6, 7. Tutto quello, che mancherà al compimento del conto preventivo, oltre la esazione delle suddette tasse, dovrà supplirsi dalla nostra Camera.

XVIII. Monsig. tesoriere farà porre nel monte di Pietà, a disposizione della presidenza delle Acque tutta la somma contenuta nell'annuo conto preventivo, per la rata parte in ogni bimestre.

XIX. Non saranno portate nel conto preventivo dalla presidenza, le spese della manutenzione di quelle fontane, le quali sebbene situate nelle strade, o piazze, appartengono però a qualche corporazione, o amministrazione, da cui sono state sinora mantenute, ed a carico delle quali dovranno rimanere

XX. Sopra il deposito delle somme, che, come sopra, si farà eseguire da monsig. tesoriere, verranno tratti i mandati da monsig. presidente, i quali dovranno essere appoggiati per i pagamenti dei lavori, e degl' impiegati nei medesimi ai certificati, ed agli stati delle opere, o dei salarj, secondo il sistema stabilito del motu-proprio dei 23 ottobre 1817; e sviluppato nelle successive istruzioni.

XXI. Entro il mese di febbraro sarà sottoposto al pieno tribunale della Camera il conto generale consuntivo dell'introito, e dell'esito degli acquedotti per l'anno precedente, giustificato secondo le regole stabilite per i lavori di acque, o strade, e copia di questo conto sarà tenuta per tutto l'anno nell'ufficio della presidenza, per essere liberamente mostrata a qualunque degl'interessati, che vorrà esaminarli.

XXII. La differenza, che risaltasse dai consuntivi sindacati, ed approvati, sia in credito, sia in debito, anderà rispettivamente in diminuzione, o in aumento delle spese da farsi nell'anno susseguente.

XXIII. Tutti i debiti, e crediti della presidenza delle Acque sono dichiarati camerali, ed incorporati al debito, e credito pubblico nel modo seguente.

XXIV. I LL. di MM. che la s. m. del pontefice Sisto V. in numero di novantuno assegnò in dote all'acqua Felice, e gli altri duecento che Paolo V assegnò all'acqua Paola non saranno liquidati, ma s'intenderanno estinti, sì nel capitale, che nei frutti decorsi per le obligazioni, che assume la camera in vigore del presente regolamento.

XXV. I LL. di MM. detti porzionarj in numero di trecento quaranta, e 67 centesimi creati sotto Clemente XI per i bisogni dell'acqua Vergine a carico degli utenti della medesima, sono incorporati al debito pubblico, e saranno liquidati tanto per la sorte, che per i frutti, come gli altri. LL. di MM. che sono a carico del pubblico erario.

XXVI. I crediti attuali della presidenza delle Acque, derivanti dalle tasse imposte provisoriamente in passato, si faranno esigere da monsig. tesoriere generale senza alcuna eccezione, e con i medesimi privilegj accordati nel presente regolamento per le tasse avvenire.

XXVII. I debiti della presidenza verso gli artisti per lavori fatti, o per opere prestate si faranno sodisfare dallo stesso monsig. tesoriere, il quale avrà facoltà di convenire con gli artisti creditori col cedere ai medesimi una porzione della somma esigibili; accordando al cessionario tutti i diritti, e privilegj camerali.

XXVIII. Entro il termine di sei mesi si farà dall'ingegnere degli acquedotti una esatta perizia di tutti i lavori di grandi riparazioni, occorrenti per mettere tutti tre gli acquedotti in stato di semplice manutenzione.

XXIX. Esaminati, ed approvati dal consiglio di arte questi lavori, si procederà alla loro esecuzione per via di appalto nelle forme stabilite per l'amministrazione delle acque, e strade, o per altro mezzo, che si riconoscesse più utile, e più economico.

XXX. Il pagamento di tali lavori sarà a carico dell'erario pubblico.

XXXI. Queste riparazioni si esegui-

ranno nel più breve spazio di tempo possibile, per quanto permettono le circostanze dell' erario, e la natura dei lavori, e dovranno al più tardi essere compite dentro l' anno mille ottocento ventuno.

XXXII. Si farà dall' ingegnere entro il termine di due mesi

L' elenco di tutte le fontane pubbliche, e di ciascun acquedotto da mantenersi a spese pubbliche.

L' elenco di quelle, che restano a carico di alcune corporazioni, o amministrazioni a norma del disposto nell' art. 20.

L'elenco delle fontane semipubbliche, le quali devono mantenersi dai particolari proprietarj a pubblico comodo, secondo le obbligazioni assunte, o le consuetudini vigenti, senza che però siano obligati a pagarne la tassa.

L'elenco di tutti i castelli d'acqua, e di tutte le diramazioni dei condotti pubblici.

XXXIII. Questi elenchi esaminati dal consiglio d'arte, ed approvati da monsig. presidente col suo consiglio amministrativo serviranno di norma per i preventivi, e per i campioni.

XXXIV. Si farà egualmente dall'ingegnere degli acquedotti una descrizione generale dei medesimi, la quale comprenda.

La pianta levata dal vero di tutto l'acquedotto principale, dei castelli, del condotti publici diramati per la città, e delle fontane publiche, che alimentano.

Il profilo di livellazione di tutte le suddette parti descritte in pianta.

La misura della dispensa di ciascun acquedotto, e di tutte la sue diramazioni.

La descrizione della costituzione di ciascuna parte degli acquedotti e condotti publici con tutte le altre notizie, che contribuir possono alla perfetta cognizione dei medesimi.

XXXV. In ogni anno si riporterà nel preventivo una somma da impiegarsi in questa interessante operazione, per accelerare la quale potrà il consiglio d' arte assegnare in ajuto dell' ingegnere degli acquedotti, qualche aspirante del corpo per quel tempo che fosse libero da altre incombenze, ed in ogni anno esaminerà, verificherà, e rettificherà la porzione di operazioni, che si saranno eseguite.

XXXVI. Trovandosi attualmente in uso in Roma differenti unità di misura per la distribuzione di ciascuna delle tre acque, il consiglio d'arte si occuperà di proporre la più conveniente misura uniforme da adottarsi per tutti gli acquedotti, e i metodi per metterla in pratica in tutti i casi.

XXXVII. Si farà dalli due consigli un progetto di regolamento di polizia per impedire tutti i danni, guasti, ed abusi negli acquedotti, e nella distribuzione delle acque, e si sottoporrà a monsignor presidente, dal quale saranno proposte anche le multe e pene da incorrersi per ogni contravenzione, e la procedura sommaria da osservarsi per essere il tutto sottoposto alla sanzione sovrana.

XXXVIII. Tutte le questioni impreviste, che insorgessero in tale materia, e non fossero risolute col presente regolamento, saranno terminate con decisione sovrana per mezzo della segreteria di stato.

XXXIX. Tutto ciò, che abbiamo disposto col presente Nostro moto-proprio comincierà ad avere esecuzione dalla data del presente, bene inteso che la esazione delle suddette tasse a cura di monsignor tesoriere, e le obbligazioni da assumersi dalla camera apostolica avranno principio nel 1 gennaro del prossimo anno 1819, restando intanto alla presidenza la esazione delle tasse, che decorreranno sino a tal'epoca, delle quali potrà prevalersi per le spese più urgenti.

§. 4. Volendo e decretando, che la presente cedola di Nostro motu-proprio, e tutte le disposizioni, come sono in questa contenute, vagliano, e debbano osservarsi e che così, e non altrimenti debba giudicarsi, e definirsi da qualunque giudice, tribunale, e congregazione anche composta di rm̃i cardinali, rota, camera, e da qualunque altra autorità, benchè degna di speciale menzione dichiarando invalido, e nullo tuttocciò, che si definisse, o interpretasse in contrario; benchè non vi fossero stati interpellati il commissario della Nostra camera apostolica, o altre persone, o corpi secolari, o ecclesiastici, o regolari, anche dell'ordine Gerosolimitano, o qualunque altro anche privilegiatissimo, che vi avessero interesse. Non ostanti le costituzioni di Leone X, Sisto V, Paolo V, o di altri pontefici Nostri predecessori, relativo ai suddetti acquedotti, ed alla presidenza, e regolamento delle acque, ed agl' interessi, e diritti camerali, la costituzione di Pio IV *de registrandis*, e qualunque altra costituzione, ordinazione, editto, decreto, ed ogni altra cosa, che potesse fare in contrario: alle quali cose tutte, per quanto ricerchi l'oggetto della Nostra presente cedola, con pienezza della Nostra facoltà deroghiamo. Clausulae salutares, et irritantes.

Dato dal Nostro palazzo Quirinale li 2 dicembre MDCCCXVIII.

Pius PP. VII.

DCCCXCVII.

Dat. diei 3 decembris 1819 Anno XX

Erectio communitatis regularis beneficiatorum cappellae sancti Joannis Baptistae villae sancti Felicis Gerundensis dioecesis.

Venerabili fratri episcopo Gerundensi

Pius PP. VII.

Venerabilis frater
Salutem et apostolicam benedictionem.

Expositio precum.

§. 1. Expositum Nobis nuper fuit nomine nonnullorum presbyterorum saecularium protectorum nuncupator., et omnium beneficiatorum cappellae seu ecclesiae publicae sancti Joannis Baptistae villae sancti Felicis de Guixoy istius Gerundensis dioecesis, quod, cum in dicta ecclesia praeter viginti tria ecclesiastica beneficia inibi erecta, missae, anniversaria, divina officia, aliaque pia exercitia celebrantur, sacrae conciones non sine magna spirituali fidelium utilitate habeantur praedicti exponentes magno devotionis fervore accensi se in communitatem, certis statuendis regulis erigi, ac proprio sigillo uti, de negotiis ad dictam communitatem pertinentibus suffragiorum pluralitate deliberare, ac tres ecclesiasticos de gremio in syndicos perpetuos praedictae communitatis erigendae etiam pluralitate suffragiorum nominare seu eligere, ac pro bono eorum regimine regulas, seu constitutiones statuere, et tandem in dicta ecclesia sanctissimum Eucharistiae sacramentum pro divini cultus augmento, et populi devotione asservari summopere desiderant. Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut in praemissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis.

§. 2. Nos igitur dictos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus hujusmodi inclinati, attenta favorabili relatione tua super praemissis Nobis transmissa, fraternitati tuae per praesentes committimus, et mandamus, ut, veris existentibus praenarratis, et si id in Domino expedire censueris, presbyteros ac beneficiatos praedictos, explorata prius cujuscumque voluntate, in communitatem ecclesiasticam auctoritate Nostra apostolica erigas, ac praedictis exponentibus, ut proprio sigillo uti, de negotiis ad dictam communitatem ecclesiasticam pertinentibus suffragiorum pluralitate deliberare, ac tres ecclesiasticos de gremio corporis praedicti in syndicos perpetuos communitatis, seu collegii erigendi etiam suffragiorum pluralitate deputare ac eligere, ac tandem regulas, seu constitutiones ad formam sacrorum canonum pro bono communitatis hujusmodi regimine, praevia tamen ordinaria tua approbatione, statuere, nec non praedictis exponentibus licentiam, et facultatem, cujus vigore sanctissimum Eucharistiae sacramentum in supradicta ecclesia seu cappella publica, dummodo decenter ornata sit, ac sacris supellectilibus ad id praesertim necessariis sufficienter instructa, absque ullo parochialium jurium praejudicio, perpetuis futuris temporibus asservari libere, ac licite possint, et valeant, dicta Nostra auctoritate tribuas atque concedas; ita tamen, ut ante cyborium, ubi mos est sacramentum asservandi, lampas retineatur diu, noctuque semper accensa, et clavis cyborii ab aliquo ex praedictis presbyteris diligenter custodiatur.

Derogatio contrariorum.

§. 3. Non obstantibus apostolicis, ac universalibus, provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, nec non dictae ecclesiae etiam juramento, confirmatione apostolica vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores praesentibus pro plene et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem, sub annulo piscatoris, die tertia decembris, millesimo octingentesimo decimo nono, pontificatus Nostri anno vicesimo.

DCCCXCVIII.

Datum die 24 decembris 1819; anno XX.

Confirmatio decreti lati a sacra congregatione Episcoporum, et Regularium super approbatione erectionis congregationis filiarum Charitatis sub protectione sancti Vincentii a Paulo

Pius PP. VII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Proemium

§. 1 Dominici gregis Nobis ex alto, meritis licet imparibus, commissa cura id potissimum exigit, ut Nos divini pastoris vices in terris gerentes ea, quae ad singularum virtutum exercitium, ac spiritualem Christifidelium utilitatem conferre possunt, promovere studeamus.

Expositio precum.

§. 2. Cum Nobis siquidem expositum fuerit a dilecta in Christo filia Joanna Antide Thuuret fundatrice congregationis nuncupatae filiarum Charitatis sub protectione sancti Vincentii a Paulo, quod plurimum exoptabat institutum praedictum ab hac apostolica Sede, prout par est, approbari, Nos rem tanti momenti venerabilibus fratribus Nostris Sanctae Romanae Ecclesiae cardinalibus negociis et consultationibus episcoporum, et regularium praepositis examinandam remisimus, ac omnibus mature perpensis, sensum suum aperuerunt, vigore decreti a Nobis confirmati, tenoris ut sequitur,

Tenor rescripti

§. 3. Porrectis a JoannaAntide Thouret fundatrice congregationis nuncupatae *della figlie della Carità* sub protectione sancti Vincentii a Paulo precibus pro sui instituti approbatione sacra congregatio negociis, et consultationibus episcoporum et regularium praeposita, referente eminentissimo, ac reverendissimo domino cardinali de Somalia Sanctae Romanae Ecclesiae vice-cancellario, et hujus causae ponente, praevio diligenti, ac maturo examine die duodecima februarii currentis anni 1819 procedi posse ad enunciati instituti approbationem censuit juxta votum eminentissimi ponentis, qui revisorum numerum in tam gravi negotio augendum esse extimavit, propositis nonnullis emendationibus, aliisque forsan proponendis, quas novo examini subjecit tum laudati eminentissimi ponentis, tum eminentissimi domini cardinalis Bartholomaei Pacca Sanctae Romanae Ecclesiae camerarii, et sacrae congregationis praefecti cum r. p. d. archiepiscopo Athenarum secretario ejusdem sacrae congregationis, ad hoc ut omnibus rite dispositis consulatur, Sanctissimus pro approbatione instituti, constitutionum, et regularum ejus, reiterata revisione, et initis consiliis in speciali congregatione habita die 16 junii ejusdem anni 1819 = emi patres una cum secretario sacrae congregationis, praevio novo maturo examine constitutionum, et regularum filiarum Charitatis sub protectione sancti Vincentii a Paulo, omnes fuerunt in voto eas esse non modo in Cismontanis provinciis, sed universaliter approbandas cum nonnullis modificationibus, quae substantiam earumdem non attingerent, quas in peculiaribus foliis retulerunt, et ad dominum secretarium cum Sanctissimo pro approbatione instituti, constitutionum, et regularum: et facta de praemissis ab infrascripto secretario sacrae congregationis relatione Sanctissimo domino Nostro papae Pio septimo in audientia 23 julii ejusdem anni 1819, Sanctitas Sua institutum filiarum Charitatis sub protectione sancti Vincentii a Paulo, ejusque praeinsertas constitutiones et regulas benigne approbavit = Romae ec. =

Ita reperitur in regesto authographo decretorum sacrae congregationis Episcoporum, et Regularium quod asservatur in ejusdem secretaria. In quorum fidem etc. Romae hac die 24 novembris 1819.

C. Archiepiscopus Chalcedonensis secr.

Loco ✠ Signi

§. 4. Ut itaque memoratum decretum, et omnia in eo contenta firmius subsistant, praedicta fundatrix per apostolicas Nostras literas in forma brevis roborari, confirmarique vehementer desiderat, enixisque precibus a Nobis efflagitat. Nos igitur praedictam exponentem, ac singulares personas, quibus praesentes Nostrae literae favent, specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes et absolutos fore censentes, supplicationibus hujusmodi inclinati, decretum praedictum quoad approbationem instituti filiarum Charitatis sub protectione sancti Vincentii a Paulo, ejusque constitutiones et regulas, et omnia in dicto decreto contenta et expressa, auctoritate apostolica tenore praesentium confirmamus, et quatenus opus sit denuo approbamus, illisque inviolabilis firmitatis robur adjicimus, omnesque, et singulos juris et facti defectus, si quos desuper quomodolibet intervenisse contigerit, plenarie sanamus, atque supplemus. Confirmatio apostolica

§. 5. Decernentes has praesentes literas firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocum- Clausula sublata et decretum irritans.

que spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari; sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum §. 6. Non obstantibus, quatenus opus sit, fel. rec. Benedicti pp. XIV. praedecessoris Nostri super divisione materiarum, aliisque constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, caeterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die decima quarta decembris millesimo octingentesimo decimo nono, pontificatus Nostri anno vicesimo.

DCCCIC.

Dat. die 15 decembris 1819 anno XX

Prorogatio jurisdictionis episcoporum regni Galliarum, quorum sedes immutatae fuerunt in conventione inita de annu MDCCCXVII. cum rege christianissimo.

Pius PP. VII.

Ad perpetuam rei memoriam

Proemium §. 1. In supremo militantis Ecclesiae solio per ineffabilem divinae clementiae abundantiam constituti ea, quae ad divini cultus augmentum, ac spiritualem christifidelium salutem conducere possunt, apostolici muniminis Nostri, cum id a Nobis petitur, praesidio libenter constabilimus.

Expositio precum §. 2. Esponi siquidem Nobis nuper fuit dilectus filius Joannes Baptista Talarico presbyter, ac superior congregationis presbyterorum saecularium oratorii s. Philippi Nerii in ecclesia s. Mariae di Monserrato nuncupatae loci di Scigliano Marturanensis dioecesis perpetuo canonice unitae dioecesis Neocastrensis quod ipse congregationem praedictam canonice, uti asseritur, ordinaria auctoritate fel. rec. Francisci Antonii, dum viveret, episcopi Marturanensis sub eodem instituo oratorii sancti Philippi Nerii de urbe pro animarum salute, ac juventutis praedicti loci educatione fundatam per Nos quoquo approbari, confirmarique desiderat, Nobis propterea humiliter supplicari fecit, ut in praemissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis §. 3. Nos igitur dictum esponentem, ac singulares personas, quibus praesentes Nostrae literae favent, specialibus gratiis et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis escommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes supplicationibus hujusmodi inclinati, congregationem praedictam sub auspiciis et instituto sancti Philippi Nerii in loco di Scigliano praedictae dioecesis, dummodo ad formam sacrorum canonum, et constitutionum apostolicarum, et praesertim fel. rec. Gregorii pp. XIII. et Pauli pp. V. aliorumque Romanorum pontificum praedecessorum Nostrorum illa fundata et instituta sit, auctoritate apostolica, tenore praesentium approbamus, et confirmamus, illique inviolabilis firmitatis robur adjicimus.

Clausula sublata, et decretum irritans. §. 4. Decernentes has praesentes literas firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari; sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum. §. 5. Non obtantibus quatenus opus sit, fel. rec. Benedicti pp. XIV. praedecessoris Nostri super divisione materiarum, aliisque apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, caeterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die decima quinta decembris millesimo octingentesimo decimo nono, pontificatus Nostri anno vicesimo.

DCCCC.

Commutatio beneficii de jure patronatu familiae Totti dioecesis Asculanae in pium legatum missarum.

Pius PP. VII.

Ad futuram rei memoriam

Expositio precum §. 1. Esponi Nobis nuper fecit dilectus filius Aemigdius Totti Asculanae dioecesis, beneficium quoddam simplex ad patronatum laicale ejusdem, uti asseritur, pertinens primis suae fundationis tempo-

ribus in Atriensi dioecesi erectum fuisse, dein, cum nonnullae illius regni leges publicatae fuerint, quarum vigore patroni laicorum beneficiorum vel ad saecularizationem bonorum ad illa spectantium, vel ad eorum jacturam compellebantur, exponentem praedictum religionis zelo, quo fervet, impulsum, opportunis impetratis facultatibus bona praedicta in regno Neapolitano existentia vendidisse, et non solum pecuniam ex illis provenientem in emptionem tot aliorum bonorum in territorio Asculano impendisse, verum etiam alia sua bona in augmentum dotis dicti beneficii, addita obligatione seu onere perpetuo unius missae in qualibet hebdomada, largiter dedisse, ac proinde vi decreti curiae episcopalis Asculanae diei 20 junii 1800, beneficium praedictum sub titulo sanctae Mariae Gratiarum in altari majori ecclesiae di Cepparano nuncupatae Asculanae civitatis vel dioecesis denuo fuisse erectum, cum reservatione perpetua sibi suisque haeredibus juris praesentandi rectorem. Cum autem diversis temporibus, vigore, uti asseritur, apostolici indulti, hujusmodi beneficii nominatione, seu provisione suspensa usque ad mensem augusti futuri anni 1820, illius fructus, redditus, atque proventus, satisfactis oneribus, concessi fuerint dilecto filio Francisco praedicti exponentis nepoti, qui ad ecclesiasticum statum amplectendum nil prorsus inclinat; ne igitur beneficium praedictum voluntate et impendio dicti exponentis servatum, non sine gravi damno suae familiae transeat ad extraneos, cum nemo ad praesens in illa idoneus, qui in titulum recipere valeat, reperiatur, dictus exponens Nobis humiliter supplicari fecit, ut aliter de eodem beneficio statuere, ac uti infra indulgere dignaremur.

Tenor concessionis. §. 2. Nos igitur dictum exponentem specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerit, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutum fore censentes, supplicationibus hujusmodi inclinati audito ordinario Asculano, qui favorabilem relationem suam super praemissis Nobis transmisit, ut supradictum beneficium simplex, statim ac indultum favore dicti Francisci, prout asseritur, concessum expiraverit, in posterum tamquam pium legatum, firma tamen remanente ejus inamovibilitate, tam ab ipso Aemigdio legitimo asserto patrono, quam ab aliis, qui ei vi patronatus, cujus jura in sua fundatione disposita relinqui volumus salva et illaesa, ad illud successerint eorum vita durante, haberi, retineri, et administrari, ejusdemque beneficii fructus, redditus, et proventus quicumque exigi, percipi, atque in suos usus, et utilitatem, supportatis omnibus, et singulis oneribus eidem adnexis, converti libere ac licite possit et valeat, auctoritate apostolica tenore praesentium concedimus, et indulgemus, ac idem beneficium simplex in pium legatum perpetuum convertimus, et commutamus, expressa tamen sub lege, ut praedictus Aemigdius titulo eleemosynae scutata centum favore conservatorii puellarum in dicta Asculana civitate nuper pietate et zelo moderni illius episcopi erecti semel erogare teneatur, utque dicti conservatorii administratores in emptionem fundi fructiferi dictam summam convertere debeant.

Clausulae sublatae, et decretum irritans. §. 3. Decernentes easdem praesentes literas firmas, validas, et efficaces existere et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri, et obtinere, ac eidem Aemigdio, ejusque successoribus, uti praemissum est suffragari: sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum. §. 4. Non obstantibus apostolicis, ac in universalibus, synodalibusque, et provincialibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, nec non legis fundationis, et ecclesiae, ubi beneficium praedictum extat fundatum etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus et singulis illorum tenores praesentibus pro pleno et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die vicesima decembris millesimo octingentesimo decimo nono, pontificatus Nostri anno vicesimo.

CM

Dat. die 21 decembris 1819 Anno XX

Concessio insignium indumentorum, quibus utuntur canonici cathedralis ecclesiae sanctae Agatae Gothorum pro canonicis collegiatae ecclesiae unitae Acerraram.

Pius PP. VII.

Ad perpetuam rei memoriam

Expositio precum.

§. 1. Cum ob nonnullas causas et rationes opportunum Nobis visum sit ecclesias Acerrarum et sanctae Agathae Gothorum insimul perpetuo conjungere, ita ut illae concathedralium titulo, honoribus, et privilegiis perfruantur, dilecti filii capitulam, dignitates et canonici cathedralis sanctae Agathae Gothorum, qui licet choralibus sive ecclesiasticis iisdem indumentis et insignibus, quibus canonici concathedralis Acerrarum utuntur, sint decorati, tibialia, tamen collare, et floccum violacei coloris in pileo, prout illi, gestare minime possunt, supplicari propterea Nobis humiliter fecerunt, ut eorumdem exteriorum ornamentorum participes fiant.

Tenor concessionis.

§. 2. Nos igitur dictos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus hujusmodi inclinati, attenta favorabili relatione episcopi earumdem ecclesiarum perpetuo canonice unitarum super praemissis Nobis transmissa, dignitatibus, et canonicis cathedralis ecclesiae sanctae Agathae Gothorum, ut ipsi in posterum tibialia, collare, et floccum violacei coloris in pileo iisdem modo, at forma, quibus ab hac apostolica Sede praedictis canonicis concathedralis Acerrarum fuit concessum, gestare libere, et licite possint, et valeant, et quilibet eorum pariter possit, et valeat, auctoritate apostolica, tenore praesentium concedimus et indulgemus, eosque desuper a quoquam quacumque auctoritate, et quovis sub titulo quomodolibet molestari, vel impediri nullatenus posse, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari decernimus.

Derogatio contrariorum.

§. 3. Non obstantibus quatenus opus sit, fel: rec: Benedicti pp. XIV praedecessoris Nostri super divisione materiarum, aliisque constitutionibus, at ordinationibus apostolicis, caeterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae, apud sanctam Mariam Majorem, sub annulo piscatoris, die vicesima prima decembris, millesimo octingentesimo decimo nono, pontificatus Nostri anno vicesimo.

CMI

Dat. die 30 decembris 1819 anno XX

Concessio insignium indumentorum pro archiepiscopo Varsaviensi.

Pius PP. VII.

Ad futuram rei memoriam

Proemium

§ 1. Romani pontifices praedecessores Nostri probe intelligentes, ne dum caeremoniarum, et rituum sancto augustoque apparatu, sed et ministrorum ornatu, indumentorumque sacrorum majestate, misteriorum sanctitatem, sublimemque rationem ecclesiasticae hierarchiae graduum mirifice commendare, sapientissimo consilio diversa honorum insignia vel a priscis temporibus decreverunt, quibus sacrorum praesides pro munerum varietate donarentur.

Ratio concessionis.

§. 2. Hoc Nos animo illustrioribus angere privilegiis censuimus antistites Varsaviensis ecclesiae, quem per apostolicas Nostras literas IV. idus martii superiori anno sub plumbo datas ad metropolitanae ecclesiae gradum, ac dignitatem estollimus, ut quae civitas totius regni Poloniae princeps primis magistrataum ordinibus, optimatum splendore, civium copia, aliisque nominibus praefulget, ea ob sui etiam antistitis praerogativas, habitumque prae caeteris honestaretur.

Tenor concessionis

§. 3. Probe itaque confisi, magnificentiam ipsam exterioris ornatus clariori virtutum fulgore, diligentiorique rei sacrae procurationa in caeterorum exemplum fore cumulandam, venerabili fratri Stephano moderno archiepiscopo Varsaviensi, ejusque successoribus canonice intrantibus, ac in sanctae Sedis communione permanentibus, ut quibusvis anni temporibus ubique locorum, et in omnibus, et singulis functionibus habitum rubri, seu purpurei coloris ad instar Sanctae Romanae Ecclesiae cardinalium, nempe collare, vestem talarem, cingulum, seu fasciam, mantellettam, mozzettam, caligas, biretum (excepto tamen pileo, seu subbireto rubri, seu purpurei coloris, cujus usus eidem venerabili fratri Stephano archiepiscopo,

ejusque successoribus nunquam concessus, quin imo expresse, et specialiter interdictus sit, et esse intelligatur, utpote peculiare ejusdem Sanctae Romanae Ecclesiae cardinalium insigne) deferre, et gestare libere, ac licite possint, et valeant, ea tamen lege, ut praesenti privilegio habitus rubri coloris ubique locorum gestandi dictus archiepiscopus, ejusque successores merum dumtaxat majoris honorificentiae signum pro sublimi eorum dignitate, non autem majorem jurisdictionem nec ullum majus jus acquirant, et non alias aliter, nec alio modo apostolica auctoritate tenore praesentium concedimus, et indulgemus, ac licentiam, et facultatem desuper impertimur atque, ut praeclarum hoc et prae caeteris amplissimum insigne, titulo etiam illustriori decoretur, eidem Stephano archiepiscopo Varsaviensi, ejusque successoribus praedictis titulum primatis regni Poloniae eadem apostolica auctoritate concedimus, et impertimur, atque, ut eo nomine sese inscribant, nuncupenturque in publicis, et privatis tabulis, monumentisque decernimus, et mandamus, ea tamen conditione, ut nullam exinde omnino jurisdictionem, nullum jus, nullamque auctoritatem sibi collatam arbitrentur praeter eam, quam ex archiepiscopali gradu, et dignitate ad sacrorum canonum normam juxta vigentem, et approbatam Ecclesiae disciplinam assequuntur.

Clausula sublata, et decretum irritans

Ampliatio concessionis insignium pro canonicis, et capitularibus ecclesiae collegiatae di Castellarquato Placentiae dioecesis.

Pius PP. VII.

Ad perpetuam rei memoriam

Proemium

§. 1. Varia indumentorum, atque signorum ornamenta haec apostolica Sedes iis conferre consuevit, qui ministerio ecclesiarum perfunguntur, ut et ipsis ecclesiis decus accrescat, et earumdem ministri insignioribus vestibus aliisque ornamentis decorati forinsecus, ad altiora incitentur ornamenta virtutum.

Expositio precum.

§. 2. Exponi siquidem Nobis nuper fecerunt dilecti filii archipresbyter et canonici insignis ac vetustae collegiatae ecclesiae di Castellarquato Placentinae dioecesis, quod ipsi, quibus jam per alias Nostras in simili forma brevis die x julii MDCCCI expeditas literas usus rocchetti, et mozzettae sericae violacei coloris in ecclesiasticis et capitularibus functionibus concessus fuit, cum indulto etiam pro beneficiatis gestandi cappinum vulgo nuncupatum, pro majori ejusdem collegiatae ecclesiae decore et dignitate mozzettam praedictam violaceam in cremisinam sericam commutari, et caeremoniarum magistro ejusdem ecclesiae cappam caeremonialem nuncupatam, violacei coloris, prout ad praesens reperitur concessa aliis collegiatis finitimarum dioecesium, pariter concedi summopere desiderant. Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut in praemissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis.

§. 3. Nos igitur dictos exponentes specialibus gratiis et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis cen-

suris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus hujusmodi inclinati; attenta favorabili relatione ordinarii Placentini super praemissis, ac optimis qualitatibus capitularium dictae ecclesiae modernis et pro tempore in perpetuum existentibus archipresbytero et canonicis collegiatae ecclesiae memoratae, ut ipsi in posterum mozzettam cremisinem sericam, loco violaceam, supra rocchettum, et caeremoniarum magister pro tempore ejusdem collegiatae cappam caeremonialem nuncupatam violacei coloris, prout mos est, tam in ecclesia, ejusque choro, et capitulo, quam extra eam in processionibus, aliisque functionibus, et actibus capitularibus quibuscumque publicis, gestare libere ac licite possint, et valeant, auctoritate apostolica, tenore praesentium concedimus, et indulgemus, eosque desuper a quoquam impediri, molestari nullatenus posse, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari decernimus.

Derogatio contrariorum. §. 4. Non obstantibus fel. rec. Benedicti pp. XIV. praedecessoris Nostri super divisione materiarum, aliisque constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, caeterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris, die decima octava februarii, millesimo octingentesimo vicesimo, pontificatus Nostri anno vicesimo.

CMIX.

Dat. die 23 februarii 1820 anno XX. Indultum vescendi ovis, et lacticiniis in quadragesima, salva jejunii lege, pro incolis Burgi sancti Donnini.

Venerabili fratri
Episcopo Burgi sancti Donnini

Pius PP. VII.

Venerabilis frater
Salutem et apostolicam benedictionem

Expositio precum, et ratio concessionis. §. 1. Expositum Nobis nuper fuit quod in dioecesi ista tua, quae non modico a mari intervallo distat, et inclementiores ibi esse solent hyemes, quibus ex causis olei, olearumque, ac piscium salitorum talis sit penuria, ut ciborum quadragesimalium pretia in locis dioecesis tuae praedictae ita aucta sint, ut agricolae praesertim, aliique pauperes operarii, impares omnino sint iis comparandis, quin ulla spes appareat, fore ut aliquando imminuentur in istis rigidioribus locis, qui olivarum plantationem, et utilem culturam parum, aut nihil patiuntur. Quare Nobis humiliter supplicatum fuit, ut incolis istius tuae civitatis, et dioecesis super quadragesimali observantia benigne consulere, atque, ut infra, non ad tempus, sicuti Romani pontifices praedecessores Nostri, et Nos adhuc ad ordinariorum petitiones indulgere consuevimus, sed perpetuis futuris temporibus, quemadmodum quibusdam aliis ducatui Parmensi, et Placentino finitimis regionibus ex apostolico indulto in perpetuum provisum fuisse asseritur, indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis. §. 2. Nos igitur gravibus hisce causis adducti, atque etiam malis, quae hinc oriri possent, occurrere, incolasque praedictos specialibus favoribus, et gratiis prosequi volentes, et singulares personas, quibus praesentes Nostrae literae favent, a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes supplicationibus hujusmodi inclinati, fraternitati tuae per praesentes committimus, et mandamus, universis istius civitatis, et dioecesis Burgi s. Donnini nunc, et pro tempore in perpetuum existentibus incolis utriusque sexus habitatoribus, et muram trahentibus, etiam ecclesiasticis, et regularibus personis, non tamen regularibus illis, qui ex voto ad ciborum tantum quadragesimalium usum tenentur, ut ipsi posthac tempore quadragesimali (firma semper remanente jejunii lege) ovis, et lacticiniis in unica quotidiana comestione vesci, (feria quarta cinerum in capite jejunii, ac feria sexta in parasceve exceptis) libere, et licite possint, et valeant, auctoritate Nostra apostolica concedas et indulgeas. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, caeterisque contrariis quibuscumque.

Conditio gratiae adjecta. §. 3. Ne autem severioris quadragesimalis observantiae memoria deleatur, neve christiana disciplina quidquam hinc detrimenti capiat volumus, ut fraternitas tua, et pro tempore in perpetuum existens episcopus Burgi s. Donnini quotannis per publicas literas ante quadragesimam gregem sibi concreditum moneat de hoc indulto, eique declaret, concessionem hanc esse factam, ut Christifideles eo alacriores ad currendam mandatorum Domini viam fiant, eoque ardentius charitatis opera

exerceant, atque aliis poenitentiae operibus corpus in servitutem redigant, quo se leniorem in eos praebet apostolica Sedes.

Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem, sub annulo piscatoris, die vicesima tertia februarii, millesimo octingentesimo vicesimo, pontificatus Nostri anno vicesimo.

CMX.

Dat. die 23 februarii 1820 anno XX

Indultum vescendi ovis et lacticiniis de tempore quadragesimali pro incolis civitatis, et dioecesis Placentinae.

Venerabili fratri
Episcopo Placentino

Pius PP. VII.

Venerabilis frater
Salutem et apostolicam benedictionem

Ratio concessionis

§. 1. Expositum Nobis nuper fuit, quod in dioecesi ista tua, quae non modico a mari intervallo distat, et inclementiores ibi esse solent hyemes, quibus ex causis olei, olerumque, ac piscium salitorum talis sit penuria, ut ciborum quadragesimalium pretia in locis dioecesis tuae praedictae ita aucta sint, ut agricolae praesertim, aliique pauperes operarii, impares omnino sint iis comparandis, quin ulla spes appareat, fore ut aliquando imminuentur in istis rigidioribus locis, qui olivarum plantationem, et utilem culturam parum, aut nihil patiuntur. Quare Nobis humiliter supplicatum fuit, ut incolis istius tuae civitatis, et dioecesis super quadragesimali observantia benigne consulere, atque, ut infra, non ad tempus, sicuti Romani pontifices praedecessores Nostri, et Nos adhuc ad ordinariorum petitiones indulgere consuevimus, sed perpetuis futuris temporibus, quemadmodum quibusdam aliis ducatui Parmensi, et Placentino finitimis regionibus ex apostolico indulto in perpetuum provisum fuisse asseritur, indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis

§. 2. Nos igitur gravibus hisce causis adducti, atque etiam malis, quae hinc oriri possent occurrere, incolasque praedictos specialibus favoribus, et gratiis prosequi volentes, et singulares personas, quibus praesentes Nostrae literae favent, a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes supplicationibus hujusmodi inclinati, fraternitati tuae per praesentes committimus et mandamus, universis istius civitatis, et dioecesis Placentinae, et pro tempore in perpetuum existentibus incolis utriusque sexus habitatoribus, et moram trahentibus, etiam ecclesiasticis, et regularibus personis, non tamen regularibus illis, qui ex voto ad ciborum tantum quadragesimalium usum tenentur, ut ipsi posthac tempore quadragesimali (firma semper remanente jejunii lege) ovis, et lacticiniis in unica quotidiana comestione vesci (feria quarta Cinerum in capite jejunii, ac feria sexta in parasceve exceptis) libere, et licite possint, et valeant, auctoritate Nostra apostolica concedas et indulgeas. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, caeterisque contrariis quibuscumque.

Conditio adjecta

§. 3. Ne autem severioris quadragesimalis observantiae memoria deleatur, neve christiana disciplina quidquam hinc detrimenti capiat, volumus ut fraternitas tua, et pro tempore in perpetuum existens episcopus Placentinus quotannis per publicas literas ante quadragesimam gregem sibi concreditum moneat de hoc indulto, eique declaret, concessionem hanc esse factam, ut Christifideles eo alacriores ad currendam mandatorum Domini viam fiant, eoque ardentius charitatis opera exerceant, atque aliis poenitentiae operibus corpus in servitutem redigant, quo se leniorem in eos praebet apostolica Sedes.

Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem, sub annulo piscatoris, die vicesima tertia februarii millesimo octingentesimo vicesimo, pontificatus Nostri anno vicesimo.

CMXI.

Dat. die 23 februarii 1820 anno XX

Indultum vescendi ovis et lacticiniis de tempore quadragesimali pro incolis civitatis, et dioecesis Parmensis.

Venerabili fratri
Archiepiscopo episcopo Parmensi

Pius PP. VII.

Venerabis frater
Salutem et apostolicam benedictionem

Ratio concessionis

§. 1. Expositum Nobis nuper fuit, quod in dioecesi ista tua, quae, non modico a mari intervallo distat, et inclementiores ibi esse solent byemes, quibus ex causis olei, olerumque, ac piscium salitorum talis sit penuria, ut ciborum quadragesimalium pretia in locis dioecesis tuae praedictae ita aucta sint, ut agricolae praesertim, aliique pauperes operarii, impares omnino sint iis comparandis, quin ulla spes appareat, fore ut eliquando imminuentur in istis rigidioribus locis, qui olivarum plantationem, et utilem culturam parum, aut nihil patiuntur. Quere Nobis bumiliter supplicatum fuit, ut incolis istius tuae civitatis, et dioecesis euper quadragesimali observantia benigne consulere. atque, ut infra, non ed tempus, sicuti Romani pontifices praedecessores Nostri, et Nos adhuc ad ordinariorum petitiones indulgere consuavimus, sed perpetuis futuris temporibus, quemadmodum quibusdam aliis ducatoi Parmensi, et Placentino finitimis regionibus ex apostolico indulto in perpetuum provisum fuisse asseritur, indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis

§. 2. Nos igitur gravibus hisce causis adducti, etque etiam malis, quae hinc oriri possent, occurrere, incolasque praedictos specialibus favoribus, et gratiis prosequi volentes, et singulares personas, quibus praesentes Nostrae literae favent, a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis si quas forte incurrerint, bujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus hujusmodi inclinati, fraternitati tuae per praesentes committimus, et mandamus, universis istius civitatis, et dioecesis Parmensis nunc, et pro tempore in porpetuum existentibus incolis utriusque sexus habitatoribus, et moram trahentibus, etiam ecclesiasticis, et regularibus personis, non tamen regularibus illis, qui ex voto ed ciborum tantum quadragesimelium usnm tenentur, ut ipsi postbac tempore quadragesimali (firma semper remanente jejunii lege) ovis, et lacticiniis in unica quotidiana comextione vesci (feria quarta Cinerum in capite jejunii, ac feria sexta in parasceve exceptis) libere, et licite possint, et valeant, auctoritate Nostra apostolica concedas, et indulgeas. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, caeterisque contrariis quibuscumque.

Conditio adjecta

§. 3. Ne autem severioris quadragesimalis observantiee memoria deleatur, neve christiana disciplina quidquam hinc detrimenti capiet, volumus, ut fraternitas tue, et pro temdore in perpetuum existens episcopus Parmensis quotannis per publicas literas ante quadragesimam gregem sibi concreditum moneat de hoc indulto, eique declaret, concessionem hanc esse factam, ut Christifideles eo alacriores ad currendam mandatorum Domini viam fiant, eoque erdentius charitatis opera exerceant, atque aliis poenitentiae operibus corpus in servitutem redigant, quo se leniorem in eos praebet apostolica Sedes.

Datum Romae, apud sanctam Mariam Majorem, sub annulo piscatoris, die vicesima tertia februarii, millesimo octingentesimo vicesimo, pontificatus Nostri anno vicesimo.

CMXII.

Dat. die 23 februarii 1820 anno XX

Indultum vescendi ovis, et lacticiniis de tempore quadragesimali pro incolis abbatiae Guastallae provinciae Mediolanensis.

Dilecto filio saecularis, et collegiatae ecclesiae s. Potri oppidi Guastallae nullius dioecesis, provinciae Mediolanensis

Dilecte fili
Salutem, et apostolicam benedictionem

Ratio concessionis

§. 1. Expositum Nobis nuper fuit quod in locis abbatiae istae tuae subjectis, quae non modico a mari intervallo distat, et inclementiores ibi esse solent hyemes, quibus ex causis olei, olerumque, ac piscium salitorum talis sit penuria, ut ciborum quadragesimalium pretia in locis abbatiee predictae ita aucta sint, ut agricolae praesertim, aliique pauperes operarii, impares omnino sint iis comparandis, quin ulla spes appareat, fore ut aliquando imminuentur in istis rigidioribus locis, qui olivarum plentationem, et utilem culturam parum, aut nihil patiuntur. Quare

Nobis humiliter supplicatum fuit, ut incolis istius tuae abbatiae super praemissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis §. 2. Nos igitur gravibus hisce causis adducti, atque etiam malis, quae hinc oriri possent, occurrere, incolasque praedictos specialibus favoribus, et gratiis prosequi volentes, et singulares personas, quibus praesentes Nostrae literae favent, a quibusvis excommunicationis, et interdicti aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo et quacumque de causa latis si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus hujusmodi inclinati, fraternitati tuae per praesentes committimus, et mandamus, universis istius abbatiae oppidi Guastallae nunc, et pro tempore in perpetuum existentibus incolis utriusque sexus habitatoribus, et moram trahentibus, etiam ecclesiasticis, et regularibus personis, non tamen regularibus illis, qui ex voto ad ciborum tantum quadragesimalium usum tenentur, ut ipsi posthac tempore quadragesimali (firma semper remanente jejunii lege) ovis, et lacticiniis in unica quotidiana comestione vesci (feria quarta Cinerum in capite jejunii, ac feria sexta in parasceve exceptis) libere, et licite possint, et valeant, auctoritate Nostra apostolica concedas, et indulgeas. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, ceterisque in contrarium quibuscumque.

Conditio adjecta. §. 3. Ne autem severioris quadragesimalis observantiae memoria deleatur, neve christiana disciplina quidquam hinc detrimenti capiat, volumus, ut tam tu, dilecte fili abbas, quam pro tempore in perpetuum existens abbas oppidi praedicti Guastallae quotannis per publicas literas ante quadragesimam Christifideles vobis concreditos moneatis de hoc indulto, eisque declaretis concessionem hanc factam esse, ut Christifideles eo alacriores ad currendam mandatorum Domini viam fiant, eoque ardentius charitatis opera exerceant, atque aliis poenitentiae operibus corpus in servitutem redigant, quo se leniorem in eos praebet apostolica Sedes.

Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die vicesima tertia februarii millesimo octigentesimo vicesimo, pontificatus Nostri anno vicesimo.

CMXIII.

Deputatio commissarii archiconfraternitati s. Francisci de Poenitentia tertii ordinis villae di Ponte di Lima dioecesis Bracharensis.

Dat. die 3 martii 1820 anno XX

Venerabili fratri
Archiepiscopo Bracharensi

Pius PP. VII.

Venerabilis frater
Salutem, et apostolicam benedictionem.

§. 1. Exponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii minister, et alii administratores confraternitatis, quam vocant tertii ordinis de Poenitentia sancti Francisci villae di Ponte de Lima istius Bracharensis dioecesis, anteactis temporibus tertium ordinem praedictum immediate provinciali pro tempore ordinis minorum sancti Francisci de observantia nuncupatorum subjectum, per commissarium specialiter ab eo deputatum directum fuisse. Cum autem praedictus commissarius, de asserto mandato sui provincialis, mense aprilis elapsi anni non solum electioni mensae nuncupatae, aliisque piis actibus, quos dictus ordo exercet, adesse abnuerit, verum etiam mobilibus ad suum pertinentibus ministerium restitutis, ordinem praedictum omnino deseruerit; praefati exponentes, ne ulterius eorum ordo commissario, qui piis operibus sive actibus ad animarum salutem, fideliumque utilitatem pertinentibus praesto sit, careat, unum ex suis confratribus dicti ordinis, qui presbyter sit secularis, in illorum commissarium ab ipsis eligendum et deputandum, ac ab ordinario pro tempore Bracharensi approbandum et confirmandum habere deinceps posse summopere desiderant. Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut in praemissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Expositio precum

Tenor concessionis §. 2. Nos igitur dictos exponentes, ac singulares personas, quibus praesentes Nostrae literae favent, specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus hujusmodi inclinati fraternitati tuae per praesentes committimus, et mandamus, ut veris existentibus praenarratis, ac audito prius provinciali dicti ordinis ministro, et

administratoribus, aliisque, ad quos spectat, vel pro tempore spectabit, dictae confraternitatis pro tempore existentibus jus, et facultatem unum ex suis confratribus presbyterum saecularem sibi in commissarium a te, et a successoribus tuis in ista Bracharensi sede approbandum eligendi et deputandi plenam et amplam facultatem auctoritate Nostra apostolica tribuas, et indulgeas; commissario vero sic electo et approbato, ac pro tempore existenti, ut donec munere hujusmodi fungatur, omnibus et singulis juribus, auctoritate, privilegiis, praerogativis, honoribus, gratiis, indultis, et indulgentiis, quibus commissarii regulares dictae confraternitatis, et tertii ordinis alias utebantur, fruebantur, et gaudebant, uti, frui, et gaudere libere, ac licite possit, et valeat in omnibus et per omnia perinde ac si eidem commissario presbytero saeculari usque ab initio concessae fuissent, dicta Nostra auctoritate concedas.

Derogatio contrariorum. §. 3. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non quatenus opus sit, ordinis, et confraternitatis praedictorum etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis, sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores praesentibus pro plene et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem, sub annulo piscatoris die tertia martii millesimo octingentesimo vicesimo, pontificatus Nostri anno vicesimo

CMXIV

Restitutio, et erectio monasterii sanctae Mariae Salutis villae de Cuellar dioecesis Segobiensis.

Dat. die 3 martii 1820 anno XX.

Venerabili fratri Hieronymo episcopo Tirasonensi, et in regnis Hispaniarum inquisitori generali.

Pius PP. VII.

Venerabilis frater salutem, et apostolicam benedictionem

Prooemium. §. 1. Non raro in humanis accidit, ut ea quae certis temporibus, et aliquibus stantibus circumstantiis necessaria videbantur, illis immutatis, vel moderari, vel abrogari identidem debeant.

Expositio precum. §. 2. Exponi siquidem Nobis nuper fecit dilectus filius Basilius Gonzalez monachorum ordinis sancti Basilii Magni congregationis Hispanae expresse professus, nomine etiam aliorum monachorum monasterii villae de Cuellar dicti ordinis Segobiensis dioecesis, quod, cum alias ex parte cla. mem. Caroli IV, dum viveret, Hispaniarum regis catholici, parentis sui praedefuncti Caroli III. vestigiis insistentis expositum fuerit fel. rec. Pio pp. VI. decessori Nostro, plures perturbationes, et dissidia inter monachos trium provinciarum dicti ordinis eorumdem regnorum Hispaniarum, Andalusiae scilicet, Castellae, et sancti Michaelis vulgo de Jardon exorta fuisse, et illa originem ducere, inspectis prius omnibus, quae rem tanti momenti respiciebant, per ecclesiasticos viros dignitate, doctrina, et prudentia laudabiles ad hoc specialiter deputatos, ex rei familiaris angustia, qua dictarum provinciarum monasteria urgebantur, quamobrem regularis disciplina collapsa jacebat, proindeque duo omnino ad pacem, at tranquillitatem, ac regularem disciplinam denuo inter hosce monachos, inducendam, oportere; alterum nempe tres memoratas provincias monachorum ordinis praedicti, ac plurima illarum monasteria suppressa provincia sancti Michaelis de Jardon nuncupata, ac suppressis nonnullis monasteriis, ad duas dumtaxat provincias, et ad duodecim monasteria cum uno prioratu coarctare; alterum, praevia eorumdem monasteriorum, ac provinciarum separatione, et omnimoda exemptione a qualibet abbatis generalis ordinis praedicti jurisdictione et subjectione novam congregationem Hispanam erigere, aliaque ad bonum, utilitatemque noviter erigendae congregationis Hispanae disponere; prae-

laudatus itaque Pius decessor Noster, omnibus mature perpensis, ac paucis mutatis, quae haud opportuna videbantur per alias suas in simili forma brevia die x. decembris anni MDCCXC expeditas, ac bo. me. Augustino Rubin de Cevallos tunc episcopo Gennensi, et inquisitori generali missas literas, quarum tenorem praesentibus pro plene, et sufficienter expresso, ac de verbo ad verbum inserto haberi volumus, fusius continetur, inter alia sancivit, ut monasterium Nostrae dominae Salutis nuncupatum, situmque in villa de Cuellar Segobiensis dioecesis; ex cujus redditibus sustentari nequibant duodecim monachi, supprimeretur, et extingueretur, illiusque bona, jura, et actiones alii monasterio Nostrae dominae Remediorum nuncupato in loco de Barcena Palentinae dioecesis existenti adjungerentur, et incorporarentur, explicita tamen in praecitatis literis declaratione, ut si ex memoratis, aliisque dispositionibus, rerumque praedictarum usu incommodum aliquod deprehenderetur, tunc ab hac apostolica Sede opportuna remedia petere deberent,

Ratio concessionis

§. 3. Nunc autem cum Nobis relatum fuerit, monasterium praedictum de Cuellar vigore praedictarum literarum supprimendum bis centum et ultra annos a sua fundatione numerare, ibique jugiter regularem floruisse observantiam, illiusque monachos magnae utilitati in spiritualibus, et temporalibus dioecesi Segobiensi semper, prout asseritur, fuisse, ad praesens vero, attenta ecclesiasticorum saecularium penuria, pro administrandis sacramentis necessarios esse, redditus vero monasterii praedicti, qui tempore demandatae suppressionis, prout in praefatis decessoris Nostri literis legitur, sustentationi duodecim monachorum minime sufficiebant, satis ad praesens eos alere posse; perspecta itaque usque ab initio utilitate dicti monasterii, sancitae illius suppressionis executio, instantibus tunc existente episcopo Segobiensi, magistratu villae de Cuellar, et duce de Alhuquerque patrono, uti asseritur, ecclesiae dictae villae, ab executore praedictarum literarum apostolicarum protracta fuit expressa sub conditione, ut ab hac apostolica Sede opportunum indultum impetraretur. Ast multi hac in mora elapsi sunt hucusque anni ob quasdam Nobis deductas causas, et notissimas istorum regnorum perturbationes; nunc vero praedicti monachi memoratis rationibus suffulti, de consensu etiam carissimi in Christo filii Nostri Ferdinandi Hispaniarum regis catholici regnantis, humiliter a Nobis expostulant, ut, praevia derogatione dispositioni decessoris Nostri circa hujusmodi suppressionem et aggregationem monasterium Nostrae dominae Salutis nuncupatum villae de Cuellar denuo erigatur, et restituatur, illudque a proprio abbate nominando ad formam dispositionis praedictarum literarum decessoris Nostri, cum iisdem privilegiis, et praerogativis, quibus alii abbates aliorum monasteriorum congregationis Hispanae utuntur, et gaudent, gubernetur, et in dicto monasterio novitiatus ad formam pariter constitutionum ordinis, sive congregationis praedictae auctoritate apostolica confirmatarum, et praedictarum literarum decessoris Nostri instituatur.

Tenor decreti

§. 4. Nos igitur praedictos exponentes ac singulares personas, quibus praesentes Nostrae literae favent, specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes supplicationibus hujusmodi inclinati, praevia derogatione dispositioni in praecitatis decessoris Nostri literis contentae, quoad suppressionem tantum memorati monasterii Nostrae dominae Salutis villae de Cuellar, illiusque aggregationem, et unionem alii monasterio de Barcena nuncupato respicienti, prout auctoritate Nostra apostolica derogamus, fraternitati tuae per praesentes committimus, et mandamus, ut quatenus vera sint exposita, et reapse redditus monasterii Nostrae dominae Salutis di Cuellar duodecim monachorum sustentationi sufficere possint, monasterium hujusmodi alias suppressum denuo cum omnibus juribus, bonis et actionibus, aliisque ad illud pertinentibus, auctoritate Nostra apostolica restituas, atque reponas, et quatenus opus sit, in novum monasterium erigas, cui proprius abbas modo, et forma in praedictis literis decessoris Nostri nominandus praesit, et omnibus, et singulis privilegiis, et praerogativis, quibus abbates aliorum monasteriorum congregationis Hispanae praedictae utuntur, fruuntur, et gaudent, pari modo, et absque ulla prorsus differentia uti, frui, et gaudere libere, ac licite possint, et valeant.

Concessio privilegiorum

§. 5. Ac tandem in dicto monasterio sic restituto, seu de novo erecto, pro majori Christifidelium utilitate, insimulque opportuna commoditate exoptantium praedictam congregationem ingredi, illiusque institutum amplecti, novitiatum juxta praescripta in praecitatis apostolicis decessoris Nostri literis, quae in reliquis omnibus etiam quoad aetatem pro regulari emit-

tenda professione salva, et integra in suo robore permaneant et adamussim serventur, dicta auctoritate Nostra apostolica instituas atque stabilias; Nos enim tibi circa praemissa, ac quaecumque alia, quae ad praesentium Nostrarum literarum executionem quomodolibet spectabunt, faciendi, gerendi, exequendi, atque exequi mandandi, auctoritate praedicta omnem, et quamcumque facultatem, et auctoritatem tenore praesentium tribuimus, et impertimur.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 6. Decernentes has praesentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 7. Non obstantibus praedictis literis Pii decessoris Nostri, aliisque constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non dicti ordinis, et congregationis Hispanae etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis et innovatis: quibus omnibus, et singulis illorum tenores praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die octava martii millesimo octingentesimo vicesimo, pontificatus Nostri anno vicesimo.

CMXV.

Eretio congregationis Cordis Jesu pro regno Brasiliae.

Dat. die 10 martii 1820 anno XX

Venerabili fratri
Episcopo Fluminis Januarii

Pius PP. VII.

Venerabilis frater
Salutem, et apostolicam benedictionem

Prooemium

§. 1. Redemptoris Nostri Jesu Christi Nos, meritis licet imparibus, vices in terris gerentes, pastoralis Nostri muneris esse ducimus, pia, et salutaria opera Christifidelibus proponere, ut illorum religio atque devotio continuum suscipiat incrementum, eisque votiva salus proveniat animarum.

Regiae familiae regni uniti religio commendatur, illiusque studium amplificandi devotionem erga SS. Cor Jesu

§. 2. Magno proinde spirituali gaudio accepimus devotionem erga sanctissimum Cor Jesu a praedecessoribus Nostris in militanti Ecclesia inductam, et a Nobis etiam confirmatam, novisque spiritualibus largitionibus promotam, quae multum in fidelium animos acceptum redemptionis humani generis beneficium revocare valet, de die in diem ita accrescere, ut per totam jam fere Europam fuerit non sine magno spirituali animarum lucro dilatata. Ad bujusmodi sane devotionis incrementum non parum contulit summus religionis zelus, quo in Deum flagrabat cl. me. Maria Francisca prima dum viveret, Portugalliae et Algarbiorum regina fidelissima, quae ferventi accensa desiderio illam in suis dominiis dilatandi, et in suorum subditorum animos imprimendi, non solum ecclesiam in honorem sanctissimi Cordis Jesu, ac sub eodem titulo in civitate Lisbonensi e fundamentis erexit, ac copiosis redditibus, ex concessione etiam apostolica ditavit, verum etiam, impetrato speciali apostolico indulto a fel. rec. Pio pp. VI. praedecessore Nostro anno MDCCLXXVII officium proprium cum missa ejusdem sacri Cordis pro suis regnis, et dominiis approbari, illiusque festum de praecepto cum vigilia et jejunio sub ritu duplici primae classis cum octava declarari curavit, et tandem, ut ejusdem sacri Cordis imago insignibus, seu decorationibus trium militarium ordinum eorumdem regnorum adjungeretur, voluit atque mandavit.

Commemorantur confraternitates sub hoc nomine erectae.

§. 3. Avitae vero pietatis et religionis aemulator carissimus in Christo filius Noster Joannes regni uniti Portugalliae, Brasiliae et Algarbiorum rex fidelissimus, qui devotionem praedictam regalis suae fami-

liae propriam appellat, ac illius festum, splendido celebrat apparatu, magis magisque illam confovendi, ac per sua regna et dominia dilatandi cupidus, duas archiconfraternitates sub titulo sanctissimi Cordis Jesu iisdem modo, et forma quibus congregatio seu pia unio sub eodem titulo in ecclesia sanctae Mariae ad Pineam nuncupata in Cappella de urbe per apostolicas Nostras in simili forma brevis die xxv januarii anni MDCCCIII expeditas literas fuit erecta; unam videlicet in civitate Lisbonensi pro regnis Portugalliae, Algarbiorum, et dioecesibus Funchallensi et Angrensi, et insulis Azzorre nuncupatis; alteramque in civitate Fluminis Januarii Brasiliae capite, et ad praesens regali residentia, pro Brasilia, aliisque Lusitanis dominiis, cum iisdem privilegiis, praerogativis, gratiis, et indultis, ac facultate aggregandi non solum personas, sed alias etiam confraternitates, seu pias uniones ejusdem instituti in praefatis locis canonice erectas, seu erigendas existentes, eidem archiconfraternitati de urbe alias concessis, per Nos erigi desiderat. Nobis propterea ejusdem regis nomine supplicatum fuit, ut in praemissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Deputatio executoris apostolici, qui erectionem decernat

§. 4. Nos igitur piis praelaudati regis votis, quantum cum Domino possumus, annuere, ac spirituali Christifidelium utilitati consulere volentes, et singulares personas, quibus praesentes Nostrae literae favent a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes supplicationibus hujusmodi inclinati, fraternitati tuae per praesentes committimus, et mandamus, ut in ista cathedrali Fluminis Januarii, vel alia quacumque ejusdem civitatis ecclesia, juxta voluntatem memorati regis, congregationem, seu piam unionem sub titulo sanctissimi Cordis Jesu cum iisdem privilegiis, praerogativis, gratiis, indultis, indulgentiis, et peccatorum remissionibus, et poenitentiarum relaxationibus congregationi, seu piae unioni sub eodem titulo in hac alma urbe Nostra erectae alias tributis, quorum omnium per apostolicas Nostras in simili forma brevis bodie expeditas literas specialis conceditur communicatio, auctoritate Nostra apostolica servatis servandis, erigas atque instituas; congregationem vero seu piam unionem praedictam sic canonice erectam nunc pro tunc archiconfraternitatem cum omnibus, et singulis praerogativis, juribus, honoribus, et praeeminentiis, quibus memorata congregatio, seu pia unio de urbe a Nobis pariter in archiconfraternitatem erecta utitur, fruitur, et gaudet, seu uti, frui, et gaudere poterit, auctoritate Nostra apostolica, tenore praesentium, sine cujusquam praejudicio, perpetuo facimus, ac declaramus, ac ipsius archiconfraternitatis sic factae, erectae, et declaratae officialibus, et congregatis praesentibus, et futuris, ut ipsi non solum personas, sed etiam alias quascumque congregationes, seu pias uniones ejusdem instituti in civitate Fluminis Januarii ac Brasilia, aliisque Lusitanis dominiis erectas, et erigendas existentes eidem archiconfraternitati civitatis Fluminis Januarii, servata tamen forma constitutionis rec. mem. Clementis pp. VIII praedecessoris Nostri editae, aggregare; illisque omnes, et singulas indulgentias, et peccatorum remissiones, et poenitentiarum relaxationes ipsi congregationi seu piae unioni Fluminis Januarii sic in archiconfraternitatem a Nobis erectae concessas communicare libere, ac licite possint, et valeant auctoritate, ac tenore praefatis concedimus, et indulgemus.

Deputatio directoris congregationis arbitrio regis in perpetuum reservatur.

§. 5. Tandem praelaudato fidelissimo regi, qui insignis pietatis religionis praeclarissima semper exhibuit argumenta, et de quibus plurimam in Domino fiduciam habemus, personam in ecclesiastica dignitate constitutam in directorem praedictae archiconfraternitatis, seu piae unionis sanctissimi Cordis Jesu in civitate Fluminis Januarii, ut supra erigendae, pro suo arbitrio et prudentia nunc, et futuris temporibus eligendi, et ad nutum immutandi facultates necessarias, et opportunas auctoritate et tenore praefatis tribuimus, et impertimur, ac praefati regis legitimis successoribus, quos ejusdem devotionis, et pietatis imitatores fore indubitanter speramus, easdem facultates pariter tribuimus, et impertimur.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 6. Decernentes has praesentes literas firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari; sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 7. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non dictae archiconfraternitatis de urbe etiam jura-

mento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausolis, irritantibusque, et aliis decretis in genere vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores praesentibus pro plene et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque.

Fides habenda transumptis.

§. 8. Volumus autem ut earumdem praesentium literarum transumptis, seu exemplis etiam impressis, et manu alicujus notarii publici subscriptis, ac sigillo personae in ecclesiastica dignitate constitutae munitis, eadem prorsus fides in judicio, et extra illud adhibeatur, quae adhiberetur ipsis praesentibus, si forent exhibitae, vel ostensae.

Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem, sub annulo piscatoris, die decima martii, millesimo octingentesimo vicesimo, pontificatus Nostri anno vicesimo.

CMXVI.

Erectio congregationis Cordis Jesu pro regno Portugalliae.

Dat. die 10 martii 1820 anno XX

Venerabili fratri
Patriarchae Lisbonensi

Pius PP. VII.

Venerabilis frater
Salutem, et apostolicam benedictionem

Proemium

§ 1. Redemptoris Nostri Jesu Christi Nos, meritis licet imparibus, vices in terris gerentes, pastoralis Nostri muneris esse ducimus, pia, et salutaria opera Christifidelibus proponere, ut illorum religio atque devotio continuum suscipiat incrementum, eisque votiva salus proveniat animarum.

Memoratur quomodo regia familia Portugalliensis continuo coluerit, et amplioro studuerit devotionem SS. Cor Jesu

§. 2. Magno proinde spirituali gaudio accepimus devotionem erga sanctissimum Cor Jesu a praedecessoribus Nostris in militanti Ecclesia inductam, et a Nobis etiam confirmatam, novisque spiritualibus largitionibus promotam, quae multum in fidelium animos acceptum redemptionis humani generis beneficium revocare valet, de die in diem ita accrescere, ut per totam jam fere Europam fuerit non sine magno spirituali animarum lucro dilatata. Ad hujusmodi sane devotionis incrementum non parum contulit summus religionis zelus, quo in Deum flagrabat cl. me. Maria Francisca prima dum viveret, Portugalliae et Algarbiorum regina fidelissima, quae ferventi accensa desiderio illam in suis dominiis dilatandi, et in suorum subditorum animos imprimendi, non solum ecclesiam in honorem sanctissimi Cordis Jesu, ac sub eodem titulo in civitate Lisbonensi e fundamentis erexit, ac copiosis redditibus, ex concessione etiam apostolica ditavit, verum etiam, impetrato speciali apostolico indulto a fel. rec. Pio pp. VI. praedecessore Nostro anno MDCCLXXVII officium proprium cum missa ejusdem sacri Cordis pro suis regnis, et dominiis approbari, illiusque festum de praecepto cum vigilia et jejunio sub ritu duplici primae classis cum octava declarari curavit, et tandem, ut ejusdem sacri Cordis imago insignibus, seu decorationibus trium militarium ordinum eorumdem regnorum adjungeretur, voluit atque mandavit.

Commemorantur confraternitates erectae sub hoc nomine tam in regno Portugalliae, quam in altero unito Brasiliae

§. 3. Avitae vero pietatis et religionis aemulator carissimus in Christo filius Noster Joannes regni uniti Portugalliae, Brasiliae et Algarbiorum rex fidelissimus, qui devotionem praedictam regalis suae fami-

hac propriam appellat, ac illius festum, splendido celebrat apparatu, magis magisque illam confovendi, ac per sua regna et dominia dilatandi cupidus, duas archiconfraternitates sub titulo sanctissimi Cordis Jesu iisdem modo, et forma quibus congregatio seu pia unio sub eodem titulo in ecclesia sanctae Mariae ad Pineam nuncupata in Cappella de urbe per apostolicas Nostras in simili forma brevis die xxv januarii anni MDCCCIII expeditas literas fuit erecta; unam videlicet in civitate Lisbonensi pro regnis Portugalliae, Algarbiorum, et dioecesibus Funchallensi et Angrensi, et insulis Azzorre nuncupatis; alteramque in civitate Fluminis Januarii Brasiliae capite, et ad praesens regali residentia, pro Brasilia, aliisque Lusitanis dominiis, cum iisdem privilegiis, praerogativis, gratiis, et indultis, ac facultate aggregandi non solum personas, sed alias etiam confraternitates, seu pias uniones ejusdem instituti in praefatis locis canonice erectas, seu erigendas existentes, eidem archiconfraternitati de urbe alias concessis, per Nos erigi desiderat. Nobis propterea ejusdem regis nomine supplicatum fuit, ut in praemissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Deputatio executoris apostolici, cum omnibus facultatibus

§. 4. Nos igitur piis praelaudati regis votis, quantum cum Domino possumus, annuere, ac spirituali Christifidelium utilitati consulere volentes, et singulares personas, quibus praesentes Nostrae literae favent a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes supplicationibus hujusmodi inclinati, fraternitati tuae per praesentes committimus, et mandamus, ut in ista metropolitana Lisbonensi, vel alia quacumque ejusdem civitatis ecclesia, juxta voluntatem memorati regis, congregationem, seu piam unionem sub titulo sanctissimi Cordis Jesu cum iisdem privilegiis, praerogativis, gratiis, indultis, indulgentiis, et peccatorum remissionibus, et poenitentiarum relaxationibus congregationi, seu piae unioni sub eodem titulo in hac alma urbe Nostra erectae alias tributis, quorum omnium per apostolicas Nostras in simili forma brevis hodie expeditas literas specialis concedetur communicatio, auctoritate Nostra apostolica servatis servandis, erigas atque instituas; congregationem vero seu piam unionem praedictam sic canonice erectam nunc pro tunc archiconfraternitatem cum omnibus, et singulis praerogativis, juribus, honoribus, et praeeminentiis, quibus memorata congregatio, seu pia unio de urbe a Nobis pariter in archiconfraternitatem erecta utitur, fruitur, et gaudet, seu uti, frui, et gaudere poterit, auctoritate Nostra apostolica, tenore praesentium, sine cujusquam praejudicio, perpetuo facimus, ac declaramus, ac ipsius archiconfraternitatis sic factae, erectae, et declaratae officialibus, et congregatis praesentibus et futuris, ut ipsi non solum personas, sed etiam alias quascumque congregationes, seu pias uniones ejusdem instituti in regnis Portugalliae, Algabariorum, in dioecesibus Funchallensi et Angrensi, in insulis Azzorre nuncupatis erectas, et erigendas existentes eidem archiconfraternitati civitatis Lisbonensis, servata tamen forma constitutionis rec. mem. Clementis pp. VIII praedecessoris Nostri editae, aggregare; illisque omnes, et singulas indulgentias, et peccatorum remissiones, et poenitentiarum relaxationes ipsi congregationi seu piae unioni Lisbonensi sic in archiconfraternitatem a Nobis erectae concessas communicare libere, ac licite possint, et valeant auctoritate, et tenore praefatis concedimus, et indulgemus.

Deputatio directoris congregationis arbitrio regis in perpetuum reservatur.

§. 5. Tandem praelaudato fidelissimo regi, qui insignis pietatis et religionis praeclarissima semper exhibuit argumenta, et de quibus plurimam in Domino fiduciam habemus, personam in ecclesiastica dignitate constitutam in directorem praedictae archiconfraternitatis, seu piae unionis sanctissimi Cordis Jesu in civitate Lisbonensi, ut supra erigendae, pro suo arbitrio et prudentia nunc, et futuris temporibus eligendi, et ad nutum immutandi facultates necessarias, et opportunas auctoritate et tenore praefatis tribuimus, et impertimur, ac praefati regis legitimis successoribus, quos ejusdem devotionis, et pietatis imitatores fore indubitanter speramus, easdem facultates pariter tribuimus, et impertimur.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 6. Decernentes has praesentes literas firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros affectus sortiri, et obtinere, ac illis ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari; sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 7. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non dictae archiconfraternitatis de urbe etiam jura-

mento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus et formis, ac cum quibusvis etiam derogatariarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacoissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores praesentibus pro plene et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque.

§. 8. Volumus autem ut earumdem praesentium literarum transumptis, seu exemplis etiam impressis, ut manu alicujus notarii publici subscriptis, ac sigillo personae in ecclesiastica dignitate constitutae munitis, eadem prorsus fides in judicio, et extra illud adhibeatur, quae adhiberetur ipsis praesentibus, si forent exhibitae, vel ostensae. Fides habenda transumptis.

Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem, sub annulo piscatoris, die decima martii, millesimo octingentesimo vicesimo, pontificatus Nostri anno vicesimo.

PIUS VII.

ANNO VICESIMO PRIMO

CMXVII.

Dat. die 28 martii 1820. anno XXI.

Immutatio erogationis eleemosynae destinatae pro celebratione missarum in civitate Taurinensi, illiusque erogatio in alios pios usus.

Venerabili fratri
Archiepiscopo Taurinensi

Pius PP. VII.

Venerabilis frater
Salutem, et apostolicam benedictionem

Expositio precum.

§. 1. Exponi Nobis nuper fecit dilectus filius canonicus Agodinn, parochus et administrator parochialis ecclesiae Corporis Domini istius civitatis Taurinensis, quod cum apud se remaneat summa pecuniaria decem millium circiter librarum monetae istins regionis erogandarum in eleemosynas missarum cum ex piis legatis, tum ex fidelium commissionibus provenientibus celebrandarum, cumque ob sacerdotum penuriam celebrationes hujusmodi fieri nequeant, nisi in summa mille, et quingentarom librarum ejusdem monetae, idcirco reliquam pecuniam in alias eleemosynas converti posse vehementer desiderat. Nobis propterea humiliter supplicari fecit, ut in praemissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis.

§. 2. Nos igitur memoratum exponentem et singulares personas, quibus praesentes Nostrae literae favent, specialibus gratiis et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, et interdicti aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus hujusmodi inclinati, fraternitati tuae per praesentes committimus, et mandamus, quatenus constito tibi prius de narratorum veritate, eidem exponenti petitam facultatem, expletis celebrationibus missarum pro summa mille, et quingentarum librarum, erogandi quod summae praedictae remanet favore hospitii Catechumenorum istius civitatis, aliorumque pauperum, et egenorum ita tamen, ut hi eleemosynas recepturi pluries, aut saltem semel confessi, et sacra communione refecti missam audientes omnipotentem Deum juxta benefactorum mentes exorent, auctoritate Nostra apostolica pro tuo arbitrio, et conscientia gratis impertiaris.

§. 3. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis caeterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem, te diligenter inquirere pro hujusmodi eleemosynariis distributionibus recte faciendis, tibique de facta executione constare debere; secus praesens gratia nulla sit eo ipso. Derogatio contrariorum.

Datum Romae, apud sanctam Mariam Majorem, sub annulo piscatoris, die vicesima octava martii, millesimo octingentesimo vicesimo, pontificatus Nostri, anno vicesimo primo.

CMXVIII.

Dat. die 24 martii 1820 anno XXI.

Concessio zonae sericae violacei coloris pro canonicis, et dignitatibus ecclesiae sancti Salvatoris in Brasilia.

Pius PP. VII.

Ad perpetuam rei memoriam

Expositio precum.

§. 1. Ex parte carissimi in Christo filii Nostri Joannis Portugalliae, et Algarbiorum regis fidelissimi expositum Nobis nuper fuit, quod cum in superioribus universae ferme Europae tumultibus ipse post multa pericula rerum civitatem sancti Salvatoris in Brasilia incolumis appulerit, atque in ejusdem civitatis metropolitana ecclesia de tanto beneficio tunc primum omnipotenti Deo gratiae fuerint actae, ipsius ecclesiae dignitates, canonicos, et semicanonicos (quos vocant) aliqua per Nos, et apostolicam Sedem exterua decoratione ornari vehementer desiderat, cum ad majorem Dei gloriam, tum etiam quo firmior ibi restet divinae hujusmodi in se beneficentiae memoria.

Tenor concessionis.

§. 2. Nos piis hisce regiis votis benigne, libentissimeque annuere, ac memoratos dignitates, canonicos, et semicanonicos specialibus gratiis et favoribus prosequi volentes, eorumque singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus hujusmodi inclinati, modernis, et pro tempore in perpetuum existentibus dignitatibus, canonicis, et semicanonicis metropolitanae ecclesiae praedictae, ut ipsi zonam sericam violacei coloris cum duobus floccis similibus supra vestem oblongam tam intra, quam extra eamdem ecclesiam etiam in processionibus, et actibus publicis quibuscumque gestare libere, et licite possint, et valeant, et quilibet eorum possit, et valeat, auctoritate apostolica tenore praesentium concedimus, et indulgemus, ipsosque dignitates, canonicos, et semicanonicos a quoquam impediri, aut perturbari desuper nullatenus posse, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari decernimus.

Derogatio contrariorum.

§. 3. Non obstantibus constitutionibus apostolicis, nec, non quatenus opus sit, ipsius ecclesiae etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus, privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo, ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die vicesima quarta martii millesimo octingentesimo vicesimo, pontificatus Nostri anno vicesimo primo.

CMXIX.

Dat. die 14 aprilis 1820 anno XXI.

Unio parochialis ecclesiae s. Angeli de Vio alteri s. Petri in civitate Aquilae regni utriusque Siciliae dioecesis Aquilanae.

Venerabili fratri episcopo Aquilano

Pius PP. VII.

Venerabilis frater
Salutem, et apostolicam benedictionem.

Expositio precum.

§. 1. Exponi Nobis nuper fecit dilectus filius modernus promotor fiscalis istius episcopalis curiae Aquilanae, quod, cum parochialis ecclesia sancti Angeli loci de Vio istius dioecesis diruta esset, atque a multis annis adjuncta alii parochiae contiguae collegiatae ecclesiae sancti Petri = a Coppito = ejusdem dioecesis, adsignato ibi altari, et hujus parocho in illius oeconomum constituto, ob redditum tenuitatem summam viginti quinque ducatorum annuorum non excedentium memorata ecclesia reaedificari nequit, neque parochiani pauci quidem numero, nec opibus abundantes eleemosynas contribuere valent pro illius reaedificatione. Idcirco memoratam sancti Angeli paroeciam huic sancti Petri paroeciae incorporari posse plurimum desiderat, etiam ex eo, quod utraque earum unum populum efficit, atque parochiani in iisdem libris parochialibus describuntur.

Tenor concessionis.

§. 2. Nos igitur ipsum exponentem specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus hujusmodi inclinati, referente venerabili fratre Joanne Francisco archiepiscopo Athenarum congregationis venerabilium fratrum Nostrorum Sanctae Romanae Ecclesiae cardinalium concilii Tridentini interpretum secretario, fraternitati tuae per praesentes committimus, ut veris existentibus narratis, emissaque per parochialium collegiatae sancti Petri obligatione in forma juris valida adimplendi omnia onera paroeciae sancti Angeli jam adnexa, auctoritate Nostra apostolica pro tuo arbitrio, et conscientia paroeciae sancti Angeli collationem suspendas, et respective alteri paroeciae sancti Petri unias juxta petita.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 3. Decernentes ipsas praesentes literas firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere; sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 4. Non obstantibus apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, caeterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die decima quarta aprilis, millesimo octingentesimo vicesimo, pontificatus Nostri anno vicesimo primo.

CMXX.

Facultas gestandi rocchettum, et rocchettum cum caputio violacei coloris, cum aliis insignibus pro canonicis, parochis, et cantoribus ecclesiae cathedralis civitatis Melphitensis.

Dat. die 28 aprilis 1820 anno XXI.

Pius PP. VII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Proemium.

§. 1. Romanorum pontificum praedecessorum Nostrorum vestigia prementes ecclesiasticis viris, qui in templis illustrioribus Altissimo famulantur, pecularia ornamenta deferenda interdum concedimus, ut ipsi per externas quoque vestes excitati internarum virtutum splendore magis in dies praelucere conentur in domo Domini.

Expositio precum.

§. 2. Cum itaque, sicut bo. me. Dominicus Antonius dum vixit episcopus Melphitensis, Nobis exponi fecit ecclesia cathedralis illius civitatis, in qua cathedrali sex dignitates, octodecim canonici ex vetusto apostolico indulto cappa magna ad instar basilicae Principis Apostolorum, et mozzetta rosacei coloris utentes, et sex supra triginta presbyteri, quos participantes vocant, comprehensis in hisce duobus sancti Corradi, et sancti Januarii parochis, et quatuor cantores existunt, ecclesia ipsa antiquitatis laude, templi magnitudine, sacrarum supellectilium copia, sacerdotum probitate, et doctrina, populique devotione, et frequentia haud parum floreat, multum splendorem ad eam accederet, ac divinus cultus, fideliumque devotio majora ibi incrementa susciperet, si memorati presbyteri novis insignibus per Nos, et apostolicam Sedem ornentur.

Tenor concessionis.

§. 3. Nos ejusdem episcopi votis annuere, et presbyteros hujusmodi specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint hujus tantum rei gratia absolventes et absolutos fore censentes, supplicationibus hujusmodi inclinati, modernis, et pro tempore in perpetuum existentibus, dictae cathedralis Melphitensis participantibus, parochis, et cantoribus, ut ipsi rocchettum, et mozzettam cum caputio violacei coloris indiscriminatim, sed parochi qui jam mozzetta serica violacea decorati reperiuntur, eamdem linea pellicea in extremitatibus circumdatam, ac tam ipsi parochi,

quam quatuor cantores, et octodecim seniores participantes ie festis solemnibus per ordinarium praefigendis, atque pro iis temporibus dumtaxat, in quibus dignitates, et canonici ipsius cethedralis cappis utuntur, eamdem cappam magnam cum pellibus armellinis cineracei tamen coloris, et cum fodera, et reliquis emanthiaci coloris obscuri, sed quoad parochos et cantores ipsam cappam pustulis armellinis albis aspersam tam in ecclesia praedicta, quam extra eam in quibusvis processionibus, aliisque functionibus capitularibus publicis quibuscumque gestare, illisque respective uti libere, et licite possint et valeant, auctoritate apostolica, tenore praesentium concedimus, et indulgemus. Dictosque participantes, parochos, et cantores desuper a quoquam impediri, molestari, aut perterbari nullatenus posse, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis euctoritate scienter vel ignoranter contigerit attenteri decernimus.

Derogatio contrariorum. §. 4. Non obstantibus constitutionibus, et ordinatioeibus apostolicis, ac dictae ecclesiae etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statntis, et consuetudinibus, privilegiis qeoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere vel in ispecie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores praesentibus pro plene, et sufficieeter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes illis alias in suo robore permansuris ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae, apud sanctam Mariam Majorem, sub annulo piscetoris, die vicesima octava aprilis, millesimo octingentesimo vicesimo, pontificatus Nostri anno vicesimo primo.

CMXXI.

Dat. die 5 maii 1820 anno XXI.

Fecultas gestandi vestem talarem violaceam, et mozzettam ejusdem coloris cum parvo caputio pro canonicis ecclesiae collegiatae loci Rapallo dioecesis Januensis.

Pius PP. VII.

Ad perpetuam rei memoriam

Prooemium. §. 1. In summo apostolatus apica meritis licet imparibus, constituti ad statum ecclesiarum omnium, quarum Nobis a Domino commissa est sollicitudo, personarumque in eis Altissimo famulantium, de quorum virtutibus, vitae, aa morum honestate, et sincera in Nos et hanc apostolicam Sedem fide et devotione indubia Nobis perhibentur testimonia, propensis studiis animum intendentes, illarum honorificentiae, et decori libenter consulimus.

Expositio precum. §. 2. Expositum siquidem Nobis nuper fuit nomine diloctorum filiorum archipresbyteri, et canonicorum collegiatae ecclesiae parochielis loci di Rapallo Januensis dioecesis, quod cum in dicta terra, quae incolarum urbanitate et industria, eliisque praerogativis inter observantiores dictae dioecesis regiones locum habet, pervetustum, splendidumque extet templum, sive sanctuarium di *Monte Allegro* nuncepatum, illucque moltitudo magna populi, venerandi b. Mariam Virginem, votaque solvendi causa confluat, praedicti exponentes pro majori memoratae ecclesiae collegiatae decore, et ornamento, quod non parum ad aegendum in popolis reverentiam, et devotionem confert, vestem talarem violaceam gestare, et mozzettae ejusdem coloris, qua ad praesens ex concessione apostolica utuntur, parvum caputium illi simile, quod archipresbytero dictae collegiatae fuit alias concessum, per Nos addi summopere desiderant. Nobis propterea humiliter suppliceri fecerunt, ut in praemissis opportuee providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis. §. 3. Nos igiter dictos exponentes specielibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque occlesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia ebsolventes, et absolutos fore censentes supplicationibus hujusmodi inclinati, attenta favorabili relatione ordinarii Januensis super praemissis Nobis transmissa, mo-

dernis et pro tempore in perpetuum existentibus archipresbytero et canonicis dictae collegiatae ecclesiae, ut ipsi in posterum vestem telarem violaceam, et canonici mozzettam ejusdem coloris cum eodem parvo caputio, quod archipresbytero praedicto fuit alias concessum, tam in ecclesia memorata, ejusque choro, et capitulo, quam extra eam in processionibus, aliisque functionibus, et actibus publicis capitularibus quibuscumque gestare libere, ac licite possint et valeant, auctoritate apostolica tenore praesentium concedimus, et indulgemus, eosque desuper a quoquam quavis occasione vel causa ullatenus impediri posse decernimus.

Derogatio contrariorum. §. 4. Non obstantibus, quatenus opus sit, fel: rec: Benedicti pp. XIV. praedecessoris Nostri super divisione materiarum, aliisque constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, caeterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die quinta maii millesimo octingentesimo vicesimo, pontificatus Nostri anno vicesimo primo.

CMXXII.

Dat. die 9 maii 1820 anno XXI.

Indulgentia plenaria assequenda ab eis, qui in festo beati Simonis Ballacchi visitaverint ecclesias fratrum, ac monialium ejusdem ordinis, vel alias quae fruuntur indulto celebrandi ejusdem festum.

Pius PP. VII.

Universis christifidelibus praesentes literas inspecturis
Salutem et apostolicam benedictionem

Proemium. §. 1. Ad augendam fidelium religionem, et animarum salutem coelestibus Ecclesiae thesauris pia charitate intenti; supplicationibus quoque dilecti filii Pii Mauritii Viviani pro vicarii generalis ordinis Praedicatorum Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati.

Tenor concessionis. §. 2. Omnibus, et singulis utriusque sexus christifidelibus vere poenitentibus, et confessis, ac s. communione refectis, qui aliquam ex ecclesiis tam fratrum, quam monialium ordinis hujusmodi, nec non aliis ecclesiis, quibus extensum est privilegium celebrandi festum, et officium b. Simonis Ballacchi ubicumque existentibus, die, in qua ab unoquaque ex praefatis ecclesiis festum ejusdem b. Simonis Ballacchi pro prima vice celebrabitur a primis vesperis usque ad occasum solis diei hujusmodi devote visitaverint, et ibi pro christianorum principum concordia, haeresum extirpatione, ac Sanctae Matris Ecclesiae exaltatione pias ad Deum preces effuderint, plenariam omnium peccatorum suorum indulgentiam, et remissionem misericorditer in Domino concedimus. Praesentibus pro prima unica vice tantum valituris.

§. 3. Volumus autem, ut, si pro impetratione, praesentatione, admissione, seu publicatione praesentium aliquid vel minimum detur, aut sponte oblatum recipiatur, praesentes nullae sint, utque praesentium literarum transumtis, seu exemplis etiam impressis, manu alicujus notarii publici subscriptis, et sigillo personae in ecclesiastica dignitate constitutae, vel procuratoris generalis dicti ordinis munitis eadem prorsus fides adhibeatur, quae adhiberetur ipsis praesentibus, si forent exhibitae, vel ostensae. Fides habenda transumptis.

Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die nona maii millesimo octingentesimo vicesimo, pontificatus Nostri anno vicesimo primo.

CMXXIII.

Indultum consequendi lauream doctoralem absque examine de jure volito pro nonnullis fratribus ordinis beatae Mariae Virginis de Carmelo. Dat. die 9 maii 1820 anno XXI.

Dilecto filio
Aloisio Antonio Faro fratrum ordinis
B. Mariae virginis de monte Carmelo
nuncupatae priori generali

Pius PP. VII.

Dilecte fili
Salutem et apostolicam benedictionem

§. 1. Exponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii Rosarius Camarda, Eliseus Munaffo, Antonius Coppolino, et Joseph Alibrandi istius ordinis beatae Mariae virginis de Monte Carmelo nuncupatae provinciae Siculae sancti Alberti professores, quod ipsi, qui in gradu baccalaureorum ad praesens constituti existunt, ad illum magisterii ascendere, et lauream doctoralem consequi nequeunt, nisi examini coram generali pro tempore, aliisque membris consilium dicti ordinis componentibus, juxta decreta circa studia, et gradus ejusdem Expositio precum.

ordinis a fel. rec. Clemente pp. XI praedecessore Nostro per alias suas in simili forma brevis die x. novembris anni MDCCXI. prout asseritur, expeditas literas confirmata, se subjicient; ut impensis proinde pro tali examina necessariis parcere valeant, ab hujusmodi onere eos per Nos eximi, et magisterio ac doctorali laurea per tuas patentales literas auctoritate Nostra apostolica suffragante, decorari summopere desiderent. Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut in praemissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis. §. 2. Nos igitur dictos exponentes specialibus gratiis et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis si quas forte incurrerint hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus hujusmodi inclinati, attenta favorabili relatione procuratoris generalis dicti ordinis super praemissis Nobis transmissa, tibi cum praedictis quatuor baccalaureis super memorato requisito examine ad obtinendum magisterium, et lauream doctoralem auctoritate Nostra apostolica dispensandi, et eximendi, ita ut, illo praetermisso, si nullum aliud eis obstet impedimentum, quatuor baccalaurei praedicti per tuas literas patentales magisterio, et doctorali laurea decorentur, ac iisdem privilegiis, honoribus, praerogativis gratiis, et indultis, quibus alii magistri, et doctores laureati dicti ordinis, et provinciae, praevio consueto examine, electi, utuntur, fruuntur, et gaudent, ac uti, frui, et gaudere poterunt, pari modo, et absque ulla prorsus differentia uti, frui, et gaudere in omnibus, et per omnia, perinde ac si post praescriptum examen electi, et declarati fuissent, libere et licite possint ac valeant, facultates necessarias, et opportunas, dicta auctoritate, tenore praesentium tribuimus, et impertimur.

Derogatio contrariorum. §. 3. Non obstantibus praedictis literis fel. rec. Clementis pp. XI. praedecessoris Nostri pro confirmatione decretorum circa studia, at gradus dicti ordinis, et provinciae expeditis, aliisque constitutionibus, et ordinationibus apostolicis nec non ejusdem ordinis et provinciae etiam juramento, confirmatione apostolica vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis, illorum tenores praesentibus pro plene et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes illis alias in suo robore permansuris ad praemissorum effectum hoc vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem, sub annulo piscatoris, die nona maii millesimo octingentesimo vicesimo, pontificatus Nostri anno vicesimo primo.

CMXXIV.

Dat. die 9 maii 1820 anno XXI.

Liberatio praepositurae cathedralis ecclesiae Caesenatensis a cura animarum, illiusque impositio novae praebendae crearatae in eadem ecclesia erigendae.

Pius PP. VII.

Ad perpetuam rei memoriam

Expositio precum. §. 1. Praeteritorum temporum vicissitudines in causa fuere, ut in cathedralis ecclesiae Caesenatensis capitulo nonnulla fuerint immutata, inter quae nova methodus numeratur administrandi curam animarum parochianorum, cujus onus per presbyterum vicarium curatum nuncupatum ab eodem capitulo electum, et ab ordinario approbatum jampridem adimplendum fuit impositum praeposito, majori post pontificalem ipsius capituli dignitati; nunc autem a venerabili fratre moderno episcopo Caesenatensi, atque ab ipsius ecclesiae canonicis Nobis humiliter supplicatum fuit, ut meliori aliqua forma tam ontedictae majori dignitati, quam curae animarum parochianorum opportunius providere dignaremur.

Tenor concessionis. §. 2. Nos igitur, qui urbem Caesenatensem patriam Nostram, illiusque cives peculiari benevolentia prosequimur, precibus hujusmodi benigne annuere volentes, ex certa scientia, et maturo deliberatione Nostris, deque apostolicae potestatis plenitudine decernimus, atque statuimus, quod memorata praepositura per promotionem venerobilis fratris Juliani Maini ad episcopalem cathedram Civitatis Plebis in praesentiarum vacans ab onere curae animarum omnino exonerata remaneat, ac libere, ut prius, ab apostolica Sede conferri debeat. Ut autem exercitio curae animarum parochianorum ipsius cathedralis melius in posterum consulatur,

praevia suppressione vicariae perpetuae curatae, jam antea possessae a dilecto filio Vincentio Montanari, deputato postmodum rectore parochialis ecclesiae sancti Zenonis ejusdem civitatis Caesenatensis, habito nuper dicti Vincentii consensu, novam canonicalem praebendam curatam per concursum conferendam perpetuo erigimus, et constituimus.

Dotatio novae praebendae.

§. 3. Pro cujus congrua dote, ultra redditus dictae vicariae curatae pridem spectantes, praedium del Tipano nuncupatum a bonis enunciatae parochiae sancti Zenonis dismembrandum perpetuo adsignamus, applicamus, et appropriamus, hujusmodi vero canonico curato a capitulo ex approbatis in concursu, salvis tamen reservationibus, et affectionibus apostolicis in futuris vacationibus eligendo incumbere debebit onus unum idoneum cappellanum curatum cum congruo salario manutenendi.

Deputatio novi administratoris.

§. 4. Nosque, attentis peculiaribus circumstantiis, canonicatum praefatum a primaeva ejus erectione vacantem cum dispensatione concursus per alias Nostras apostolicas sub plumbo expediendas literas conferemus praedicto Vincentio Montanari, ad cujus favorem omnes et singulos fructus, redditus, et proventus antedictae parochialis ecclesiae sancti Zenonis satisfactis oneribus, ad totum vertentem annum expresse reservamus. Ipsa deinde parochialis ecclesia sancti Zenonis, ut supra vacatura per collationem praedicti canonicatus curati faciendam in personam praefati Vincentii Montanari, praevio concursu de novo idoneo rectore ab apostolica Sede providebitur. Quo circa venerabili fratri episcopo Caesenatensi committimus, ut praemissa omnia debitae executioni mandari curet, cum opportunis conditionibus, ac reservationibus, ad quem effectum omnes necessarias ei tribuimus facultates.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 5. Decernentes has praesentes literas firmas, validas, et efficaces existere et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri et obtinere, ac illis ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respectivo inviolabiliter observari; sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 6. Non obstantibus fel. rec. Benedicti pp. XIV. praedecessoris Nostri super divisione materiarum, aliisque apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, nec non cathedralis et parochiae praedictarum, etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem, sub annulo piscatoris die nona maii millesimo octingentesimo vicesimo, pontificatus Nostri, anno vicesimo primo.

CMXXV.

Dat. die 31 maii 1820 anno XXI.

Confirmatio distributionis bonorum factae a duca Mutinensi locis piis ejusdem ducatus vel jam existentibus, vel restitutis, vel de novo erigendis.

Venerabili fratri Tiburtio episcopo Mutinensi

Pius PP. VII.

Venerabilis frater
Salutem, et apostolicam benedictionem.

Expositio precum.

§. 1. Ex parte dilectissimi in Christo filii Nostri Francisci ducis Mutinensis expositum Nobis fuit, plura in ditione sua adesse bona, ac redditus, quibus in praeterita temporum perturbatione episcopales mensae, canonicorum collegia, seminaria clericorum episcopalia, regularia utriusque sexus coenobia, laicorum confraternitates, ecclesiarum fabricae, aliaque pia loca expoliata fuerunt, quae tamen bona privatis hominibus, praeterito ibidem dominante gubernio, minime divendita reperiuntur. Quamquam autem haec bona, maxima ex parte, aut ante conventionem inter sanctam hanc Sedem cum gubernio reipublicae Italicae (ad quam ducatus Mutinensis tunc temporis perti-

nebat) initam, Ecclesiae adempta fuissent, aut vigore conventionum a memorato duce postea initarum, libere ei, ditionive suae in compensationem onerum, quae in multo majore summa auscipere debuit, fuerint adjudicata, declaravit tamen Nobis regia calsitudo sua, se bonorum ipsorum, ut pote quae ad Ecclesiam pleno jure spectabant, neque proprietatem sibi, aut ditioni suae adscribere, neque administrationem ipsam retinere ullo pacto se velle, sed propositum voluntatis suae esse, ultro illa Ecclesiae restituere, ut in sacros, piosque usus, eorum redditus insumantur. Quo autem modo id facere intendat, habita iam ab se diligenti ratione tam necessitatis, quam majoris utilitatis ecclesiasticae rei, nec sine prudentibus opportunisque consultationibus singillatim exposuit, subjiciens Nobis prospectum, quo clare, ac distincte demonstratur, quibus ecclesiasticis, piisque ditionis suae locis, aut jam existentibus, aut ab se restitutis, aut de novo erectis vel erigendis, et qua proportione, et quantitate bona ipsa, ac redditus in eorum dotationem, vel dotationis partem distribui cupiat, ad quod tamen rite, canoniceque praestandum Nostram auctoritatem imploravit.

Tenor gratiae

§. 2. Tam laudabilis egregii, ac vere pissimi principis voluntas, et si Nobis minime nova, atque inexpectata, mirifica tamen animum Nostrum consolatione perfudit. Itaque virtutem, ac pietatem ejus spectantes, habitaque ratione meritorum ejus in Ecclesiam, praesertim vero plurimum utriusque sexus monasteriorum, aliarumque piarum institutionum, quorum aut restitutionem, aut novam erectionem, aut in dies sustentationem, proprio etiam aere liberaliter, munificeque curavit, minime Nobis ambigendum esse judicavimus, quin propositae bonorum distributioni plene omnique in parte annuamus. Quare tibi venerabilis frater, quem praesentium literarum Nostrarum executorem nominamus, committimus, et mandamus, ut bona, ac redditus cujuscumque generis ad episcopales, vel capitulares mensas, seminaria, regulares utriusque sexus, beneficia, aut cappellanias, non tamen jurispatronatus laicalis, laicorumque confraternitates, ecclesiarum fabricas, aliaque ecclesiastici, vel pia instituta, antea spectantia, ac sub extincto gubernio occupata, et apprehensa, non tamen privatis hominibus divendita, aut attributa, quae tamen, ut superius innuimus, celsitudinis suae ditioni cessa, et adjudicata fuerunt, nulla habita ratione, ad quae ecclesiastica, piaque loca antea spectarent, in novam dotationem, aut respentive in partem sive in augmentum dotationum, quas celsitudo sua, loco pensionum quibus aliqua ex dictis piis locis actu gaudent, regularium utriusqua sexus fabricarum, ecclesiarum, parochorum, piorumque locorum sive veteris, sivae novae institutionis, inter quae seminaria quoque illa numerantur, quae ad ecclesiasticae juventutis institutionem, praeter ea quae in singulis dioecesibus existunt, instituentur, perpetuo applicare, et attribuere, de speciali tibi delegata apostolica auctoritate possis, et valeas, juxta instructionem Nostram, quam ad te una cum hisce apostolicis literis transmitti mandamus. Quod si forte praedicta loca pia in bonis dotanda, redditus ex bonis hujusmodi provenientes, ob debitorum inopiam, vel alias legitimas causas percipere omnino non possint, ex aerario publico, quemadmodum celsissimus dux Nobis est expresse pollicitus, reddantur indamnia.

Conditiones implendae in distributione peragenda.

§. 3. Si vero hisce bonis, a te ut expressimus, applicandis, ac distribuendis, aliqua onera, non tamen missarum celebrandarum, nisi forte in posterum detegantur, (quas enim memoratus dux perspectas jam habuit, earum satisfactionem, ut Nobis significare fecit, etiam quoad praeteritum tempus a die qua inadimpletae publicarum perturbationum causa manserunt laudabili providentia, et exemplo in se suscipit) infixa reperiuntur, facultatem impertimur tibi praedicta loca pia, quibus memorata bona assignanda erunt, ab ipsorum onerum implemento auctoritate apostolica, etiam quoad praeteritum dispensandi. Quod pertinet ad episcopales mensas, capitula cathedralium ecclesiarum, et seminaria, ad quae nonnulla bona, ut supra, in novas dotationes destinata antea pertinebant, eorum ratio habenda non erit in praesenti distributione propterea quod episcopalibus, et capitularibus mensis praedictis, alio modo a celsitudine sua jam fuisse provisum agnovimus, et circa seminaria clericorum episcopalia, vi legis ab extincto gubernio latae, congrua, et sufficiens iis dotatio constituta reperitur. Et quoniam inter bona, circa quae dux Mutinensis hujus apostolicae Sedis providentiam exoptat, nonnulla etiam recensentur aedifitia, quae in usum praesertim regularium olim inserviebant, et quorum valor, uti expositum Nobis fuit, nondum cognosci, aut in quem usum applicari valeant, constitui potuit, nec non pars residua, ab acquisitoribus nondum persoluta, pretii quo plura ecclesiastica bona a praeterito gu-

bernio fuerunt divendita, quorum omnium bonorum, ac summarum praedictus dux proprietatem Ecclesiae attribuere intendit, hinc Nos tibi pariter, tamquam delegato Nostro, potestatem facimus, de iis favore ecclesiasticorum, et piorum locorum ducatus istius, eadem, quam supra expressimus, ratione, et sub iisdem conditionibus disponendi.

Onus commissario impositum procedendi ad distributionem auditis ordinariis locorum.

§. 4. In omnibus autem iis exequendis, quae tibi, venerabilis frater, praesentium literarum vigore committimus, et mandamus, volumus, ut auditis ordinariis locorum, collatisque consiliis tam cum celsissimo duce, cujus magnam rationem habendam esse intendimus, quam cum ordinariis ipsis, procedas.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 5. Decernentes has praesentes literas firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari. Sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 6. Non obstantibus, quatenus opus sit, fel. rec. Benedicti pp. XIV praedecessoris Nostri super divisione materiarum, aliisque constitutionibus, et ordinationibus apostolicis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus, caeterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die tricesima prima maii millesimo octigentesimo vicesimo. pontificatus Nostri anno vicesimo primo.

CMXXVI.

Dispensatio a nativitatis splendore pro assequendo canonicatu in capitulo cathedralis ecclesiae Posnaniensi

Dat. die 13 junii 1820 anno XXI.

Dilecto filio Leoni Przylwski presbytero Posnaniensis dioecesis

Pius PP. VII.

Dilecte fili
Salutem et apostolicam benedictionem

Expositio precum.

§. 1. Exponi Nobis nuper fecisti, quod, cum per quasdam constitutiones Leonis X. et Pauli V. Romanorum pontificum praedecessorum Nostrorum, nec non per statuta cathedralis ecclesiae Posnaniensis, praescriptum sit, ut ejusdem cathedralis canonici natalium splendore praefulgeant, tu licet nobilis sis, sed ex parte tantum patris, nihilo tamen minus, deficiente nobilitate materna, unum ex praedictis canonicatibus actu vacantem, ad quem modernus episcopus Posnaniensis te designavit, ac nominavit, consequi nequis absque speciali Nostra, et hujus sanctae Sedis constitutionibus, statutisque praedictis derogatione. Nobis propterea humiliter supplicari fecisti, ut in praemissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis.

§. 2. Nos igitur te specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis si quas forte incurreris hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutum foro censentes, supplicationibus hujusmodi inclinati, tibi ut constitutionibus praedecessorum Nostrorum, et statutis cathedralis ecclesiae Posnaniensis minime obstantibus, quibus pro hac vice tantum auctoritate Nostra apostolica, tenore praesentium derogamus, suo tamen alias in robore permansuris, canonicatum praedictum dummodo ad illum rite assumaris, si nullum aliud tibi obstet canonicum impedimentum servatis de jure servandis consequi et obtinere, illiusque fructus, redditus et proventus exigere, atque percipere, tuosque in usus, et utilitatem convertere libere ac licite possis, et valeas auctoritate et tenore praefatis concedimus, et indulgemus, tecumque desuper de specialis dono gratiae dispensamus.

Derogatio contrariorum.

§. 3. Non obstantibus praemissis, ac quatenus opus sit, fel: rec; Benedicti pp. XIV.

praedecessoris Nostri super divisione materiarum, aliisque constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, caeterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die decima tertia junii millesimo octingentesimo vicesimo. pontificatus Nostri anno vicesimo primo.

CMXXVII.

Dat. die 16 junii 1820 anno XXI.

Facultas gestandi vestem talarem violaceam pro capitulo ecclesiae cathedralis Suessanae.

Pius PP. VII.

Ad perpetuam rei memoriam

Proemium.

§. 1. Varia indumentorum atque signorum ornamenta haec apostolica Sedes iis conferre consuevit, qui ministerio ecclesiarum perfunguntur, ut et ipsis ecclesiis decus accrescat, et ipsarum ministri insignioribus vestibus, aliisque ornamentis decorati forinsecus, ad interiora incitentur ornamenta virtutum.

Expositio precum.

§. 2. Expositum siquidem Nobis nuper fuit nomine dilectorum filiorum capituli cathedralis ecclesiae Suessanae, quod ipsi, quibus jam alias, prout asseritur, ex apostolico indulto cappae magnae usus, de more canonicorum basilicarum hujus almae urbis Nostrae fuit concessus, pro majori ejusdem ecclesiae decore et dignitate, vestem talarem violaceam in solemnibus anni festis tantum gestare posse plurimum desiderant. Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut in praemissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis.

§. 3. Nos igitur, attentis peculiaribus officiis circa hanc petitionem in Nos a carissimo in Christo filio Nostro Ferdinando utriusque Siciliae rege illustri per suum oratorem apud Nos et hanc sanctam Sedem collatis, praedictos exponentes, ac singulares eorum personas specialibus gratiis et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis et poenis quovis modo et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus hujusmodi inclinati, modernis, et pro tempore in perpetuum existentibus dignitatibus, et canonicis cathedralis ecclesiae Suessanae, ut ipsi in solemnibus anni festis ab ordinario designandis vestem talarem violacei coloris cum asulis et globulis similibus, sine cauda tam in ecclesia ejusque choro, et capitulo, quam extra eam in processionibus, aliisque functionibus, et actibus capitularibus publicis quibuscumque in praedictis festivis occurrentibus gestare libere et licite possint ac valeant, auctoritate apostolica, tenore praesentium concedimus, et indulgemus, eosque desuper a quoquam impediri, molestari aut perturbari nullatenus posse, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari decernimus.

Derogatio contrariorum.

§. 4. Non obstantibus fel: rec: Benedicti pp. XIV. praedecessoris Nostri super divisione materiarum, aliisque constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non, quatenus opus sit, dictae cathedralis ecclesiae etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quovis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus, privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis aliisque efficacioribus efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque et aliis decretis in genere vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis et innovatis. Quibus omnibus et singulis illorum tenores praesentibus pro plene et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem, sub annulo piscatoris, die decima sexta junii millesimo octingentesimo vicesimo, pontificatus Nostri anno vicesimo primo.

CMXXVIII.

Dat. die 30 Junii 1820. anno XXI.

Erectio confraternitatis sub titulo sacratissimi Cordis Jesu in ecclesia seminarii civitatis Constantiensis.

Venerebili fratri episcopo Constantiensi

Pius PP. VII.

Venerabilis frater
Salutem, et apostolicam benedictionem

Expositio precum.

§. 1. Exponi Nobis nuper fecit dilectus filius Julianus Lesplu Duprè superior istius seminarii Constantiensis, quod ipse pro majori Dei gloria, ac spirituali christifidelium utilitate congregationem sub titulo sanctissimi Cordis Jesu in ecclesia ejusdem seminarii alias canonice, uti asseritur, erectam, archiconfraternitatis titulo decorari summapere desiderat; enixisque precibus a Nobis expostulat.

Tenor concessionis.

§. 2. Nos igitur dictum exponentem, dictaeque congregationis singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus hujusmodi inclinati fraternitati tuae per praesentes committimus, et mandamus, ut veris existentibus narratis, congregationem praedictam sanctissimi Cordis Jesu in archiconfraternitatem cum omnibus, et singulis praerogativis, juribus, honoribus, et praeeminentiis solitis, et consuetis, auctoritate Nostra apostolica, sine cujusquam praejudicio, perpetuo erigas, et instituas, ac ipsius archiconfraternitatis sic erectae superiori ac officialibus, et congregatis praesentibus et futuris, ut ipsi alias quascumque congregationes seu confraternitates ejusdem instituti extra urbem ubique locorum erectas, et erigendas existentes eidem archiconfraternitati, servata tamen forma constitutionis Clementis pp. VIII. praedecessoris Nostri editae, aggregare, illisque omnes et singulas indulgentias, et peccatorum remissiones, et poenitentiarum relaxationes ipsi congregationi sic in archiconfraternitatem a Nobis erectae concessas communicare libere et licite possint ac valeant, auctoritate et tenore praefatis indulgeas atque concedas.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 3. Decernentes has presentes literas firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quomodocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissimo suffragari; sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores judicari et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

§. 4. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibs apostolicis, caeterisque contrariis quibuscumque. Derogatio contrariorum

Datum Romae, apud sanctam Mariam Majorem, sub annulo piscatoris, die trigesima junii, millesimo octingentesimo vicesimo, pontificatus Nostri anno vicesimo primo.

CMXXIX.

Confirmatio concessionis emphytheuticae facta a congregatione secreta ecclesiae sancti Joannis Florentinorum de urbe favore fratrum Gbilardi. Dat. die 14 julii 1820 anno XXI.

Pius PP. VII.

Ad futuram rei memoriam

§. 1. Cum Nos sub die vicesima octava januarii currentis anni per Nostras in simili forma brevis expeditas literas supplicationibus venerabilis fratris Joannis archiepiscopi Ancyrensis, et dilectorum filiorum praefectorum congregationis secretae ecclesiae sancti Joannis Florentinorum de urbe, eidem venerabili fratri tamquam praesuli dictae ecclesiae, et congregationis facultates necessarias, et opportunas concedendi in emphyteusim perpetuam duas domos ad dictam ecclesiam pertinentes dilectis filiis Antonio, et Josepho fratribus Gbilardi de eadem urbe pro quodam annuo canone, certisque conditionibus, et etiam cum exclusione vicesimae et sextae, quando id in evidentem ecclesiae, et pii loci utilitatem cessurum fore cognovisset, concesserimus; cumque vigore praedictarum literarum Nostrarum tam praesul praedictus, quam congregatio, attenta evidenti utilitate ecclesiae, et pii loci contractum emphyteusis perpetuae hujusmodi in duabus congregationibus cunctis suffragiis approbandum censuerint, ut Nobis expositum est; praesul memoratus deinde executoriale decretum emisit, vi cujus publicum instrumentum confectum fuit cum exclusione vicesimae et sextae, et ulteriori edictorum affixione. Ast sicuti pro parte dilecti etiam filii Petri Picchiorri super qua- Exponuntur omnia quae locum habuerunt in ineundo contractu

dum decreti executorialis hujusmodi omissione declarationis exclusionis vicesimae, et sextae praedictae per controversiam oppositum probari idem Petrus Picchiorri contendisset; idcirco praefatus praesul ad tollendam quodcumque dubium, et quaestionem obortam, sub die vicesima octava aprilis proxime praeteriti declarationem suae mentis, et voluntatis circa explicationem decreti sui executorialis expresse emittere denuo curavit, ex qua clare apparet, exclusionem praedictam vicesimae et sextae admittere voluisse. Quoniam vero, cum declaratio hujusmodi in tribunali collegiali A. C. tamquam extrajudicialis habeatur ad dirimendam controversiam, et alias cavillationes, quas dictus Picchiorri in medium proferre pollicetur, et minatur in perniciem dictae ecclesiae, quae damna praefatis fratribus Ghilardi illata et inferenda vi contractus compensare tenetur, praefecti congregationis secretae hujusmodi in absentia sui praesulis Nobis humiliter supplicari fecerunt, ut declarationem praesulis praedicti in explicationem suae mentis, et voluntatis expresse emissam tamquam partem ipsius decreti executorialis haberi, et censeri de benignitate apostolica concedere dignaremur.

Tenor concessionis. §. 2. Nos igitur dictos exponentes specialibus gratiis et favoribus prosequi volentes, et singulares personas, quibus praesentes Nostrae literae favent a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus hujusmodi inclinati, declarationem memoratam sub die vigesima octava aprilis currentis anni in explicationem decreti executorialis praesulis supradicti super contractu emphyteusis perpetuae praedictae expresse emissam, tamquam partem ejusdem decreti haberi, et censeri debere auctoritate apostolica tenore praesentium decernimus, et mandamus.

Clausula sublata, et decretum irritans. §. 3. Decernentes insuper praesentes literas firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, dictisque exponentibus plenissime suffragari, ac ab omnibus ad quos spectat in omnibus, et per omnia plenissime observari; sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores, ac Sanctae Romanae Ecclesiae cardinales etiam de latere legatos, et sanctae Sedis nuncios sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi et interpretandi facultate, et auctoritate judicari, et definiri debere, ac irritum et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum. §. 4. Non obstantibus praemissis, ac constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non dictae ecclesiae, et pii loci etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis approbatis, et innovatis; quibus omnibus, et singulis illorum tenores praesentibus pro plene, et sufficienter expressis ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die decima quarta julii millesimo octingentesimo vicesimo, pontificatus Nostri anno vicesimo primo.

CMXXX.

Erectio novae ecclesiae parochialis in terra Massineani Firmanae dioecesis.

Dat. die 16 julii 1820 anno XXI.

Venerabili fratri
Archiepiscopo Firmano

Pius PP. VII.

Venerabilis frater
Salutem, et apostolicam benedictionem

Expositio precum.

§. 1. Expositum Nobis nuper fuit nomine dilectorum filiorum communitatis, et hominum oppidi Massineani istius Firmanae dioecesis, quod cum fidelium numerus in unica paroecia, quae extra oppidum ad tria milliaria protenditur ita increverit, ut opera unius parochi tot spiritualibus necessitatibus hyberno praesertim tempore ob asperitatem, viarum, quae a flumine, et torrentibus intersecantur provideri minime possit, ac propterea expedire visum est ut facta dismembratione praedictae paroeciae altera erigatur: initae proinde conventionis inter modernum parochum, et deputatos dicti oppidi praecipua capita haec sunt.

Capitula inita pro erectione obtinenda.

§. 2. I. Nova paroecia erigenda est in suburbana ecclesia sub titulo sanctae Mariae de Misericordia nuncupata, quae ad beneficium simplex de quo provisus est dilectus filius presbyter Laurentius Cirocchi, qui suumpraestatassensum, pertinet.

II. Ecclesia praedicta ad praesens labefactata restauranda erit ad formam peritiae adhibitis coementis fatiscentis ecclesiae s. Gervasii.

III. Tam bona beneficii sub invocatione s. Julianae erecti de quo, prout asseritur, est ad praesens provisus dilectus filius Noster Dominicus S. R. E. cardinalis Spinucci nuncupatus, quam alia ad beneficium sub invocatione ss. Petri, et Antonii Patavini cujus rector ad praesens est dilectus filius magister Joannes Merli pertinentia post eorum mortem ad praebendam parochialem efficient.

IV. Cum autem ex duabus praedictis beneficiis scutata centum triginta quinque circiter proveniant, praebendae parochiali praedictae adjungi desiderant, tum decimas spectantes ad beneficium s. Quirici, de quo dum viveret erat provisus bo. me. Nicolaus Augusti, quae summam scutatorum quindecim adaequant, tum annuam pensionem scutorum viginti super fructibus beneficii ss. Felicis et Adauti, quod dilectus filius Noster Nicolaus S. R. E. cardinalis Riganti nuncupatus possidet, qui illam libere super ejusdem beneficii fructibus reservari intendit favore dictae paroeciae.

V. Novus parochus corpus totius ecclesiae exceptis altaribus lateralibus, quorum manutentio ad altaristas pertinet, conservare, seu manutenere, nec non coadjutorem in officio habere teneatur. Praeter missam pro populo, tres precationes vulgo officiaturae beneficio ss. Petri, et Antonii adnexas, et missas duas lectas, et unam cum cantu beneficio s. Julianae adjunctas celebrari pariter debeat.

VI. Pro jactura utilium qua afficitur modernus prior ob dismembrationem familiarum, quae novae pareciae adjunguntur, et ob amissionem nonnullarum decimarum, quas ipsement cedit novae pareciae, eidem tribuatur jus decimationis, quod habet beneficium s. Julianae ut supra incorporatum.

VII. Tandem impensis necessario agendis pro restauratione novae ecclesiae parochialis, pro sacris suppellectilibus aliisque sacrarii utensilibus, et nova parochi habitatione satisfieri poterit, suffragante apostolico indulto suspensionem ad triennium collationis plebaniae, et interim redditus beneficii ss. Petri et Antonii per probas personas ab ordinario designandas absque praejudicio onerum missarum eidem aliisque beneficiis ut supra adnexorum administrentur.

Distributio finium utriusque paroeciae.

§. 3. Post haec statuti sunt certi fines tam actualis, quam erigendae paroeciae, ac prescripta est methodus servanda tum in sacris functionibus in una alteraque parochiali ecclesia peragendis, tum in publicis supplicationibus, ne ullum unquam inter parochos orietur dissidium, quae omnia, te sciente et approbante, prout asseritur, inter partes constituta sunt, et omnes propterea intereresse habentes, praesertim vero actualis Massineani parochus, ac etiam rector ecclesiae s. Gervasii, aliusque rector memoratae ecclesiae s. Mariae de Misericordia consensum suum praestiterunt. Ut autem praedictae paroeciae dismembratio, ac successiva alterius erectio, nec non beneficiorum, aliorumque perpetua assignatio pro congrua, et oneribus memoratis modo, et forma ut supra expressis, suum sortiantur effectum, alias auctoritate Nostra apostolica, uti par est probari memorati exponentes summopere desiderant. Nobis propterea humillime supplicari fecerunt, ut sibi in praemissis opportune providere, ac ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Facultates archiepiscopo Firmano tributae procedendi ad opta-

§. 4. Nos igitur dictos exponentes, ac singulares personas, quibus praesentes Nostrae literae favent, specialibus fa-

um erectio, nem.

voribus, et gratiis prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, et poenis a jure, vel ab homine quavis occasione vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existant ad effectum praesentium tantum consequendum, harum serie absolventes, et absolutos fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, de venerabilium fratrum Nostrorum S. R. E. cardinalium concilii Tridentini interpretum, ad quos supplicem libellum Nobis porrectum remisimus, qui relationem tuam ad eosdem cardinales transmissam attenderunt, consilio fraternitati tuae per praesentes committimus, et mandamus, ut veris existentibus narratis, ad dismembrationem parochialis ecclesiae oppidi Massineani praedicti, et ad respectivam erectionem novae paroeciae sanctae Mariae de Misericordia cum legibus, juribus, privilegiis, praerogativis, quibus aliae parochiales ecclesiae juxta sacros canones utuntur, et fruuntur, ac uti, et frui poterunt in futurum, auctoritate Nostra apostolica devenias; eamque pro tuo arbitrio, prudentia, et juxta tuum votum ad eosdem cardinales transcriptum; et juxta superius pariter descriptam conventionem initam inter parochum Massineani et deputatos ejusdem oppidi dicta auctoritate provideas, et tam pensionem et decimas de consensu possessorum, quam beneficia praedicta cum adnexis oneribus, nunc pro tunc quando vacare contigerit, ad formam conventionis memoratae, in parochialem praebendam dicta auctoritate erigas, atque stabilias.

Derogatio contrariorum.

§. 5. Non obstantibus fel. re. Benedicti pp. XIV. praedecessoris Nostri super divisione materiarum, aliisque apostolicis ac in universalibus, provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, nec non parochialis ecclesiae oppidi praedicti, et aliarum ecclesiarum, ac legis fundationis beneficiorum hujusmodi et jurisdictionis confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes illis alias in suo robore permansuris ad praemissorum effectum, hac vice dumtaxat, specialiter et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae, apud sanctam Mariam Majorem, sub annulo piscatoris, die decima sexta julii, millesimo octingentesimo vicesimo; pontificatus Nostri anno vicesimo primo.

CMXXXI.

Deputatio administratoris ad nutum sanctae Sedis perduraturi ecclesiae Tyburtinae.

Dat. die 18 julii 1820 anno XXI.

Venerabili fratri
Francisco episcopo Spoletano

Pius PP. VII.

Venerabilis frater
Salutem, et apostolicam benedictionem

Prooemium.

§. 1. Apostolici Nostri muneris ratio postulat, ut ad ea potissimum sollicita vigilantia incumbere studeamus, quae opportunum uniuscujusque ecclesiae, ac dioecesis gubernium, et animarum Christifidelium respiciunt utilitatem.

Ratio, et tenor deputationis.

§. 2. Vacante igitur per translationem ad ecclesiam Cerviensem venerabilis fratris Josephi Mazzotti episcopali sede Tyburtina, Nos ad peculiares causas Nobis notas ex certa scientia, ac matura deliberatione Nostris, deque apostolicae potestatis plenitudine te, de cujus zelo, prudentia, ac doctrina plurimum in Domino confidimus, ipsius episcopalis ecclesiae Tyburtinae administratorem, tam in spiritualibus, quam in temporalibus, ad Nostrum, et Sedis apostolicae beneplacitum tenore praesentium eligimus, constituimus, et deputamus; plenam tibi auctoritatem, et facultatem tribuentes ea omnia, et singula in ecclesia, civitate, et dioecesi Tyburtina exercendi, et gerendi, quae sunt ordinis, quaeque sunt jurisdictionis, facta etiam tibi potestate deputandi idoneum vicarium cum iis facultatibus, quas magis expedire censueris, reservata tamen de more huic sanctae Sedi ecclesiasticorum beneficiorum quomodolibet vacantium collatione, mandantes in virtute sanctae obedientiae dilectis filiis capitulo, clero, populo, atque vassallis dictae ecclesiae Tyburtinae, ut te interim debita cum reverentia pertractent, tuisque pareant salubribus monitis, ac mandatis.

Derogatio contrariorum.

§. 3. In contrarium facientibus, licet speciali, atque individua mentione dignis non obstantibus quibuscumque.

Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem, sub annulo piscatoris, die decima octava julii millesimo octingentesimo vicesimo, pontificatus Nostri anno vicesimo primo.

CMXXXII.

Dat. die 28 julii 1820 anno XXI.

Facultas gestandi mozzettam violaceam subsutam cremesino serico, cum asulis, globulis, et ora ejusdem coloris pro canonicis cathedralis ecclesiae Carpensis.

Pius PP. VII.

Ad perpetuam rei memoriam

Proemium

§. 1. Varia indumenta, atque signorum ornamenta haec apostolicae Sedes iis conferre consuevit, qui ministerio ecclesiarum perfunguntur, ut et ipsis ecclesiis decus accrescat, et earum ministri insignioribus vestibus, aliisque ornamentis decorati forinsecus, ad interiora incitentur ornamenta virtutum.

Expositio precum.

§. 2. Exponi siquidem Nobis nuper fecit dilectus filius Philippus Cattani canonicus theologus cathedralis Carpensis, nomine etiam sui capituli, quod ipsi canonici pro majori ejusdem ecclesiae decore, et dignitate, praeter cappam magnam jam alias auctoritate apostolica eis concessam, mozzettam etiam violaceam subsutam cremisino serico, cum asulis, globulis, et ora ejusdem coloris gestare posse plurimum desiderant. Nobis propterea humiliter supplicatum fuit, ut in praemissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis.

§. 3. Nos igitur praedictum exponentem, et singulares personas, quibus praesentes Nostrae literae favent, specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutas fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, modernis, et pro tempore in perpetuum existentibus dignitatibus, et canonicis cathedralis Carpensis, ut ipsi in posterum, praeter cappam magnam, etiam mozzettam violaceam subsutam cremisino serico, cum globulis, asulis, et ore ejusdem coloris tam in ecclesia, ejusque choro, et capitulo, quam extra eam in processionibus, aliisque functionibus, et actibus capitularibus publicis quibuscumque gestare libere, et licite possint, et valeant, auctoritate apostolica, tenore praesentium concedimus, et indulgemus, eosque desuper a quoquam impediri, aut perturbari posse decernimus.

Derogatio contrariorum.

§. 4. Non obstantibus fel. rec. Benedicti pp. XIV praedecessoris Nostri super divisione materiarum, aliisque constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, caeterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die vicesima octava julii, millesimo octingentesimo vicesimo, pontificatus Nostri anno vicesimo primo.

CMXXXIII.

Dat. die 28 julii 1820 anno XXI.

Confirmatio decretorum latorum a sacra congregatione Concilii super juribus mansionariorum ecclesiae cathedralis Auximanae.

Pius PP. VII.

Ad perpetuam rei memoriam

Proemium

§. 1. Non efficiamur inanis gloriae cupidi invicem provocantes, invicem invidentes = haec divus Paulus Galatas exhortans protulit verba, iisdem opportunius Nos utimur alloquentes ecclesiasticas illas personas, quae in aliqua dignitate constitutae, titulisque decoratae, et alicujus ecclesiae servitio mancipatae, loco gloriae Dei, populorumque aedificationis, pro quibus honores hujusmodi sunt instituti, vanas inter se super iisdem titulis, et honoribus, non sine magno scandalo, et animorum scissura, excitant contentiones.

Expositio precum.

§. 2. Exponi siquidem Nobis nuper fecerunt dilecti filii moderni duodecim canonici supranumerarii sine cura animarum suae mansionarii cathedralis ecclesiae Auximanae, quorum sex, uno tamen ex his ad praesens vacante (ultra alios novem canonicos supranumerarios parochos, qui solum diebus festis eidem ecclesiae alternis inserviunt) massam communem habentes praeter chori et ecclesiae servitium cantui etiam Gregoriano sunt addicti, et reliqui septem peculiaribus praebendis de jurepatronatus gaudentes, choro dumtaxat intersunt, et sacris functionibus assistunt; quod Nos, tum quando per alias Nostras in simili forma brevis die decima quarta januarii millesimo octingentesimo tertio expeditas literas jam tunc modernos, et pro tempore in perpetuum existentes praedictos parochos, et mansionarios cappa magna, ad instar beneficiatorum basilicae Principis Apostolorum de urbe decoravimus, illos in praefatis literis eodem canonicorum supranumerariorum titulo nuncupavimus. Cum autem nonnulli ex canonicis ipsius memoratae cathedralis ecclesiae anno pro-

ximè praeterito titulum canonicorum supranumerariorum in praedictis Nostris literis expressum impugnari tentaverint, Nobis preces dederunt, ut penes congregationem venerabilium fratrum Nostrorum Sanctae Romanae Ecclesiae cardinalium concilii Tridentini interpretum examen super hac re institueretur, Nos auditis canonicis recurrentibus, ac supranumerariis, habitaque diffusa ordinarii informatione, referente Nostro auditore die decima quinta augusti ejusdem anni praedictam instantiam rejecimus. Dein, ut demum exponebant, syndici capitulares nomine capituli ejusdem ecclesiae preces praelaudatae congregationi cardinalium Concilii dederunt implorantes declarationem, non licere mansionariis praedictis nomen canonicorum supranumerariorum usurpare, quam pariter instantiam, audito capitulo, et mansionariis in scriptis, habita quoque accurata ordinarii informatione, eadem congregatio die secunda octobris praedicti anni rejecit. Nunc vero iidem canonici supranumerarii verentes, ne novas in posterum molestias et vexationes adversarii eis audeant inferre, iterumque controversiae et jurgia excitentur, humiliter a Nobis petierunt, ut auctoritate Nostra apostolica hujusmodi quaestionibus finem imponeremus.

Tenor concessionis.

§. 3. Nos igitur dictos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, eoramque singulares personas a quibusvis excommunicationis et interdicti aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis si quas forte incurrerint hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, audita informatione et voto praedictae congregationis Concilii, pro bono pacis, utque omnes dissidiorum causae removeantur, quibus perpetuum silentium auctoritate apostolica tenore praesentium indicimus, ac supradictos canonicos supranumerarios tam massam communem, et Gregoriani cantus onus habentes, quam alios peculiaribus praebendis etiam de jurepatronatus gaudentes, eorumque successores, ipsorumque coetui per futuras institutiones adjungendos, stallo, et insignibus communibus utentes, quovis peculiari nomine appellentur, canonicos supranumerarios a canonicis, aliisque omnibus perpetuo appellandos, nominandos, et in quocumque actu inscribendos esse auctoritate et tenore praefatis declaramus et volumus.

Clausula sublata, et decretum irritans

§. 4. Decernentes has praesentes literas firmas, validas, et efficaces existere et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, dictisque canonicis supranumerariis, eorumque successoribus in omnibus et per omnia plenissimè suffragari; sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores, judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 5. Non obstantibus, quatenus opus sit, fel. rec. Benedicti pp. XIV. praedecessoris Nostri super divisione materiarum aliisque constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non dictae cathedralis ecclesiae Auximanae etiam juramento, confirmatione apostolica vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus efficacissimis, ac insolitis clausulis irritantibusque, et aliis decretis in genere vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus et singulis illorum tenores praesentibus pro plene et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die vicesima octava julii millesimo octingentesimo vicesimo, pontificatus Nostri anno vicesimo primo.

CMXXXIV.

Dat. die 29 augusti 1820 anno XXI.

Cohibitio jurisdictionis archiepiscopi Tolosani ad tempus decretae.

Venerabili fratri
Annae Antonio Julio de Clermont Tonnerre
olim episcopo Catalanensi
in archiepiscopum Tolosanum electo.

Pius PP. VII.

Venerabilis frater
Salutem, et apostolicam benedictionem

Exponitur collatio libere facta.

§. 1. Metropolitanam ecclesiam Tolosanam, quae per dimissionem venerabilis fratris Francisci de Bovet ultimi illius archiepiscopi suo carebat pastore, tibi, venerabilis frater, ex nominatione carissimi in Christo filii Nostri Ludovici Galliarum regis christianissimi commisimus moderandam, et canonicae institutionis bullas juxta ea, quae apostolicis Nostris literis VI kal. augusti millesimo octingentesimo decimo septimo do nova dioecesum circumscriptione editis sancita fuerunt, dandas ad te curavimus, probe confisi ea, qua commendaris prudentia, ac virtute, et singulari in Dei gloriam studio, delato munere fore te sedulo perfuncturum.

Ratio quae movit ad decernendam suspensionem.

§. 2. Cum vero majestatis suae nomine perlatum ad Nos fuerit, onera, quibus regnum premitur, haud pati universas nonaginta duas sedes juxta memoratas apostolicas literas constitui, votisque proinde ipsius regis de earumdem imminutione peragenda annuerimus, illudque interea temporarium remedium adhibendum censeamus, ut donec isthaec dioecesium circumscriptio rite conficiatur, singularum ecclesiarum possessio teneatur iis limitibus, iisque juribus, quibus ante continebantur, quae quidem luculenter, copioseque in allocutione in consistorio Nostro die XXIII augusti anni superioris habita, et typis edita una cum universa rerum, circumstantiarumque narratione exposuimus; id Nostris hisce ad te in furma brevis literis mandamus, ut licet provisio supradicta metropolitanae ecclesiae Tolosanae peracta fuerit juxta ea quae memoratis literis VI kal. augusti praefinivimus, ipsius tamen regimen interea suscipias eo plane statu, iis limitibus, iisque servatis metropoliticis juribus, quae ante id temporis vigebant.

Bonum expectandum e volita suspensione.

§. 3. Nos quidem non ambigimus naviter, celeriterque te esse obsecuturum huic Nostrae temporariae dispositioni, quam impensa charitas Nobis suggessit, ne invalescere diutius conspiceremus ingentia mala, quae ex longiori ecclesiarum viduitate novimus redundare. Uberes itaque in dominicas oves tuae sollicitudini concreditas fructus ex pastorali tuo zelo fidenter praestolantes, apostolicam benedictionem bonorum omnium auspicem tibi, venerabilis fratre, peramanter impertimur.

Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die vicesima nona augusti millesimo octigentesimo vicesimo, pontificatus Nostri anno vicesimo primo.

CMXXXV.

Dat. die 29 augusti 1820 anno XXI.

Cohibitio jurisdictionis archiepiscopi Bituricensis in Gallia

Venerabili fratri Joanni Mariae de Fonteney
in archiepiscopum Bituricensem electo

Pius PP. VII.

Venerabilis frater
Salutem et apostolicam benedictionem

Memoratur nominatio libere peracta

§. 1. Metropolitanam ecclesiam Bituricensem, quae per obitum bo. me. Stephani Joannis Baptistae des Gallois de la Tour ultimi illius archiepiscopi suo carebat pastore, tibi, venerabilis frater, ex nominatione carissimi in Christo filii Nostri Ludovici Galliarum regis christianissimi commisimus moderandam, et canonicae institutionis bullas juxta ea, quae apostolicis Nostris literis VI. kal. augusti millesimo octingentesimo decimo septimo de nova dioecesium circumscriptione editis sancita fuerunt, dandas ad te curavimus, probe confisi ea, qua commendaris prudentia, ac virtute, et singulari in Dei gloriam studio, delato munere fore te sedulo perfuncturum.

Exponitur ratio suspendendi effectus nominationis

§. 2. Cum vero majestatis suae nomine perlatum ad Nos fuerit, onera, quibus regnum premitur, haud pati universas nonaginta duas sedes juxta memoratas apostolicas literas constitui, votisque proinde ipsius regis de earumdem imminutione peragenda annuerimus, illudque interea temporarium remedium adhibendum censeamus, ut donec isthaec dioecesium circumscriptio rite conficiatur, singularum ecclesiarum possessio teneatur iis limitibus, iisque juribus quibus ante continebantur, quae quidem luculenter, copioseque in allocutione in consistorio Nostro die XXIII augusti anni superioris habita, et typis edita una cum universa re-

rum, circumstantiarumque narratione expositus; id Nostris hisce ad te in forma brevis literis mandamus, ut licet provisio supradictae ecclesiae Bituricensis peracta fuerit, juxta ea, quae memoratis literis vi. kal. augusti praefinivimus, ipsius tamen regimen interea suscipias eo plane statu, iis limitibus, iisque servatis metropoliticis juribus, quae ante id temporis vigebant.

Bonum expectandum a decreta limitatione. §. 3. Nos quidem non ambigimus naviter, celeriterque te esse obsecuturum huic Nostrae temporariae dispositioni, quam impensa charitas Nobis suggessit, ne invalescere diutius conspiceremus ingentia mala, quae ex longiori ecclesiarum viduitate novimus redundare. Uberes itaque in dominicas oves tuae sollicitudini concreditas fructus ex pastorali tuo zelo fidenter praestolantes, apostolicam benedictionem bonorum omnium auspicem tibi, venerabilis frater, peramanter impertimur.

Datum Romae, apud sanctam Mariam Majorem, sub annulo piscatoris die vicesima nona augusti millesimo octingentesimo vicesimo, pontificatus Nostri anno vicesimo primo.

CMXXXVI.

Dat. die 29 augusti 1820 anno XXI.

Cohibitio jurisdictionis episcopi Suessionensis ad tempus facta in Gallia.

Venerabili fratri
Guillelmo Albino de Villese
in episcopum Suessionensem electo.

Pius PP. VII.

Venerabilis frater
Salutem et apostolicam benedictionem

Exponitur peracta nominatio episcopi Augustodunensis §. 1. Cathedralem ecclesiam Suessionensem, quae per translationem venerabilis fratris Rochi Stephani de Vichy ad ecclesiam Augustodunensem ultimi illius episcopi suo carebat pastore, tibi, venerabilis frater, ex nominatione carissimi in Christo filii Nostri Ludovici Galliarum regis christianissimi commisimus moderandam, et canonicae institutionis bullas juxta ea, quae apostolicis Nostris literis vi kal. augusti millesimo octingentesimo decimo septimo de nova dioecesium circumscriptione editis sancita fuerunt, dandas ad te curavimus, prebe confisi ea, qua commendaris prudentia, ac virtute et singulari in Dei gloriam studio, delato munere fore te sedulo perfuncturum.

Ratio indicendae restitutionis. §. 2. Cum vero majestatis suae nomine perlatum ad Nos fuerit, onera, quibus regnum premitur, haud pati universas nonaginta duas sedes juxta memoratas apostolicas literas constitui, votisque proinde ipsius regis de earumdem imminutione peragenda annuerimus, illudque interea temporarium remedium adhibendum censeamus, ut donec isthaec dioecesium circumscriptio rite conficiatur singularum ecclesiarum possessio teneatur iis limitibus, iisque juribus, quibus ante continebantur, quae quidem luculenter, copioseque in allocutione in consistorio Nostro die xxiii augusti anni superioris habita, et typis edita una cum universa rerum, circumstantiarumque narratione expositus; id Nostris hisce ad te in forma brevis literis mandamus, ut licet provisio supradictae ecclesiae Suessionensis peracta fuerit juxta ea, quae memoratis literis vi. kal. augusti praefinivimus, ipsius tamen regimen interea suscipias eo plane statu, iis limitibus, iisque servatis metropoliticis juribus, quae ante id temporis vigebant.

Bonum expectandum a decreta limitatione. §. 3. Nos quidem non ambigimus naviter, celeriterque te esse obsecuturum huic Nostrae temporariae dispositioni, quam impensa charitas Nobis suggessit, ne invalescere diutius conspiceremus ingentia mala, quae ex longiori ecclesiarum viduitate novimus redundare. Uberes itaque in dominicas oves tuae sollicitudini concreditas fructus ex pastorali tuo zelo fidenter praestolantes, apostolicam benedictionem bonorum omnium auspicem tibi, venerabilis frater, peramanter impertimur.

Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem, sub annulo piscatoris die vicesima nona augusti millesimo octingentesimo vicesimo, pontificatus Nostri anno vicesimo primo.

CMXXXVI.

Dat. die 5 septembris 1820 anno XXI.

Confirmatio resolutionis s. congregationis Sacrorum Rituum latae super identitate corporis sancti Francisci Assisiensis parentis patrum Minoritarum ordinis.

Pius PP. VIII.

Ad perpetuam rei memoriam

De praestantia Assisiensis basilicae.

§. 1. Assisiensem basilicam, quam Gregorius IX ob s. Francisci Minoritarum parentis honorem, atque ad sacrum ipsius corpus loco honestissimo condendum molitione admirabili, opereque magnifico extruendam ab inchoato curavit, ceterique Romani pontifices praedecessores Nostri omni cultu exornarunt, insignique copia privilegiorum prae caeteris aedibus auxere, eam Nobis singulari quadam divinae providentiae dispensatione datum est illo dignitatis, ac gloriae splendore cumulare, qui ad perfectum, absolutumque ejusdem decus desiderari unice videbatur. Communi quippe consensione percrebuerat, sub ara principe ejusdem basilicae locum esse, in quo viri sanctissimi corpus extaret. Verum eo sic disponente, cujus imperscrutabilia judicia sunt, nondum adinveniri posse, atque in lucem, aspectumque hominum proferri thesaurum omni auro pretiosiorem, lectissima tanti patris familia, et res christiana universa condolebat.

Memoratur Paulum V inhibuisse ne in ea inquirerentur ossa Seraphici patris.

§. 2. Imo quae in causis id genus sanctae hujusce Sedis prov.da est jugiter, et cauta moderatio, visum fuit Paulo V. fel. rec. decreto ex ipsius auctoritate per Alphonsum Vicecomitem cardinalem ordinis Conventualium patronum edito, diserte cavere, ut perquirere ipsum, fossionesque, aut aliud quidpiam in eum finem ibidem pertentare, fas esset nemini. Illuxit tamen tempus a Deo praefinitum, quod incensa omnium vota tantopere adproperabant, quo nimirum vas illud Spiritus Sancti protrahendum foret in lucem; Nostraeque humilitati tot inter tantasque summi pontificatus sollicitudines fatiscenti eam Deus omnipotens delatam voluit consolationem, ut Nos auspicatissimae hujusce faustitatis administros clementer adsciverit.

Derogatio praedicti decreti.

§. 3. Cum enim, conficiente Domino miserationes, viasque aperiente mirabilium suorum, certis quibusdam, gravibusque ex rationibus compulsi, memorato Pauli V. interdicto derogandum esse duxerimus, precibusque annuerimus a dilecto filio Joseph Maria de Bonis ordinis Minorum Conventualium ministro generali perlatis, quibus de s. Francisci corpore inquirendo in Assisiensi basilica facultas poscebatur, res cessit feliciter.

Processus adhibitus pro inventione corporis.

§. 4. Longo siquidem duarum et quinquaginta noctium, atque incredibili labore clam, et occulte insumpto, perruptisque rupe, aggere, muris, coementis, saxisque praegrandibus, locum demum introspicere datum fuit arae maximae recta prorsus suppositum, in quo arca lapidea jacebat, quam ferrei clatbri validis virgis, inferiusque, ac superius mirifice densis circumcludebant, quin sacras reliquias ibidem adservatas invisere prohiberent. Aditu proinde in cavem eum sinum, uti cautum fuerat, illico obstructo, reque ad Nos statim delata, primum venerabili fratri Francisco episcopo Assisiensi mandatum fuit, ut ea dumtaxat, quae usquetum acta proferebantur, rite ipse cognosceret, quin tamen de sacris reliquiis quaestionem institueret. Ad eam quippe pro summa negocii gravitate non ipsum solum Franciscum episcopum, sed et alios praeterea venerabiles fratres Nucerinum, Spoletanum, Perusinum, et Fulginatensem episcopos, datis in forma brevis apostolicis literis die VIII januarii anno superiori, adlegendos censuimus, ut insimul in memoratum locum convenirent, reque universa accuratissime conspecta, viris artium peritis auditis, et in examen vocatis, cunctisque monumentis diligenter conquisitis, ac perpensis, ea omnia in acta solemnia referrent, ac juridicum super identitate sacri corporis processum peragerent, obsignarent, et in urbem mitterent, Nobisque ad veritatem significarent, quid de re ipsa sentirent in Domino.

Judicium sacrae congregationis Rituum super inventione.

§. 5. Nitide idem, atque ea, quae praestant, dexteritate, et prudentia impositio sibi munere perfuncti sunt. Quare omnibus ad praefinitam ex Sacrorum Rituum congregationis institutis normam diligenter absolutis non abnuimus, acta haec ipsa iis, quorum intererat, patefieri, ut quaelibet ex Minoriticis familiis per suos generales procuratores libere hac in causa suam diceret sententiam, ut exinde locupletissima animadversionum, documentorumque congerie in disceptationem proposita, luculentius veritas, tutiusque dignosceretur. Haec porro omnia discutienda, et perpendenda demandavimus juxta Tridentini concilii decreta sessionis XXV de invocatione, veneratione, et reliquiis sanctorum, selectae cuidam congregationi, quam in eum finem designavimus ex venerabilibus fratribus Nostris S. R. E. cardinalibus de Somalia sacri collegii decano, ejusdemque S. R. E. vice-cancellario, et congregationis Sacrorum Rituum praefecto, Naro sacrae congregationis Indulgen-

tiarum, et Reliquiarum praefecto, Quarantotti, et Antonio ab Auria, nec non ex dilectis filiis magistris Francisco Serlupi Romanae rotae decano, Josepho Antonio Sala memoratae Rituum congregationis secretario coadjutore, Alexandro Buttaoni fidei promotore, et Aloisio Gardellini ejusdem Rituum congregationis assessore, ac demum ex tribus sacrae theologiae doctoribus, atque congregationis Rituum consultoribus Vincentio Garofoli abbate, et vicario generali canonicorum regularium ssmi Salvatoris, Aloisio Jonni magistro ordinis Eremitarum sancti Augustini, et Antonio Maria Grandi pro-vicario, ac procuratore generali congregationis Clericorum Regularium sancti Pauli. Hinc habita ea congregatione in aedibus cancellariae apostolicae ad diem XVI. kal. augusti, ellatisque ad Nos per secretarium suffragiis omnibus scripto traditis, caussam universam serio, diligenterque considerandam ipsi suscepimus, atque peculiari divinae sapientiae praesidio, multa humilique prece exorato, decretorium tandem judicium Nostrum juxta ejusdem selectae congregationis mentem memorato Sacrorum Rituum congregationis assessori, qui Nos pro secretario absente kalendis augusti adivit, aperuimus, illudque per apostolicas literas explicare, ac sancire decrevimus.

Declaratio apostolica super identitate corporis.

§. 6. Benedicentes itaque Patri totius consolationis, optimaque spe recreati, novum, atque illustre salutaris praesidii a sancto viro in tanta temporum difficultate Nobis praebendi testimonium ex mira hac sui corporis inventione praefulgere, de ejusdem congregationis selectae consilio et voto, apostolica auctoritate, tenore praesentium edicimus, ac declaramus, constare de identitate corporis nuper sub ara maxima inferioris basilicae Assisiensis inventi, illudque revera corpus esse s. Francisci ordinis Minorum fundatoris.

Clausula sublata, et decretum irritans

§. 7. Decernentes hasce praesentes literas etiam ex eo quod quicumque in praemissis interesse habentes, seu habere quomodolibet praetendentes vocati, et auditi non fuerint, de subreptionis, vel obreptionis vitio, aut intentionis Nostrae, vel alio quovis defectu notari, vel impugnari nullatenus posse, sed semper firmas, validas, et efficaces existere et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, sicque, et non aliter per quoscumque judices ordinarios, et delegatos, etiam causarum palatii apostolici auditores, et ejusdem S. R. E. cardinales etiam de latere legatos, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super iis a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum

§. 8. Quibus omnibus, et singulis, etiam si pro sufficienti illorum derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, et individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quaevis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, et forma in illis tradita observata exprimerentur, et insererentur praesentibus, pro plene, et sufficienter expressis, et insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque.

Providentiae captae pro custodia sacrarum reliquiarum.

§. 9. Volumus autem, ne venerabile corpus ex subterraneo loco, in quo sex fere saeculis quievit, alio deferatur; item ne vel minimam quidem sacrorum ossium partem liceat inde extrahi, auferrique; ac demum ne arca, postquam clausa fuerit, et obsignata, ullo umquam tempore absque Nostro, vel pro tempore existentis Romani pontificis permissu reseretur. Sinimus tamen, ut, si qui sint ex carnium, molliumque corporearum partium intertrimento cineres, ac pulveres, colligantur pro reliquiis asservandi: illudque cum primis etiam atque etiam commendamus, ac praecipimus, ut sacratissimus hic thesaurus ab omni prorsus injuria, atque vi tutus, inviolatusque conservetur, ejusque accuratiori custodiae, tuitioni, incolumitati opprime consulatur.

Deputatio custodum.

§. 10. Quae ut rite, ac pro rei sanctitate diligenter conficiantur, eumdem episcopum Assisiensem, et generalem Conventualium ministrum, eoque absente, custodem basilicae, pro tempore existentes, uti ab apostolica Sede delegatos, in id specialiter eligimus, ac deputamus. Facultatem porro facimus, nedum lapideam arcam, qua sacrae exuviae claudentur, opere eleganti, pretiosisque ornatibus contegi, ac ditari, sed et integrum conditorium, quo ea prostat, perpoliri, omnique cultu exornari, et commodiorem aditum in ipsum aperiri, cujus quidem operis universi descriptionem, rationemque Nobis probandam reservamus, ac nonnisi ex Nostro consensu executioni demandari permittimus. Nolumus vero patere in illud ingressum, nisi certis dumtaxat solemnioribus diebus, statisque conditionibus per Nos praefiniendis, aut si quando viri principes, vel Sanctae Romanae Ecclesiae car-

dinales, vel episcopi, seu praesules Romanae curiae gloriosum sanctissimi patriarchae sepulcbrum veneraturi illuc accesserint.

Fides habenda transumptis. §. 11. Illud tandem quoque mandamus, ut praesentium literarum transumptis, seu exemplis etiam impressis manu alicujus notarii publici subscriptis, et sigillo personae in ecclesiastica dignitate constitutae, vel procuratoris generalis dicti ordinis munitis eadem prorsus fides habeatur, quae haberetur ipsis praesentibus, si forent exhibitae vel ostensae.

Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem, sub annulo piscatoris, die quinta septembris millesimo octingentesimo vicesimo, pontificatus Nostri anno vicesimo primo.

CMXXXVIII.

Dat. die 8 septembris 1820 anno XXI.

Erectio congregationis patrum Scholarum Christianarum in Hibernia ad egenam juventutem erudiendam, et confirmatio statutorum ejusdem congregationis

Pius PP. VII.

Ad perpetuam rei memoriam

Proemium. §. 1. Ad pastoralis dignitatis fastigium, meritis licet imparibus, per ineffabilem divinae sapientiae atque clementiae abundantiam evecti, illa, quae pro felici societatum quarumlibet pie sanctequo institutarum uberes charitatis, ac pietatis fructus, Deo adjuvante, atque incrementum dante, proferre jugiter satagentium felicique personarum illis adscriptarum, et pro tempore adscribendarum in viae mandatorum Dei progressu provide prudenterque constituta, et ordinata esse noscuntur, ut firma semper atque illibata persistant, apostolici muniminis praesidio, cum id a Nobis petitur, libenter constabilimus.

Expositio precum. §. 2. Cum pia quaedam laicorum societas, sicut Nobis relatum est a dilecto filio magistro Carolo Maria Pedicini congregationis de Propaganda Fide secretario, in Hibernia gravissima damna perpendens, quibus egena juventus afficitur ex ignorantia, vehementerque cupiens institutioni, ac disciplinae prospicere pauperum puerorum, qui sua egestate scholas venales frequentare non possunt, ex quo fit ut penitus rudes ipsa orthodoxae religionis elementa saepissime ignorent, iisdem erudiendis operam dare se obtulerit, proindeque institutum quoddam sub titulo Fratrum Monachorum aliquot jam ab hinc annis erigere susceperit fere ad instar illius, quod in Gallia erectum fuit sub titulo fratrum Scholarum Christianarum a fel. rec. Benedicto pp. XIII praedecessore Nostro anno MDCCXXIV per suam constitutionem, quae incipit = *In apostolicae dignitatis solio* = approbatum, eo nimirum sibi proposito fine, ut pauperes adolescentes tum Christianae fidei rudimenta, tum literas quae magis illorum conditioni convenire possunt, gratis edocerentur. Ut autem salutare hoc institutum firmius, et aequo ordine stabiliretur, ac majora in dies caperet incrementa virtutis, regulas et constitutiones quasdam a fratribus observandas condiderunt, quae parum differunt ab iis Christianarum Scholarum, easque congregationi venerabilium fratrum Nostrorum Sanctae Romanae Ecclesiae cardinalium negociis propagandae fidei praepositorum supplices obtulerunt, ut si rectae et congruae repertae fuerint, apostolicae Nostrae auctoritatis, et adprobationis munimine roborarentur. Regulae seu constitutiones sunt sequentes videlicet.

I.

§. 3. Quod fratres monachi nuncupati sub clientela sanctissimi infantis Iesu, ac patrocinio beatissimae virginis Mariae ejus genitricis instituti, hoc maxime cavere debeant, ut pueros praesertim pauperes ad ea, quae ad bene christianeque vivendum pertinent, erudiant, ac praecipuus eorum scopus, et quasi spiritus instituti esse debeat studiosa sollicitudo puerilis institutionis ad normam Christianae legis, Tenor statutorum.

II.

§. 4. Quod pareant pro tempore existenti superiori generali ab ipsis electo, vivantque in illis dioecesibus, in quibus admissi sunt de consensu episcoporum, et sub eorumdem auctoritate. De obsequio praestando superioribus.

III.

§. 5. Quod illorum superioris generalis electio fiat scrutinio, ac secretis suffragiis per directores omnium domorum congregatos; electus autem ad decem annos suo fungatur officio, nisi idem denuo electus, et confirmatus in eo sit ad aliud decennium, itidemque in eodem consessu eodemque modo eligantur ab iis duo assistentes, qui pro tempore existenti superiori generali sint a consiliis, eumque in recta administratione adjuvent. De electione superioris generalis.

IV.

De domicilio assistentium.

§. 6. Quod assistentes in ea degant domo, in qua superior generalis pro tempore commorabitur, ejusque consiliis intersint, ac manum praestent exigente necessitate ad respondendum literis, quas accipiet.

V.

De officio gratis praebendo.

§. 7. Quod ipsi fratres gratis pueros edoceant, neque premium aut munera a discipulis vel ab eorum parentibus oblata accipiant.

VI.

De recusatione ordinum ecclesiasticorum.

§. 8. Quod nullus e fratribus sacerdotium ambiat, aut ad ordines ecclesiasticos aspiret.

VII.

De admissione fratrum

§. 9. Quod fratres in hoc instituto admittantur decimo sexto, aut decimo septimo suae aetatis anno; sed vota perpetua simplicia non emittant, nisi vicesimum primum aetatis annum compleverint.

VIII.

De votis a fratribus emittendis.

§. 10. Quod vota fratrum sint castitatis, paupertatis, obedientiae, stabilis permanentiae in dicto instituto, nec non pauperes gratis edocendi.

IX.

De depositione superioris generalis a capitulo decernenda.

§. 11. Quod superior generalis a convocato fratrum capitulo generali deponi possit his de causis, videlicet, ob haeresim, impudicitiam, homicidium, animi imbecillitatem, senii caducitatem, bonorum instituti dilapidationem, aut aliquod enorme facinus, quod tali poena dignum censeatur a capitulo generali, quod tunc ab assistentibus ad id convocabitur.

X.

De rectoribus domorum, et duratione officii eorum.

§. 12. Quod fratres directores domorum particularium illas regant per triennium tantum; nisi justis de causis superiori generali pro tempore existenti, ejusque assistentibus convenientius videatur, ut tempus hujusmodi minuatur, aut prorogetur; atque ut superior generalis directoribus particularibus hujusmodi de sua potestate necessarias facultates concedere valeat circa votum paupertatis, ac dispensationem bonorum temporalium; ita tamen ut non liceat iisdem directoribus, vel visitatoribus pro tempore deputandis, fundos, ac bona tam mobilia, quam immobilia, inconsultis pro tempore existentibus superiore generali, ejusque assistentibus alienere.

XI.

De munere, et duratione officii visitatorum.

§. 13. Quod visitatores a superiore generali pro tempore existentes designati ad munus triennale singulis annis semel domos visitent, exigantque a directoribus rationem impensi, et expensi, et statim finita qualibet visitatione, referant ad superiorem generalem pro tempore existentem, quod sit in unaquaque domo emendandum.

XII.

De convocatione capituli generalis.

§. 14. Quod capitula generalia convocentur singulis decenniis, ad quae advocabuntur fratres directores uniuscujusque conventus, ac visitatores pro tempore; nisi aliquando magis expedire decernatur, ut congregatio extraordinaria ante praefinitum tempus convocetur; totoque illo decennio assistentes electi collato munere perfungi valeant; nisi gravis aliqua necessitas cogat eos deponi ante idem tempus. Ad hunc tamen effectum si nimis incommodum, vel inopportunum censeatur, ut congregatio generalis extraordinaria ad removendum aliquem, vel utrumque ex assistentibus, convocetur, eo casu superior generalis per literas fratres directores cujusque domus de suscepto consilio certiores faciet, iisdem rationes, et causas patefaciens, propter quas illum, vel illos removendos esse opportunum judicaverit. Quo facto si major eorumdem directorum pars una cum superiore generali, vel ejus assistente, cui in officio remanere contigerit, suam in scriptis opinionem declaraverit, quod pro bono instituti ad hujusmodi remotionem deveniendum sit in potestate superioris generalis erit, illum, vel illos amovere, et in casu amotionis ipse per literas fratribus notum faciet, ad novam electionem loco amoti, vel amotorum esse procedendum. Quae quidem electio facienda erit per eadem suffragia in scriptis ad superiorem generalem praefinito ad hoc die transmittenda; atque hujusmodi documenta in manibus duorum fratrum directorum ad id vocatorum tradentur; ipsique teneantur superiorem generalem in scriptis certiorem facere in cujus, vel quorum favorem suffragia emissa fuerint. Tunc autem superior generalis declarabit, qui legittime electus, vel electi fuerint.

XIII.

De lectione pueris danda.

§. 15. Quod fratres non tam legendi, ac scribendi modum, orthographiam, atque arithmeticam pueros edoceant; sed eorum praecipue animos christianis, atque evangelicis praeceptis imbuant; cathecheses, vel lectionem pii alicujus libri ad semi-horam faciant singulis diebus, in quibus habentur scholae. Singulis vero dominicis, aliisque de Ecclesiae praecepto festis diebus ipsam cathechesim, sive lectionem ad unius horae spatium in ecclesia sive in locis, ubi commode congregari possint, pariter habeant.

XIV.

De vetita visitatione monialium.

§. 16. Quod demum fratres visitare non possint moniales sine expressa localis episcopi licentia, et servatis conditionibus ab ipso in scriptis appositis.

Confirmatio apostolica.

§. 17. His igitur ad trutinam per praedictam congregationem revocatis, auditoque venerabili fratre archiepiscopo Dubliniensi, aliisque Hiberniae episcopis, qui hanc societatem plurimum commendarunt, atque uberiorem ex ea fructum percipi retulerunt; praelaudata cardinalium congregatio Nobis humiliter supplicavit, ut praedictum institutum, ac praeinsertas regulas approbare dignaremur. Nos igitur praelaudatae congregationis, ac Hiberniae episcoporum votis annuere, et fidelium utilitati prospicere volentes, ac singulares personas, quibus praesentes Nostrae literae favent a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, de eorumdem fratrum consilio institutum praedictum, et regulas, seu constitutiones praeinsertas, et omnia in illis contenta et expressa auctoritate apostolica tenore praesentium approbamus, et confirmamus, illisque apostolicae firmitatis robur adjicimus, omnesque, et singulos juris, et facti defectus, si qui desuper intervenerint, sanamus atque supplemus.

Clausulae sublata, et decretum irritans.

§. 18. Decernentes has praesentes literas firmas, validas, et efficaces existere et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri et obtinere, ac illis ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari. Sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 19. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, caeterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem ut praesentium literarum transumptis etiam impressis et manu alicujus notarii publici subscriptis, ac sigillo personae in ecclesiastica dignitate constitutae munitis eadem prorsus fides in judicio, et extra illud adhibeatur, quae ipsis praesentibus adhiberetur si forent exhibitae vel ostensae.

Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die quinta septembris millesimo octingentesimo vicesimo, pontificatus Nostri anno vicesimo primo.

CMXXXIX.

Facultas celebrandi missam ante mediam noctem in vigilia Nativitatis Domini Nostri Jesu Christi pro cathedrali ecclesia Vicentina

Dat. die 8 septembris 1820 anno XXI.

Venerabili fratri episcopo Vicentino

Pius PP. VII.

Venerabilis frater
Salutem, et apostolicam benedictionem

Expositio precum.

§. 1. Expositum Nobis nuper fuit nomine tuo, ac dilectorum filiorum capituli istius cathedralis Vicentinae, quod vos pro majori commoditate, et devotione fidelium, missam et divina officia, quae hora consueta juxta ritum Ecclesiae, nempe post mediam noctem in cathedrali praedicta nocte Nativitatis Domini Nostri Jesu Christi celebrari solent, in posterum ante mediam noctem praedictam celebrare, vel celebrari facere posse plurimum desideratis. Nobis propterea humiliter supplicatum fuit, ut in praemissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis.

§. 2. Nos igitur te, ac singulares personas, quibus praesentes Nostrae literae favent, specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis si quas forte incurristi, vel incur-

rerint hujus tantum rei gratia absolventes et absolutos fore censentes, supplicationibus hujusmodi inclinati, fraternitati tuae per praesentes committimus, quatenus de spirituali fidelium utilitate tibi constet, ut in cathedrali praedicta, missa, divinaque officia praedicta, quae in ea post mediam noctem Nativitatis Domini Nostri Jesu Christi, sicut praemittitur, celebrari consueverunt, de caetero etiam ante eamdem mediam noctem celebrari libere ac licite possit et valeat, ita ut sacerdoti taliter celebranti id ad culpam nullo modo valeat imputari, auctoritate Nostra apostolica concedas.

Derogatio contrariorum. §. 3. Non obstantibus apostolicis, ac in universalibus, et synodalibus conciliis editis generalibus vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, caeterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem, sub annulo piscatoris die quinta septembris millesimo octingentesimo vicesimo, pontificatus Nostri anno vicesimo primo.

CMXL.

Dat. die 5 septembris 1820 anno XXI.

Declaratio ad tollendas ambiguitates subortas circa solutionem onerum mensae abbatialis Sublacensis, et sacri Specus.

Pius PP. VII.

Ad perpetuam rei memoriam

Expositio precum. §. 1. Nuper Nobis exposuit venerabilis frater Noster Petrus Franciscus episcopus Albanensis Sanctae Romanae Ecclesiae cardinalis Galeffi noncupatus, et ex concessione apostolica abbas commendatarius monasterii sanctae Scholasticae Sublacensis ordinis sancti Benedicti Nullius dioecesis in districtu urbis, quod, cum Nos de manutentione illius monasterii sub denominatione sacri Specus, quod intra limites dictae abbatiae Nullius dioecesis existit, deque ejusdem monachorum sustentatione, divinique cultus conservatione solliciti non nulla alia statuissemus per similes Nostras in forme brevis die septima novembris millesimo octingentesimo decimo quinto expeditas literas, quarum tenorem praesentibus pro plene, et sufficienter expresso, ac de verbo ad verbum inserto haberi volumus; cumque aliqua ambiguitas circa summam conficientem sortem censuum activorum praedicti monasterii contra procuram generalem congregationis Cassinensis, et super annuis respectivis fructibus ab illa dicto monasterio debitis, enata sit; etenim sors praedicta summam scutatorum viginti quinque millium tercentorum quadraginta trium, et obulorum quinquaginta, et annui fructus summam scutatorum sexcentorum quadraginta novem, et obulorum octoginta trium ad praesens adaequant; cumque etiam mentem Nostram varie interpretati sint circa id, quod dismembrationem respicit tot bonorum, et redditum monasterii sanctae Scholasticae, ex quibus provenire possent annui redditus scutatorum octingentorum quadraginta quinque, quorum quingenta quadraginta quinque solvenda sunt monasterio praedicto sacri Specus vi constitutionis Clementis pp. XII. praedecessoris Nostri, et reliqua scutata tercenta pro diminutione aequalis summae annuorum fructuum, quos procura generalis persolvere deberet monasterio praedicto sacri Specus; ad tollendas proinde ambiguitates quae hucusque in perniciem dicti monasterii excitatae sunt; tam de praemissis, quam de eo, quod abbatialis mensa Sublacensis persolvere debet quotannis in frumento, ac etiam de quantitate, et qualitate bonorum, quae ex monasterio sanctae Scholasticae dismembrata fuerunt pro reliquis scutatis ducentis octoginta quinque deficientibus integrae annuae praestationi nuncupatae, super quibus contestatam denuntiationem, seu praeceptum, abbatem claustralem monasterii sanctae Scholasticae fecisse asseritur, praelaudatus cardinalis abbas utpote administrator memorati monasterii sacri Specus, et alterius sanctae Scholasticae auctoritate Nostra apostolica deputatus Nobis humiliter supplicavit, ut in praemissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

§. 2. Nos igitur memorati cardinalis votis annuere, et stabili provisioni dicti monasterii sacri Specus consulere, omnemque interpretationem a Nostra voluntate alienam tollere, ac singulares personas, quibus praesentes Nostrae literae favent, specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis si quas forte incurrerint hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes supplicationibus hujusmodi inclinati, praevia confirmatione praedictarum Nostrarum litterarum diei septimae novembris millesimo octingentesimo decimo quinto, quarum tenorum praesentibus pro expresso et inserto haberi volumus, et omnium, quae in Confirmantur praecedentes literae datae ad diem 7 novembris 1815 et declarantur

illis expressa, ac ordinata sunt, pront auctoritate apostolica, tenore praesentium confirmamus; pro majori autem voluntatis Nostrae significatione per praesentes dicta auctoritate Nostra declaramus, sortem censuum favore monasterii sacri Specus contra procuram generalem congregationis Cassinensis esse ad pracsens, prout asseritur, in summa scutatorum viginti quinque millium tercentorum quadraginta trium, et obulorum quinquaginta, fructusque pariter annuos in summa scutatorum sexcentorum quadraginta novem, et obulorum octoginta trinm; insuper dicta auctoritate declaramus tam praedictam summam, quam aliam scutatorum qningentorum quadraginta quinque illi adjectam a monasterio sanctae Scholastice alteri sacri Specus vigore constitutionis rec. me. Clementis pp. XII praedecessoris Nostri debitam, tot bonis, et redditibus separandis a monasteriis sanctae Scholasticae et sancti Petri Perusiae persolvendam esse, disjungendo videlicet pro summa scutatorum quingentorum sexaginta a monasterio sanctae Scholasticae octoginta rnbra frumenti, quae abbatialis mensa eidem monasterio debet quotannis, et ita, ut nunc et futuris temporibus abbates commendatarii pro tempore soluti sint ab hujusmodi onere erga monasterium sanctae Scholasticae, et loco illius, alteri sacri Specus tradere debeant dicta rubra octoginta frumenti in reali genere, quin valeant pro hujusmodi frumento pecuniam persolvere ad farmam praedictarum Nostrarum literarum diei septimaa novembris millesim octigentesimo decimo quinto, in quibus frumentum praedictum in pecuniam fnit redactum ad effectum tantum computandi per proximitatem correspondentem imminutionem summae, quam debet singulis annis monasterium sanctae Scholasticae.

Nova bonorum dismembratio, et respectiva assignatio decernitur.

§. 3. Item disjungendo a praedicto monasterio sanctae Scholasticae pro summa scutatorum docentorum octoginta quinque tot bona stabilia, quae aequalem fructum libratum experientia integri decennii, ab omnibus oneribus sive vectigalibus tam cameralibus, quam communitativis nuncupatis liberum et depuratum afferant; bona proinde disjungenda a monasterio sanctae Scholasticae, et in proprietatem alterius sacri Specus eum juribus, rationibus ac pertinentiis transferenda illa sunt, quae in territorio Cerreti existunt - L'Albereto di Pietro vocabolo la Cascatura, un pezzo di prato vocabolo le Scalelle, ed un pezzo di terreno vocabolo la Foresta - ex quibus, deductis omnibus praedictis oneribus, provenire possunt annui fructus scutatorum circiter ducentorum octoginta quinque; tandem pro summa scutatorum tercentorum quadraginta novem, et obulorum octoginta trium, cui addenda sunt alia scntata octoginta quatuor, et obuli octoginta novem, ut compleatur summa scutatornm quadringentorum triginta quatuor et obulorum septuaginta duorum, quae monasterinm sancti Petri Perusiae illi sacri Specus persolvit quotannis, et haec scntata octoginta quatuor, et obnli octoginta novem aliam sortem separatam ab illa praedictorum censuum activorum favore sacri Specus contra eamdem procuram generalem congregationis Cassinensis in summa scutatorum trium millium quadringentorum septuaginta unius respiciunt; ac pro integra bujusmodi summa scutatorum quadringentorum triginta quatuor, et obulorum septuaginta duorum ab omnibus praedictis oneribus, uti supra libera praedictum monasterium sancti Petri Perusiae in perpetuum dicta auctoritate apostolica oneramus, etiam disjungendo, quatonns opus sit, ab illo quantitatem bonorum annuae summae prsedictae ab oneribus uti supra liberae correspondentem. Praeterea declaramus, ac volumus, monasteria praedicta sanctse Scholasticae, et sancti Petri Perusiae, unumquodqua pro sua rata portione, videlicet illud sanctae Scholasticae pro summa scutatorum tercentorum, et alterum sancti Petri pro summa scutatorum quadringentorum triginta quatuor, et obulorum septuaginta duorum in rationes monasterii sacri Specus pro sorte, et fructibus congruentibus contra procuram generalem Cassinensem ita ingredi, sive succedere, ut monasteria memorata aequali summa leventur a procura generali praedicta in solutione taxarum pro censibus novis, et vetustis congregationis Cassinensis. Tandem quamcumque contestatam denuntiationem seu praeceptum vulgo monitorio contra hanc Nostram voluntatem factam seu factum, irritum ac nullius roboris esse dicta auctoritate declaramus. Ad tollendas pariter in posterum quascumque jurgiorum, ac dubietatum seu quaestionum causas, quae oriri possent tam circa varietatem pretiorum frnmenti, aliorumque generum, quam circa mutationem fructuum censuum, omnes et quoscumque defectus juris, et facti auctoritate, et tenore praefatis sansmus, atque supplemus.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 4. Decernentes non solum has praesentes, sed etiam alias Nostras literas sub datum diei septimae novembris millesimo octingentesimo decimo quinto expeditas literas, quarum executionem cardinali abbati commendatario praedicto committimus, semper firmas, validas, et

efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari. Sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 5. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non praedictorum monasteriorum, ac congregationis, et ordinis etiam juramento, confirmatione apostolica vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad praemissorum effectum, hac vice dumtaxat, specialiter et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem, sub annulo piscatoris die quinta septembris millesimo octingentesimo vicesimo, pontificatus Nostri anno vicesimo primo.

CMXLI.

Concessio juris privativi imprimendi librum de inventione sacri corporis sancti Francisci, et descriptione sacrosanctae basilicae Assisiensis pro illius auctore advocato Fea.

Dat. die 15 septembris 1820 anno XXI.

Pius PP. VII.

Ad futuram rei memoriam

Expositio precum.

§. 1. Exponi Nobis nuper fecit dilectus filius advocatus Carolus Fea antiquorum monumentorum curator, quod cum ipse opus a se confectum de inventione corporis sancti Francisci Assisiensis, multis figuris refertum, cui titulus = Descrizione ragionata della sagrosanta patriarcal basilica, o cappella papale di San Francesco d' Assisi, nella quale recentemente si è ritrovato il sepolcro, ed il corpo di sì gran santo e delle pitture, e sculture, di cui v' ha ornato il medesimo tempio = non sine magna impensa typis mandare curaverit, timens ne postquam in lucem prodierit, quidam sint, qui ex alieno labore lucrum sibi quaerentes, dictum opus in ipsius Caroli praejudicium in Nostra pontificia ditione rursus edere vel alibi impressum in eamdem ditionem introducere velint, Nobis humiliter supplicari fecit, ut indemnitati suae providere dignaremur.

Tenor concessionis.

§. 2. Nos igitur dictum Carolum specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes et a quibusvis excommunicationis et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis et poenis quovis modo et quacumque de causa latis si quas forte incurrerit hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutum fore censentes, supplicationibus hujusmodi inclinati, eidem Carolo, ut sexennio proximo a data praesentium computando durante, nemo tam in urbe, quam in reliqua pontificia Nostra ditione opus praedictum sine speciali dicti Caroli, aut ab eo causam habentium licentia imprimere, vel ab alio vel aliis extra pontificiam ditionem impressum, vel etiam in quodcumque idioma translatum in dictam Nostram ditionem introducere, ac vendere possit auctoritate apostolica tenore praesentium concedimus, et indulgemus.

Poenae contravenientibus impositae.

§. 3. Inhibentes propterea utriusque sexus christifidelibus, praesertim librorum impressoribus, et bibliopolis sub quingentorum ducatorum auri de camera, et amissionis librorum et typorum, pro una camerae Nostrae apostolicae, pro alia

eidem Carolo, ac pro reliqua ex tertiis partibus accusatori, et judici exequenti irremissibiliter applicanda, eoque ipso absque ulla declaratione incurrendis poenis, ne, dicto sexennio durante, praedictum opus, quamcumque, aut aliquam ejus partem sub quocumque praetextu, sive mutationis tituli, sive correctionis, imitationis, aut variationis methodi, tam italico, quam alio quocumque idiomate typis edere sine hujusmodi licentia imprimere, aut ab aliis impressum vendere quoquo modo audeant vel praesumant.

Mandatum de praebendo auxilio praesidium defensionis. §. 4. Mandantes propterea dilectis filiis Nostrae, et apostolicae Sedis legatis, seu eorum vice legatis, aut praesidentibus, gubernatoribus, praetoribus, aliisque justitiae ministris provinciarum, civitatum, terrarum, et locorum status Nostri ecclesiastici praedicti, quatenus eidem Carolo, seu causam ab eo habentibus praedictis in praemissis efficacis defensionis praesidio assistentes, quandocumque ab eodem Carolo requisiti fuerint poenas praedictas contra quoscumque inobedientes irremissibiliter exequantur.

Derogatio contrariorum. §. 5. Non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis, ac quibusvis, etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis irritantibusque, et aliis decretis in genere vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores praesentibus pro plene et sufficienter expressis ac de verbo ad verbum insertis habentes illis alias in suo robore permansuris ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die decima quinta septembris millesimo octingentesimo vicesimo, pontificatus Nostri anno vicesimo primo.

CMXLIII

Unio trium simplicium beneficiorum canonicatui nuncupato della Torre in collegiata ecclesia nostri Arquato Placentinae dioecesis. Dat. die 15 septembris 1820 anno XXI.

Venerabili fratri episcopo Placentino

Venerabilis frater
Salutem, et apostolicam benedictionem

Expositio precum. §. 1. Exponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii capitulum et canonici collegiatae ecclesiae di Castell' Arquato istius Placentinae dioecesis, quemdam canonicatum della Torre nuncupatum in dicta collegiata erectum, usque a mense augusti anni MDCCCXV per liberam dimissionem dilecti filii Andreae Pottorelli presbyteri ultimi possessoris vacasse, actuque vacare, illiusque redditus, qui in choralibus tantum distributionibus consistunt, annuam summam scutatorum viginti trium monetae Romanae non excedentes ita tenues esse, et oneribus sustinendis quotidiani servitii choralis impares, ut nemo hucusque de illo provideri exoptaverit; ad constituendam proinde certam dotem seu praebendam pro canonicatu praedicto, tria ecclesiastica beneficia simplicia nullam personalem residentiam requirentia actu possessa a dilecto filio Joanne Faustini presbytero aetate provecto, de libera, prout asseritur, collatione, quae licet sint separata, per modum tamen unius concedi solent, illorumque fructus insimul computati scutata quinquaginta praedictae monetae quotannis efficiunt, eorumque tituli sunt, scilicet, rectoria beatae virginis del Mezzanino in parvo oratorio sito extra portam di Cima praedictae arcis erecta; rectoria sanctae Mariae Magdalenae poenitentis di Pantegano appellata in oratorio rurali extra arcem; tandem canonicatus sancti Nicolai olim collegiatae dictae arcis; nunc pro tunc quando per obitum praedicti rectoris Faustini beneficia memorata vacare contigerit, canonicatui praedicto della Torre nuncupato perpetuo jungi, et incorporari summopere desiderant. Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut in praemissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis. §. 2. Nos igitur dictos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo et quacumque de causa latis si quas

forte incurrerint hujus tantum rei gratia absolventes et absolutos fore censentes, supplicationibus hujusmodi inclinati, attenta favorabili relatione tua super praemissis Nobis transmissa, fraternitati tuae per praesentes committimus, et mandamus, ut veris existentibus narratis, et si id in Domino expedire censuris, ad petitam trium beneficiorum simplicium unionem nunc pro tunc, quando ea vacare contigerit, auctoritate Nostra apostolica devenire possis, et valeas, injuncta tamen obligatione possessori pro tempore praedicti canonicatus della Torre, ut non solum consueta onera hujusmodi canonicatus, sed alia etiam tribus praedictis beneficiis uti supra conjunctis incumbentia satisfacere teneatur.

Derogatio contrariorum. §. 3. Non obstantibus fel. rec. Benedicti pp. XIV praedecessoris Nostri super divisione materiarum, aliisque apostolicis ac in universalibus, provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, nec non legis fundationis et ecclesiarum etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus efficacissimis, ac insolitis clausulis irritantibusque, et aliis decretis in genere vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores praesentibus pro plene, et sufficienter expressis ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die decima quinta septembris millesimo octingentesimo vicesimo, pontificatus Nostri anno vicesimo primo.

CMXLIV.

Suppressio trium laicalium confraternitatum et adjudicatio bonorum ab illis possessorum pro erectione seminarii in civitatae Massae.

Dat. die 19 septembris 1820 anno XXI.

Venerabili fratri episcopo Massano

Pius PP. VII.

Venerabilis frater
Salutem et apostolicam benedictionem.

Exponi precum. §. 1. Exponi Nobis nuper fecisti, quod tu adolescentium tuae dioecesis, et illorum praesertim, qui Altissimo in altaris ministerio famulari deliberant, christianae educationi, et opportunae eruditioni providere desiderans, cum ad praesens quamplurimum urgeat necessitas, seminarium, quod triginta ab hinc annis in ista deficit dioecesi, denuo aperire seu erigere necessarium omnino docis. Cum autem ad illius constituendam dotem seu redditos, minime taxationes, quas super beneficiorum fructibus imponere cogitas, sufficere valeant; cumque in dicta dioecesi tres extent laicales confraternitates, quae parum spiritualis afferunt utilitatis, prima in paroecia loci di Rio in insula Ilvae sub titulo ss. Fabiani et Sebastiani seu sanctissimi Sacramenti, secunda sub titulo sanctae Barbarae, et tertia sanctissimi Rosarii ambae in paroecia di Lungone in insula praedicta erectae, quas confraternitates supprimere, earumque bona una cum quadam vinea oratorio seu ecclesiae beatae Mariae virginis di Lacona nuncupata spectante, illique contigua, quae hucusque in utilitatem cessit custodis laici ejusdem ecclesiae, quaeque necessaria non est pro satisfactione onerum, cum alia bona dicta ecclesia possideat, ex quibus satis, superque proveniunt fructus oneribus sustinendis longe majores in dotem dicti seminarii, a te erigendi constituere et assignare intendis, si Nostra et hujus sanctae Sedis tibi super hoc licentia suffragetur, et facultas; Nobis propterea humiliter supplicari fecisti, ut in praemissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis. §. 4. Nos igitur piis tuis votis annuere, ac singulares personas, quibus Nostrae literae favent specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint hujus

tantum rei gratia absolventes, ot absolntos fore censentes, supplicationibus bujusmodi inclinati, fraternitati tuao, quatenus id in Domino expedire censueris, tres confraternitates praedictas auctoritate Nostra apostolica supprimendi, illarumque bona una cum respectivis juribus, pertinentiis, et oneribus eisdem adnexis seminario a te erigendo dicta auctoritate applicandi, ac vineam praedictam oratorio seu ecclesiae beatae Mariae virginis di Lacoha nuncupato spectantem, atque contiguam, in dotem pariter ejusdem seminarii, dicta auctoritate constituendi, et assignandi, proviso tamen per te, ut in paroeciis praedictis pro confraternitatibus suppressis alio tibi beneviso modo alia pia opera in spiritualem fidelium utilitatem subrogentur, facultates necessarias et opportunas, dicta auctoritate tenore praesentium tribuimus et impertimur.

Clausula sublata, et decretum irritans. §. 3. Decernentes has praesentes literas firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis ad quos spectat ot pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari; sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores judicari et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum. §. 4. Non obstantibus, quatenus opus sit, fel. rec. Benedicti pp. XIV. praedecessoris Nostri super divisione materiarum, aliisque apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, nec non confraternitatum ot ecclesiae praedictarum, etiam juramento, confirmatione apostolica vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis: quibus omnibus, et singulis illorum tenores praesentibus pro plene et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis babentes, illis alias in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum, hac vice dumtaxat, specialiter et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die decima nona septembris millesimo octigentesimo vicesimo, pontificatus Nostri anno vicesimo primo.

CMXLV.

Derogatio dispositionis testamentariae Ignatii de Silva Merella super quadam minus recta conditione a testatore volita pro assequenda dote pauperibus puellis relicta. Dat. die 19 septembris 1820 anno XXI.

Pius PP. VII.

Ad futuram rei memoriam

Proemium. §. 1. In summo apostolatus apice, meritis licet imparibus, constituti, quidquid contra morum integritatem, sanctumque pudorem ab oliquo hujus Sanctae Romanao Ecclesiae filio vita functo praestatutum appareat, emendare, aut in meliorem interpretationem per Nos reduci oportere putamus, in iis praesertim, quae ad pias causas pertinent.

Expositio precum. §. 2. Exponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii moderni administratores confraternitatis Misericordiae villae de Barcellos Bracharensis dioecesis quod bo. me. Ignatius de Silva Merella per contractum, nt ajunt = inter vivos = legatum pium perpetuum instituit per administratores dictae confraternitatis pro tempore existentes administrandum, ad hoc, ut quolibot anno scuta quadringenta monetae Romanae alternatim distribuerent, uno scilicet anno alicui ex suis consanguineis puellis, quae virginitatem suam in monasterio Deo vovere optassent, atque, hisce non oxtantibus, alteri illarum, quae nubere vellent: altero autem anno memoratam pecuniae summam in eleemosynas ita distribuendam esse voluit, nt suae propinquiores consanguineae remotioribus, pauperiores pauperibus essent praeferendae, adjecta quoque informi conditione, et lege, ut cum in dotibus, tum in eleemosynis dandis ex suis consanguinois illa coeteris omnibus esset praeferenda, quae ab honestate defecisset; idque etiam in snis testamentariis tabulis praescriptum reliquit. Quoniam vero haec postrema lubrica conditio ad malum allicere, rectaeque rationi aperte repugnare videtur (quis enim sanae mentis homo turpitudinem honestati, vitium virtuti anteponondum censeat?) Nobis propterea dicti exponentes humiliter supplicari fecerunt, ut in

praemissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor derogationis

§. 3. Nos igitur, attentis etiam desuper venerabilis fratris Michaelis archiepiscopi Bracharensis relationibus, et voto, ipsos exponentes specialibus gratiis et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus bujusmodl inclinati praememoratae tamen conditioni praeferendi inhonestas honestis puellis tam in contractu, quam in testamento expressae, firmis remanentibus reliquis omnibus, et singulis contractus, et testamenti hujusmodi conditionibus, et legibus de apostolicae potestatis plenitudine, tenore praesentium derogamus in perpetuum, supprimimus, et abolemus, perinde ac si non fuisset apposita.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 4. Decernentes, ipsas praesentes literas firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere; sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores, et sanctae Sedis nuncios sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum

§. 5. Non obstantibus praemissis, nec non apostolicis, ac in universalibus provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die decima nona septembris, millesimo octingentesimo vicesimo, pontificatus Nostri anno vicesimo primo.

CMXLVI.

Approbatio statutorum nobilium ordinem civitatis Bononiensis respicientium.

Dat. die 25 septembris 1820. anno XXI.

Pius PP. VII.

Ad futuram rei memoriam

Statuta pontifici approbanda proponuntur.

§. 1. Constitutis, ac per alias Nostras in simili forma brevis hodie expeditas literas a Nobis approbatis, confirmatisque regulis, sive legibus, quae ordinem nobilium civitatis Nostrae Bononiensis, sive novem libri aurei aperitionem respiciunt, dilectus filius comes Scarselli hodiernus dictae civitatis senator, de bono publico sollicitus, ad coetum civium suas pariter dirigens curas statuta quaedam seu regulas pro receptione seu admissione ad dictum coetum, quas ipse de speciali mandato exarandas curavit, quasque comitialis consessus majori suffragiorum numero in conventu habito die 23 aprilis superioris anni 1819 adprobavit, supremae auctoritati Nostrae sanciendas, confirmandasque proposuit, tenoris ut sequitur.

I.

Statutorum sive regularum tenor.

§. 2. Quicumque ortus patre, qui vel jure originis, vel legali ratione civitate donatus fuerit, civis esto Bononiensis.

II.

Quicumque sive ex hac Nostra, sive ex alia pontificiae ditionis provincia, sive alienigena, qui vel a se ipso vel ab uxore, vel a filiis tot bona stabilia possideat in sorte scutatorum millium, juxta census aestimationem, vel constitutis commerciis promovendis negotium habeat (italice stabilimento di commercio) in quo collocet de suo caput nummorum scutatorum quatuor millium, vel aliud industriae, in quo quatuor Bononiensium assiduam operam impendant; domicilium quoque decem annorum non interruptum habuerit in hac urbe, et velle se civem esse dixerit, is civitatem Bononiensem assequetur.

III.

Nulla habita ad domicilium ratione, civitate Bononiensi ille quoque donabitur, qui probet se possidere in provincia bona de valore scutatorum decem millium, juxta census aestimationem, etiamsi bona illa ad uxorem vel ad filios pertineant

idem de illo dicendum, qui constitutis commerciis promovendis negotium habeat, in quo collocet de aere suo caput nummorum scutatorum viginti millium; aut excellat in scientiis, et artibus, quae manu tractantur.

IV.

Fiet census sive descriptio generalis civium Bononiensium, juxta capita superiora.

V.

Quicumque in data sibi civitate permanere, vel illa donari voluerit, necessa est, ut apud viros ad censum incolarum delegatos (vulgo assunteria) probet, se iis praeditum esse dotibus, quibus ad certam classem et gradum constituatur, ut infra patebit.

VI.

Cives, ut habetur in motu proprio SS. D. N. Pii pp. VII edito die sexta julii millesimo octingentesimo decimo sesto art. 155, quatuor in classes dividentur, quarum prima constet viris literatis, altera bona stabilia possidentibus; tertia negotiatoribus; quarta artium magistris, exceptis vilibus et sordidis.

VII.

Veteribus institutis inhaerentes cives in memoratas classes inscribentur triplici forma, triplicem gradum denotante, alterum ab altero distinctum.

VIII.

In forma amplissima cives habeantur, qui optime de nostra patria meriti fuerint, aut qui literarum disciplinis, re militari, aut liberalibus artibus excelluerint. Hujusmodi vocentur honorificentissimi, italice onerevolissimi. In forma satis ampla inscribentur ii, qui literis, rei militari, et artibus dediti, digni sunt, quibus honoris gradus, at non primus tribuatur. Isti honorabiles dicantur Italico onorevoli. Hac eadem forma jure sibi proprio in civium numerum inserentur publici praeceptores, itemque illi de academia liberalium artium. In forma autem communi inscribentur ii, quibus sint bona stabilia in sorte scutatorum quinque millium juxta census aestimationem, vel constitutis commerciis promovendis negotium habeant, in quo collocent de suo caput scutatorum sex millium, vel aliud industriae, in quo sex Bononiensium operam assiduam impendant. Nemo quemquam ex his gradibus consequi poterit, nisi catholicam religionem profiteatur.

IX.

Ad possidentes, et negotiatores quod attinet, quibus prae copia suarum fortunarum habenda sit ratio, gradus statuitur medius, qui sit inter eos, qui in forma satis ampla, et eos, qui in forma communi inscribuntur.

X.

Inter praefatos possidantes, qui nuncupantur notabiles, recenseantur ii, quibus sint bona stabilia in sorte viginti millium scutatorum juxta census aestimationem. Item dicendum de negotiatoribus, qui eamdem pecuniae vim in commercio conservent.

XI.

Quae autem familia jampridem, et perpetuo quemquam ex his gradibus obtinuerit, eadem in suo quoque gradu conservabitur, dummodo assidue adimpleverit, quae a senatus consulto diei vicesimae octavae junii millesimo quingentesimo octuagesimo quarto praecipiuntur.

XII.

Scientiae et curae virorum, quibus incolarum describendorum est facta potestas, committitur onus vocandi ad examen, et comprobandi titulos pro quocumque ex supradictis gradibus assequendo.

XIII.

Cum agatur de inscriptionibus vel in forma amplissima, vel satis ampla, comitia (il consiglio) sibi vindicant facultatem capiendi super hac re consilium.

XIV.

Ut quis inscribatur in forma amplissima necesse omnino est, ut ex octo septena saltem pro se consequatur suffragia: pro inscriptione vero in forma satis ampla obtinenda opus est, ut ex quinque partibus quatuor de comitialibus suffragiis pro candidato conveniant.

XV.

Viris ad censum incolarum delectis committitur graduum distinctio civium notabilium, et inscriptio in forma communi. Si quis de assignato sibi gradu et inscriptione putet gravari, ad comitia poterit appellare. Decreta vero, quae de memorato virorum coetu delecto (assunteria) dimanant, ut rata babeantur, necesse est, ut duae ex tribus partibus suffragiorum conveniant.

XVI.

Cuicnmque ex comitiis (consiglieri) sit facultas proponendi inscriptiones in forma amplissima, vel satis ampla pro iis civibus, qui forte fuerint omissi, et digni esse credantur, qui ad illos honoris gradus estollantur, dummodo tamen titulos de re proposita probent.

XVII.

Civitatis diploma juxta proprium cujuscumque gradum iis civibus tradetur, qui illud postulaverint, pro quo modica pecunia solvenda constituatur, in eum tantum finem, ut impensis officii super hac re necessariis consulatur.

XVIII.

Cum primus civitatis gradus praesertim iis tribuatur, qui summa in patriam nostram beneficia contulerunt, poterit ista gradus honoris in novis inscriptionibus ad descendentes masculos agnatos transferri, donec ea, quae pro inscriptione in forma communi assequenda requiruntur, conservent.

XIX.

Quicumque inscriptionem in forma satis ampla fuerit assecutus, sciat, honorem bujusmodi posthac esse sui tantummodo proprium; cum firmum sit, transmitti ad posteros non posse, nisi ab iis, qui summa in patriam beneficia contulerunt,

XX.

Qui ad gradus honoris ratione fortunarum suarum pervenerit, tamdiu durare, et ad posteros transmitti putantur honores accepti, quamdiu bona, et fortunae erunt duraturae.

XXI.

Viri ad censum incolarum delegati dabunt operam et vigilabunt, ut sibi constet, ne quid desit de iis, quae requiruntur, ut suum quisqua gradum conservat. Quae quidem regulae sive leges, ut suum omnino sortiantur effectum, atque accuratissime serventur, praefatus senator illas per Nos approbari confirmarique summopere desiderat, enixisque precibus, comitiorum etiam dictae civitatis nomine, a Nobis expostulat.

§. 3. Nos igitur dictum senatorem, ac singulares personas, quibus praesentes Nostrae literae favent, specialibus gratiis et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis ac interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis si quas forte incurrerint, bujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus bujusmodi inclinati, leges sive regulas praeinsertas, et omnia in illis contenta et espressa, auctoritate Nostra apostolica tenore praesentium approbamus, et confirmamus, illisque inviolabilis apostolicae firmitatis robur adjicimus, omnesque et singulos juria, et facti defectus, si qui desuper intervenerint, sanamus atque supplemus. *Approbatio apostolica juxta petita.*

§. 4. Decernentes has praesentes literas firmas, validas, et efficaces ossistere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri et obtinere, ac illis ad quos spectat et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus et per omnia plenissime suffragari; sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores judicari et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari. *Clausula sublata, et decretum irritans.*

§. 5. Non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis, et quatenus opus sit, Nostra et cancellariae Nostraa apostolicae regula de jure quaesito non tollendo, nec non praefatae civitatis Nostrae Bononiensis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus et formis, ac cum quibusvis etiam dorogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus efficacissimis, ac insolitis clausulis irritantibusque, et aliis decretis in genere vel in specie ac aliis in contrarium quomodolibet conces- *Derogatio contrariorum.*

sis, approbatis, et innovatis; quibus omnibus et singulis illorum tenores praesentibus pro plene et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes illis alias in suo robore permansuris ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque.

Fides habenda transumptis.

§. 6. Volumus antem, ut praesentium literarum transumptis etiam impressis, et mann alicujus notarii publici subscriptis, ac sigillo personae in ecclesiastica dignitate constitutae munitis, eadem prorsus fides in judicio et extra illud adhibeatur, quae ipsis praesentibus adhiberetur, si forent exhibitae vel ostensae.

Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die vicesima sexta septembris, millesimo octingentesimo vicesimo, pontificatus Nostri anno vicesimo primo.

CMXLVII.

Dat. die 26 septembris 1820 anno XXI.

Reintegratio libri aurei, et regularum pro adscribendis familiis nobilibus civitatis Bononiensis.

Pius, PP, VII.

Ad futuram rei memoriam

Expositio proemium.

§. 1. Cum selectissimus nobilium ordo Nostrae Bononiensis civitatis, quo comitiorum dimidiam partem constare voluimus, et quem Nos in suo splendore, et dignitate omni studio conservare curamus, post notissimas rerum perturbationes de die in dicm magis, magisque imminuatur, dilectus filius comes Scarselli, qui in praesentinrum ejusdem civitatis senatoris munere fungitur, causis jacturae hujusmodi inquisitis, animadvertit, superiorum temporum vicissitudines, quibus praefatus ordo fuit obnoxius, effecisse, ut statuta quoque unde ordini integritas accedebat, perturbarentur; ac proinde librum aureum iterum aperiri necessarium duxit, ad hoc ut et familiae, quae ante praefatas perturbationes, tali nobilitatis jure fruebantur, denuo inscriberentur, et aliae novae cum iisdem privilegiis in dicto ordine recenseantur; praefatus itaque senator comitiali consessui dictae civitatis nonnullas, quae ad optatum conducere possent finem, leges sive regulas approbandas Nobis confirmandasque proposuit, tenoris ut sequitur.

I.

Regulae observandae pro inscriptione nobilium familiarum Bononiensium.

Ut inter nobiles Bononiensium familias fiat inscriptio, ante omnia opus est, ut per comitia nuncupata (de' Savj) instituatur coetus virorum nobilium juribus tuendis (commissione Araldica) ad quem senator civitatis Bononiensis mittet petitiones pro nobilitate assequenda sibi traditas. Coetus iste, qui constabit octo viris genere nobilibus, Bononiae natis, ibi domicilium habentibus, quique de numero non sint comitialium virorum, exiget a postulantibus documenta ad rem necessaria, ut inde referat, et quid sentiat, aperiat.

II.

Eadem pariter comitia eligent a suo gremio quatuor viros de ordine nobilium, qui una cum civitatis Bononiensis conservatoribus comitium instituent peculiare (assunteria) cui senator praeerit.

III.

Huic peculiari comitio coetus Araldicus (commissione Araldica) referet de documentis sibi a postulante traditis, et animadvertet, utrum candidatus sit excipiendus, an rejiciendus. Hujusmodi autem animadversiones, et consilia vim nullam erunt habitura, nisi prius sex virorum saltem, quibus coetus Araldicus constat, subscriptio et auctoritas accedat.

IV.

Ad supradictum peculiare comitium pertinebit decernere, utrum quis inscribendus nec ne sit in aureo libro; cui quidem inscriptioni locus esse non poterit, nisi illam summus pontifex, vel ejus cardinalis Bononiae legatus ratam habuerit. Expers omnino roboris quodlibet erit decretum nisi octo saltem de iis conveniant, qui suffragia ferant, ei plerique unum idemque sentiant, per secreta suffragia, quibus aemulae partes subjicientur. Quod si suffragia dissentiant, sit senatori praesidi facultas duplex pro re definienda ferse suffragium.

V.

Senator edet de generis nobilitate diplomata, et testimonia. Tam acta authographa, quae de supradicto peculiari comitio prodeunt, quam liber aureus in publico tabulario servabuntur.

VI.

Bini ex Araldico coetu quotannis ab officio conquiescent, facta eidem facultate alios in eorum locum subrogandi. Qui ab officio vacabunt, illud inire, nonnisi quadriennio post, iterum poterunt. Primo triennio sortito ducentur qui ab officio recedent; deinceps seniores caeteris locum dabunt.

VII.

De quatuor ex viris comitialibus (consiglieri) ut in art. 2. bini altero quoque anno commutabuntur. Primo biennio sorte ducentur, qui ab officio cessabunt, deinceps seniores recedent; nec nisi biennio post, et a comitiis nominati ad idem munus poterunt redire

VIII.

Inter nobiles civitatis Bononiensis familias recenseri non poterunt illae, quae summi pontificis imperio subditae non sunt, aut stabile domicilium in pontificio dominio non habeant; jus enim non natos subditos in subditorum numerum adsciscendi supremi principis proprium est. Quod si qua familia forte id postulet, peculiare comitium (l'assunteria) cognita prius consessus Araldici sententia, et suffragio, decernere super hac re poterunt; supremi enim principis auctoritas, qua deinceps erit firmandum decretum, ut innuitur art. 4., defectus, de quibus agitur satis superque supplebit.

IX.

Viri virtute praestantes, aut optime de Nostra patria meriti, praevia consessus Araldici propositione, poterunt in coetum nobilium cooptari, quamvis nulla ex eorum parte praecesserit postulatio. Honor autem iste cujusque proprius erit.

X.

Civibus omnibus Bononiensibus, qui in superiori extincto regimine vel comitis, vel optimatis (conti o baroni) titulo decorati fuerunt, jus esto inscribi in aureo libro, nulla adhibita nova forma, justa cujuscumque jam accepta diplomata, quae ad novam inscriptionem obtinendam proferre oportebit. Bononienses autem ii cives, qui supremi principis beneficio admittentur posthac in classem nobilium, usitata forma in libro inscribentur, ut mos est de aliis, idque pleno jure.

XI.

Quicumque inter nobiles familias adscribi petierit, probare tenebitur civilem suam generis conditionem usque ad tertium ascendentium gradum ex parte patris, et usque ad secundum ex parte matris inclusive.

XII.

Probandum insuper erit, possidere se annuum censum ab omni onere liberum scutatorum romanorum bis millium, ut familiae suae rebus, et dignitati consulere valeant.

XIII.

Quaelibet in artibus liberalibus et in commercio exercitatio, dummodo exercentes non teneant publicas aut condendis, aut vendendis mercibus nomini proprio officinas, aut si teneant alieno nomine, hujusmodi officia per se non exerceant, nec adimit, nec jubet quiescere honorifica nobilitatis privilegia, et singuli de familia recipi in nobilem coetum poterunt.

XIV.

Nemo ad nobilem Bononiensium classem erit adscribendus, nisi catholicam fidem profiteatur; nisi insuper natus, et genitus sit de legitimis nuptiis, aut saltem natalibus restitutus per subsequens matrimonium; aut sic, ut per hujusmodi natalium restitutionem ad omnia honorifica jura reddatur idoneus.

XV.

In nobilem virorum coetum adscribi nemo poterit, qui vel ipsemet vel pater ejus ab anno saltem trigesimo mechanicam artem, aut vilem exercuerit, aut subscriptionem suam vel nomen praestiterit.

XVI.

Sicuti per senatus consultum diei nonae septembris millesimo septingentesimo quadragesimo octavo viro nobili genere nato ipso facto adimebatur facultas adeundi magistratum seniorum (anziani) si duceret uxorem genere deteriorem, ita qui ad nobilem Bononiensium coetum jam cooptatus in hoc casu versaretur, decidit per se, et suos a jure exercendi munera illa, et officia, quae a solis viris nobili genere natis retineri solent ac debent. Excipiuntur ab hac lege connubia, quae superiori tempore inita fuere, nec de jure

excidisse putandi sunt nobiles illi viri, qui ad hanc usque diem duxissent deterioris generis uxores; imo ipsi, eorumque descendentes in aureo libro inscribentur; nec quidquam obstabit, quaminus eorum uxores per se inter nobili genere natas recenseantur, ut privilegiis, quae de nobili gradu dimanant, fruantur, dummodo honestis, civilibusque sint ortae parentibus.

XVII.

Si quis nobili genere natus per se daret operam rebus mechanicis (quod generis dignitatem minime decet) vel in sua domo, vel signo se, suasque merces denotante utatur, aut in ministerio se exerceret, quod ab honesta, nobilique patriae nostrae vivendi ratione et more abhorreat, illum, id referente Araldico virorum coetu, senator hortabitur, ut memoratis operibus, et ministerio nuncium remittat; quod si forte parere recuset, cecidisse a nobili ordine reputabitur; eradetur de aureo libro in quo aperte adnotabitur causa, quare eo devenerint, nec iterum adscribi poterit, nisi per formam de more servatam, nec nisi postquam officium, operamque susceptam dimiserit.

XVIII.

Quicumque ad nobilem ordinem inscriptus, eo vilesceret, ut duceret uxorem quae honori suo turpitudinis notam publice intulisset, aut aliter probrosa esset, et contemnenda, hoc in casu de publicis tabulis delebitur; juribne quoque destituetur, et privilegiis, quae nobilium ordini adnectuntur.

XIX.

Cecidisse a nobilitate reputabitur, et eradetur ipso facto nomen illius, qui in id criminis laberetur, quod infamem poenam secum ferret, idque statim ac lata sit de poena sententia, quamvis in contumacia.

XX.

Si quis ex nobilium ordine commendabili, et aequa ratione ductus, statueret uxorem ducere civem vel bononiensem, vel alienigenam de honesto genere, poterit de hoc certiorem facere consessum Araldicum, qui referet, et scripto, quod sentiat, aperiet apud viros ad id delegatos (assunteria) atque hi nominatim praedictam uxorem in classem nobilium poterunt adscribere; quod si hoc non omnino opportunum sibi videretur, poterit tamen virum, suosque descendentes idoneos habere ad munera nobilia sustinenda, adhibita tantum animadversione, prout in art. 16, ob causas in ipso memoratas.

XXI.

Si quis animum intendens ad ducendam uxorem de nobili familia, in coetum nobilium postularet adscribi, licet non omnibus accurate gradibus civitatis, ut praecipitur, eniteret, poterit tamen adscribi, dummodo apte probet, suam familiam frui censu scutatorum saltem quatuor millium ab omni onere libero, de bonis stabilibus, aut de collocata pecunia. Polliceatur quoquo, fore ut splendidam ducat vitam, et propria rheda utatur una cum servis familiaria veste distinctis. In perquirendis autem titulis pro assequenda inscriptione in nobilium coetum ratio habebitur iis, qui aliquot jam annos more nobilium vivant, et foeminas nobili genere natas jam duxerint uxores.

XXII.

Singula eorum connubia, qui nunc in coetu nobilium recensentur, vel posthac huic ordini essent adscribendi ad magistratus civitatis notitiam deferentur, ut inde normam pro opportunitate eumat.

XXIII.

Recens inscriptis in ordinem nobilium nomine diplomatis (omnibus in unum collectis expensis) haec sit imperata pecunia, juxta sequentes casus, videlicet. Pro diplomate nobilitatis propriis filiis, et descendentibus tradendae aureos nummos Romanos, vulgo zecchini centum. Pro nobilitate sui propria, idem vigintiquinque. Pro inscriptione mulierum nobilitate carentium, quae antequam haec decernerentur, nupserint viris genere nobilibus, idem vigintiquinque. Pro inscriptiono sui propria ad nobilem coetum, facta unanimi voce, diploma tradetur gratis.

XXIV.

Haec posthac erunt servanda decreta, superioribus quibuscumque abrogatis, quae praesentibus hisce adversantur, reservatis tamen iis, quae tractu temporis moderanda aut corrigenda, aut praecipienda viderentur. Pro quibus omnibus supradicto comitio peculiari (assunteria) praevio consensu, et consilio Araldici consessus sit decernendi, et praecipiendi

facultas. Praefata comitia (consiglio) omnibus mature perpensis in conventu habito die 23 aprilis superioris anni 1819 praescriptiones praefatas majori suffragiorum numero approbarunt.

Tenor concessionis.

§. 3. Ut autem illae suum plene sortiantur effectum, atque accuratissime serventur, praefatus senator eas per Nos approbari confirmarique summopere desiderat, enixisque precibus etiam comitiorum nomine a Nobis expostulat. Nos igitur dictum senatorem, ac singulares personas, quibus praesentes Nostrae literae favent, specialibus gratiis et favoribus prosequi volentes et a quibusvis excommunicationis et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes et absolutos fore censentes supplicationibus ejus nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, leges sive regulas praeinsertas, et omnia in illis contenta et expressa auctoritate Nostra apostolica tenore praesentium opprobamus, et confirmamus, illisque inviolabilis apostolicae firmitatis robur adjicimus, omnesque et singulos juris et facti defectus, si qui desuper intervenerint sanamus atque supplemus.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 48. In conseguenza di questi riflessi Noi ordiniamo, che le dette comunità debbano mettere di nuovo in corso di regolare pagamento a favore de' loro creditori gl' interessi degl' investimenti fruttiferi di ogni natura dall' epoca della prima scadenza, che sarà per verificarsi dopo la pubblicazione del presente moto proprio, dichiarando però, che riguardo ai frutti arretrati tanto anteriori alla sospensione da Noi ordinata delle azioni de' creditori, quanto posteriori alla medesima, debbano considerarsi compresi nelle disposizioni, che andiamo a dare su li debiti infruttiferi, che le gravano, non potendo assoggettarsi a pagare la vistosa massa di tali arretrati simultaneamente, senza arrecare alle medesime un dissesto, che riuscirebbe loro insopportabile. Riguardo alla ripetibilità delle sorti capitali poi, per ragioni di pubblica utilità, e tranquillità, alle quali deve cedere ogni privato interesse, e diritto, Noi ordiniamo che sia tuttavia mantenuta la sospensione di ogni azione alla ripetibilità delle suddette sorti capitali per lo spazio di un' anno, affinchè in tale intervallo possano le stesse comunità preordinare i mezzi per l' adempimento di tali loro obbligazioni. Finalmente rapporto ai debiti infruttiferi, per quelli derivanti dalle forniture austriache, e dalle forniture napoletane della classe ammissibile, i creditori dovranno rivolgersi direttamente, come già si è annunciato, alla Nostra camera nei modi stabiliti, per aver poi luogo la sopraccennata equa compensazione fra le comunità, e l' erario. Per gli altri poi di ogni natura, compresi i frutti arretrati de' debiti fruttiferi, di sopra già contemplati, Noi commettiamo ai reverendissimi Nostri cardinali legati nelle dette provincie di formarne la verificazione, e liquidazione, sempre però che si riconoscano validi nella loro origine, non prescritti, ed in istato di soddisfazione, e quindi di conciliare co' creditori stessi, e co' rappresentanti delle comunità debitrici que' modi di possibile sollecito pagamento, che troveranno compatibili colle circostanze delle stesse rispettive comunità debitrici.

§. 49. Inculchiamo finalmente agli stessi reverendissimi cardinali legati di ordinare la liquidazione, e la formazione degli stati de' debitori delle comunità suddette, e di attivarne la realizzazione la più spedita. Monitum ad legatos provinciarum.

§. 50. Volendo, e decretando, che alla presente Nostra cedola di moto proprio benchè non esibita, nè registrata in camera, e ne' suoi libri, non possa mai darsi, nè opporsi di surrezione, od orrezione, nè di alcun altro vizio, o difetto della Nostra volontà, ed intenzione, nè che mai sotto tali, o altri pretesti quantunque validi, validissimi, e giuridici anche di jus quesito, o pregiudizio del terzo possa essere impugnata, moderata, o revocata, ridotta ad viam juris, o concedersi contro di essa l' aperizione oris, o altro qualunque rimedio, e che così, e non altrimenti debba sempre, ed in perpetuo giudicarsi, definirsi, ed interpretarsi da qualsisia giudice o tribunale benchè collegiale, congregazioni anche di reverendissimi cardinali legati a latere, vice-legati, camerlengo di s. Chiesa, tesoriere, rota, camera, e qualunque altro, togliendo loro ogni facoltà, e giurisdizione di definire, ed interpretrare in contrario, Clausulae sublatae, et decretum irritans.

Derogatio contrariorum.

§. 51. Non ostante la bolla di Pio IV. de *registrandis*, la regola della Nostra cancellaria *de jure quaesito non tollendo*, e non ostante ancora tutti, e qualsisiano chirografi, brevi. ordinazioni, e costituzioni apostoliche Nostre, e de' Nostri predecessori, baadi, ed editti, in virtù di essi, ed in qualunquo modo emanati, affissi, e pubblicati, leggi, statuti, riforme, still, e consuetudini, e qualunque altra cosa, che facesse, o potesse fare in contrario, alle quali tutte, e singole avendone il tenore qui per espresso, e di parola in parola inserto, e registrato, e supplendo colla pienezze della Nostra potestà pontificie ad ogni vizio, o difetto qualunque sostanziale, e formale che vi potesse intervenire per la piena, e totale esecuzione di quanto si contiene nella presente Nostra cedola di moto proprio ampiamente deroghiamo ec.

Dato dal Nostro palazzo apostolico Quirinale questo divo dicembre MDCCCXX.

PIUS PP. VII.

Publicatio.

§. 52. *Die mense, et anno quibus supra, supradicta cedula motus-proprii affixa, et publicata fuit ad valvas curiae Innocentianae, et in acie campi Florae, ac in aliis locis solitis, et consuetis urbis per me Vincentium Benaglia apost. Curs.*

Felix Castellacci mag. curs.

CMLIII.

Unio ecclesiae Brugnatensis alteri Lunensi Sarzanensi in regno Sabaudiae.

Dat. die 8 decembris 1820 anno XXI.

Pius episcopus
Servus servorum Dei

Ad perpetuam rei memoriam

Proemium.

§. 1. Sollicita, quam pro apostolici muneris officio de peculiaribus quibuslibet ecclesiis gerere adigimur cura in iis assidue pervigilare Nos intendit, quae in utilius earumdem regimen ex locorum, ac temporum ratione redundare dignoscamus. Hoc sane consilio summi pontifices quandoque haud obnuunt certis quibusdam regulis unire insimul episcopales ecclesias, quae vel ob coeli infelicioris incommoda, vel ob dioecesanorum paucitatem, vel ob exiguas mensarum facultates episcopalis cathedrae honori pro dignitate sustinendo minus aptae videantur, et commode possint a viciniori antistite procurari.

Ratio decernendae unionis.

§. 2. Quare cum pluribus monumentis in tabulas ex mandato Nostro per venerabilem fratrem Aloisium archiepiscopum Januensem diligenter relatis constiterit Brugnatensem urbem episcopalis cathedrae honore jamdiu donatam ea esse in praesens conditione, ut nonnisi sexcenti, et quinquaginta incolae fortassis ex coeli inclementia in eadem existant, ac tresdecim mille octingenti Christifideles dumtaxat tota in dioecesi numerentur, censusque mensae episcopalis termille, et centum libras monetae illarum partium non excedat, nec non Brugnatensis dioecesis ex parte continente civitatem episcopalem contermina sit Lunensi - Sarzanensi dioecesi, luculentissime perspeximus maxime fore opportunum si Brugnatensem ecclesiam alteri ecclesiae Lunensi Sarzanensi aeque principaliter uniremus.

Tenor, et conditiones unionis.

§. 3. Cum itaque id ipsum spectent etiam vota carissimi in Christo filii Nostri Victorii Emmanuelis Sardiniae regis illustris, itemque Sabaudiae, et Montisferrati, ac Genuae ducis, et Pedemontii principis per hasce apostolicas literas cumulatiora animarum lucra unice conquirentes ex certa scientia, et matura deliberatione Nostris, deque apostolicae potestatis plenitudine antedictam episcopalem ecclesiam Brugnatensem pastoris solatio per obitum bo. me. Joannis Lucae Solari ultimi illius episcopi extra Romanam curiam nonnullis ab hinc annis defuncti modo destitutam, cum suis capitulo, clero, populo, et integra dioecesi alteri episcopali ecclesiae Lu-

nensi Sarzanensi aeque principaliter perpetuo unimus, atque unitem declaramus; ita ut ambo in posterum concathedrales sint, unus idemque antistes utrique praesit ecclesiae ac dioecesi, Lunensis Sarzanensis, et Brugnatensis episcopus insimul censeatur, et sit, atque una ecclesia minime sit elteri subjecta, sed ambo sint independenter, et aeque principaliter unitae. Unus idcirco, idemque Lunensis Sarzanensis, et Brugnatensis nuncupandus episcopus ambarum ecclesiarum, et dioecesium curam geret, et administrationem, ac in posterum quilibet novus antistes semper possessionem capiet primum in Lunensi Sarzanensi, et deinde in Brugnatensi ecclesiis, illasque regat servatis omnibus juxta canonicas regulas servandis, in una, et altera dioecesi distinctum habebit vicarium generalem, ac peculiares examinatores synodales, atque in casu vacationis sedis episcopalium utrumque capitulum proprium juxta canonicas regulas eliget vicarium capitularem. Hinc porro episcopo Lunensis Sarzanensis, et Brugnatensis ecclesiarum iovicem ut supra aeque principaliter perpetuo unitarum omnia, et singula utriusque mensae jura, et reddi-tus attributa, atque adsignata, denunciamus, ipsique plurimum in Domino commendamus, ut cum tantopere ad rectam cleri institutionem conferat adolescentes in seminariis ad religionem, ac bonas artes in spem Ecclesiae pie, sancteque erudiri, curet omni studio Brugnatense seminarium si et quomodo possit in hunc finem restitui, opem etiam implorando pientissimi, ac munificentissimi regis supralaudati, ne tanto ille dioecesis comodo in sacrae disciplinae perniciem careat.

Consulitur ecclesiae Brugnatensi super nominatione pastoris.

§. 4. Quoniam autem supradicta ecclesia Brugnatensis per obitum illius ultimi episcopi ut supra vacet, Nos de simili apostolicae potestatis plenitudine venerabilem fratrem Pium Aloisium Scarabelli modernum episcopum Lunensem Sarzanensem eidem ecclesiae Brugnatensi aeque principaliter perpetuo canonice unitae in episcopum praeficimus, et pastorem, curam, regimen et administrationem dictae quoque Brugnatensis ecclesiae ipsi in spiritualibus, et temporalibus plenarie committendo.

Subjectio ecclesiae Brugnatensis metropolitico juri archiepiscopi Januensis.

§. 5. Propterea supradictum venerabilem fratrem Aloisium archiepiscopum Januensem hortamur attente quatenus eumdem Pium Aloisium episcopum, et praefatam ecclesiam Brugnatensem suffraganeam suam habeat pro Nobis, et Sedis apostolicae reverentia propensius commendatos, capitulo vero, et canonicis praefatae ecclesiae Brugnatensis, atque clero, et populo civitatis et dioecesis Brugnatensis, illiusque episcopalis ecclesiae vassallis per apostolica scripta mandamus, ut capitulum ipsi Pio Aloisio episcopo tamquam patri, et pastori animarum suarum humiliter intendens, eique exhibens obedientiam, ac reverentiam debitas, et devotas, clerus ipsum benigne recipiens, et honorifice petractans, ac populus eum tamquam patrem, et pastorem animarum suarum devote suscipiens, et debita honorificentia prosequens salubribus illius monitis, et mandatis humiliter respective intendant; vassalli vero praedicti debito cum honore prosequentes fidelitatem debitam et consueta servitia, ac jura illi exhibere studeant, alioquin sententiam, sive poenam, quam ipse respective recte tulerit, seu statuerit in rebelles ratam habebimus, et faciemus auctore Domino usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari. Rogemus antem praelaudatum Victorium Emmanuelem regem quatenus eumdem Pium Aloisium episcopum, ac Brugnatensem ecclesiam illius curae commissam habens pro Nostra, et Sedis apostolicae reverentia propensius, commendatos in conservandis, et ampliandis eorum juribus benigno sui favoris auxilio prosequatur; ita ut ecclesia ipsa possit Deo propitio prosperari, et eidem regi perennis vitae praemium, et a Nobis condigne proveniat actio gratiarum. Volumus vero, quod ipse Pius Aloisius antequam in regimine, et administratione praedictae ecclesiae Brugnatensis se immisceat in manibus cujuscumque maluerit catholici antistitis gratiam, et communionem Sedis apostolicae habentis fidei professionem immittere, et fidelitatis juramentum praestare teneatur juxta consuetas formulas ab apostolica Sede approbatas, et bujusmodi formas de verbo ad verbum per patentes literas sui, et praefati antistitis subscriptione, ac sigillo munitas Nobis exhibendas quantocius destinare procuret.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 6. Praesentes autem literas, et in eis contenta quaecumque etiam ex eo quod quilibet interesse babentes, vel habere praetendentes vocati, et auditi non fuerint nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, vel intentionis Nostrae, seu quovis alio defectu notari unquam posse, sed eas semper validas, et efficaces existere, et fore suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac ab illis ed quos spectat inviolabiliter observari debere, et si secus super his a quoquam scienter, vel ignoranter contigerit attentari, irritum, et inane decernimus.

Derogatio contrariorum.

§. 7. Non obstantibus constitutioni-

bus, et ordinationibus apostolicis, praefatarumque ecclesiarum etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus, caeterisque li:et expressa, specifica, et individua mentione dignis contrariis quibuscumque.

Praeceptum de scribendis fructibus in libris camerae apostolicae.

§. 8. Volumus autem quod supradictarum ecclesiarum Lunensis Sarzanensis, et Brugnatensis aeque principaliter unitarum juxta earum redditus de integro imposterum taxa de more conficiatur, et in libris camerae apostolicae describi debeat.

Sanctio poenalis.

§. 9. Nulli ergo omnino hominum liceat paginam hanc Nostrarum nnionis, provisionis, decreti, mandati, derogationis ac volnntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire: si quis antem hoc attentare praesumpserit indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum.

Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem anno incarnationis Dominicae millesimo octingentesimo vicesimo, septimo kalendas decembris pontificatus Nostri anno vicesimo primo.

CMLIV.

Unio ecclesiae Naulensis dioecesi Savonensi.

Dat. die 8 decembris 1820 anno XXI.

Pius episcopus

Servus servorum Dei

Ad perpetuam rei memoriam

Prooemium.

§. 1. Dominici gregis procuratio humilitati Nostrae divinitus commissa Nos adigit, ut apostolica auctoritate connitamur iis omnibus prospicere, quae et in ipsius utilitatem redundare, et in aptiorem sacrorum tractationem accidere dignoscamus; eaque profecto de causa si quando pontificalis cathedrae dignitatem ob episcopalis mensae tenuitatem minus accomode sustineri posse compertnm fuerit, talis ecclesia cum proximiori ecclesia, quae nominibus caeteris praefulget, unionem decernere consueverunt Romani pontifices, ut et pristinus illi honor praestet incolumis, et illins res sacra ab alterius ecclesiae antistite rite, atque ntiliter procuretur.

Ratio decernendae unionis.

§. 2. Haec Nos mente reputavimus cum statum accepimus Naulensis episcopalis ecclesiae, quae scilicet quinque mille dumtaxat Christifideles in tota civitate, ac dioecesi percenset, et cujus mensa perexiguum exhibet redditum trium millium nongentarum circiter librarum monetae illarum partium. Quae quidem omnia ex conquisitis de mandato Nostro per venerabilem fratrem Aloisium archiepiscopnm Jannensem, et ad Nos remissis documentis luculentissime patuere, ac proinde agnovimus multum expediens futurum si Naulensem ecclesiam dioecesi Savonensi omni ex parte conterminam eidem Savonensi ecclesiae aeque principalitar uniremus.

Leges unioni adjectae.

§. 3. Nos igitur votis quoque obsecundantes charissimi in Christo filii Nostri Victorii Emmanuelis Sardiniae regis illustris, itemque Sabaudiae, et Montis Ferrati, ac Gennae ducis, et Pedemontii principis, et spiritualem Christifidelium ntilitatem unice spectantes per apostolicas hasce literas ex certa scientia, ac matura deliberatione Nostris, deque apostolicae potestatis plenitudine antedictam episcoplam ecclesiam Naulensem pastoris solatio per obitum bon. me. Benedicti Solari illius ultimi episcopi extra Romanam nuriam defuncti modo destitutam eum suis capitulo, clero, et populo, ac integra dioecesi alteri episcopali ecclesiae Savonensi aeque principaliter perpetuo unimus, atque unitam declaramus; ita ut ambo imposterum concathedrales sint, unus idemque antistes

utrique praesit ecclesiae ac dioecesi, Savonensis, et Naulensis episcopus insimul censentur, et sit; atque una ecclesia minime sit alteri subjecta, sed ambo sint independenter, et aeque principaliter unitae. Unus idcirco, idemque Savonensis, et Naulensis nuncupandus episcopus embarum ecclesiarum, et dioecesium curam geret, et administrationem, ac imposterum quilibet novus antistes semper possessionem capiet primum in Savonensi, et deinde in Naulensi ecclesiis, illasque regat servatis omnibus, quae juxta canonicas sanctiones servari debent, in una et altera dioecesi distinctum habebit vicarium generalem, et peculiares examinatores synodales, atque in casu vacationis sedium episcopalium utrumque capitulum proprium juxta canonicas regulas eliget vicarium capitularem. Hinc porro episcopo Savonensis, et Naulensis ecclesiarum invicem ut sopra aeque principaliter perpetuo canonice unitarum omnia, et singula utriusque mensae jura, et redditus attributa atque adsignata denunciamus, ipsique plurium in Domino commendamus, ut cum summopere ad rectam cleri institutionem conferat adolescentes in seminariis ad religionem, ac bonas artes in spem Ecclesiae pie sancteque erudiri curet omni studio Naulense seminarium, implorata etiam opera supralaudati pientissimi ac munificentissimi regis imposterum quoque meliori quo fieri possit modo conservari, ne tanto illa dioecesis comodo in sacrae disciplinae perniciem unquam fraudetur.

Electio novi episcopi Naulensis.

§. 4. Quoniam antem supradicta ecclesia Naulensis per obitum illus ultimi episcopi, ut supra vacat, Nos de simili apostolicae potestatis plenitudine venerabilem fratrem Josephum Vincentium Airenti modernum episcopum Savonensem; eidem ecclesiae Naulensi aeque principaliter perpetuo canonice unitae in episcopum praeficimus et pastorem, curam, regimen, et administrationem dictae quoque Naulensis ecclesiae ipsi in spiritualibus, et temporalibus plenarie committendo.

Monitum ad episcopum.

§. 5. Propterea supradictum venerabilem fratrem Aloisium archiepiscopum Januensem hortamur attente, quatenus eumdem Josephum Vincentium episcopum, et praefatam ecclesiam Naulensem suffraganeam suam habeat pro Nobis, et Sedis apostolicae reverentia propensius commendatas; capitulo vero, et canonicis praefatae ecclesiae Naulensis, atque clero, et populo civitatis, et dioecesis Naulensis, illiusque episcopalis ecclesiae vassallis per apostolica scripta mandamus, ut capitulum ipsi Josepho Vincentio episcopo tanquam patri et pastori animarum suarum humiliter intendens, eique exhibens obedientiam, et reverentiam debitas, et devotas, clerus ipsum benigne recipiens, et honorifice pertractans, ac populus eum tanquam patrem et pastorem animarum suarum devote suscipiens, et debita honorificentia prosequens salubribus illius monitis et mandatis humiliter respective intendant; vassalli vero praedicti debito cum honore prosequentes fidelitatem debitam, et consueta servitia ac jura illi exhibere studeant, alioquin sententiam, sive poenam quam ipse respective recte tulerit, seu statuerit in rebelles ratam habebimus, et faciemus auctore Domino usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari. Rogamos autem praelaudatum Victorium Emmanuelem regem, quatenus eundem Josephum Vincentium episcopum, ac Naulensem ecclesiam illius curae commissam habens pro Nostra, et Sedis apostolicae reverentia propensius commendatos in conservandis, et ampliandis eorum juribus benigno sui favoris auxilio prosequatur; ita ut ecclesie ipsa possit Deo propitio prosperari, et eidem regi perennis vitae praemium, et a Nobis condigne proveniat actio gratiarum. Volumus vero, quod ipse Josephus Vincentius antequam in regimine, et administratione praedictae ecclesiae Naulensis se immisceat in manibus cujuscumque maluerit catholici antistitis gratiam, et communionem Sedis apostolicae habentis fidei professionem immittere, et fidelitatis juramentum praestare teneatur juxta consuetas formulas ab apostolica Sede approbatas, et hujusmodi formas de verbo ad verbum per patentes literas sui et praefati antistitis subscriptione ac sigillo munitas Nobis exhibendas quantocius destinare procuret.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 6. Praesentes autem literas, et in eis contenta quaecumque etiam ex eo quod quilibet interesse habentes, vel habere praetendentes vocati et auditi non fuerint nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, vel intentionis Nostrae, seu quovis alio defectu notari unquam posse, sed eas semper validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac ab illis ad quos spectat inviolabiliter observari debere, et si secus super his a quoquam scienter, vel ignoranter contigerit attentari, irritum, et inane decernimus.

Derogatio contrariorum.

§. 7. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, praefatarumque ecclesiarum etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statuis, et consuetudinibus, caeterisque licet expressa, spe-

cifica, et individua mentione dignis contrariis quibuscumque.

§. 8. Volumus autem quod supradictarum ecclesiarum Savonensis et Naulensis aeque principaliter unitarum juxta earum redditus de integro imposterum taxa de more conficiatur, et in libris camerae apostolicae describi debeat.

Praeceptum de inscribendis fructibus in libris camerae.

§. 9. Nulli ergo omnino hominum liceat paginam hanc Nostrarum unionis, provisionis, decreti, mandati, derogationis, ac voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire: si quis autem hoc attentare praesumpserit indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum.

Sanctio poenalis.

Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem anno incarnationis Dominicae millesimo octingentesimo vicesimo, septimo kalendas decembris, pontificatus Nostri anno vicesimo primo.

CMLV.

Dat. die 12 decembris 1820 anno XXI.

Erectio, et dotatio ecclesiae collegiatae in oppido, seu terra Piana de' Greci nuncupata dioecesis Montis Regalis.

Venerabili fratri
archiepiscopo Montis Regalis

Pius PP. VII.

Venerabilis frater
Salutem, et apostolicam benedictionem

§. 1. Incumbentes in eam curam, ut Dei cultus efflorescat ubique magis, salutique animarum consulatur, libenter preces accepimus Nobis porrectas a dilectis filiis hominibus, et communitate oppidi, seu terrae Piana de' Greci nuncupatae, quae ex deductis in Siciliam Graecis coaluit, ritumque Graecorum catholicorum retinet. Id siquidem illi apud Nos precibus urgebant, ut quum in eorum colonia ecclesia matrix, et parochialis s. Demetrii martyris assurgat, cujus spirituali jurisdictioni viri, mulieresque ad sex millia subjiciuntur; nec pares sint agro illi excolendo archipresbyter, ac sacerdotes adjutores terni, quorum vigilantiae, ac fidei plebs tota concreditur; sacerdotum, eum gregem curantium, numerum, erecto ibidem canonicorum collegio, augeamus. Justis, et ad incrementum pietatis pertinentibus votis libenter annuimus: quum praesertim carissimus in Christo filius Ferdinandus utriusque Siciliae rex suas quoque in id preces adderet, nec verbis tantum petitioni isti suffragaretur, sed, quo est in rem catholicam studio, ecclesiae illius redditus sua amplificatos beneficentia vellet, ut canonicorum collegium, auctoritate Nostra erigendum, alatur. Sed quia multa erant accurato libranda examine per Nostram congregationem rebus consistorialibus praepositam prius quam res ad exitum perduceretur; hinc, negotio in praedicta congregatione discusso, per decretum, quod, referente dilecto filio magistro Raphaele Metio, ejusdem secretario, die octava mensis novembris anni hujus emisimus, perficiendi operis formam, rationesque praescripsimus.

Expositio precum.

§. 2. Illi igitur decreto inhaerentes, et praedictos exponentes ac singulares personas, quibus praesentes literae favent, specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati mandamus, ac volumus, ut in oppido, seu terra Piana de' Greci nuncupata matrix, ac parochialis ecclesia s. Demetrii martyris ritus Graeco-catholici (praevia suppressione tituli collativi archipresbyteratus, aliorumque, si quae sunt, beneficiorum quovis nomine nuncupatorum a quibus animarum cura exercetur) erigatur in collegiatam ejusdem Graeco-catholici ritus, quae etiam parochialis maneat, cum suo capitulo, choro, arca, et sigillo communibus, gaudeatque omnibus, et singulis juribus, privilegiis, et exemptionibus, prout aliae ejusdem ritus collegiatae ecclesiae; quae parochiales etiam sunt, non tamen titulo oneroso seorsum acquisitis, iis utuntur, et gaudent.

Erectio collegiatae in ecclesia s. Demetrii martyris

§. 3. Jubemus itidem in hoc novo capitulo matricis, et parochialis ecclesiae Graeco-catholicae Coloniae una tantum dignitas constituatur sub titulo archipresbyteri, qui Graecae proto-papa dicitur. Huic in praedicta ecclesia animarum cura, atque adeo servandae, augendaeque fidei catholicae cura committetur. Hujusmodi vero munus in praesentiarum adjicietur actuali archipresbytero sacerdoti Georgio Motranga absque ulla nova provisione, et apostolicarum literarum expeditione, et una cum omnibus privilegiis, ac jurisdictionibus eidem ipsi, ut asseritur, concessis in literis institutionis sui actualis archipresbyteratus in civitate Montis Regalis die xxv septembris anni MDCCCIV expeditis. Praeter archipresby-

Nominatio dignitatis, et assignatio curae animarum.

teralem dignitatem sexdecim numero in eadem ecclesia canonicatus erigimus cum totidem praebendis, prout infra dicetur, qui per turnum, ut graeco-catholica Orientis disciplina fert, archipresbytero, seu proto-papae praesto erunt in animarum cura, in sacramentis administrandis, in pueris ad christianam religionem informandis, in aegrotis praesertim in mortis periculo constitutis ope adjuvandis, in iis denique omnibus exequendis, quae continentur in eucologio a fel. rec. Benedicto pp. XIV praedecessore Nostro reformato, ac typis congregationis de Propaganda Fide Romae impresso anno MDCCLIV, quaeque ad suscepti muneris rationem pertinent, cum dependentia tamen ab archipresbytero, cujus officio cura est animarum annexa.

§. 4. Decernimus insuper in eodem hoc capitulo, arbitrio tuo, venerabilis frater archiepiscope Montis Regalis, tuorumque pro tempore successorum, eligi septem sacerdotes inservientes nuncupatos, quibus occurrente vacatione alicujus ex praedictis canonicatibus, ad hunc ipsum canonicatum patebit adscensus, et optio per majorem secretorum capituli suffragiorum numerum. In canonicorum autem electione ii reliquis sacerdotibus inservientibus erunt praeferendi, qui in Graeco seminario Panormitano alumni sacrae theologiae, linguae Graecae literalis, sac. disciplinae, et rituum orientalis ecclesiae cursum, Panormitano archiepiscopo testante, confecerint.

Deputatio inservientium

§. 5. Cum a communi della Piana de' Greci nuncupata annua nunc cuique ex tribus sacerdotibus archipresbyterum adjuvantibus unciarum quindecim congrua constituta reperiatur, ex quo quadraginta quinque unciarum summa coalescit, haec quoad trigintaquinque unciarum summam, in tres partes dividetur, quarum prima archipresbytero, altera canonicis, tertia demum inservientibus tribuetur. Decem vero, quae ex quadragintaquinque superant famulo cuidam stipendio erunt, ut nempe antedictis archipresbytero, et canonicis in ecclesia parochiali, et collegiata deserviat. Haec autem nova communalis congrua distributio sequenti regiae dotationis fundo adjicietur. Accidit sane percommode, ut carissimus in Christo filius Ferdinandus utriusque Siciliae rex pium consilium ceperit decori illius ecclesiae, Coloniaeque illius spirituali utilitati prospiciendi. Propterea factum est, ut regia munificentia, ac jussu ex redditibus praelaturae Montis Regalis, sive ejus mensae, qui supersunt; quique ex concessione apostolica, uti asseritur, ad ejus nutum in piis usibus, ac dispositionibus erogandi sunt, summam annuam quadringentarum unciarum favore novae hujus collegiatae per Nos erigendae libenter decreverit. Quam quidem annuam quadringentarum unciarum summam novo huic capitulo integram, et absque ullo pondere addicimus, et applicamus perpetuo, ut inter dignitatem praedictam, aliosque capitulares convenienti eo, quo libuerit, modo, habita etiam ratione expensarum ecclesiae, per infrascripta capituli statuta designando, dividatur, et assignetur.

Dotatio capituli.

§. 6. Et attenta praedicta regia dotatione, carissimo in Christo filio Ferdinando utriusque Siciliae regi, ejusque successoribus indulgemus, ut in casu vacationis praedictae archipresbyteratus dignitatis, sive proto-papae, exerceant jus nominandi ad eam dignitatem personam ex eis, quae concilii Tridentini praescriptum, per concursum institutum in curia archiepiscopali Montis Regalis, huic muneri subeundo idoneae repertae fuerint. Praeterea eidem futuro capitulo dictae collegiatae facultatem facimus condendi, licita tamen, et honestati convenientia statuta, circa ea omnia, quae respiciunt hujusmodi collegiatae Graeci ritus servitium, distributiones respectivarum praebendarum inter dignitatem, aliosque capitulares, ac novi capituli caeremonias, et habitum, quae consilio et opera venerabilis fratris Francisci Chiarchiaro graeci ritus ortodoxi episcopi Lampsacensis in partibus adamussim elaborata, et praefinita a congregatione de Propaganda Fide erunt in posterum approbanda. Fraternitati vero tuae per praesentes committimus, et mandamus, ut praedictum archipresbyteratum, canonicatus, et sacerdotum inservientium officia in eadem matrici ecclesia cum supra expressis praebendis, et conditionibus auctoritate Nostra stabilias, nec non memoratam ecclesiam esse deinceps collegiatam decernas, atque declares cum omnibus, et singulis privilegiis, praerogativis, facultatibus, et praeeminentiis, quibus aliae collegiatae ab hac apostolica Sede legitime declaratae de jure, usu, et consuetudine, aut alias quomodolibet utuntur, fruuntur, et gaudent, seu gaudere poterunt.

De servatis juris nominandi capitulares favore regis utriusque Siciliae.

§. 7. Decernentes has praesentes literas, quas per Nostram brevium secretariam hac vice expediri mandavimus, firmas, validas, et efficaces existere, ac fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia ple-

Clausulae subiectae et decretum irritans.

nissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores judicari et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum. §. 8. Non obstantibus fel. rec. Benedicti pp. XIV. praedecessoris Nostri super divisione materiarum, aliisque apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus et ordinationibus, caeterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die duodecima novembris millesimo octingentesimo vicesimo, pontificatus Nostri anno vicesimo primo.

CMLVI.

Dat. die 19 decembris 1820 anno XXI.

Facultas concedendi domum dirutam in emphitheusim pro sodalitate ab Animabus Purgantibus nuncupata in civitate Melitensi.

Venerabili fratri
archiepiscopo episcopo Melitensi

Pius PP. VII.

Venerabilis frater
Salutem et apostolicam benedictionem.

Expositio precum. §. 1. Exponi Nobis nuper fecit dilectus filius Emmanuel Rosignaud istius Melitensis dioecesis uti procurator sodalitatis ab Animabus, quae purgatoris poenis expiantur, nomen adeptae, praedictam sodalitatem, tamquam administratricem pii operis a presbytero Fortunato Micalleff instituti, possidere domum in urbe Valletta, in via sancti Sebastiani sitam, cujus ex pensionibus annua scuta septuaginta sex monetae Romanae percipiuntur. Sed quia praedicta domus ob vetustatem ruinosa magnis impensis indiget, ut reficiatur; hinc ex utilitate pii operis esse ducunt sodales si ad annos nonagintanovem emphyteusis contractu locetur, et per emphyteutam firmior evadat. Nec vero deesse ajunt idoneos homines, ut istius contractus ineundi cupidos, conficique rem posse, dummodo ad hoc sibi hujus apostolicae Sedis opituletur auctoritas.

Tenor concessionis. §. 2. Nos igitur dictos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus hujusmodi inclinati, de venerabilium fratrum Nostrorum S. R. E. cardinalium negotiis, et consultationibus episcoporum, et regularium praepositorum, consilio, fraternitati tuae per praesentes committimus, et mandamus, ut veris existentibus narratis, praeviis edictis, et postquam compereris concessionem hujusmodi in evidentem dicti pii operis utilitatem fore cessuram, iisdem exponentibus petitam facultatem ineundi praedictum emphiteusis contractum ad nonaginta novem annos tantum eum annuo canone et conditionibus proficuis auctoritate Nostra apostolica pro tuo arbitrio et conscientia gratis impertiaris, ita tamen ut census annuus solvatur praecipuus, et liber, et supportatis omnibus oneribus realibus, et personalibus per emphyteutam, tam impositis, quam imponendis, ac descriptis in instrumento confinibus; melioramento vero cedent solo.

Derogatio contrariorum. §. 3. Non obstantibus fel. rec. Pauli II, et aliorum Romanorum pontificum praedecessorum Nostrorum de rebus ecclesiesticis non alienandis, itemque fel. rec. Benedicti XIV praedecessoris pariter Nostri super divisione materiarum, aliisque constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, caeterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem ut finita, seu quomodolibet deficiente emphyteusi, praedicta domus eum suis membris, juribus, et pertinentiis universis, nec non melioramentis desuper pro tempore quomodolibet factis ad pium opus praedictum pleno jure, atque omnino libere revertatur, illique cedat, absque eo quod renovatio concessionis hujusmodi a quoquam sub quovis praetextu, seu ex quacumque causa peti, vel praetendi possit.

Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die decima nona decembris millesimo octigentesimo vicesimo, pontificatus Nostri anno vicesimo primo.

CMLVII.

Dat. die 5 januarii 1821 anno XXI.

Erectio, vel reintegratio sedis Nursinae

Pius episcopus

Servus servorum Dei

Ad perpetuam rei memoriam

Proœmium

§. 1. Ad tuendam semel traditam sanctis fidem, incolumemque religionis majestatem servandam in tanta temporum nequitia, et pene ubilibet inducta morum corruptela commissum Nobis apostolatus officium Nos profecto urget, atque sollicitat; memores propterea verborum divi Pauli apostoli, qui Timotheo scribit, ut bonum custodiat depositum periculosis temporibus, cum in Ecclesia Dei mali homines, et seductores adversis evangelicae veritati erroribus incautas mentes conarentur inficere, nihil tam vigili cura, sollicitoqua animo inquirimus, quam quod novos illuc immittamus praesules, et pastores, ubi fideles populos locorum asperitate, itinerumque longinquitate invicem sejunctos proprio antistite quodammodo viduatos agnoscimus, in Domino fiducia freti quod assiduo illorum verbo, et exemplo adoptivi Dei filii ita fortes in fido evadant, ut uberrimi sacramentorum pabuli participes facti in indolem denique,et haereditatem coelestis patris transire mereantur.

Expositio precum porrectarum a communitate Nursiae.

§. 2. Cum itaque Nobis nuper pro parte dilectorum filiorum Philippi Desiderj moderni gonfalonerii, ac communitatis, et hominum civitatis Nursiae relatum, expositumque fuerit, quod praefata civitas Nursiae cum adjacentibus locis, et oppidis inter quae terrae Cassiae, Vissi, et Montis Leonis praecipue enumerantur, ob perpetuos, asperosque montes, qui praedictorum civitatis, et locorum territoria constituunt, quique arduum, et periculi plenum a Spoletana civitate in ea loca iter reddunt, in adversa prorsus, ac misera conditione versantur; quamquam enim Spoletanam ecclesiam episcopi rexerint virtute, ac pietate praestantes, distantia tamen ipsa locorum, et difficultas accessus raras admodum reddidit in regionibus illis pastorales eorum visitationes, segnioresque curas, et spiritualia subsidia, praesertim vero sacramenti confirmationis administrationem, ex quo factum est, ut populi pietas paulatim ibidem tepescere, et cleri disciplina relaxari, immo etiam clerus ipse sensim deficere incaeperint, ita ut plures ad hanc diem parochiales ecclesiae suo viduatae pastore reperiantur, et regiones illae, quae centum circiter parochiales ecclesias continent, magna in parte neglectae esse videantur.

Ratio concessionis.

§. 3. Ad hujusmodi porro gravissima mala tollenda nullum expeditius, et efficacius adesse remedium, quam si civitas Nursiae praedicta, in qua episcopalem antiquitus cathedram temporum vicissitudine amissam extitisse plures ecclesiasticarum rerum scriptores testantur, suo rursus, ac proprio donetur antistite, qui ibidem perpetuo residens populorum illorum curam, et sollicitudinem praesens gerat, praesto omnibus adsit, nullasque unquam desiderari patiatur pastoralis officii partes, ac munera. Praedictam autem civitatem Nursiae ad hanc obtinendam gratiam optime quidem meritam censeri: praeter enim antiquam ejus originem, quae remotissima semper est habita, caeteris provinciae locis ita praecellit, ut illius caput ad Nostra haec usque tempora sub apostolicae Sedis temporali dominatione extiterit, in amoena, et late diffusa planitie montibus circumquaque clausa jacet, ac quod maxime praestat pervulgata itidem enitet fama, plures ex illa ortum duxisse viros tum literis armisque, tum pietate, ac religione, morumque sanctitate praeclaros, inter quos celebratissimi in fastis Ecclesiae enumerantur sancti praefatae civitatis Nursiae, olim cives, nunc vero tutelares patroni Benedictus, et Scholastica ejus soror, ille monachorum, haec sanctimonialium in occidente parentes.Spes praeterea abbas, nec non Eutichius, sive Eutitius quoque abbas, et Florentius monachus, quorum et meminit divus Gregorius papa praedecessor Noster, et officia propria a praedicta Sede apostolica approbata recitantur.

Idem ut supra.

§. 4. Illa insuper, ut similiter accepimus, tum populi frequentia ad trium millium, et quingentarum animarum numerum circiter ascendentis, tum commercio, et industria floret, pluresque regularium virorum conventus, aliaque pia loca, nec non saeculares, et regulares cum cura, et sine cura, duasque itidem saeculares, et forsan insignes collegiatas, quae etiam parochiales existunt, respective enumerat ecclesias, inter quas merito princeps adest illa collegiata, et caeterarum omnium parochialium ecclesiarum dictae civitatis Nursiae matrix ecclesia beatae Mariae virgini *Argenteae* olim nuncupatae dicata, sacris suppellectilibus, aliisque ad divina quaeque peragenda, ac etiam pontificalia exercenda officia necessariis rebus satis superque instructa, et in qua summa cum laude florescit praesens illius capitulum uno archipresbytero nempe

unum archipresbyteratum principalem, et unicam inibi dignitatem existentem, cuique cura dilectorum filiorum parochianorum ejusdem collegiatae quae etiam parochialis, ut praefertur, existit ecclesia imminet animarum, ac novem canonicis totidem canonicatus, et praebendas inter quos, et quas tres do jurepatronatus laicorum ex illorum, et illarum fundatione, vel dotatione, ut quoque accepimus, recensentur in illa respective obtinentibus compositum, qui eidem collegiatae ecclesiae ad debitas Altissimo persolvendas laudes, et quaecumque alia collegialia, et parochialia obeunda munera, et officia cum spirituali fructu, ac populi aedificatione alacriter incumbunt. Ita quod tam praedicta civitas Nursiae quae in verao civitatis episcopalis statum, et honorem restituatur, quam ipsa collegiata ecclesia beatae Mariae virginis ad cathedralis ecclesiae gradum, et dignitatem evehatur, respectivo dignae, et accomodae repontentur.

Memoratur Nursiam ortum dedisse sanctissimo viro Benedicto monachorum parenti.

§. 5. Hinc Nos praemissis omnibus mature perpensis, et per processum coram congregationis venerabilium fratrum Nostrorum Sanctae Romanae Ecclesiae cardinalium consistorialibus rebus praepositae secretario, de speciali mandato Nostro confectum, pluriumque fide dignorum testium depositionibus munitum, accurate verificatis, et luculentissimo voto dilecti filii Stephani Scerra moderni vicarii in civitate, ot dioecesi Spoletana, illius sede episcopali in praesens vacante, apostolica auctoritate deputati, ac dilectorum etiam filiorum illius capituli, ot canonicorum consensu in hanc rem unanimiter concurrentibus, auditoque prius circa plura capita eorumdem cardinalium praefatae coogregationis consilio, ad ipsius secretarii relationem in eamdem ipsam sententiam do restituenda sede Nursina, cujus territorium (sublata episcopali cathedra) dioecesi Spoletanae accessit, quam Clementem pp. XII. etiam praedecessorem Nostrum jam tum in animo habuisse constat, lubenter cooveniro decrevimus eo vel magis, quod praeter expositas utilitatis, ot necessitatis causas, non otiam voluntatem Nostram ad hanc erigendam, seu potius restituendam sedem episcopalem inflexit cogitatio illa, quod civitas Nursiae Bonedictum virum ssmum in lucem edidit: docus enim hoc civitatis illius cum apud Sedem apostolicam plurimum valere, tum Nobis carissimum praecipuumque esse debuit, qui sancti Benedicti institutum a primaeva adolescentia professi, ssmum fundatorem illum peculiari obsequio, ac devotione prosequimur; ut propterea Nobis libentissime proposuerimus in augendo decore illius urbis, quam sanctus Benedictus patriam est nactus, ejus etiam memoriam peculiariter venerari, ot publicum Nostrae erga illum devotionis, et studii argumentum praebere.

Laudantur amplissimi S. R. E. cardinales Hannibal Della Genga, et Joannes Baptista Quarantotti, qui et ipsi ortum in eadem Nursiana civitate habuerunt, et erectioni mensae episcopalis sone concurrerunt.

§. 6. Ac praeterea habita quoque ratione peculiarium officiorum duorum praefatae Sanctae Romanae Ecclesiae cardinalium venerabilis nempe fratris Nostri Hannibalis della Genga nuncupati Nostri in alma urbe, ejusque districtu vicarii in spiritualibus generalis ob illius virtutem, probatamque in tot difficillimis legationibus sanctae Sedi operam, ac in rebus gerendis fidem, nec non cl. mem. dum viveret Joannis Baptistae Sanctae Romanae Ecclesiae cardinalis Quarantotti nuncupati, antiquao probitatis viri, plurimisque muneribus egregie functi, quem dum hoc ipsum negotium in tractatione adhuc esset, sibi, et apostolicao Sedi ereptum doluimus, qui quidem cum ex patritiis civitatis Nursiae familiis progenitus esset, magnaque patriam suam charitate, ot amore prosequeretur, tanto studio in restitutionem illius cathedrae ferebatur, ut infrascriptum monasterium, abbatiam nuncupatum, quod ipse dum viveret in commendam ad sui vitam ex concessione, et dispensatione apostolicis obtinebat, sponto sua in manibus Nostris dimiserit, illiusque regimini, et administrationi, nec non supraviventiao indulto ad certum tempus sibi apostolica auctoritate concesso, libere renunciaverit, ut illius redditus in partem dotis episcopali mensae illic constituendae possint erogari: dimissione, et renunciatione hujusmodi ad praemissum dumtaxat effectum per Nos lubenter exceptis, ac clementer admissis.

Erectio episcopatus, et assignatio territorii, ex dismembratione locorum jam sedi Spoletanae adnexorum.

§. 7. Precibus idcirco ac supplicationibus Philippi gonfalonerii, ac communitatis, et hominum praedictorum annuere cupientes motu proprio, et ex certa scientia, deque apostolicae potestatis plenitudine a dioecesi Spoletana (cujus episcopalis sedes ex eo quod Nos venerabilem fratrem Nostrum Franciscum Canali nuper illius episcopum, nuno vero a vinculo quo ecclesiae Spolotanae praedictae, cui tunc praeerat, tenebatur, apostolica auctoritate absolventes illum ad ecclesiam Tyburtinam certo tunc expresso modo pastoris solatio destitutam, Nostra apostolica auctoritate transtulimus, eidemquo ecclesiae Tyburtinae in episcopum praefecimus per translationem, et praefectionem praefatas in praesens vacare dignoscitur) praedictam videlicet civitatem Nursiae, ac tres supramemoratas Cassiae, Vissi, et Montis Leonis, ac aliam Abeto, ac aliam Acquaro, ac aliam Agriano, ac aliam

Aliena, ac aliam Ancarano, ac aliam Argentigli, ac aliam Aschiu, ac aliam Avendita, ac aliam Belforte, ac aliam Belvedere, ac aliam Biselli, ac aliam Buda, ac aliam Calçara, ac aliam Campi, ac aliam Casali, ac aliam Castel Santa Maria, ac aliam Castel Fantellino, ac aliam Ussita, ac aliam Castel Sant'Angelo, ac aliam Castel San Giovanni, ac aliam Castelluccio, ac aliam Castel Vecchio, ac aliam Cerosola, ac aliam Chiavaao, ac aliam Chiusita, ac aliam Civitella vel nempe Civita, ac aliam Colforcella, ac aliam Colgiaccone, ac aliam Collazzioni, ac aliam Colle di Avendita, ac aliam Collescille, ac aliam Colmutino, ac aliam Corone, ac aliam Coronelle, ac aliam Cortigno, ac aliam Croce, ac aliam Cupi, ac aliam Fematre, ac aliam Fluminata, ac aliam Fogliano, ac aliam Forsivo, ac aliam Frascaro, ac aliam Giappiedi, ac aliam Gualdo, ac aliam Legogne, ac aliam Logne, ac aliam Macchie, ac aliam Maltignano, ac aliam Manigi, ac aliam Mevale, ac aliam Montaglioni, ac aliam Montebufo, ac aliam Mucciafora, ac aliam Nocelletta, ac aliam Nocria, ac aliem Nottoria, ac aliam Ocosce, ac aliam Ocrichio, ac aliam Onelli, ac aliam Opagai, ac aliam Orvaoo, ac aliam Ospedale. ac aliam Paganelli, ac aliam Palmajola, ac aliam Pescia, ac aliam Piandoli, ac aliam Piediripa, ac aliam Piedivalle, ac aliam Pieve, ac aliam Poggio di Croce, ac aliam Poggie d' omo, ac aliam Poggio Primocaso, ac aliam Popoli, ac aliam Preci, ac aliam Puro, ac aliam Rapegna, ac aliam Rasenaa, ac aliam Rioffreddo, ac aliam Rocca Nolfi; ac aliam Rocca Porena, ac aliam Rocca Tamburro, ac aliam Ruscio, ac aliam Saccovesce, ac aliam Sant'Aadrea, ac aliam San Giorgio, ac aliam Saa Marco, ac aliam San Pellegrino, ac aliam San Placido, ac aliam SSma Trinità, ac aliam Sasso, ac aliam Savelli, ac aliam Sciodi, ac aliam Seravalle, ac aliam Serviglio, ac aliam Sorbo, ac aliam Tazzo, ac aliam Tempora, ac aliam Testagoa, ac aliam Todiano, ac aliam Trimezzo, ac aliam Trivio, ac aliam Trognano, ac aliam Vacaldara, ac aliam Valdonica, ac aliam Valle presso la chiesa di s. Eutizio, ac aliam Vallestretta, ac aliam Vallazza, ac aliam Vallinfaate, ac aliam Valloppa, ac aliam Villa Sant'Antonio, ac aliam Villa San Silvestro, ac reliquas terras hujusmodi Usigni respective nuncupatas novemdecim mille centum nonagiata septem circiler animarum numerum in se complectentia, de consensu modernorum capituli, et canonicorum dictae, sicut praefertur, vacantis ecclesiae Spoletanae apostolica auctoritate perpetuo dismembramus, dividimus, et separamus, dictasque terras, seu loca hujusmodi sic dismembratas, divisas, et separatas, seu dismembrata, divisa, et separata, et in eis respective consistentes, et consistentia parochiales, collegiatas, et alias ecclesias, moaasteria (non tamen exempta,) praepositaras, praepositatus, prioratus, conventus, et aliaquaecumque, quotcumque, et qualiacumque cum cura, et sine cura saecularia, et quorumvis ordinum regularia beneficia ecclesiastica, omniumqae pariter, et siagulorum terrarum, seu locorum hujusmodi utriusque sexus personas, habitatores, et incolas tam laicos, quam clericos, presbyteros, beneficiatos et religiosos quoscumque cujusvis status, gradus, ordiais, et conditioais existant, ab ordinaria jurisdictione, potestate et superioritate pro tempore existentis episcopi Spoletani, de simili consensu praedictorum capituli, et canonicorum, dicta apostolica auctoritate etiam perpetoo disjuagimus, et eximimus.

§. 8. Praeviis autem dismembratione, et disjuactione praefatis, dictam civitatem Nursiae sic dismembralam in civitatem vere et realiter episcopalem Nursinam, ut antea nuncopandam cum suis seminario puerorum ecclesiastico, et curia episcupali, ac omnibus juribus, honoribus, et praerogativis quibus caeterae civitates pontificali sede insignitae, earumque cives utuatur, et gaudent, ac gaudere possunt, et poterunt quomodolibet in futurum. Dictam vero collegiatam, quae etiam parochialis, ut praefertur existit, ecclesiam beatae Mariae virginis (praeviis ibidem in ea tituli, nomiais, deaominationis, naturae, et esseatiae collegialitatis tantum perpetuis suppressione, et extinctione, ita ut illa ex nunc perpetuis futuris temporibus collegiata ecclesia esse desinat, ac de caetero uti talis inscribi, denomiaari, et intelligi amplius nequeat in cathedralem ecclesiam Nursinam similiter nuncupandam, sub eodem beatae Mariae virginis titulo, seu iavocatione, ac parochialem, ut antea, extituram, atque in ea sedem, cathedram, et dignitatem episcopalem Sedi apostolicae praefatae semper, et perpetuo immediate subjectam, ac ab uno episcopo Nursino nuncupando gubernandam, cui simul, et infrascripti monasterii abbatia sancti Eutitii nuncupati, cujus bona praevia infrascripta illios suppressione in suae mensae favorem perpetuo crogentur, abbatis perpetui commendatarii inditus sit titulus, et deaominatio, ne illius religiosissimi loci memoria pereat, quique eidem ecclesiae, civitati, territorio, et dioe-

Unio dismembratorum locorum sedi Nursinae, et abrogatio veterum abbatiarum.

cesi Nursinae sibi, ut infra, assignandis, illiusque clero, et populo praesit, abbates, si qui sint, aliasque saeculares, et regulares personas ad synodum convocet, ac omnia, et singula jura, et munia episcopalia habeat, et exerceat cum suis infrascripto capitulo, arca, sigillo, mensa episcopali, ut infra, constituenda, caeterisque cathedralibus, et pontificialibus insignibus, jurisdictionibus et praerogativis, quibus caeterae cathedrales ecclesiae Sedi praefatae immediate subjectae, earumque praesules quomodolibet (non tamen titulo oneroso aut ex indulto seu privilegio particulari) gaudent, et gaudere poterunt quomodolibet in futurum ad omnipotentis Dei, ejusque ssmae genitricis virginis Mariae laudem, et gloriam, sanctaeque Catholicae Ecclesiae incrementum, et honorem. motu, scientia, et potestatis plenitudine similibus apostolica auctoritate praefata perpetuo quoque redintegramus, et quatenus opus sit, de novo erigimus, et instituimus.

Erectio collegiatae in cathedralem ecclesiam.

§. 9. Ad augendum vero hujus novae cathedralis ecclesiae decus, atque ut in ea divina officia, et pontificales in primis functiones majori cum dignitate, et splendore, adaucto videlicet sacrorum ministrorum numero, peragantur; Nos saecularem, et forsan insignem collegiatam, quae etiam parochialis existit ecclesiam sancti Joannis civitatis praedictae, quoad illius collegialitatem tantum, ita quod illa ex nunc deinceps perpetuis futuris temporibus collegiata ecclesia esse desinat, apostolica auctoritate praefata etiam perpetuo supprimimus, et extinguimus, dictaeque sic suppressae, et extinctae collegiatae ecclesiae modernos capitulum, et canonicos uno scilicet priore unum prioratum inibi dignitatem principalem, et unicam, cuique cura dilectorum etiam filiorum parochianorum ejusdem collegiatae, ut praefertur, suppressae, et extinctae, quae tamen etiam parochialis, ut praefertur, existit ecclesiae imminet, animarum quoque existentem, ac quatuor canonicis totidem canonicatus, et praebendas in ea respective obtinentibus compositum ad eamdem cathedralem ecclesiam sicut praefertur, redintegratam, seu etiam noviter erectam perpetuo transferimus, illique in modum scilicet ut hujusmodi sic suppressae et extinctae collegiatae ecclesiae capitulares una cum praedictis primodictae collegiatae ecclesiae in cathedralem, ut praefertur, erectae, et institutae capitularibus, in unum, idemque corpus, et respective capitulum sub infrascripta rerum dispositione coalescant de utriusque capituli, et canonicorum jam praestito consensu apostolica auctoritate praefata etiam perpetuo unimus, annectimus, et incorporamus.

Distributio dignitatum capituli cathedralis ecclesiae.

§. 10. Hisce igitur exactis capitulum primodictae collegiatae ecclesiae ex ambarum collegiatarum ecclesiarum, ut supra suppressarum, et extinctarum canonicis, ut praefertur, conflatum in capitulum, et canonicos, ut praefertur, redintegratae, seu noviter erectae, et institutae cathedralis ecclesiae Nursinae, ac respective archipresbyteratum dignitatem inibi hactenus principalem, in majorem post pontificalem hujusmodi, cui animarum cura principaliter, ut antea, immineat, ac prioratum, olim quoque principalem secundo dictae collegiatae ecclesiae, ut praefertur, suppressae, et extinctae, in secundam post majorem praedictam in praefata cathedrali ecclesia, ut praefertur, redintegrata, sive noviter erecta, et instituta, deinceps dignitates respective exituras, cui tamen prioratui animarum quoque cura secundodictae, sicut praefertur, suppressae et extinctae collegiatae ecclesiae, ut antea, tamen parochialis exiturae etiam immineat. Ac eosdem primo loco memoratos, et memoratas novem, necnon postremodictos, et dictas quatuor respective canonicatus, et praebendas ambarum suppressarum, et extinctarum collegiatarum ecclesiarum praedictarum quorum, et quarum provida a concilio Tridentino sancita per futurum episcopum Nursinum fieri debeat distinctio praebendarum, quas inter ad illius quoque praescriptum theologalis, et poenitentiaria respective praebendae sequuto redintegrationis, seu novae erectionis praedictae effectu, erunt respective costituendae, illarumque modernos respective possessores, dilectos videlicet filios Franciscum Laparini actu primodictae collegiatae ecclesiae in cathedralem, ut praefertur, redintegratae, seu noviter erectae atque institutae archipresbyterum in ipso archipresbyteratu absque concursu, nulloque desuper habendo examine, at Antonium Ansovini in praesens secundodictae collegiatae ecclesiae, ut praefertur suppressae, et extinctae priorem in ipso prioratu itidem absque concursu, et examine praedictis, ac Maurum Mannocchi, et Petrum Paulum Paris, et Josephum Fares, et Bartholomaeum Bartoli, ac Simonem Cionci, ac Vincentium etiam Cionci, et Philippum Giobbi, et Aloisium Zitelli, nec non Claudium Quarantotti, ac Antonium Gentili quemlibet nempe in suis per eum obtentis canonicatibus, et praebendis ipsius, ut praefertur, redintegratae seu noviter erectae, et institutae cathedralis ecclesiae Nursinae, auctoritate praefatae perpetuo quoque substituimus, atque subrogamus; reservata tamen Nobis

dispositione de aliis tribus vacantibus, et in superius facta subrogatione iidem comprebensis canonicatibus et praebendis quorum praecipua ratio in futurum erit habenda, salvisque in futurum remanentibus in ea tum quoad dignitatum, et canonicatuum, ac praebendarum collationem reservationibus, et affectionibus apostolicis juxta tamen juris dispositionem, exclusis omnino ab ea tribus canonicatibus, et praebendis juris patronatus laicorum, quorum collatio ratione applicationis bonorum, et fructuum ecclesiasticorum cuilibet eorum in suarum praebendarum augumentum, ut infra faciendae, dum illos et illas deinceps pro tempore vacare contigent pro una videlicet ad Sedem apostolicam libere absque ullo patronorum consensu, seu praesentatione, pro altera vero vicibus ad pro tempore existentem Nursinum episcopum ad illorum tamen praesentationem alternato in singulis vacationibus istiusmodi, servato semper ordine, respective spectet, et pertineat, ac in reliquis salvis favore hujusmodi capituli, et canonicorum sic subrogatorum privilegiis, indultis, exemptionibus, immunitatibus, honoribus, indulgentiis, aliisque gratiis quibuscumque tam spiritualibus, quam temporalibus, et mixtis iisdem apostolica, vel alia quavis (legittima tamen) auctoritate concessis, ac etiam de jure, vel consuetudine, aut alias competentibus, dummodo sint in usu nec revocata existant, in omnibus, et per omnia perinde ac si collegialitatis status in ipsa sic erecta cathedrali ecclesia minime immutatus fuisset: volentes tamen et futuro episcopo Nursino expresse injungentes ut ipse delectis prius per eum duobus, quos maluerit, ex eisdem canonicatibus dictae redintegratae seu noviter, ut praefertur, erectae, atque institutae cathedralis ecclesiae primo vacaturis non tamen de dicto jurepatronatus existentibus eorum respectivas praebendas alteram, scilicet in theologalem pro uno videlicet in theologia magistro, alteram vero in poenitentiariam pro alio in eadem iidem theologia magistro, seu in utroque, aut saltem canonico jure doctore seu licentiato respective presbyteris in concursu desuper ad formam constitutionis fel. rec. Benedicti pp. XIII praedecessoris Nostri, quae incipit *Pastoralis officii* habendo approbatis apostolica sibi ad id specialiter, et expresse delegata auctoritate perpetuo quoque instituat.

Assignatio bonorum mensae episcopali, et capitulari.

§. 11. Ad congruam porro episcopalis mensae, ac capituli, et canonicorum, ut praefertur redintegratae sive erectae, et institutae cathedralis ecclesiae Nursinae, necnon ejus fabricae, et sacrarii, ac demum seminarii puerorum ecclesiastici Nursini, stabilemque respective dotationem constituendam cum sicut quoque accepimus, ob adversas temporum circumstantias communitati, et hominibus praefatis ad id media non suppetant, Nos unum abbatiam nuncupatam sancti Eutitii in Valle Castoriana olim ordinis sancti Benedicti in territorio Nursino vix sexto a dicta civitate lapide, ut etiam accepimus, positum, cujus fructus, redditus, et proventus in libris camerae apostolicae ad florenos auri quinquaginta taxati reperiuntur licet verus annuus illius valor ad quadringenta scuta monetae Romanae ascendere noscatur, quod ex dicti Joannis Baptistae cardinalis, et respective abbatis commendatarii persona illius commenda in quam illud ad vitam obtineri consuevit cessante in praesens, ut praefertur, vacat, ac aliud respective monasterium sancti Benedicti nuncupatum civitatis Nursinae praefatae olim ad Cassinensem, nunc ad Coelestinorum congregationem, ut etiam accepimus, pertinens, quod duobus tantum ad praesens monachis constare dignoscitur, et propter omnimodam in statu Nostro ecclesiastico monachorum dictae congregationis deficientiam, cui nullo modo datum est occurrere, et in eo pristinam observantiam restituere regularem de Joannis Baptistae Ferretti moderni illius abbatis, et Philippi Colizzi abbatis titularis, et moderni rectoris parochialis ecclesiae ejusdem secundo dicti monasterii. nec non Octavii Adami itidem abbatis, et vicarii generalis ejusdem congregationis, dilectorum quoque filiorum quorum indemnitati vigore reservationis infrascriptarum pensionum annuarum, ut infra, providebitur unanimi sub praedicta conditione jam praestito consensu, nec non unum scilicet ad vel sub beatae Mariae virginis Rosarii nuncupatae in parochiali, seu alia sancti Vincentii civitatis primodictae, ac aliud perpetua simplicia, et personalem residentiam non requirentia beneficia ecclesiastica ad vel sub sancti Martini respective altaria seu invocationibus in rurali sine cura prope, et extra maenia ejusdem civitatis Nursiae respective ecclesiis Spoletanae dioecesis respective sita, quorum primodictum videlicet certo, quem Nos praesentibus haberi volumus pro expresso modo apud Sedem apostolicam in praesens vacat, alterum vero in praesens per Hyacintum Colizzi obtentum reperitur insimul valorem annuum quadraginta ducatorum auri de camera, ut accepimus, non excedentia; ac denique aliud monasterium itidem abbatiam Saxivivi nuncupatum praefati ordinis sancti Benedicti Fulginatensis dioecesis in

praesens a venerabili fratre Nostro Antonio S. R. E. diacono cardinali ab Auria nuncupato in commendam ad sui vitam ex concessione, et dispensatione apostolicis quoque obtentum quoad priora duo monasteria, ac beneficium vacans hujusmodi quovis modo, aut ex cujuscumque persona seu per liberam dicti beneficij cujusvis resignationem, vel monasteriorum hujusmodi commendae cessionem in dicta curia, vel extra eam, etiam coram notario publico, et testibus sponte respective factas, aut assequutionem alterius beneficii ecclesiastici quavis auctoritate collati vacent, etiamsi tanto tempore vacaverint, quod eorum collatio juxta Lateranensis statuta concilii ad Sedem praefatam legitimo devoluta, dictaque monasterio, ac beneficia hujusmodi dispositioni apostolicae specialiter, vel alias generaliter reservata existant, et quoad monasteria hujusmodi ad illa consueverit quis per electionem assumi, eisque cura jurisdictionalis tantum immineat, et super eis inter aliquos lis in petitorio, vel possessorio, cujus litis status praesentibus haberi etiam volumus pro expresso pendeat indecisa, videlicet ex nunc, quo vero ad dictum beneficium, et postremo dictum monasterium, ut praefertur, respective obtenta ex nunc prout ex tunc, et e contra cum primum illa per cessum etiam ex causa permutationis, vel decessum seu privationem, aut quamvis aliam dimissionem, vel amissionem, seu religionis ingressum, et professionis in eo emissionem illorum modernorum respective possessorum praedictorum, seu alias quovis modo etiam apud Sedem apostolicam praefatam etiam in aliquo ex mensibus Nobis, et Romano pontifici pro tempore existenti, Sedique praefatae per quascumque literas, et constitutiones apostolicas, aut cancellariae apostolicae regulas editas, vel edendas, aut alias quomodolibet reservatis, seu ordinariis collatoribus, etiam per constitutiones, et regulas easdem, seu literas alternativarum, aut quaevis alia privilegia, et indulta hactenus concessa, et in posterum concedenda competentibus, et quoad tertio dictum monasterium hujusmodi tantum illius commenda hujusmodi cessante respective vacare contigerit, illorumque titulum collativum, nomen, denominationem, naturam, et essentiam monasteriorum, et beneficiorum collativorum, et quoad monasteria hujusmodi consuetudinem illa commendandi, ita quod illa ex nunc deinceps perpetuis futuris temporibus collativa esse desinant, et de caetero uti talia in titulum collativum quavis auctoritate conferri, vel impetrari, ac quoad monasteria hujusmodi commendari amplius nequeant, et si illa ullo unquam tempore conferri, aut impetrari, vel commendari, aut alias de illis quovismodo disponi contigerit, collationes, provisiones, impetrationes, commendae, et quaevis aliae dispositiones de illis pro tempore quomodolibet factae nullae, et invalidae, nulliusque roboris, vel momenti existant, neminique suffragentur, nec coloratum titulum possidendi cuiquam tribuant apostolica auctoritate praefata etiam perpetuo respective supprimimus, et extinguimus, illisque sic suppressis et extinctis mensae novae cathedralis ecclesiae, ut praefertur, redintegratae, seu erectae, aut institutae praeter actuales praebendas, dignitatibus, et canonicatibus praedictis jam constitutas, omnia, et singula bona, sive urbana, sive rustica, sive libera, sive in emphyteusim concessa ad secundo dictum monasterium, ut praefertur, etiam suppressum, et extinctum spectantia ad septingenta scuta dictae monetae annuatim, ut accepimus, ascendentia: ita tamen, ut ex hujusmodi redditu supportatis prius per eosdem capitulum, et canonicos tam primo dictae collegiatae ecclesiae, ut praefertur, suppressae, et extinctae, ac in cathedralem ecclesiam ut praefertur, redintegratae, sive erectae, et institutae, quam secundo dictae collegiatae ecclesiae, ut praefertur, quoque suppressae, et extinctae inhaerentibus, caeterisque infrascriptis oneribus una communis, ab antiqua tamen capitulari prorsus sejuncta, et separata constituatur massa, cujus annui redditus praelevata prius congrua annua summa arbitrio futuri episcopi Nursini praefati pro aequali rata utrique canonico theologo scilicet, et poenitentiario ratione gravioris hujusce eis injuncti muneris, et officii supra caeteros canonicos perpetuo assignanda, ac seposita itidem tertia eorumdem redditum parte in usum distributionum quotidianarum ad praescriptum concilii Tridentini praefati eroganda in septemdecim aequales dividantur portiones, quarum duae archipresbytero, aliae duae priori, reliquae vero tredecim canonicis praedictis pro aequali portione in augumentum praebendarum illius, ut praefertur, assignatarum, tribui respective debeant ea sub conditione quod siquid ex redditibus hujusmodi monasterii ante ejus suppressionem praedictam decursis superfuerit in dimissionem cedere debeat aeris alieni contracti ad restaurandum aliud monasterium sanctae Mariae in Posterula nuncupatum congregationis Coelestinorum praefatorum de urbe in omnibus ad formam consensus ab illius monachis, ut praefertur, praestitutam speciali hypotheca eo

rum favore super bonis omnibus memorati monasterii sancti Benedicti praefatae civitatis Nursinae usque ad adimplementum conditionnm in praefato consensn expressarum, ac onere praeterea communitati, et hominibus praedictis injuncto supportandi expensas pro manutentione parochialis ecclesiae, eidem monasterio, ut praefertur suppresso, et extincto annexae, illiusque animarum curae exercitio, nec non constituendi annuam pecuniae summam ab ordinario statuendam pro congrua illius rectoris sustentatione, snb ea lege quod praestationes, oblationesque fidelium, sive in pecnnia, sive in cera, sive in holoferiois, vulgo pallii nuncupatis hujusmodi parochiali ecclesiae debitae, aut quandocumque faciendae favore praefatorum communitatis, et hominum cedant.

Assignatio bonorum fabricae cathedralis ecclesiae.

§. 13. Ac insuper fabricae cathedralis ecclesiae Nursinae nt praefertur, redintegratae, seu erectae, et institutae omnia, et singula bona stabilia ad conventum fratrum ordinis minorum sancti Francisci Conventualium nuncupatorum in terra di Leonessa Spoletanae, seu alterius dioecesis existentem olim spectantia, quae in praesens a camera apostolica administrata reperiuntur, ac valorem annuum centnm scutorum dictae monetae circiter juxta rescriptum a Nobis sub die nona mensis septembris anni Domini proxime praeteriti editum constitnunt; ita quod liceat praefatis capitulo, et canonicis cathedralis ecclesiae Nursinae, ut praefertur, redintegratae, sive erectae, et institutae omnium, et singulorum bonorum, rerum, proprietatum, jurium et emolumentorum praefatorum, et ex illis respective, ut praefertur, obvenientium fructuum, reddituum, et proventuum hujusmodi respective veram, realem, corporalem, et actualem possessionem libere apprehendere, et apprehensam perpetuo retinare, dictaque bona, jura, res, et proprietates locare, dislocare, arrendare, fructus, redditus, proventus quoque, et emolumenta praefata respective percipere, exigere, levare, ac supportatis prius per eos omnibus, et singulis jam superius enarratis, atque, ut infra, injungendis oneribus in eorum respective usus, et utilitatem convertere dioecesani loci, val cujusvis alterius licentia desuper minime requisita apostolica auctoritate praefata perpetuo respective applicamus, et appropriamus.

Concessio privilegiorum.

§. 14. Ac praeterea eisdem capitulo, et canonicis ipsius cathedralis ecclesiae Nursinae, ut praefertur, redintegratae, sive erectae, et institutae nuno, et pro tempore existentibus, ut ipsi, capitulariter congregati (quatenus tamen immutatio status collegialitatis id requirat) pro novo ejusdem sic redintegratae, sive erectae, et institutae cathedralis ecclesiae Nursinae, illiusque chori, earumqne rerum, et jurinm tam spiritualium quam temporalium prospero felicique regimine, gubernio, et directione, nec non onernm eis respective incumbentium supportatione, divinorum officiorum, processionum, funeralium, anniversariorum, et suffragiorum celebratione, distributionum quotidianarum, et aliorum emolumentorum quorumcumque exactione, et divisione, ac poenarum per absentes, et diviniis officiis suis loco, et tempore non interessentes, seu onera, et ministeria eis, et eorum cuilibet incumbentia subire negligentes incurrendarum incursu, ac singulorum praesentiis, et absentiis notandis, caeremoniis, et ritibus in dicta sic redintegrata sive erecta, atque instituta cathedrali ecclesia, illiusque choro, capitulo, processionibus et aliis actis hujusmodi servandis, ac quibusvis aliis rebus in praemissis, et circa ea quomodolibet necessariis, et opportunis quaecumqne statuta, ordinationes, capitula, et decreta licita tamen, et honesta, ac sacris canonibus, et constitutionibus apostolicis decretisque concilii Tridentini praedicti minime adversantia, ac per futurum pro tempore episcopum Nursinum prius examinanda, et approbanda edere, atque edita declarare, et impetrari, ac in meliorem formam redigere, et reformare, seu alia de novo ex integro, eisdem tamen sacris canonibus praefatisque constitutionibus, et decretis concilii Tridentini praefati non contraria, et ut praefertur, per futurum episcopum Nursinum praefatum examinanda, et approbanda, ac per eos ad quos nunc spectat, et pro tempore quomodolibet spectabit et pertinebit observanda sub poenis in contrafacientes statuendis quoque edere, libere, et licite possint, et valeant plenam, liberam et omnimodam facultatem, potestatem et auctoritatem, eadem apostolica auctoritate pariter perpetuo concedimus, et impertimur.

Subjectio terrarum, et populorum novae jurisdictioni episcopi Nursini.

§. 15. Hac caeterum totali supradictorum capituli, et canonicorum nova constitutione praemissa ad hoc ut propria dioecesis eidem episcopali ecclasiae Nursinae, ut praefertur, redintegratae, sive erectae, et institutae, illiusque fnturo praesuli efformari, et statui possit primodictam videlicet Nursiae civitatem, ut praefertur, redintegratam, sive erectam, et institutam, ac centum, et quatuordecim terras supramemoratas, sive loca praedicta a praefata episcopali ecclesia, et dioecesi Spoletana, ut praefertur, dismembratas, et dismembrata, et in eis, ut praefertur, respective consistentes parochiales

aliasque ecclesias, monasteria (non tamen exempta) locaque pia, et alia quaelibet beneficia ecclesiastica cum cura, et sine cura saecularia, et quorumvis ordinum regularia etiamsi saecularia, videlicet canonicatus, et praebendae, dignitates, personatus, administrationes, et officia etiam curata, et electiva, etiam in collegiatis, aliisque ecclesiis: regularia vero beneficia hujusmodi praepositatus, praepositurae, dignitates etiam conventuales, personatus, administrationes, et officia etiam claustralia, cappellaniae, et cappellae sint, omniumque pariter, et singularum terrarum hujusmodi utriusque sexus personas, habitatores, et incolas tam laicos quam clericos, presbyteros, beneficiatos, et religiosos quoscumque cujusvis status, gradus, ordinis, et conditionis, ut praefertur, existant, novae ecclesiae episcopali Nursinae praefatae, illiusque episcopo pro tempore existenti praedicto pro suis civitate, territorio, et dioecesi, ac clero, et populo motu, scientia, et potestatis plenitudine similibus porpetuo quoque concedimus, et assignamus, ac ordinariae jurisdictioni, potestati, et superioritati pro tempore existentis episcopi Nursini, ita quod liceat personae eidem ecclesiae Nursinae tam nunc a primaeva illius erectione, et institutione hujusmodi, quam deinceps pro tempore quomodolibet pastoris solatio destitotae in episcopum praeficiendae per se, vel alium, seu alios ejus nomine veram, realem, actualem, et corporalem possessionem, seu quasi regiminis, et administrationis spiritualis, et omnimodi juris dioecesani in primodicta civitate Nursiae, in civitatem episcopalem per Nos, ut praefertur, redintegrata, sive erecta, et instituta, ac in omnibus aliis superius expressis terris, et locis propria auctoritate pariter libere, et apprehendere, et apprehensam hujusmodi perpetuo retinere cujusvis licentia desuper minime requisita, pari apostolica auctoritate similiter perpetuo supponimus, atque subjicimus.

Applicatio bonorum favore novae mensae episcopalis.

§. 16. Jam vero ut episcopali mensae novae cathedralis ecclesiae Nursinae decenter firmiterque provideatur, Nos omnia et singula bona, ac redditus ad primodictum monasterium sancti Eutitii spectantia ad quadringenta scuta dictae monetae annuatim, ut pariter accepimus, ascendere, nec non etiam bona, fructus, redditus, ac proventus quoscumque cujusvis haereditatis quondam tunc in humanis agentis Benedicti Passarini ad annuam summam quadringentorum scutorum dictae monetae quotannis, ut similiter accepimus, ascendentes, atque ex testatoris praedicti voluntate ad alendos in aliquo seminario ecclesiastico juvenes civitatis Nursinae praefatae destinata, quorum quidem bonorum, ac fructuum, reddituum, et proventuum applicationi favore mensae episcopalis praedictae per Nos, ut infra, faciendae communitas, et homines praefati penes quos praedictae haereditatis administratio manebat per actum videlicet diei vigesimi septimi mensis augusti proximi praeteriti sub infrascripta conditione emissum, atque a Nobis per rescriptum diei noni mensis septembris proxime elapsi approbatum plene consenserunt, ac denique perpetuam praestationem annuam tercentum scutorum dictae monetae persolvendam ex responsione quam in majori summa quotannis rependunt communitas, et homines praefati camerae apostolicae praedictae ex causa retentionis bonorum olim ad eosdem communitatem, et homines pertinentium, quae quidem praestatio a Nobis per aliud rescriptum diei noni praedicti mensis septembris jam sancita reperitur mensae episcopali praefatae, lege tamen injuncta quod pro tempore existens episcopus Nursinus praefatus curam parochialis ecclesiae sancti Eutitii primodicto monasterio, ut praefertur suppresso, et extincto annexae, ac per tres presbyteros saeculares hactenus exerceri solitam deficientibus, hujusmodi presbyteris per unum, seu plures presbyteros ad animarum curam exercendam legittime approbandos, prout necessitas ejus judicio postulaverit, cum congrua mercedis assignatione (eidem mensae episcopali fructibus primodictis presbyteris assignatis in eventum praemissorum applicatis remanentibus) exerceri quoque faciat ac duos alumnos Nursinos a communitate, et hominibus praedictis nominandos in seminario puerorum ecclesiastico Nursino gratis, jugiterque retineat apostolica auctoritate praefata etiam perpetuo applicamus, et appropriamus.

Concessio habitationis pro episcopo.

§. 17 Itemque pro decenti novi episcopi Nursini praefati, ejusque successorum praefatorum habitatione, monasterium ejusdem sancti Benedicti prope majorem praefatae civitatis Nursinae plateam positum, quod non modo ad usum episcopii, sed etiam pro curia, et cancellaria episcopali, nec non pro vicarii generalis habitatione inservire potest, futuro episcopo pro tempore existenti praedicto apostolica auctoritate praefata perpetuo concedimus, et assignamus.

Assignatio loci magis opportuni, et commodi pro seminario puerorum.

§. 18 Seminario denique puerorum ecclesiastico Nursino praefato in loco ejusdem civitatis magis commodo et opportuno per futurum episcopum Nursinum praedictum quantocitius poterit procuran-

do, et ad formam praefati concilii Tridentini instituendi, bona quoque ac redditus duorum beneficiorum praedictorum valorem annuum quadraginta ducatorum auri de camera, ut praefertur non excedentium, nec non partem illam bonorum ultimodicti monasterii, ut praefertur, suppressi, et extincti, cujus fructus, redditus, et proventus in libris camerae apostolicae praefatae in summa ducentorum quinquaginta florenorum auri bujusmodi taxati reperiuntur, quam Nos subinde duxerimus assignandam ipsius episcopi Nursini praefati quoad institutionem seminarii praedicti conscientiam onersotes apostolica auctoritate praefata perpetuo inoorporamus et appropriamus.

Clausulae salutares, et irritantes.

§. 19 Praesentes quoque Nostras literas semper, et perpetuo validas, et efficaces esse, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac ab omnibus, et singulis ad quos nunc spectat, et pro tempore quomodolibet spectabit in futurum firmiter, et inviolabiliter observari debere, ac nullo unquam tempore, ex quocumque capite, vel qualibet causa quantumvis juridica, legitima, pia, privilegiata, ac speciali nota digoa, etiam ex eo quod causae, propter quas eaedem praesentes emanarunt adductae, verificatae, et justificatae non fuerint de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis, seu invaliditatis vitio, aut intentionis Nostrae, sen quopiam alio quamtumvis magno, substantiali, inexcogitato, inexcogitabili, ac specialem, et individuam mentionem, et expressionem requirente defectu, seu etiam ex eo quod in praemissis eorumque aliqnae solemnitates, et quaevis alia servanda, et adimplenda, servata et adimpleta non fuerint, aut ex quocumque alio capite de jure, vel facto, aut statuto, vel consuetudine aliqua resultante, seu etiam enormis, eormissimae totalisque laesionis, aut quocumque alio colore, praetextu, aliaque ratione, vel causa, etiam quantumvis justa, rationabili, juridica, etiam tali quae ad effectum validitatis praemissorum necessario exprimenda foret, aut quod de voluntate Nostra, et aliis superius expressis nullibi appareret, seu alias probari posset, notari, impugnari, invalidari, retractari, in jus, vel controversiam vocari, aut ad viam et terminos juris reduci, vel adversus illas restitutionis in integrum, aperitioois oris, aut aliud quodcumque gratiae, vel justitiae remedium impetrari, seu quomodolibet etiam motu, scientia, et potestatis pleoitudine similibus concesso, et impetrato, vel emanato quempiam uti, seu se juvare in judicio, et extra illud posse, neque illas sub quibusvis similium vel dissimilium gratiarum revocatiooibus, suspensionibus, limitationibus, derogationibus, aliisque contrariis dispositionibus, per quascumque literas, et coostitutiones apostolicas, aut cancellariae apostolicae regulas quandocumque etiam in crastinum assumptionis Nostrae, et successorum Nostrorum Romanorum pontificum ad summi apostolatus apicem etiam motu, scientia, et potestatis plenitudine similibus, etiam consistorialiter ex quibuslibet cansis, et sub quibuscumque verborum expressionibus, tenoribus, et formis, ac cum quibusvis clausulis, et decretis etiamsi in cisdem praesentibus, eorumque toto tenore ac data specialis, specifica, et expressa mentio fiat editas, et in posterum edendas comprehendi, sed semper et omnino ab illis excipi, et quoties illae emanabunt toties in pristinum, et validissimum statum restitutas, repositas, et plenarie reintegratas esse, et fore, sicque et non alias per quoscumque judices ordinarios, vel delegatos quavis auctoritate fungentes, etiam causarum palatii apostolici auditores, ac S. R. Ecclesiae cardinales etiam de latere legatos, vice legatos, dictaeque Sedis nuncios, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate judicari, et definiri debere: et quidquid secus super his a quoquem quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari irritum, et inane etiam decernimus.

Concessio pensionum favore plurium monachorum, abbatum, et canonicorum qui e nova erectione damnum tolerant.

§. 20. Et insuper Joanni Baptistae, ac Philippo monachis praedictis, nec non Octavio abbati praefato, ad hoc ut ipsi, et quilibet eorum propriis religiosis usibus occurrere respective valeant de alicujus subventionis auxilio providere, eisque specialem gratiam facere volentes, eosdemque a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, et poenis siquibus quomodolibet innodati respective existunt, ad effectum praesentium tantum consequendum harum serie absolventes, et absolutos fore censentes, Joanni Baptistae videlicet unam centum viginti, ac Philippo aliam aliorum centum viginti, nec non Octavio praefatis reliquam respective pensiones annuas ab omnibus, et quibuscumque oneribus nunc impositis, et pro tempore quomodolibet imponendis, ac alias in omnibus, et per omnia, et omnino quoad omnia liberas, immunes, et exemptas sexaginta scutorum dictae monetae super omnibus, et singulis secundo dicti monasterii, ut praefertur suppressi, et extincti, redditibus ad septingenta scuta dictae monetae annuatim, ut praefertur, ascendentibus, eisdem Joanni Baptistae, et

Philippo, et Octavio quoad vixerint, et quilibet eorum respective vixerit, vel eorum procuratoribus legitimis per pro tempore existentes capitulum, at canonicos cathedralis ecclesiae Nursinae, ut praefertur, redintegratae sive erectae, et institutae praedictos, quorum ad id expressus accedit assensus, annis singulis in terminis inter partes statuendis, datam tamen earumdem praesentium minime antecedentibus, et sic successive de anno in annum ac termino in terminum, reservato remanente favore Joannis Baptistae, et Philippi praefatorum usu habitationis in eodem secundo dicto monasterio, donec ipsi vixerint; nec non cum conditione quod ultimo dicta pensio praefato Octavio decendente, Joanni Baptistae, ac Philippo praefatis, si adhuc in vivis extiterint accrescat singulis pro medietate, si vero alter tantum ex iis vivat, is ex hujusmodi pensione solam annuam summam triginta scutorum dictae monetae quo adnotant consequatur integre persolvere apostolica auctoritate praedicta ipsarum tenore praesentium reservamus, constituimus, et assignamus, decernentes capitulum, et canonicos cathedralis ecclesiae Nursinae, ut praefertur, redintegratae, sive erectae, et institutae ad integram solutionem praedictarum Joanni Baptistae, ac Philippo, et Octavio praedictis faciendam juxta reservationis, constistitutionis, et assignationis praefatarum tenorem fore efficaciter obbligatos, ac volentes et eadem auctoritate statuentes, quod capitulum, et canonici praedicti si in dictis terminis, vel saltem infra triginta dies illorum singulos immediate sequentes pensiones praefatas per eos tunc debitas non persolverit, cum effectu lapsis diebus eisdem sententiam excommunicationis incurrant, a qua donec Joanni Baptistae, ac Philippo, et Octavio praedictis de pensionibus praefatis tunc debitis integre satisfactum, aut alias cum eis super hoc amicabiliter concordatum fuerit, absolutionis beneficium nequeat obtinere.

Deputatio executoris apostolici. §. 21. Postremo autem desiderantes, ut praemissa omnia super redintegratione, sive nova erectione, et institutione praefatis, et circa ea per Nos, ut praefertur, disposita suum rite sortiantur effectum motu simili Hannibalem Sanctae Romanae Ecclesiae cardinalem praedictum in executorem earumdem praesentium apostolica auctoritate praefata constituimus, et deputamus, eique ut ipse pro hujusmodi exequutionis effectu quamcumque personam in dignitate tamen ecclesiastica constitutam subdelegare, et tam ipse Hannibal, quam persona sic ab eo subdeleganda super praedicta quacumque oppositione in actu exequutionis hujusmodi quomodolibet oritura, servatis tamen de jure servandis etiam definitivo et quacumque appellatione remota pronunciare libere, et licite possint, et valeant, et quilibet corrrespective valeat omnimodam etiam facultatem per easdem praesentes concedimus, et impertimur. Non obstantibus Nostris, et cancellariae apostolicae praefatae regulis de jure quaesito non tollendo, ac de suppressionibus, et applicationibus ad partes committendis, ac de exprimendo in eis vero annuo beneficiorum ecclesiasticorum valore, ac Lateranensis concilii novissime celebrati dismembrationes, et uniones perpetuas nisi in casibus a jure permissis fieri, et ab ecclesiis membra distingui, ac dividi prohibentis, aliisque etiam in synodalibus, provincialibus, generalibus, universalibusque conciliis editis, vel edendis specialibus, vel generalibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, dictaeque Spoletanae ecclesiae, ac ordinum praedictorum etiam juramento confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis quibusvis superioribus, et personis in genere, vel in specie, ac alias in contrarium praemissorum quomodolibet forsan concessis, approbatis, confirmatis, et innovatis; quibus omnibus, et singulis etiamsi pro illorum sufficienti derogatione alias de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, et individua, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quaevis alia etiam exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi, ac si verbo ad verbum nihil penitus omisso, et forma in illis tradita observata etiam inserti forent eisdem praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, et insertis habentes illis alias in suo robore permansuris latissime, et plenissime ad praemissorum validissimum effectum specialiter, et expresse, nec non opportune, et valide hac vice dumtaxat motu, scientia, et potestatis plenitudine paribus, harum quoque serie derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem quod fructus, redditus, et proventus novae cathedralis ecclesiae Nursinae praefatae in futura illius provisione per Nos, ut praefertur, facienda juxta redditus illi, ut praefertur, assignatos de more taxari, et hujusmodi taxe in libris camerae apostolicae inscribi debeat.

§. 22. Praeterea etiam volumus quod earumdem praesentium transumptis etiam impressis, manu alicujus notarii publici Fides habenda transumptis.

scriptis, et sigillo personae in simili dignitate ecclesiastica constitutae munitis eadem prorsus fides in judicio, et extra illud adhibeatur, quae eisdem originalibus literis adhiberetur si forent exhibitae, vel ostensae.

Sanctio poenalis. §. 23. Nulli ergo omnino hominum liceat has paginas Nostrarum dismembrationis, divisionis, separationis, disjunctionis, exemptionis, redintegrationis, seu novae erectionis, et institutionis, suppressionis, extinctionis, translationis, unionis, annexionis, incorporationis, substitutionis, subrogationis voluntatis posterioris, suppressionis, applicationis, appropriationis, facultatis, concessionis, et impartitionis assignationis, suppositionis, posteriorum quoque applicationis, et appropriationis, assignationis, incorporationis, et applicationis decreti reservationis, constitutionis, assignationis posterioris decreti voluntatis, deputationis, derogationis, et posterioris voluntatis infringere, vel eis ausu temerario contraire, si quis autem hoc attentare praesumpserit indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, et Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum.

Datum Romae apud s. Mariam Majorem anno incarnationis Dominicae millesimo octingentesimo vicesimo primo, octavo idus januarii, pontificatus Nostri anno vicesimo primo.

CMLVIII.

Concessio fontis baptismalis, pro ecclesia s. Antonii Patavini existente extra terram Neptuni dioecesis Albanensis. — Dat. die 8 januarii 1821 anno XXI.

Pius PP. VII.

Ad perpetuam rei memoriam

Procemium. §. 1. In summo apostolatus apice, meritis licet imparibus, constituti, ecclesiarum omnium statum respicientes ea quae ad majorem Dei gloriam, spiritualem Christifidelium utilitatem conferre videntur, omni sollicitudine statuere curamus.

Expositio precum. §. 2. Exponi siquidem Nobis nuper fecerunt dilecti filii habitantes in Portu Antii in terra Neptuni Albanensis dioecesis, quod quum parochialis illorum ecclesia sub invocatione s. Antonii Patavini erecta a terre praedicta duo circiter milliaria distans baptismali careat fonte, cujus jura matrici parochieli ecclesiae dictae terrae Neptuni, quae olim inter suos limites portum quoque praedictum, aliaque adjacentia loca continebat, fel: rec: Benedictus pp. XIV. praedecessor Noster in actu separationis, at successive in paroeciam erectionis per alias suas in simili forma brevis die undecima septembris anni MDCCXLVI. expeditas literas, quarum tenorem praesentibus pro expresso, ac de verbo ad verbum inserto haberi volumus, reservavit; praedicti exponentes, qui non sine gravi infantium baptizandorum vitae periculo per viam in ora marina sitam, inter coeli inclementiam, in omnibus tempestatum varietatibus, parochialem ecclesiam terrae praedictae petere coguntur, spirituali propterea ac temporali infantium incolumitati consulere cupientes, a Nobis humiliter petierunt, ut in propria ecclesia parochiali sancti Antonii Patavini in eodem portu existente pro utilitate habitantium, qui octingenti et ultra numerantur ad praesens, fons baptismalis, remota quacumque in contrarium vigente lege, seu consuetudine, erigatur.

Tenor concessionis. §. 3. Nos igitur praedictos exponentes, ac singulares eorum personas specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis hu-

militer porrectis inclinati, referente Nobis venerabili fratre Nostro episcopo Albanensi S. R. E. cardinali Galleffi nuncupato, supplicum libellorum Nostrorum a secretis, praesenti, ac aliis pro tempore in perpetuum existentibus parochis dictae ecclesiae sancti Antonii Patavini Portus Antii terrae Neptuni, ut ipsi, memorati praedecessoris Nostri literis minime obstantibus, quibus expresse, pro hujusmodi effectu tantum, derogamus, in posterum fontem baptismalem, juxta ritum S. R. E. in illa erigere, et baptismi sacramentum suis subditis administrare, nec non jura, et emolumenta parochialia juxta consuetudinem percipere libere, et licite possint, et valeant, auctoritate apostolica, tenore praesentium concedimus, atque permittimus, expressa tamen sub lege, ut praedicti parochi sancti Antonii libram cerae albae elaboratae parocho pro tempore terrae Neptuni in signum antiqui juris, et constantis praeeminentiae, in perpetuum quotannis die festo sancti titularis dare teneantur, servatis in reliquis forma, et dispositione praedictarum literarum praedecessoris Nostri.

Clausula sublata, et decretum irritans. §. 4. Decernentes has praesentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, dictisque parochis s. Antonii Patavini in omnibus et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum. §. 5. Non obstantibus praemissis, ac aliis constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, caeterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die nona januarii millesimo octingentesimo vicesimo primo, pontificatus Nostri anno vicesimo primo.

CMLIX.

Facultas consequendi gradus, et honores magisterii pro fratribus ordinis Carmelitarum reformatorum Montis Sancti in regno Siciliae. Dat. die 16 januarii 1821 anno XXI.

Ad futuram rei memoriam

Expositio precum. §. 1. Adiit Nos olim per supplicem libellum dilectus filius Josephus Altovito tunc provincialis minister fratrum Carmelitarum reformatorum Montis Sancti in regno Siciliae, exposuitque languere apud juniores e sua familia studium adipiscendae doctrinae; posse autem excitari, et ad excolendas literas junioribus addi calcar, siquidem magisterii gradus, honoresque iis deferrentur, qui in reliquis eruditione eminerent. Sed quia leges, atque instituta Carmelitarum reformatorum neminem patiuntur ex ea familia magisterii gradibus honestari, idcirco orator idem apud Nos institit, ut illius provinciae reformatos Carmelitas ea solutos lege vellemus.

Tenor concessionis jam tributae de anno 1815. §. 2. Nos, qui literis favemus impense, ac probe tenemus non communi, sed exquisitiori quadem doctrina eos cumulatos esse debere, qui tamquam lucerna ardens excelso in loco constituti sunt, ut veritatis lumen omnibus luceant, per Nostrum rescriptum datum die vicesima secunda decembris anni MDCCCXV vicario ordinis generali facultatem fecimus, ut ex Nostra apostolica auctoritate, pro suo tamen arbitrio, religiosis viris ejus instituti, ac provinciae magisterii gradus pervios esse declararet, licet secus familiae legibus cautum sit: quod nimirum, patefacto ad honores aditu, uberrima eorum eruditioni incrementa accessura confideremus.

Ampliatio ejusdem concessionis. §. 3. Nuper autem non modo qui ministri provincialis munus in ea provincia nunc obtinet, sed definitores etiam, ac provinciae capitulum a Nobis efflagitarunt, ut quoniam inducti per Nostrum rescriptum, in eam provinciam magisterii gradus literarios in ea progresses non promoverunt, sineremus religiosos viros ejus provinciae ex instituti sui legibus vivere, et illorum honorum luce carere. Quorum petitioni annuentes, praesertim quia procurator ordinis generalis suo apud Nos scripto testatur, id in votis esse parti capituli provincialis, quae non tantum numero, verum etiam probitate, ac prudentia praecellat, atque insuper quia non dubitamus, rem literariam apud ipsos posse adjumentis aliis meliori loco constitui, idque ordinis praesides omni contentione

curaturos, mandamus atque constituimus, ut in Sicula Carmelitarum reformatorum Montis Sancti provincia magisterii gradus in posterum nulli esse possint; ita tamen, ut nihil de eorum jure decedat, qui post Nostrum rescriptum, de quo meminimus instituto examine, et legitimo ordine servato, illos sint assecuti.

Derogatio contrariorum.

§. 4. Non obstantibus felicis recordationis Benedicti XIV praedecessoris Nostri super divisione materiarum, et praedicta Nostra concessione, aliisque in contrarium facientibus quibuscumque.

Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die decima sexta januarii millesimo octingentesimo vicesimo primo, pontificatus Nostri anno vicesimo primo.

CMLX.

Dat. die 26 januarii 1821 anno XXI

Restitutio ordinis canonicorum s. Alexandri Majoris nuncupati in urbe Luca.

Venerabili fratri archiepiscopo Lucano

Pius PP. VII.

Venerabilis frater
Salutem, et apostolicam benedictionem.

De praestantia et dignitate collegii canonicorum s. Alexandri Majoris.

§. 1. Collegii canonicorum s. Alexandri Majoris in urbe Luca vetus est nomen, nec obliteranda sunt merita, quum jam inde a saeculo Ecclesiae duodecimo institutum feratur, a suisque primordiis ad haec usque tempora cultui ibidem divino vacasse. Constat autem priore, dignitatem in capitulo primam, ut asseritur, obtinente, cujus jurisdictioni, quoad animarum curam, pars civitatis haud parva subjicitur; itemque sex canonicis constat, quibus totidem sacerdotes adjutores, quos cappellanos vocant, adjecti. Is vero in attribuendis canonicatibus servatur ordo, ut mensibus per annum octo ab hac Sede apostolica conferantur, reliquis mensibus a priore canonici nominentur. De cappellanis mos obtinet, ut eos prior semper eligat. Et quamvis in re arcta, ac tenui semper canonici versati sint, ut pote quorum praebenda quotidianis distributionibus additis, annua scutata octodecim non excesserit; numquam tamen illorum idcirco in suis muneribus obeundis ardor elanguit. Immo quum omni re sacra per Italiam turbata, ac pessumdata, collegiatae hujus bona fisco fuissent addicta, perstiterunt illi in ecclesiae suae cultu, nulla licet ad id pecunia, nullisque terrenis emolumentis allicerentur. Ob quam ii pietatem in suorum civium ore, atque amore fuerunt, et a suprema etiam hac Sede beneficiis insigniri merentur.

Preces porrectae pro obtinenda canonice reintegratione.

§. 2. Hinc quum in Nostris literis die octava aprilis anno MDCCCXX expeditis super restitutione quorumdam collegiorum Lucensium canonicorum nulla ratio habita fuerit collegii praedicti canonicorum s. Alexandri Majoris, ita ut suppressum apostolicae Sedis auctoritate duceretur, institerunt canonici apud Nos precibus ut iis, eorumque collegio vellemus opportuna ope consultum. Id vero fieri posse narrarunt sine ullo patrimonii ecclesiastici Lucensis ducatus incommodo, ac quin constituta a Nobis illius distributio subvertatur, quum praesto canonicis sit liberalitas nonnullorum egregia eos parata ampliore etiam censu, quam quo antea fruebantur, instruere.

Tenor concessionis.

§. 3. Nos igitur oratores praedictos, et omnes quibus hae literae favent, specialibus favoribus, et gratiis prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus hujusmodi Nobis humiliter porrectis inclinati, tibi, venerabilis frater archiepiscope, eas partes committimus, idque mandamus, ut quamvis sacrorum proventuum in Lucensi ducatu residua tenuitas passa non fuerit Nos in literis datis die octava aprilis anni MDCCCXX rationem habere collegii canonicorum s. Alexandri Majoris, quia tamen tuo ex testimonio Nobis liquet, ei ab aliquorum beneficentia, ac pietate novos nunc, atque uberiores provantus existere, auctoritate illud Nostra ad priora jura redintegres, ac, quatenus opus sit, rursum eriges, quaeque illi bona liberalitas nonnullorum largitur ei perpetuo addicas, ac propria esso jubeas Nostra pariter auctoritate, ut inter capitulares, ut dicitur, apta, ac convenienti ratione dividatur; nec non memoratam ecclesiam s. Alexandri Majoris esse canonicorum sedem, seu collegiatam decernas, capitulo, choro, arca, et sigillo communibus instructam, fruentemque omnibus, singulisque privilegiis, praerogativis, facultatibus, honoribus, praeeminentiis, et insignibus, quibus antea fruebatur, vel uti, frui poterat; ea tamen lege, ne ecclesia, et collegium praedictum

canonicorum unquam oneri sit patrimonio ecclesiastico Lucensis ducatus, licet forte contingat aliquando illud redditibus exuberare.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 4. Decernentes has praesentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, ac fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 5. Non obstantibus fel. rec. Benedicti XIV. praedecessoris Nostri super divisione materiarum, et Nostris praedictis literis die octava aprilis anni MDCCCXX expeditis, et quae adversus faciant quibuscumque.

Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die vicesima sexta januarii millesimo octingentesimo vicesimo, pontificatus Nostri anno vicesimo primo.

CMLXI.

Confirmatio privilegiorum alias concessorum a s. m. Gregorio XV favore monachorum ordinis s. Benedicti Reformatorum apud Helvetios.

Dat. die 26 januarii 1821 anno XXI

Pius PP. VII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Proemium.

§. 1. Eos Romani pontifices privilegiis ditant, quorum in agro Domini excolendo assidua est, ac commendationem meretur, industria.

Memorantur privilegia olim concessa.

§. 2. Idcirco, quum mira jam eluxisset pietas, et catholicae rei promovendae studium in abbatibus, et monachis monasteriorum ordinis sancti Benedicti, Reformatorum nuncupatorum apud Helvetios; eorum ut meritis proemia persolveret, fel. rec. Gregorius XV praedecessor Noster per literas datas sub annulo piscatoris die vicesima maii anni MDCXXII, privilegiis, et immunitatibus illos pluribus exornavit. Quae quidem privilegia fel. pariter rec. Urbanus VIII praedecessor Noster per similes literas datas die trigesima martii anni MDCXXIV firma habuit, ac rata; mox autem per alias hujusmodi literas datas die nona septembris anni MDCXXVI in majus extulit, novisque accessionibus locupletavit, strenua eorum opera in catholicae religionis tuitionem commemorata. Nuper autem Eixsidlensis abbas, ac monachi, eam ad congregationem pertinentes, demissis precibus a Nobis petiere, ut privilegiis, et indultis, quibus eorum congregatio ab iisdem praedecessoribus Nostris aucta est, et ornata, auctoritatis Nostrae pondus, Nostramque confirmationem addamus.

Tenor apostolicae confirmationis.

§. 3. Nos vero, qui Ecclesiae, ac Nobis nova semper, et illustriora experimenta pietatis ab eorum alacritate, ac fortitudine pollicemur, illos propterea specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos foro censentes, supplicationibus hujusmodi inclinati, omnia, et singula quae in praedictis Gregorii XV, et Urbani VIII, praedecessorum Nostrorum, continentur literis, privilegia, indulta, immunitates, et concessiones confirmamus, Nostraque apostolica auctoritate roboramus; ita ut perpetuae maneant, ac propriae abbatibus, monachis, et fratribus, aliisque re-

ligiosis personis quibuscumque monasteriorum ordinis sancti Benedicti reformatorum nuncupatorum apud Helvetios, eorumque ecclesiis, ac monasteriis; nec amittantur nisi ab illis vel monachis, vel monasteriis, qui ab ea se congregatione sponte divulserint.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 4. Decernentes has praesentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, ac fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 5. Non obstantibus apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque, et synodalibus conciliis aditis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, nec non dicti ordinis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus, caeterisque contrariis quibuscumque, nec non cancellariae Nostrae regulis. Volumus tamen constitutio felicis recordationis Clementis XII praedecessoris Nostri, edita III kalendas aprilis anno millesimo septingentesimo trigesimo secundo, integra, atque inviolata servetur.

Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die vicesima sexta januarii millesimo octingentesimo vicesimo primo, pontificatus Nostri anno vicesimo primo.

CMLXII.

Concessio tituli Genevensis episcopi facta favore ordinarii Lausanensis, sine tamen accessione jurium, et reddituum ejusdem tituli.

Dat. die 30 januarii 1821 anno XXI.

Pius PP. VII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Proemium

§. 1. Temporum vices, factaeque in Galliarum regno, ac finitimis locis immutationes rerum tulere, ut earum regionum urbes nonnullae decus cathedrae archiepiscopalis, vel episcopalis amiserint, utque Nos, constitutione edita tertio kalendas decembris anno MDCCCI, alios ibidem, quam qui antea fuerant, fines dioecesibus praescripserimus. Verumtamen quia animo Nostro grave, acerbumque accidebat, ea ratione obliterari memoriam sedium complurium, quibus ob vetustatem, clarosque suorum antistitum pro re christiana labores perpetua firmitas, aut merces saltem nunquam interituri nominis debebatur; ideo, qui tunc in Galliis degebat, Noster a latere legatus S. R. E. cardinalis Joannis Baptista Caprara, per decretum auctoritate Nostra, ac jussu editum die nona aprilis anno MDCCCII illustriorum quarumdam suppressarum sedium titulum aliis ecclesiis adjunxit, quarum jurisdictionis ambitu suppressae dioeceses vel integrae, vel magnam partem conclusae fuerant.

Exponuntur vicissitudines quibus subjecit vetustissima, et perinsignis sedes Genevensis olim a s. Francisco Salesio obtenta.

§. 2. Ita factum est, ut ecclesiae Camberiensi adjectus sit titulus Genevensis ecclesiae; quod nimirum illi tractum subdiderimus sacrae olim Genevensis jurisdictionis, nec passi simus interire nomen Genevensis sedis; cui, ut cetera illius decora praetermittamus, vel unus s. Franciscus Salesius, pietatis ac veritatis catholicae mire efficax propugnator, perennitate dignam gloriam asseruit. Accidit vero deinde, ut de consilio congregationis Nostrae consistorialibus rebus praepositae, perque decretum, quod, referente dilecto filio magistro Raphaele Mezio ejusdem secretario, die octava septembris anni MDCCCXIX emisimus, urbem Genevensem cum sua parochia ac parochiis aliis, in Galliarum regno, ducatuque Sabaudiae constitutis, quaeque episcopo Genevensi, dum ea sedes mansit, parebant, avulserimus a dioecesi Camberiensi, illasque dioecesi Lausanensi, in Helvetiorum regione positae, attribuerimus.

Preces porrectae a republica Gene-

§. 3. Quae postquam gesta sunt, et exequutioni mandata, petiit a Nobis gu-

venal pro abtinendo titulo favore episcopi Lausanensi.

bernium Genevensis reipublicae, ut honorificum episcopi Genevensis titulum archiepiscopo Camberiensi adomptum, adjectumque episcopo Lausanensi velimus. Nec vero destitit venerabilis frater archiepiscopus Cyri, Noster, et apostolicae Sedis apud Helvetios nuncius, eam apud Nos petitionem officio suo promovere. Nos autem, re diligenter perpensa in congregationa consistorialibus rebus praeposita, die decima octava decembris anni superioris, referente eodem dilecto filio magistro Raphaele Mazio congregationis praedictae secretario, postulationi hujusmodi sumus assensi per tunc editum a Nobis decretum.

Definitiva concessio ejusdem tituli.

§. 4. Illi igitur decreto inhaerentes, ac Nobiscum reputantes, Genevensem urbem, unde Genevensis episcopus nomen ducebat, sacris juribus archiepiscopi Camberiensis non amplius subjici, sed, Nostra interveniente auctoritate apostolica, jam inde ab anno 1819 in sacram jurisdictionem episcopi Lausanensis cessisse, decernimus ac constituimus, episcopi Genevensis, qualiscumque est, meri nimirum honoris titulum ab archiepiscopo Camberiensi, ejusque successoribus non esse retinendum, eoque Lausanenses episcopos, tum qui hoc tempore ecclesiam illam regit, tum qui in posterum illius regimini admovebuntur, esse honestandos, ita ut simul se Lausanenses, ac Genevenses episcopos dicant, et duplici hoc titulo publice, ac privatim utantur. Accessione vero Genevensis tituli non ampliora jura, nec uberiores redditus Lausanensibus episcopis volumus attributos, quam exercuerint haetenus, atque pereeperint. Ita sancimus, atque decernimus, non obstantibus praedicto decreto Nostri a latere legati, et aliis, quae adversus faciant, quibuscumque.

Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die trigesima januarii, millesimo octingentesimo vicesimo primo, pontificatus Nostri anno vicesimo primo.

CMLXIII.

Declaratio. et ampliatio privilegiorum regii cappellani majoris copiarum regis Belgarum.

Dat die 30 januarii 1821 anno XXI.

Dilecto filio Joanni Antonio Buydens presbytero Gandavensis dioecesis

Pius PP. VII.

Dilecte fili
Salutem et apostolicam benedictionem.

Proemium.

§. 1. Quia milites, ac quotquot apud exercitus degunt in magnis, assiduisque versantur periculis non caducae tantum vitae, verum etiam aeternae, ideo Nos de illis decet praecipue esse sollicitos.

Memorantur praecedens concessio, et controversiae subhortae.

§. 2. In hac cura defixi, tibi, dilecte fili, qui in exercitibus serenissimi principis Guillelmi Belgarum regis munus cappellani majoris catholicorum obis, privilegia plura, facultatesque contulimus per Nostras literas ad te datas die xvi januarii anni MDCCCXVIII quod nimirum opus esset, eas facultates, a te per alios etiam sacerdotes, quos adjutores legeris, exercendas, fore omnibus, qui ad illas copias pertinent, Deo impertiente, salubres. Sed quia controversias nonnullas diremptas optamus, istic in praedictis Nostris literis interpretandis exortas; quia insuper causae Nos urgent, sane graves, quamobrem tributam tibi jurisdictionem aliquatenus amplificemus; utrumque perfectum hoc tempore per praesentes volumus.

Tenor declarationis, et novae concessionis.

§. 3. Declarantes igitur literas ad te datas die xvi januarii anni MDCCCXVIII, iisque, si opus est, derogantes, quoad eatantummodo, quae Nostrae huic sanctioni adversantur, decernimus, ac constituimus, milites, omnesque utriusque sexus personas ad exercitus serenissimi Belgarum regis quomodolibet pertinentes (exceptis iis tantum, quibus annua pensio persolvitur, itemque exceptis viduis, ac pupillis, qui nullo amplius modo ad eos exercitus spectant) tibi, tamquam cappellano majori catholicorum, qui sunt in exercitibus regis Belgarum, tuaeque jurisdictioni subesse, sive pacis, sive belli tempore; sicque concessam jurisdictionem eas facultates habere scias, quae tibi per memoratas literas Nostras indultae sunt. Mandamus autem omnibus locorum ordinariis, in quibus cum Belgicis copiis verseris, ut ad exercendam jurisdictionem, atque facultates, quibus te ornatum, atque instructum volumus, opem tibi, et auxilium impendant.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 4. Decernentes has praesentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, ac fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis ad quos spectat et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari; sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum paletii Nostri apostolici auditores judicari et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 5. Non obstantibus apostulicis, ac in universalibus, provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generelibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, caeterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die trigesima januarii millesimo octingentesimo vicesimo primo, pontificatus Nostri anno vicesimo primo.

CMLXIV.

Dat. die 30 januarii 1821 anno XXI.

Confirmatio erectionis provinciae s. Marci Evangelistae nuncupatae in insula Melitae ordinis Eremitarum sancti Augustini, ejusque dismembratio a provincia Siciliae.

Pius PP. VII.

Ad futuram rei memoriam

Expositio precum.

§. 1. Nuper Nobis ex parte dilecti filii moderni provincialis Melitensis novae provinciae ordinis Eremitarum sancti Augustini expositum est quod, statim ut insulae Melitae, et Gaudisii potestati Britanniae regis subditae fuerunt, provincialis Siciliae, intra cujus limites jurisdictionis tres conventus inibi existentes continebantur, ad eos visitandos se conferre vetitus fuit, ac proinde regularis observantia, reique familiaris administratio de die in die ruebant in pejus, ne igitur abusus ultra procederent, congregatio generalitia nuncupata dicti ordinis, impetratis a Nobis opportunis facultatibus, tres conventus praedictos, Valtao scilicet, Notabilis, et Gaudisii a Siciliae provincia, cui ante spectabant, separavit, eosque in novam provinciam sub titulo sancti Marci Evangelistae, et sub nomine provinciae Melitensis, prout asseritur, erexit. Ut autem hujusmodi provinciae Melitensis erectio, rite, prout aseritur, facta, firmius subsistat praedictus provincialis orator per apostolicas Nostras literas eam confirmari, approbarique summopere desideret. Nobis propterea humiliter supplicari fecit, ut in praemissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis.

§. 3. Nos igitur dictum exponentem specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, suspensionis et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerit, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, auditis super praemissis relatione, et voto vicarii generalis dicti ordinis, novam provinciam Melitensem tres conventus praedictos continentem, a provincia Siciliae disjunctam, et sub titulo sancti Marci Evangelistae, ut supra, a generalitia congregatione erectam, auctoritate apostolica tenore praesentium approbamus, et confirmamus.

Derogatio contrariorum.

§. 3. Non obstatibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non dicti ordinis, et provinciae Siciliae etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, ac personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis: quibus omnibus, et singulis illorum tenores praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat, specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die trigesima januarii millesimo octingentesimo vicesimo primo, pontificatus Nostri anno vicesimo primo.

CMLXV.

Dat. die 6 februarii 1821 anno XXI.

Concessio usus mozzettae violacei coloris et rocchetti loco almutiae pro canonicis collegiatae ecclesiae s. Mariae in coelum Assumptae oppidi Magentiae dioecesis Privernensis.

Pius PP. VII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Ratio concessionis

§. 1. Indulgentia Romanorum pontificum iis qui Deo laudes conspicuis in templis persolvunt, peculiaria ornamenta non raro tribuit, ut externa decora adepti magis illi magisque conentur internis virtutibus enitere. Quum igitur dilecti filii archipresbyter, et canonici ecclesiae collegiatae, ac parochialis sanctae Mariae in coelum Assumptae oppidi Magentiae Privernensis dioecesis enixis precibus a Nobis efflagitarint, ut loco almutiae, qua antea decorabantur, rocchetto et mozzetta violacei coloris ornentur, quumque venerabilis frater episcopus Privernensis apud Nos testimonium dicat de splendore ejusdem ecclesiae, in qua octo canonicorum perantiquum collegium viget, praeside archipresbytero, qui dignitas habetur, curamque animarum oppidi totius gerit, addictis etiam choro adjutoribus duobus, quos beneficiatos appellari mos est; quum insuper idem venerabilis frater episcopus, bis omnibus commemoratis, atque etiam sacris reliquiis insignibus, quae in ea ecclesia coluntur, praedictos oratores plane dignos petitis honoribus arbitretur; annuendum eorum votis, atque obsecundandum putamus.

Tenor concessionis

§. 2. Nos igitur memoratum archipresbyterum, et canonicos specialibus favoribus, et gratiis prosequi volentes, eorumque singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, et poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatae existunt, ad effectum praesentium tantum consequendum, harum serie absolventes, et absolutos fore censentes, hujusmodi precibus inclinati, iis, qui modo sunt, quique in posterum erunt, archipresbytero, ac canonicis collegiatae sanctae Mariae in coelum Assumptae oppidi Magentiae, dioecesis Privernensis, ut loco almutiae, quam antea deferebant, rocchettum, et mozzettam laneam violacei coloris in processionibus, aliisque functionibus, ac actibus publicis capitularibus quibuscumque gestare libere ac licite possint et valeant, apostolica auctoritate tenore praesentium concedimus, et indulgemus.

Clausulae irritantes.

§. 3. Ipsumque archipresbyterum, et canonicos hac super re a quoquam quovis praetextu, causa, et occasione molestari, aut impediri nullatenus posse decernimus; sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores et Sedis apostolicae nuncios, ac S. R. E. cardinales etiam de latere legatos, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate et auctoritate judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quocumque quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 4. Non obstantibus apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinibus, aliisque in contrarium facientibus quibuscumque.

Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die sexta februarii millesimo octigentesimo vicesimo primo, pontificatus Nostri anno vicesimo primo.

CMLXVI.

Dat. die 5 februarii 1821 anno XXI.

Applicatio bonorum simplicis beneficii sub invocatione sanctorum Felicis et Adaucti, favore mensae episcopalis Ripanae.

Pius PP. VII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Proemium

§. 1. Multas inter sollicitudines, quibus ob curam omnium ecclesiarum Nobis injunctam angimur illa est, vel precipua consulere, episcopis qui se redditibus nimis angustis instructos queruntur.

Expositio precum, et ratio concessionis

§. 2. Quibus sane difficultatibus, atque angustiis Nobis expositum est episcopalem ecclesiam Ripanam premi; cujus ex bonis scutata millecentum quinquaginta percipiuntur quotannis, sed ita ut episcopus onus sustineat tum reficiendi episcopales aedes, tum cathedralem ecclesiam quae nunc ob vetustatem ruinosa non nisi magnis sustentari impensis potest. Quia vero non longe ab urbe Ripana, verumtamen in oppido Massineani Firmanae dioecesis bona sunt beneficii simplicis ss. Felicis et Adaucti, quod a dilecto filio Nostro Nicolao S. R. E. presbytero cardinali Riganti nuncupato episcopo Anconitano et Humano obtinetur, cujus ex beneficii proventibus conficiuntur annis singulis scutata circiter trecenta, videtur canonicis cathedralis Ripanae ac decurionibus urbis illius egestati Ripanorum episcoporum facilem, et in propinquo positam opem adesse, siquidem beneficium ss. Felicis et Adaucti eorum mensae adjungendum uniendumque apostolica potestate sanciamus. Nec vero destiterunt canonici, ac decuriones Ripani cum spud Nos rem enixo studio, ac precibus multis urgere.

Tenor concessionis dilatae ad tempus futurae canonicae vacationis beneficii.

§. 3. Nos autem qui inopiam episcopalis mensae illius levamen cupimus, audito dilecto filio Nostro Caesare S. R. E. presbytero cardinali Brancadoro nuncupato archiepiscopo Firmano, nec non accepto ad eam unionem consensu dilecti pariter filii Nostri Nicolai S. R. E. presbyteri cardinalis Riganti nuncupati episcopi Anconitani et Humani jam nunc prospectantes futurum in tempus, quum simplex beneficium ss. Felicis et Adaucti in oppido Massineani Firmanae dioecesis institutum, canonica ex causa vacabit, sine detrimento jurium praedicti dilecti filii Nostri Nicolai S. R. E. presbyteri cardinalis Riganti nuncupati episcopi Anconitani et Humani perpetuo unimus et adjungimus episcopali mensae Ripanae, et pro unito et adjuncto haberi mandamus.

Conditiones commutationi adjectae.

§. 4. Nolumus tamen episcopalis mensa Ripana in possessionem illius bonorum, ac fructuum veniat nisi post elapsum quinquonnium a tempore quo vacabit. Eo autem elapso temporis intervallo, episcopi Ripani eorum bonorum, ac fructuum possessionem acquirent, sed ea lege ut beneficii oneribus omnibus, singulisque accurate satisfaciant, atque ex iis perpetuo, et in singulos annos scutata centum sacrario cathedralis ecclesiae supellectilibus egenti pendant. Quod vero ex ejus beneficii proventu his impletis superérit in sumptus reparationis ecclesiae cathedralis erogabitur quamdiu reparatione indigebit: reparatione absoluta cedet episcopis.

Derogatio contrariorum.

§. 5. Ita decernimus apostolica auctoritate atque constituimus, non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus et ordinationibus, nec non praedicti beneficii etiam juramento confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus, caeterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die sexta februarii millesimo octigentesimo vicesimo primo, pontificatus Nostri anno vicesimo primo.

CMLXVII.

Dat. die 27 februarii 1821 anno XXI

Erectio instituti monialium ordinis sancti Benedicti ex fundatione ven. ancillae Dei Joannae Lestonach in dioecesi Ariminensi.

Venerabili fratri
Archiepiscopo episcopo Ariminensi.

Pius PP. VII.

Venerabilis frater
Salutem et apostolicam benedictionem.

Proemium.

§. 1. Pastoralem sollicitudinem tuam quamprimum consulendi puellarum Ariminensis civitatis necessariae institutioni circa fidei rudimenta, pietatis opera, ac faeminea pensa, qua hactenus memorata caruit civitas, per supplicem libellum Nobis patefactam plurimum in Domino commendamus, et ea, quae ad felicem hujusmodi utilis consilii exitum conducere videntur, auctoritate Nostra apostolica concedere curamus.

Memoratur erectio ejusdem instituti facta in civitate Burdegalensi a s. m. Paulo V.

§. 2. Cum itaque, sicut Nobis exposuisti, pium quoddam institutum monialium ordinis sancti Benedicti ex fundatione venerabilis servae Dei Joannae Lestonach in civitate Burdegalensi jam alias per fel: rec: Paulum pp. V. praedecessorem Nostrum vigore suarum apostolicarum in simili forma brevis die prima aprilis MDCVII literarum expeditarum erectum, et deinceps a Nobis per alias Nostras in eadem forma brevis sub datum die vicesima tertia junii MDCCCVII instantibus monialibus praedicti instituti civitatis Barchinonensis, pro se, aliisque monasteriis tunc existentibus, fuerit confirmatum; cumque praedicto instituto ex fundationis lege, praeter consueta regularium ordinum vota, additum sit charitatis opus instituendi gratis puellas, etiam non convictrices, tam in doctrina christiana, ac recte vivendi ratione, quam in primis legendi, scribendique rudimentis, ac etiam muliebribus pensis exolvendis, ac alias, prout in memoratis ejusdem Pauli praedecessoris literis, quarum tenorem praesentibus pro expresso haberi volumus, uberius continetur; cumque institutum praedictum incolis regnorum Hispaniarum, prout asseritur, multum utilitatis attulerit, tu in spem adductus illud tuae dioecesi plurimum profuturum, inibi quoque auctoritate Nostra apostolica erigi, approbarique summopere desideras. Nobis propterea humiliter supplicari fecisti, ut in praemissis opportuno providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Extensio instituti ad novam dioecesim.

§. 3. Nos igitur piis tuis votis, quantum cum Domino possumus, annuere volentes, teque a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurristi, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutum fore censentes, supplicationibus tuo nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, referente Nobis venerabili fratre Nostro Petro Francisco episcopo Albanensi S. R. E. cardinali Galleffi nuncupato, ac supplicum libellorum Nostrorum a secretis, fraternitati tuae praedictum institutum monialium ordinis sancti Benedicti ex fundatione venerabilis servae Dei Joannae Lestonach, juxta regulas jam a venerabili fratre Nostro Bartholomaeo episcopo Tusculano S. R. E. cardinali Pacca nuncupato, et a cl. me. Alexandro cardinali Mattei, dum in humanis ageret, de speciali mandato Nostro revisas, et approbatas, in dioecesi Ariminensi, servatis tamen servandis, auctoritate Nostra apostolica erigendi, et stabiliendi facultates necessarias, et opportunas dicta auctoritate tenore praesentium tribuimus et impertimur.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 4. Decernentes has praesentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, ac fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis quibus spectat in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 5. Non obstantibus omnibus, et singulis illis, quae tam memoratus Paulus praedecessor in dictis suis literis, quam Nos in praecitatis Nostris non obstare voluimus, caeterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die vicesima septima februarii millesimo octingentesimo vicesimo primo, pontificatus Nostri anno vicesimo primo.

CMLXVIII.

Dat. die 5 aprilis 1821 anno XXI.

Facultas concessa praefectis piae domus sitae in regione Transtyberim urbis pro institutione puellarum admittendi honestas, eruditasque matronas ad officium magistrarum earumdem puellarum.

Pius PP. VII.

Ad futuram rei memoriam

Proemium.

§. 1. In praecipuis animarum subsidiis, et ad vitia cohibenda remediis id esse cognoscitur, sevocare sive homines, sive feminas a saeculi curis, et in apto aliquo recessu ad praeteritae vitae flagitia recognoscenda, ac damnanda, cursumque ineundum poenitentiae salutaris accendere. Quod quum in pia domo sita in regione urbis Transtyberina per nonnullos praeclari operis socios efficiatur, ibique pueri, puellaeque, ac cujuscumque aetatis mortales egregia ad pietatem habeant incitamenta; aequum est Nos, et apostolicam Nostram Sedem benigno, ac liberaliter impertiri quaecumque ad ejus operis utilitatem, et incrementum videantur posse conducere.

Expositio precum.

§. 2. Quum igitur Nobis fuerit nuper expositum, ad imbuendas pietate, ac rudimentis religionis christianae puellas non modico ibidem adjumento fuisse hactenus mulieres quasdam ex eo coetu, atque instituto, quod praeterito saeculo in dioecesi Montis Falisci ortum cepit, ac magistrarum piarum dicitur; non tamen contigisse e domibus, sive, ut ipsae vocant, scholis earum mulierum tot pias magistras abducere, et in Transtyberinam, de qua agitur, domum transferre, quot suscepti operis magnitudo requireret.

Tenor concessionis.

§. 3. Nos, ut praefectis Transtyberinae domus pronior sit via ad reparandam piarum magistrarum, quam patiuntur, penuriam, ipsis Transtyberinae domus pro tempore praefectis facultatem tribuimus, commendatas pietate, prudentia, scientiaque elementorum christianae religionis mulieres in magistrarum piarum institutum, servatis, quae servari solent, admittendi.

Conditiones concessioni adjectae.

§. 4. Non tamen licebit praefectis iisdem mulieres ad institutum ejusmodi numero plures admittere, quam cura convenientium in eam domum puellarum, ac cujuscumque aetatis feminarum petat. Ceterum, ut sic receptae mulieres, et in coetum magistrarum piarum adlectae certam, et assiduam Transtyberinae domui operam navent in recta feminarum disciplina promovenda, et ut domui, atque operi illi haereant affixae, addictaeque; eas immunes fore declaramus a cujuscumque jurisdictione, praeterquam a potestae praefecti domus ipsius, ac pro tempore in urbe, cjusque districtu vicarii Nostri in spiritualibus generalis.

Derogatio contrariorum.

§. 5. Id concessum, atque indultum volumus, non obstantibus contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die sexta aprilis millesimo octingentesimo vicesimo primo, pontificatus Nostri anno vicesimo secundo.

CMLXIX.

Dat. die 6 aprilis 1821 anno XXI.

Communicatio privilegiorum concessorum cappellis dicatis s. Aloisio Gonzagae in collegio Romano favore ecclesiae s. Aegidii urbis jam concesso piae domui educationis puellarum.

Pius PP. VII.

Ad futuram rei memoriam

Proemium.

§. 1. Quidquid ad fidei catholicae incrementum, fideliumque pietatem, et religionem confovendam conducere videtur apostolatus Nostri munus exigit, ut omni cura, ac sollicitudine quantum in Domino possumus promovere studeamus.

Expositio precum.

§. 2. Quum itaque, sicut Nobis exponi fecit dilectus filius Joachim Michelini parochus sanctissimi Salvatoris in Ponte Interrupto urbis praefectis pii operis spiritualium exercitiorum in regione Transtyberina memorata urbis alias praedicti parochi, aliorumque presbyterorum zelo, et pietate legittime, prout asseritur in spiritualem praesertim puerorum, puellarumque utilitatem instituti ecclesiam s. Aegidii, quae olim ad ephippiorum fabros pertinebat, praeterito anno per rescriptum Nostra manu signatum fuerit concessa, memoratus parochus, nomine etiam praefectorum pii operis praefati humiliter expostulat ut hujusmodi ecclesiae concessio per apostolicas Nostras literas in forma brevis confirmetur, utque pium opus praedictum, ex quo uberrimos hactenus spirituales prodiisse fructus, magno animi Nostri gaudio accepimus, pueros, et puellas ad primam suscipiendam communionem iisdem, quibus cappellae sancti Aloisii Gonzagae in collegio Romano existentes per fel. rec. Pium VI decessorem Nostrum

ditatae sunt privilegiis admittere valeat.

Tenor concessionis

§. 3. Nos igitur dictum exponentem, ac singulares personas, quibus praesentes Nostrae literae favent specialibus favoribus, et gratiis prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes hujusmodi supplicationibus inclinati concessionem ecclesiae praedicti sancti Aegidii ob praemissam piam, et commendabilem caussam alias a Nobis, certis modo, et forma, ac conditionibus tunc expressis favore praedicti pii operis factam, auctoritate apostolica tenore praesentium confirmamus, et quatenus opus sit renovamus. Praefectis vero pii operis hujusmodi, ut ipsi pueros, ac puellas ad primam suscipiendam sacram communionem in dicta ecclesia sancti Aegidii, non aliter quam in cappellas sancti Aloisii Gonzagae in collegio Romano positas utuntur libero ac licite possint, et valeant auctoritate, et tenore praefatis concedimus, et indulgemus.

Derogatio contrariorum.

§. 4. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non dictae ecclesiae, ac universitatis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus, caeterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud s. Mariam Majorem die sexta aprilis millesimo octingentesimo vicesimo primo, pontificatus Nostri anno vicesimo secundo.

CMLXX.

Concessio indumentorum magis insignium pro canonicis ecclesiae sanctae Mariae urbis Sermonetae dioecesis Terracinensis.

Dat. die 10 aprilis 1821 anno XXII

Pius PP. VII.

Ad futuram rei memoriam

Proemium.

§. 1. Romanorum indulgentia pontificum peculiaria ornamenta non raro illis tribuit, qui Deo laudes conspicuis in templis persolvunt, ut externa decora adepti magis illi, magisque conentur internis virtutibus enitere.

Expositio precum.

§. 2. Quum igitur dilecti filii canonici ecclesiae sanctae Mariae urbis Sermonetae Terracinensis dioecesis petierint a Nobis peculiaribus insignibus honestari; quumque venerabilis frater episcopus Terracinensis suo apud Nos scripto testetur, id canonicorum collegium antiquitate, numero, et in sacris muneribus obeundis sedulitate commendari; haec Nobiscum perpendentes, ac reputantes inducimur, ut eorum precibus obsecundemus.

Tenor concessionis

§. 3. Quare praedictos canonicos specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, iis, qui modo sunt, quique in posterum erunt, e collegio canonicorum ecclesiae sanctae Mariae urbis Sermonetae Terracinensis dioecesis auctoritate apostolica indulgemus, ut per tempus byemale rocchettum, et mozzettam sericam violacei coloris, per aestivum autem tempus rocchettum, et superpelliceum gerant, iisque libere, ac licite uti indumentis queant sive in choro, sive in supplicationibus, aliisque functionibus publicis capitularibus.

Derogatio contrariorum.

§. 4. Id concessum, atque indultum volumus, non obstantibus fel: rec: Benedicti XIV praedecessoris Nostri super divisione materiarum, aliisque apostolicis constitutionibus, et ordinationibus, caeterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die decima aprilis millesimo octingentesimo vicesimo primo, pontificatus Nostri anno vicesimo secundo.

CMLXXI.

Dat. die 13 aprilis 1821 anno XXII.

Facultas gestandi cappam magnam laneam cum pellibus mustellae albae, et superpelliceo supra rocchettum pro canonicis oppidi Galatone nuncupati Neritonensis dioecesis.

Pius PP. VII.

Ad futuram rei memoriam

Proemium. §. 1. Ad dignitatem, majestatemque sacris functionibus conciliandam, mentesque fidelium ad rerum altissimarum, quae in ipsis latent, contemplationem excitandam, etiam vestes et sacra indumenta inter caetera alia ex apostolica doctrina et traditione pia mater adhibuit Ecclesia, et eo libentius, quo ecclesias ipsas vetustate, dignitate, aliisque praerogativis luculentius constat caeteris praecellere.

Expositio precum. §. 2. Quum itaque Nobis a venerabili fratre Nostro episcopo Neritonensi relatum sit, in oppido quodam Galatone nuncupato, olim inter magnae Graeciae civitates, nunc praedictae Neritonensis dioecesis inter praecipua loca connumerato, incolis frequentu, bonarum artium scholis, aliisque utilibus publicis institutis instructo, cleri probitate, ut doctrina refulgente, collegiatam ecclesiam a saeculo usque nono in ritu Graeco erectam, ac deinc in Latinum conversam, et ad praesens numeroso capitulo florentem existere.

Tenor concessionis. §. 3. Nos de illius honoris augmento solliciti, dignitatibus et canonicis memoratae ecclesiae jam a fel: rec: Urbano pp. VIII praedecessore. Nostro mozzetta, et rochetto alias decoratis, facultatem utendi cappa magna lanea cum pellibus mustellae albae, vulgo armellino, pro mozzetta hyemali tempore, aestivo vero superpelliceo supra rochettum humiliter postulantibus concedere non dubitamus, eosque propterea amplioribus apostolicae beneficentiae favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, dignitatibus et canonicis collegiatae praedictae tam praesentibus quam futuris, ut, pro mozzettu, cappam magnum laneam violacei coloris cum pellibus mustellae albae vulgo armellino supra rocchettum hyemali tempore, aestivo vero, aliisque anni temporibus juxta locorum consuetudinem, superpelliceum supra rocchettum tam in choro et ecclesia, quam extra in processionibus aliisque functionibus, et actibus capitularibus publicis quibuscumque gestare libere, et licite possint, et valeant, auctoritate apostolica tenore praesentium concedimus, et indulgemus, eosque desuper a quoquam quavis auctoritate impediri, molestari, perturbari nullatenus posse, ac irritum et inane si secus super his a quovis qualibet auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari, decernimus.

§. 4. Non obstantibus fel: rec: Benedicti pp. XIV praedecessoris Nostri super divisione materiarum, aliisque constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non dictae ecclesiae etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus, caeterisque contrariis quibuscumque. Derogatio contrariorum.

Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die decima tertia aprilis millesimo octingentesimo vicesimo primo, pontificatus Nostri anno vicesimo secundo.

CMLXXII.

Dat. die 13 aprilis 1821 anno XXII.

Ampliatio ornamentorum jam concessorum parochis pro tempore existentibus civitatis Ravennatensis.

Pius PP. VII.

Ad perpetuam rei memoriam

§. 1. Romanorum indulgentia pontificum peculiaria ornamenta non raro illis tribuit, qui divino cultui, et animarum saluti, conspicuis praesertim in locis, vacant, ut externa decora adepti magis illi magisque conentur internis virtutibus enitere, et ad implenda munera sibi injuncta novis veluti stimulis incitentur. Proemium.

§. 2. Quum igitur dilecti filii parochi urbis Ravennae Nobis exposuerint, Ravennates parochos a tempore, quod memoriam omnem exsuperat, uti indumentis illis, quibus cottae, ac mozzettae nomen est inditum, quae quidem mozzetta rubris globulis decoratur, intextamque auro stolam habet impositam; quumque occasione arrepta a novis ornamentis, quae canonicis cathedralis ecclesiae Ravennatensis Nostra concessione tributa sunt, ipsi etiam a Nobis petierint ornamentis amplioribus insigniri; eorum precibus annuendum, atque obsecundandum putavimus. Expositio precum.

Tenor concessionis. §. 3. Nos igitur eosdem oratores specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, ratione habita splendoris urbis Ravennae, ac dignitatis vetustae, nec non splendoris, ac vetustae dignitatis ecclesiarum parochialium ejusdem urbis, parochis Ravennatibus ex hujus supremae Sedis auctoritate concedimus, atque indulgemus, ut, cottae loco libere, ac licite rocchettum gerant, eoque indumento tum ipsi, tum eorum successores utantur in supplicationibus, aliisque functionibus publicis, sive intra, sive extra eorum curae commissas ecclesias.

Derogatio contrariorum. §. 4. Id concessum, atque indultum volumus, non obstantibus fel. recordationis Benedicti XIV praedecessoris Nostri super divisione materiarum, aliisque apostolicis constitutionibus, et ordinationibus, caeterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die decima tertia aprilis millesimo, octingentesimo vicesimo primo, pontificatus Nostri anno vicesimo secundo.

CMLXXIII.

Applicatio bonorum beneficii simplicis sub invocatione s. Bartholomaei apostoli erecti in ecclesia parochiali sanctorum Nicolai et Sabini terrae Montis Georgii Firmanae dioecesis favore ejusdem ecclesiae parochialis.

Dat. die 13 aprilis 1821 anno XXII.

Venerabili fratri
Archiepiscopo Firmano

Pius PP. VII.

Venerabilis frater
Salutem et apostolicam benedictionem

Prooemium. §. 1. Inter apostolici officii Nobis divinitus concrediti partes jugis quaecirca animarum curam vertuntur, cogitatio cor nostrum postulat praecipue; ideoque cum parochiales ecclesias ob maximam redditum inopiam de diuturnae vacationis periculo laborare, eorumque propterea rectores substentationis defectu premi comperiuntur. Tam gravibus hinc necessitatibus ecclesiasticorum beneficiorum suppressionis ministerio quique interposito libenter obviamus, neutraque angustia hujusmodi permanente ex pastorum deficientia proveniens in earumdem animarum detrimentum valeat ullatenus redundare.

Expositio precum. §. 2. Exhibita siquidem Nobis nuper pro parte dilecti filii Ascentii Angeli Dei presbyteri, ac rectoris parochialis ecclesiae sanctorum Nicolai, et Savini terrae Montis Georgii Firmanae dioecesis expositio continebat, quod tam perpetuum simplex et personalem residentiam non requirens beneficium ecclesiasticum sub invocatione sancti Bartholomaei apostoli, et ad altare Crucifixionis sancti Petri principis apostolorum in dicta parochiali ecclesia certo quem Nos haberi volumus pro expresso modo vacaverit et vacet ad praesens. Cumque ipsius parochialis ecclesiae fructus, redditus, et proventus ob nonnullorum bonorum alias addictam parochialem ecclesiam spectantium deperditionem jampridem sequutam adeo imminuti existant, ut ne dum congruae illius rectoris pro tempore existentis substentationi, verum etiam ad onera tam realia quam personalia per ipsum perferenda haud sufficere dignoscetur, prout tu peculiariter testaris eo vel magis quod ob numerum octingentarumcirciter animarum parochiano, rum jamdudum illi canonice adjectorum, qui in agris perdifficilis commeatus consistunt presbyterum cappellanum curatum nuncupatum in earumdem animarum cu-

ra sibi adjutorem aere proprio manutenere debet, secus vero dictus exponens considerans, quod si supradicti beneficii fructus, redditus, et proventus praevia illius perpetue suppressione eidem parochiali ecclesiae ut infra applicaretur, magis congruae illius dotationi, nec non decentiori ejusdem exponentis, ut paefertur, moderni, et pro tempore existentis illius rectoris substentationi aliqua saltem in parte compleretur, plurimum cupit hoc peculiari ab eo proposito subsidio parochialis ecclesiae praedictae necessitati per Nos et sanctam Sedem apostolicam benigne ut infra provideri; ideo Nobis humiliter supplicari fecit exponens praedictus, quatenus saepedictae parochialis ecclesiae necessitati hujusmodi opportune consulere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis.

§. 3. Nos igitur, qui salvatoris Nostri vices licet immerito gerentes in terris, animarum rectorem earumdem ecclesiarum parochialium utilitates et commoda procuramus, eidem exponenti specialem gratiam facere volentes, ipsumque a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris et poenis si quibus quomodolibet innodatus existit ad effectum praesentium tantum consequendum quomodolibet harum serie absolventes, et absolutum fore censentes, ac aliarum applicationum eidem parochiali ecclesiae hactenus forsan factarum siquae sint tenores ac datas verumque et ultimum dicti beneficii vacationis modum etiamsi ex illo quaevis generalis reservatio etiam in corpore juris clausa reputet eisdem praesentibus pro expressis habentes hujusmodi supplicationibus inclinati, fraternitati tuae per praesentes committimus et mandamus, quatenus vocatis qui fuerint ad id vocandi beneficium praedictum cuivis et illi forsan annexorum fructus, redditus, et proventus quatuordecim ducatorum auri de camera secundum communem aestimationem valorem annuum, ut asseris, non excedunt, quovis modo, aut ex cujuscumque persone semper liberam cujusvis resignationem de illo in Romana curia vel extra eam et coram notario publico et testibus sponte factam, aut assecutionem alterius beneficii ecclesiastici quavis auctoritate collati vacet, etiamsi tanto tempore vacaverit; quod ejus collatio juxta Lateranensis statuta concilii ad Sedem praefatam legittime devoluta, dictumque beneficium dispositioni apostolicae specialiter vel generaliter reservatum existit, et super eo inter aliquos lis, cujus statum praesentibus haberi volumus pro expresso pendeat indecisa, illiusque titulum collativum, nomen, denominationem, naturam et essentiam beneficii collativi, ita quod illud ex nunc deinceps perpetuis futuris temporibus collativum esse desinat, et uti tale in titulum collativum quavis auctoritate conferri, aut impetrari, vel alias de illo quovis modo disponi, nequaquam possit, et si illud ullo unquam tempore conferri aut impetrari, vel alias de illo quovis modo disponi contigerit, collationes, provisiones, et quaevis aliae dispositiones de illo quomodolibet factae nullae et invalidae, nulliusque roboris vel momenti existant, neminique suffragentur, neque jus vel coloratum titulum possidendi cuiquam tribuant auctoritate Nostra perpetuo supprimas et extinguas, illisque sic suppressis et extinctis omnia et singula illius bona, res, proprietates, fructus, redditus, et proventus, jura, obventiones, emolumenta universa in quecumque re consistentia et undecumque provenientia, et ad beneficium praedictum quomodolibet spectantia, et pertinentia supradictae parochiali ecclesiae ita quod liceat eidem exponenti, ut praefertur, moderno et pro tempore existenti illius rectori per se, vel alium, seu alios dicti beneficii, ut praefertur, suppressi et extincti, illiusque bonorum, rerum, proprietatum, fructuum, redditnum, proventuum, obventionum, et emolumentorum praedictorum ejusdem parochialis ecclesiae nomine veram, realem, corporalem, et actualem possessionem propria auctoritate libere apprehendere, et apprehensam perpetuo retinere, dictaque bona res, et proprietates locare, dislocare, arrendare, illorumque fructus, redditus, et proventus et emolumenta praedicta percipere, exigere, levare, ac supportatis tamen prius per dictum exponentem, ut praefertur, modernum, et pro tempore existentem dictae parochialis ecclesiae rectorem omnibus et singulis dicti beneficii, ut praefertur, suppressi, et extincti, siquae sint, oneribus in suos et dictae parochialis ecclesiae usus, et utilitatem convertere diocesani loci, vel cujusvis alterius licentia desuper minime requisita auctoritate Nostra praedicta sine alicujus praejudicio etiam perpetuo applices et appropries.

Clausulae salutares, et irritantes.

§. 4. Nos enim si suppressionem, extinctionem, applicationem, appropriationem, aliaque praemissa per te earumdem praesentium vigore fieri contigerit, ut praefertur, eas praesentes in eis contenta quaecumque semper et perpetuo validas et efficaces esse et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri, et obtinere ac omnibus, et singulis ad quos nunc spectat, et pro tempore quomodolibet spe-

stabit in futurum firmiter et inviolabiliter observari, et adimpleri debere; nec ullo unquam tempore ex quocumque capite, vel causa quantumvis juridica, pia, privilegiata, ac speciali nota digna etiam ex eo quod causae propter quas praemissa emanarunt adductae, verificatae, et justificatae non fuerint, de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis, vel intentionis Nostrae, aut alio quopiam alio defectu notari, impugnari, invalidari, retardari, ad viam et terminos juris reduci, seu adversus illas restitutionis in integrum, aut aliud quodcumque juris, vel facti, seu gratiae vel justitiae remedium impetrari, aut quidquam aliud in contrarium disponi nullatenus unquam posse; nec illas sub quibusvis similium vel dissimilium gratiarum revocationibus, derogationibus, aut aliis contrariis dispositionibus per quascumque literas, seu constitutiones apostolicas, aut cancellariae praefatae regulas pro tempore factas, et faciendas comprehendi, sed semper ab illis excipi, et quoties illae emanabunt toties in pristinum et validissimum statum restitutas, repositas, et plenarie reintegratas, ac de novo etiam sub quacumque posteriori data per dictum exponentem, ut praefertur, modernum et pro tempore existentem dictae parochialis ecclesiae rectorem quandocumque eligende concessas esse et fore, suasque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere, et ita per quoscumque judices ordinarios vel delegatos quavis auctoritate fungentes, etiam causarum palatii apostolici auditores, ac sanctae Romanae Ecclesiae cardinales etiam de latere legatos, vice legatos, dictaeque Sedis nuncios judicari et definiri debere, et si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari irritum et inane decernimus.

Derogatio contrariorum.

§. 5. Non obstante Nostra, et cancellariae praedictae regula de applicationibus ad partes committandis, ac de exprimendo in eis vero annuo beneficiorum ecclesiasticorum valore, nec non Lateranensis concilii novissime celebrati uniones et applicationes perpetuas nisi in casibus a jure permissis fieri prohibentis, elisque etiam in synodalibus, provincialibus, generalibus, universalibusque conciliis editis vel edendis specialibus vel generalibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis quibusvis superioribus et personis in genere vel in specie, vel aliis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, approbatis, confirmatis, et innovatis. Quibus omnibus et singulis etiam si de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifice, expressa, et individua, aut per clausulas generales idem importantes mentio, ac quaevis alia expressio habenda, seu alia etiam exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi ac si de verbo ad verbum, nil penitus omisso, et forma in illis tradita observata inserti forent pro plene, et sufficienter expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris latissime et plenissime, ac specialiter et expresse ad praemissorum omnium singulorum effectum hac vice dumtaxat, nec non opportune et valide harum quoque serie derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem quod dictus exponens, ut praefertur, modernus et pro tempore existentes illius parochialis ecclesiae rectores praedicti annuam summam quatuor scutorum monetae Romanae in subsidium alterius parochialis ecclesiae pauperioris per te designandae persolvere teneantur et non alias.

Datum Romae apud s. Mariam Majorem sub annulo piscatoris die decima tertia aprilis millesimo octingentesimo vicesimo primo, pontificatus Nostri anno vicesimo secundo.

CMLXXIV.

Dat. die 8 aprilis 1820 anno XXI.

Reintegratio capitulorum, coenobiorum, paroeciarum, aliorumque piorum operum in ducatu Lucano.

Venerabili fratri Philippo archiepiscopo Lucano

Pius PP. VII.

Venerabilis frater
Salutem, et apostolicam benedictionem

Exponitur cura adhibita a regina pro consequenda reintegratione locorum piorum.

§. 1. Cum carissima in Christo filia Nostra regina Maria Aloisia Hispaniarum infans, et ducissa Lucae, pro singulari, eximiaque pietate sua, statim ab adepta ducatus illius possessione curas omnes suas, studiaque in id converterit, ut res Ecclesiae, in illo etiam ducatu, praeteritorum temporum calamitate perturbatae, ad ordinem revocarentur, nec non regularium utriusque sexus coenobia, et canonicorum collegia, quo in numero fieri posset restituerentur, convenienti tam capitulis, et coenobiis ipsis, quam pauperioribus paroeciis attributa dotatione, ex residuo patrimonio illo ecclesiastico, quod nullo modo distractum reperiebatur: cumque circa praemissa, desiderio sua Nobis exposuerit, et judicio Nostro filiali obsequio subjecerit, Nos, omnibus mature, ac diligenter excussis bebiteque circumstantiarum ratione, haec quae sequuntur decernenda judicavimus, tibique, venerabilis frater, praesentium literarum vigore, ex delegata apostolica auctoritate exequenda committimus.

Reintegratio capituli ecclesiae cathedralis juxta originariam institutionem, additis reformationibus, et ampliationibus

§. 2. Atque ut a cathedralis ecclesiae capitulo, quod priores Nostras curas postulat, incipiamus, cum superioribus annis capitularium numerus, qui ad sexdecim tantum, tribus dignitatibus comprehensis, ascendebat, usque ad decem et novem adauctus fuerit, nunc vero expediens videatur, ut eidem stabili ratione provideatur, decernimus, capitulum illud, ut antea erat, ex tribus dignitatibus, nempe archipresbytero, primicerio, et archidiacono, et tresdecim canonicis in posterum constare debere, ita tamen, ut ex canonicis illis, qui de capitularium gremio antea non erant, sed ab extincto Gallicano gubernio nominati, veterique capitulo additi fuerant, et ultra praedictum tresdecim numerum octo reperiuntur, tres ii, qui postremi canonicam institutionem adepti sunt, canonici quidem cathedralis ecclesiae vere habeantur, et sint, omnibusque juribus, honoribus, et praerogativis non secus ac alii tresdecim, perfruantur, et gaudeant, sed canonici supranumerarii nuncupentur, et pensionem interea quotannis consequantur, quae medietati reddituum aliarum praebendarum respondeat, donec in locum trium canonicorum de numero, qui primi decesserint succedere, et admitti valeant, eo ipso ordine, quo canonicam institutionem acceperant, ita, ut qui primus ex tribus canonicis honorariis institutus fuerat, primus quoque canonicatum de numero assequatur, et ita deinceps; si vero ii tres uno eodemque tempore canonicam institutionem adepti sint, seniores aetate in assequendo canonicatu de numero junioribus praecedant. Ad hunc autem effectum decernimus, ut primae tres canonicales praebendae ex tresdecim, ut supra constitutae (non tamen theologalis, et poenitentiaria, quas ad formam canonicarum dispositionum per concursum, ut antea conferri volumus) nisi canonici decedentes coadjutorem cum futura successione ante hanc diem tamen legitime obtinuerint, nemini extra gremium capituli conferantur, sed tres illi canonici honorarii ess consequi debeant. Volumus autem, ut praeclarum istud Lucanae ecclesiae capitulum ad omnia primaeva jura, et privilegia redeat, quibus ante praeteritas vicissitudines fruebatur. Quod pertinet ad cappellanos ipsius cathedralis ecclesiae servitio addictos, quorum antea numerus ad quadraginta, nunc vero ad trigintaquinque protenditur, firmo interea eorum omnium jure, ac possessione, eos in posterum triginta duo tantum esse debere decernimus; mandantes propterea fraternitati tuae, ut reliquas octo praebendas, ex iis tamen, quae jurispatronatus laicorum non sint, auctoritate apostolica supprimas ita, ut cappellani numerum triginta duo, ut supra a Nobis praefinitum, futuris temporibus non excedant.

Ex quinque ecclesiis collegiatis tres tantum reintegrantur nuncupatae s. Michaelis, ss. Paulini, et Donati, et Camajore, reformatis legibus super earum administratione.

§. 3. Quoniam autem ob circumstantias praedictas, quinque collegiatae ecclesiae, quae primitus existebant, omnino omnes cum pristina dignitate, ac decore restitui non possunt, annuimus, et mandamus, ut ex illis, tres tantum, (praevia reliquarum collegiatarum ecclesiarum suppressione, auctoritate apostolica a te facienda) videlicet collegiata ecclesia sancti Michaelis cum decano, novem canonicis, et sexdecim cappellanis, et altera sanctorum Paulini et Donati cum priore, novem canonicis, et quatuordecim cappellanis; in terra autem = Camajore = nuncupata collegiata ecclesia cum quatuordecim canonicis, et octo cappellanis restituantur, quibus quidem tribus collegiatis ecclesiis ii ex canonicis, et cappellanis

duarum collegiatarum ecclesiarum, quae suppressae remanebunt, adscribantur, et incorporentur,: adjecta tamen lege, ut chorale servitium collegiatae ecclesiae sanctorum Paulini et Donati ad normam prorsus illius, quod in collegiata pariter ecclesia sancti Michaelis praestari consueverat, constituatur. Volumus tamen tertiam partem reddituum tam capitulo, et cappellanis cathedralis ecclesiae, quam tribus praedictis collegiatis ecclesiis adsignandorum, ad formam concilii Tridentini, separari, et in distributiones quotidianas converti, quae inter praedictas dignitates, canonicos, et cappellanos divinis interessentes, proportionabiliter, juxta divisionem a te, tamquam apostolicae Sedis delegato, in ipsa prima reddituum separatione facienda, dividantur; decernentes insuper, ut singulis tam dignitatibus, quam canonicis, et cappellanis tam cathedralis, quam collegiatarum ecclesiarum pro tempore existentibus, in satisfactionem onerum, quibus, tam capitula respectiva primitus gravata erant, quam bona, ac redditus ecclesiastici in ipsarum ecclesiarum dotationem, ut infra, adsignandi, premuntur, certus missarum numerus annuatim perpetuo celebrandus, quoad praebendarum vires patiantur, justo arbitrio tuo praefiniendus, adsignetur, supplentes de thesauro Ecclesiae reliquarum missarum celebrationem, quas inadimpletas manere necesse sit.

Reservatio juris nominandi canonicos in quavis collegiata.

§. 4. Circa nominationes vero ad canonicatus, et cappellanias tam cathedralis, quam collegiatae ecclesiae loci, vulgo = Camajore = nihil innovantes quod pertinet ad collegiatam ecclesiam sancti Paulini, firmo jure sanctae Sedis conferendi dignitatem prioratum nuncupatam, declaramus, nominationes ad canonicatus, quae ad Lucensem olim senatum spectabant, ad Lucensem ducissam, ejusque successores nunc pertinere; quod vero ad collegiatam ecclesiam sancti Michaelis, reservata huic sanctae Sedi collatione dignitatis decanatus nuncupatae, jus nominationis ad canonicatus, quo Lucanus olim vexillifer fruebatur, ad praedictam pariter ducissam, ejusque successores pertinere declaramus, firmo manente jure prioris s. Paulini, et capitulorum utriusque collegiatae ecclesiae ad cappellanias respective, etiam in posterum, nominandi.

Ordinatio paroeciarum.

§. 5. Quod autem ad parochiales ecclesias attinet, cum fraternitatas tua Nobis exposuerit, octo parochiales ecclesias Lucae, actu existentes, non sufficere, ut spiritualibus fidelium pastorali tuae curae commissorum necessitatibus satis consultum sit, propterea que opportunum fore, Nobis significaverit, si octo illis aliae duo nunc addantur, restitutis nempe duabus illis, quae primitus existebant, scilicet ecclesia s. Thomae vulgo in = Pelleria =, nec non altera sancti Leonardi, Nos de fidelium supra memoratorum spirituali utilitate solliciti, omnemque, ut par est, desiderii istius tui rationem habentes, tuae fraternitati committimus, et mandamus, ut praedictas duas parochiales ecclesias s. Thomae, et s. Leonardi restituas, et utrique eam dotem attribuas, quam designabimus, ut ex ea parochus, et viceparochus, qui in exercenda animarum cura illum adjuvet, sustantari, aliaeque expensae ad divinum cultum peragendum desumi valeant, ad quem effectum ea pars finitimarum paroeciarum, isque animarum numerus, servatis servandis, ab iis dismembrandi erunt, qui antiquo numero, quoad fieri possit, respondeat, et prudenti judicio tuo satis videbuntur ad duarum paroeciarum restituendarum territorium constituendum.

Consulitur paroeciis extra moenia urbis Lucanae positis.

§. 6. Quoniam autem de infradicendis bonis, ac redditibus patrimonii ecclesiastici, quod superfuit, juxta pia memoratae reginae desideria, quibus plene Nostra annuimus auctoritate, providendum erit tam augmenta reddituum parochorum relate ad eas paroecias extra Lucanae urbis moenia sitas, quarum redditus minores sunt annuis scutis septuaginta quinque monetae Lucanae, quam oneribus, et expensis pro ipsarum paroeciarum servitio = opere = nuncupato; divino cultui, et pastoralis ministerii exercitio necessariis Nos tibi potestatem facimus, ut singulis parochis pro tempore existentibus, certum missarum numerum prudenti arbitrio tuo praefiniendum annuatim, ac perpetuo celebrandaram in satisfactionem onerum bonis, ac redditibus ecclesiasticis paroeciis ipsis adsignandis infixorum, debita tamen proportione servata, ne ullus ex ipsis parochis ultra vires gravetur, assignes, supplentes de thesauro Ecclesiae reliquarum missarum celebrationem, quae integre ad respectivarum fundationum tramites celebrari non poterunt. Si vero forte contingat, ut alicujus ex memoratis paroeciis redditus scutorum annuorum biscentum praedictae monetae Lucanae summam excedant, facultatem tibi, ac successoribus tuis facimus singulis decedentibus hodiernis parochis, paroecias ipsas, ejusque redditus, favore alicujus pauperioris paroeciae tantum, arbitrio, et conscientia tua, et successorum praefatorum, pensione annua onerandi.

Regulae servandae in peragenda restitutione monasteriorum regularium utriusque sexus.

§. 7. Quod autem spectat ad regulares utriusque sexus, quoniam regina praedicta Nobis exposuit, Nosque ipsi probe cognoscimus, non posse omnino omnia ipsorum coenobia restitui, quae ante praedictas vicissitudines in Lucae ducatu reperiebantur, eo quod ex una parte coenobia ipsa partim distracta, partim in alios usus conversa sunt, ex altera vero bona, ac redditus, de quibus disponi nunc potest, omnium monasteriorum convenienti dotationi satis esse non possunt, hinc Nos decernimus, et indulgemus, praeter mendicantium coenobia, quinque virorum conventus, sex vero mulierum monasteria cum clausura, ex diversis utriusque sexus regularium ordinibus, ex delegata apostolica auctoritate, a te restituenda esse cum convenienti dotatione, de qua paulo infra dicemus; quae quidem monasteria, ac conventus erigendi, quatenus quoad monasteria virorum decem saltem presbyteros, et quatuor fratres laicos contineant, et quoad moniales, quadraginta, vel triginta saltem numerum pertingant, tamquam canonice existentia, habenda esse decernimus.

Dotationes factae pro singulis restitutis piis bonis extantibus sub administratione.

§. 8. Cum vero tenuitas ecclesiastici patrimonii, quod post praeteritas vicissitudines reliquum factum est, necessario cogat, ut redditus, ac bona ecclesiastica, nullo modo alienata, et distracta, quae sub actuali administratione bonorum ecclesiasticorum reperiuntur, etiamsi pertineant ad beneficia jurispatronatus subjecta, in unum conferantur, et inter capitula, paroecias, ac coenobia utriusque sexus ducatus Lucensis dividantur, hinc Nos tibi, tamquam apostolico delegato mandamus, ut bona, redditusque praedictos in dotationem capitulorum, et cappellanorum cathedralis ecclesiae, et trium collegiatarum ecclesiarum, coenobiorum utriusque sexus, nec non in supplementum congruae parochorum, et pro expensis necessariis ad divinum cultum in respectivis ecclesiis parochialibus, (quas expensas praefinire, redditusque in eas erogandos administrare ad eos pertineat, qui institutionibus illis, vulgo = opere = nuncupatis praesunt) aequa, et convenienti proportione assignes, et attribuas juxta inferius indicandam instructionem Nostram, decernentes, ut singula capitula, paroeciae, et regularium utriusque sexus communitates tam redditus, et bona, quam coenobia, et monasteria de novo regularibus praedictis respective assignanda, tamquam sua possideant, ac retineant, etiamsi ad alia pia loca, et personas ecclesiasticas antea pertinerent.

Comprehensio bonorum etiam spectantium ad beneficia de jurepatronatu laicorum.

§. 9. Cum autem inter memorata bona sub actuali administratione bonorum ecclesiasticorum posita, et illa, uti diximus, recenseantur, quae ad beneficia jurispatronatus laicorum subjecta pertinent, ea quidem non secus, ac caetera, nullaque prorsus exceptione facta, in suprapositas dotationes erogari volumus, suspenso interea manente jure patronorum ad praedicta beneficia praestandi. In tantis siquidem ecclesiastici patrimonii angustiis, ita a Nobis, quamquam non sine dolore, decerni necessitas Ecclesiae postulat, ut nempe donationibus illis, quae majoris momenti beneficia, piaque loca respiciunt, provideri valeat. Ut vero praedictorum patronorum, quoad rerum, ac temporum circumstantiae patiuntur, jura tueamur, volumus, ut cum pensiones vitalitiae, quibus nunc ecclesiasticum patrimonium est oneratum, decedentibus pensionariis, cessabunt, ea bonorum quantitas, quorum redditus actuali annuae summae pensionum illarum respondeat, novae dotationi beneficiorum jurispatronatus laicorum successive, ac proportionabiliter applicetur; quae dotatio in ea quantitate perficiatur, quae eorum beneficiorum redditibus, sub actuali administratione bonorum ecclesiasticorum positis, quoad fieri possit, respondeat, et tunc patronorum jura ad eadem beneficia nominandi, in integrum restituantur.

Consulitur restitutioni, et dotationi domorum educationis puellarum.

§. 10. Deinde cum saepe memorata regina Nobis exposuerit, tres in civitate Lucensi domos educationis, unam in monialium sancti Dominici monasterio pro puellis nobilibus = instituto Maria Luisa = vulgo nuncupatam; alteram in coenobio sancti Nicolai monialium ordinis sancti Augustini pro honestis puellis, tertiam denique pro adolescentibus tam nobili, quam honesto genere natis (quae propriam habet domum) ab aliquibus annis institutas reperiri, quarum prima, et tertia de bonis ad Ecclesiam spectantibus, secunda vero in pensione annua super bonis pariter ecclesiae imposita, dotationem suam habent, Nobisque supplicaverit, ut tam ad religionem, pietatem, probosque mores, difficili praesertim hoc tempore, revocandos, et solidius stabiliendos, quam ad praecavendam publicam perturbationem, dedecusque illud, quod tam salutaribus institutis immineret, si ob certae, canonicaeque dotationis defectum illas extingui contigeret, non modo earum dotationes actuales, quod ad primas duas in fundis ac redditibus Ecclesiae, (onerata tamen prima earum infradicenda pensione annua); quod vero ad tertiam in pen-

sionibus super Ecclesiae bonis constitutis (donec feliciori tempore ex redditibus publicis ei provideatur) approbare, verum etiam primae ex memoratis domibus coenobium sancti Dominici, quod, immutata ejus facie, non amplius in monasterii usum inservire posset, secundae autem, loco actualis monasterii sancti Nicolai, alterum = dei Servi = nuncupatum, perpetuo attribuere velimus, Nos praedictas causas justissimas agnoscentes, tibi potestatem facimus praedictae reginae votis, et postulationibus circa praedicta omnia ex delegata facultate apostolica satisfaciendi, ea tamen conditione, ut bona, ac redditus primae ex ipsis domibus, illis nempe = dell' istituto Maria Luisa = decedente actuali decano ecclesiae collegiatae sancti Michaelis, cujus congruae sustentationi, quoad vixerit, provisum est, annua scutorum quingentorum praestatione, favore ipsius ecclesiae collegiatae eroganda, onerata remaneant, ut praebendae successivi decani, et congruae duorum parochorum deserviant, prout regina ipsa, sua, qua pollet, eximia pietate, ac religione, Nobis pollicita est.

Conversio duorum monasteriorum in alios pios usus.

§. 11. Postremo cum eadem regina optare se quoque Nobis significaverit, ut monasterium sanctae Catharinae in usum invalidorum jam conversum, quodque non amplius monialibus ordinis sancti Dominici accommodatum esse potest, invalidorum ipsorum usui perpetuo attribuatur, ut ita coenobium patrum ordinis sancti Francisci, quod invalidi incolebant, religiosis ipsis restitui valeat, nec non hospitium vulgo dictum = di s. Cerbone = sibi libere concedatur, ut religiosae personae votis, quae illud in pium usum convertere pollicita est satisfaciat, bujusmodi pariter precibus annuentes, tibi committimus, et mandamus, ut praedictum sanctae Catharinae monasterium, in usum invalidorum jam conversum, iis assignes, atque in perpetuum ex delegata apostolica potestate concedas, nec non piissimae reginae de praedicto hospitio = di s. Carbone = libere disponendi facultatem facias, ea tamen conditione, quam ipsamet regina ultro Nobis exhibuit, ut patribus ordinis sancti Francisci reformatis, congrua alia domus perpetuo attribuatur, qua quidem praefati religiosi uti, et gaudere libere possint, cum, vel transeundi, vel eleemosynarum colligendarum causa (quod patribus ipsis, uti caeteris ordinibus quaestuantibus ducatus Lucensis nullo modo praepediri potest) Lucam petunt. Actati autem, ac valetudini tuae, venerabilis frater, parcere cupientes, quae postulare videntur, ut coadjutores aliquos babeas tam in exequendis hisce literis Nostris, quam in administrandis reliquiis illis ecclesiastici patrimonii, quae, post peractas dotationes, assignationesque bonorum, ac redditum supererunt, volumus, atque mandamus, ut non obstantibus literis Nostris in forma brevis datis die quinta augusti anni millesimi octingentesimi decimi quarti novam ex integro commissionem ecclesiasticam eligas, juxta infradicendam, quam ad te mittimus, instructionem; cui quidem commissioni praeesse, ejusque acta sancire, ad te, successoresque tuos pertinere debebit. Ecclesiae autem Lucanae patrimonium, quod superest, nullo modo huc usque distractum, quod in solam dotationis causam erogandum esse mandamus, quin vel minima ejus pars in alios usus converti ullo modo valeat, neque erogari possit in restitutionem beneficiorum simplicium liberae collationis, aut praesentationis ecclesiasticae, nisi quoad beneficia jurispatronatus laicorum tantum, post cessatas, ut supra diximus, pensiones vitalitias, par est ad omnes ecclesiasticas dotationes illas, quas supra expressimus perficiendas.

Destinatio redditum superextentium post impletas dotationes.

§. 12. Quae vero supererit summa, satis fortasse esse poterit ad sustinendas vitalitias pensiones in dotatione facienda in bonis stabilibus non comprehensas, aliasque administrationis expensas, quae, ut exiguae, quoad fieri valeant, sint, tibi summopero commendamus. At si forte contingat, ut quae ex enunciata dotatione religiose semper servanda, summa supersit, par non sit ad praedicta onera sustinenda, facultatem tibi tamquam Sedis apostolicae delegato facimus, ut, cognita per te, ac commissionem supradictam causa, universos utriusque cleri saecularis, ac regularis redditus (parochorum tantum congruis, scuta septuagintaquinque non excedentibus, exceptis, quas integras, et ab omni prorsus onere immunes esse volumus) annua pensione onere in supplementum ejus summae, quam ad praedictos effectus deesse noveris, religiose eroganda, temporarie, ac variabiliter tamen: decedentibus enim pensionariis, onus proportionabiliter imminui, ac penitus tolli volumus; qua in re religiosaeque perficienda, conscientiam tuam, ac successorum tuorum, et commissionis praefatae graviter oneramus.

Deputatio executoris apostolici.

§. 13. Ne autem arbitrio tuo adscribi umquam possit, quod, et tenuitate ecclesiastici patrimonii inspecta, et peculiaribus attentis circumstantiis, sancire necessarium duximus, fraternitati tuae tamquam apostolicae Sedis delegato, in-

structionem singula, quae necessaria sunt, complectentem, nec non dotationis, ac divisionis prospectum, universis ejus partibus consulentem mittimus; quam institutionem, atque dotationem religiose a te, atque a saepedicta commissione esse servandam mandamus. Mandantes propterea in virtute sanctae obedientiae, ac sub poena indignationis Nostrae omnibus, et singulis in praedictis Nostris literis interesse habentibus, caeterisque ad quos spectat, et pro tempore spectabit, ut omnia, et singula per te vigore praesentium facienda, et constabilienda reverenter recipiant, tibique in omnibus, et per omnia pareant, faveant, et obsequantur, nec te desuper, aliosque quoscumque quomodolibet indebite molestari, perturbari, vel inquietari permittant.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 14. Decernentes insuper praesentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, ac fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, dictisque in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, ac ab omnibus supramemoratis inviolabiliter observari; sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 15. Non obstantibus felicis recordationis Benedicti pp. XIV praedecessoris Nostri super divisione materiarum, nec non apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, ac legum, et fundationum, aliisque quibusvis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die octava aprilis, millesimo octingentesimo vicesimo, pontificatus Nostri anno vicesimo primo.

CMLXXV.

Revocatio facultatum legatitiarum episcopis Galliarum tributarum instruendi processus super electione novorum antistitum illius regni

Dat. die 16 maii 1820 anno XXI

Venerabilibus fratribus
Francisco archiepiscopo Rothomagensi, Gabrieli archiepiscopo Bisuntino, Annae Ludovico Henrico episcopo olim Nancejensi electo episcopo Senonensi, Ioanni Baptistae Mariae Annae Antonio episcopo Amycleensi in partibus infidelium electo episcopo Carnutensi.

Pius PP. VII.

Venerabiles fratres
Salutem, et apostolicam benedictionem

Tenor, et ratio revocationis mandati.

§. 1. Praeclara, quam de vestra religione, prudentia, et fide gerebamus opinio Nos impulit, ut ad processus rite conficiendos pro novis antistitibus necessarias vobis singulis facultates Nostris in forma brevis literis diei vicesimae nonae julii anni millesimi octingentesimi decimi septimi tribueremus. Functi egregie vos estis imposito hoc munere, Nostramque expectationem cumulate explevistis. Cum vero ex adventu in Gallias venerabilis fratris Vincentii archiepiscopi Nisibensis Nostri, et apostolicae Sedis apud christianissimum regem nuncii, et vos onere liberi effecti sitis, hasce ad vos mittimus literas, quibus collatam a vobis operam, diligentiam, sollicitudinem plurimum in Domino commendamus. Huic benevolentiae in vos Nostrae testimonio apostolicam benedictionem adjungimus, quam vobis singulis, venerabiles fratres, peramanter impertimur.

Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die decima sexta maii, millesimo octingentesimo vicesimo pontificatus Nostri anno vicesimo primo.

Dat. die 27 maii 1820 anno XXI.

CMLXXVI.

Compositio quaestionum subhortarum inter parochos urbis, et parochum ecclesiae s. Ludovici Gallorum regis urbis.

Pius PP. VII.

Ad futuram rei memoriam

Exponitur status dissidiorum.

§. 1. Cum super juribus parochialibus in homines e Galliarum natione Romae degentes quaestiones inter dilectos filios hujus Nostrae urbis parochos, ac dilectum filium parochum ecclesiae s. Ludovici Gallorum regis denuo invaluerit, christianissimi regis apud Nos, et sanctam hanc Sedem orator, extraordinarius suas Nobis obtulit preces, ut universam hanc rem Nos ipsi cognoscere, atque interposita auctoritate Nostra componere dignaremur. Nos itaque qui libentissime id omne praestamus, quod ad firmandam praesertim inter ecclesiasticos homines concordiam, litesque inter eos praecidendas conducere novimus, et qui virorum principum, eorumque apud sanctam hanc Sedem oratorum votis, quantum in Domino possumus, obsecundare desideramus, deliberandum censuimus de memorata quaestione super juribus parochialibus, quae in singulos e Galliarum regno in urbe degentes sibi competere contendit parochus dictae ecclesiae s. Ludovici, licet alterna in paroecia ipsorum extet domicilium. Constitutionem siquidem fel. rec. Xisti IV praedecessoris Nostri, quarto nonas aprilis anni millesimi quadringentesimi septuagesimi octavi sub plumbo datam profert parochus s. Ludovici, ex qua illud speciatim inter caetera statutum legitur - Ut omnes et singulae etiam ecclesiasticae, quacumque dignitate fungantur, et etiam laicae cujuscumque conditionis, status, aut artificii existerint Galliarum nationis utriusque sexus personae Romanam curiam sequentes pro tempore, etiamsi conjugatorum uxores alienae nationis existant, quamvis infra limites aliarum parochialium ecclesiarum urbis habitationem habuerint, sint, et esse censeantur parochiani ecclesiae s. Ludovici, et ad illam pro sagramentis recipiendis, et audiendis divinis diebus festivis, et alias accedere sub poena inhobedientiae teneantur. Ast privilegium hoc sublatum prorsus contendunt dilecti filii hujus Nostrae urbis parochi per Tridentini concilii dispositiones quibus episcopis demandatum fuit, ut distincto populo in certas propriasque parochias, unicuique suum perpetuum parochum assignarent, et grandi insuper exemplorum, factorumque congerie, nec non decreto cardinalis Carpinei vicarii urbis anni 1673 sua parochialia jura super homines e Galliarum natione, qui suis in paroecis morentur propugnare conantur, eaque opponunt adversus cujusdam decreti vim, quod anno 1593 per illius temporis vicesgerentem latum dicit parochus s. Ludovici in memorati privilegii confirmatione.

Quaestiones delatas ad congregationem Concilii pontifex advocat et definit.

§. 2 Nos quidem ejusmodi quaestionem congregationi cardinalium s. concilii Tridentini interpretum definiendam remiseramus, verum cum res longius protraheretur, Nos, ne forensis actionis tumultu, atque ob ingentium partium studium, disceptatio nimis ardens evaserit, Nostram erga carissimum in Christo filium Nostrum Ludovicum Galliarum regem christianissimum propensam voluntatem novo, eodemque praeclaro monumento testari exoptantes; votis etiam annuentes dilecti filii Petri Ludovici comitis de Blancas ejusdem christianissimi regis apud Nos, et apostolicam Sedem oratoris extraordinarii, litem praecidere, remque universam Nos ipsi componere, atque conficere decrevimus.

Tenor supremae decisionis.

§. 3. Quare ex certa scientia, et matura deliberatione Nostris, deque apostolicae potestatis plenitudine, avocata prius ad Nos memorata quaestione a congregatione Concilii, vel a quolibet alio tribunali, si forsan in eo praeteritis temporibus fuerit introducta, tenore praesentium decernimus, et mandamus, ut ex nunc in perpetuum omnes, et singulae cujusquo conditionis, status, ac sexus personae, quae in palatio oratorum regis christianissimi in urbe pro tempore existentium, habitationem, ac domicilium habeant, ibique vere habitent, dummodo certis pro Francorum legatione officiis ibidem fungantur, aut ad eorumdem oratorum familiam, vel famulatum vere pertineant, sint, et esse censeantur, subditi vero jure parocho ecclesiae sancti Ludovici nationis Galliarum, cui proinde eos omnes, et singulos, eadem apostolica auctoritate pro omnimodo parochialium jurium exercitio subjicimus, et assignamus, subjectosque, et assignatos haberi decernimus. Cum autem Romae jamdudum existat regia Francorum accademia, in qua liberalium artium alumni ex Galliarum natione ad certum tempus studiorum excolendorum causa morantur, eos quoque superius memorato privilegio gaudere volumus; proindeque cadem auctoritate tenore praesentium pariter decernimus, et

mandamus, ut omnes, et singuli nationis Galliarum, qui in aedibus dictae regiae Francorum accademiae existant, sive ii sint moderatores loci, sive artium alumni, sive in famulatum adsciti, dummodo in ipsis aedibus accademiae vere reeideant, et habitent, eodemque modo quo illi qui in paletio oratoris christianissimi regis, ut supra, degunt, et certis pro Francorum legatione officiis ibidem funguntur, vel ad eorumdem oratorum familiem, vel famulatum pertinent, parocho ecclesiae sancti Ludovici Gallicanae nationis subditi pleno jure sint, et esse censeantur, mandantes per hesce Nostras literas, ut praedictus ecclesiae eancti Ludovici parochus cuncta parochialia jura juxta sacrorum canonum, et apostolicarum constitutionum praescripta, super eos rite, legitime, et singillatim exercoat; qui pariter ed eam parochialem ecclesiam sancti Ludovici pro sacramentis recipiendis, aliisque similibus causis accedere, eamque pro suo perochiali ecclesia unice, vere, ac reapse agnoscere, habere, ac venerari teneantur.

Compositio jurium diversarum ecclesiarum parochialium ejusdem regni in urbe existentium.

§. 4. Cum vero aedes regiae Francorum accademiae modo in monte Pincio existant, volumus, et apostolica auctoritate mandamus, ut si ecclesia senctissimae Trinitatis in nôdem monte sita aliquando parochialitatis privilegio honoretur, aliisque parochialibus ecclesiis urbis accenseatur, ac memorata accademia in eisdem aedibus, in quibus modo sita est in monte Pincio tunc temporis inveniatur, praedicta ecclesia senctissimae Trinitatis esse debeat paroecia pro iis, qui ut supra meminimus, in palatio accademiae Francorum in monte Pincio habitent, juraque idcirco parochialia universa in eosdem a parocho s. Ludovici in parochum memoratae ecclesiae sanctissimae Trinitatis plene transferantur. Caeteros vero quoscumque e Galliarum natione cujuscumque sint conditionis, statns, et sexus etiamsi certis pro Francorum legetione, aut aliis quibuscumque officiis apud sanctam Sedem fungantur, sive ii domicilium in urbe habeant, sive transeunter in eadem commorentur, qui in duobus praedictis locis in palatio nimirum oratoris Gallierum, ut aedibus accademiae Francorum non degant, sed alibi in urbe habitent, nullimode ad parochialem ecclesiam sancti Ludovici pertinere declaramus, et decernimus, sed integra, firma, atque inviolata ad formam sacrorum canonum, et peculiarium statutorum cleri Romani permanere omnino super ipsos volumus, ac declaramus jura universa, et singula parochorum, quorum in paroecia habitare iidem inveniantur.

Clausule sublata, vel decretum irritans.

§. 5. Decernentes has praesentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, ac fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis ad quos spectat, ut pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab cis respective inviolabiliter observari; sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiri debere, imposito perenni, ac perpetuo silentio super hujuscemodi quaestione, irritum quoque, et inane declarantes si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 6. Non obstantibus, quatenus opus sit, fel. rec. Benedicti pp. XIV super divisione materiarum, aliisque apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus; nec non dictarum ecclesiarum etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque et aliis decretis in genere vel in specie, ac aliis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis; quibus omnibus, et singulis illorum tenores praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis babentes, illis alias in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum hec vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die vicesima septima maii, millesimo octingentesimo vicesimo, pontificatus Nostri anno vicesimo primo.

CMLXXVII.

Dat. die 29 maii 1830 anno XXI.

Dispensatio episcopi Divionensis a cura ecclesiarum in electione concredita, illiusque deputatio in administratorem temporaneum usque ad novam distributionem dioecesium.

Dilecto filio
Joanni Baptistae Dubois
in episcopum Divionensem electo.

Pius PP. VII.

Dilecte fili
Salutem, et apostolicam benedictionem

Ratio, et tenor dispensationis.

§. 1. Cathedralem ecclesiam Divionensem, quae per obitum bo. mem. Henrici Raymond ultimi illius episcopi suo carebat pastore, tibi dilecte fili, ex nominatione carissimi in Christo filii Nostri Ludovici Galliarum regis christianissimi commisimus moderandi, et canonicae institutionis bullas juxta ea, quae apostolicis Nostris literis sexto kalendas augusti millesimo octingentesimo decimo septimo de nova dioecesium circumscriptione editis sancita fuerunt, dandas ad te curavimus, probe confisi ea, qua commendaris prudentia, ac virtute, et singulari in Dei gloriam studio delato munere fore te sedulo perfuncturum. Cum vero majestatis suae nomine perlatum ad Nos fuerit, onera, quibus regnum premitur haud pati universas nonaginta duas sedes juxta memoratas apostolicas literas constitui, votisque proinde ipsius regis de earumdem imminutione peragenda annuerimus, illudque interea temporarium remedium adhibendum censeamus, ut donec isthaec dioecesium circumscriptio rite conficiatur, singularum ecclesiarum possessio teneatur iis limitibus, iisque juribus, quibus ante continebantur, quae quidem luculenter, copioseque in allocutione in consistorio Nostro die vicesima tertia augusti anni superioris habita, et typis edita una cum universa rerum, circumstantiarumque narratione exposuimus: id Nostris hisce ad te in forma brevis literis mandamus, ut licet provisio supradictae ecclesiae Divionensis peracta fuerit juxta ea, quae memoratis literis sexto kalendas augusti praefinivimus, ipsius tamen regimen interea suscipias eo plane statu, iis limitibus, iisque servatis metropoliticis juribus, quae ante id temporis vigebant. Nos quidem non ambigimus naviter, celeriterque te esse obsecuturum huic Nostrae temporariae dispositioni, quam impensa charitas Nobis suggessit, ne invalescere diutius conspiceremus ingentia mala, quae ex longiori ecclesiarum viduitate novimus redundare. Uberes itaque in dominicas oves tuae sollicitudini concreditas fructus ex pastorali tuo zelo fidenter praestolantes, apostolicam benedictionem bonorum omnium auspicem tibi, dilecte fili, tuoque gregi peramanter impertimur.

Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die vicesima nona maii, millesimo octingentesimo vicesimo, pontificatus Nostri anno vicesimo primo.

CMLXXVIII.

Dat. die 29 maii 1830 anno XXI.

Dispensatio episcopi Bajonensis a cura nonnullarum ecclesiarum in electione eidem concredita, illiusque deputatio in temporaneum administratorem usque ad novam distributionem dioecesium.

Venerabili fratri
Paulo Theresiae Davidi d' Astros
jam episcopo sancti Flori
in episcopum Bajonensem electo.

Pius PP. VII.

Venerabilis frater
Salutem et apostolicam benedictionem

Ratio, et tenor dispensationis

§. 1. Cathedralem ecclesiam Bajonensem, quae per obitum bo. mem. Jacobi Josephi Lejson ultimi illius episcopi suo carebat pastore, tibi, venerabilis frater, ex nominatione carissimi in Christo filii Nostri Ludovici Galliarum regis christianissimi commisimus moderandam, et canonicae institutionis bullas juxta ea, quae apostolicis Nostris literis sexto kalendas augusti millesimo octingentesimo decimo septimo de nova dioecesium circumscriptione editis sancita fuerunt, dandas ad te curavimus, probe confisi ea, qua commendaris prudentia, ac virtute, et singulari in Dei gloriam studio delato munere fore te sedulo perfuncturum. Cum vero majestatis suae nomine perlatum ad Nos fuerit, onera, quibus regnum premitur haud pati universas nonagintaduas sedes juxta memoratas apostolicas literas constitui, votisque proinde ipsius regis de earumdem imminutione peragenda annuerimus, illudque interea temporarium remedium adhibendum censeamus, ut donec isthaec dioecesium circumscriptio rite conficiatur, singularum ecclesiarum

possessio teneatur iis limitibus, iisque juribus, quibus ante continebantur, quaequidem luculenter, copioseque in allocutione in consistorio Nostro die vicesima tertia augusti anni superioris habita, et typis edita una cum universa rerum, circumstantiarumque narratione exposuimus; id Nostris hisce ad te in forma brevis literis mandamus, ut licet provisio supradictae ecclesiae Bajonensis peracta fuerit juxta ea, quae memoratis literis sexto kalendas augusti praefinivimus, ipsius tamen regimen interea suscipias eo plane statu, iis limitibus, iisque servatis metropoliticis juribus, quae ante id temporis vigebant. Nos quidem non ambigimus naviter, celeriterque te esse obsecuturum huic Nostrae temporariae dispositioni, quam impensa charitas Nobis suggessit, ne invalescere diutius conspiceremus ingentia mala, quae ex longiori ecclesiarum viduitate novimus redundare. Uberes itaque in dominicas oves tuae sollicitudini concreditas fructus ex pastorali tuo zelo fidenter praestolantes, apostolicam benedictionem bonorum omnium auspicem tibi, venerabilis frater, tuoque gregi peramanter impertimur.

Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die vicesime nona maii millesimo octingentesimo vicesimo, pontificatus Nostri anno vicesimo primo.

CMLXXIX.

Dat. die 29 maii 1820 anno XXI

Dispensatio episcopi Orthosiensis a cura ecclesiarum eidem in electione concredita, illiusque deputatio in temporaneum administratorem usque ad novam distributionem dioecesium.

Venerabili fratri
Ludovico Syphrens Josepho de Salemon
episcopo Orthosiensi in episcopum
sancti Flori electo.

Pius pp. VII

Venerabilis frater
Salutem, et apostolicam benedictionem

Tenor et ratio dismembrationis.

§. 1. Cathedralem ecclesiam sancti Flori, quae per obitum bo. mem. Joannis Francisci de Maillen ultimi illius episcopi suo carebat pastore, tibi, venerabilis frater, ex nominatione carissimi in Christo filii Nostri Ludovici Galliarum regis christianissimi commisimus moderandam, et canonicau institutionis bullas juxta ea, quae apostolicis Nostris literis sexto kaleodas augusti milesimo octigentesimo decimo septimo de nova dioecesium circumscriptione editis sancita fuerunt, dandas ad te curavimus, probe confisi ea qua commendaris prudentia, ac virtute, et singulari in Dei gloriam studio delato munere fore te sedulo perfuncturum. Quum vero majestatis suae nomine perlatum ad Nos fuerit, onera quibus regnum premitur haud pati universas nonaginta duas sedes juxta memoratas apostolicas literas constitui, votisque proinde ipsius regis de earumdem imminutione peragenda annuerimus, illudque interea temporarium remedium adhibendum censeamus, ut donec istbaec dioecesium circumscriptio rite conficiatur, singularum ecclesiarum possessio teneatur iis limitibus, iisque juribus, quibus ante continebantur, quae quidem luculenter, copioseque in allocutione in consistorio Nostro die vicesima tertia augusti superioris habita, et typis edita una cum universa rerum, circumstantiarumque narratione exposuimus; id Nostris hisce ad te in forma brevis literis mandamus, ut licet provisio supradictae ecclesiae sancti Flori peracta fuerit juxta ea, quae memoratis literis sexto kalendas augusti praefinivimus, ipsius tamen regimen interea suscipias eo plane statu, iis limitibus, iisque servatis metropoliticis juribus, quae ante id temporis vigebant. Nos quidem non ambigimus naviter, celeriterque te esse obsecuturum huic Nostrae temporariae dispositioni, quam impensa charitas Nobis suggessit, ne invalescere diutius conspiceremus ingentia mala, quae ex longiori ecclesiarum viduitate novimus redundare. Uberes itaque in dominicas oves tuae sollicitudini concreditas fructus ex pastorali tuo zelo fidenter praestolantes apostolicam benedictionem bonorum omnium auspicem tibi, venerabilis frater, peramanter impertimur.

Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die vicesima nona maii, millesimo octingentesimo vicesimo, pontificatus Nostri anno vicesimo primo.

PIUS VII.

ANNO VICESIMO SECUNDO

CMLXXX.

Dat. die 25 februarii 1821 Anno XXII

Reintegratio, et erectio sedis episcopalis Annecii in regno Pedemontano.

Pius episcopus
Servus servorum Dei

Ad futuram rei memoriam

Proemium

§. 1. Sollicita catholici gregis cura Nos compellit assidue, ut ea intento studio praestemus, quae pro salubriori ejusdem procuratione videantur expedire, inter quae primum locum tenet episcoporum constitutio, ut fidelis populi spiritualibus necessitatibus celeriter valeant opem ferre opportunam; atque idcirco ab anno millesimo octingentesimo decimo septimo, compositis publicis Europae rebus, ac favantibus studiis carissimi in Christo filii Victorii Emmanuelis tunc Sardiniae regis illustris, nec non Sabaudiae, Montis Ferrati, ac Genuae ducis, et Pedemontii principis per apostolicas Nostras sub plumbo literas incipientes » *Beati Petri* » sub datum decimo sexto kalendas augusti, sedes illas episcopales in Pedemontana provincia, quas ita exigente praeteritorum temporum conditione anno millesimo octingentesimo tertio suppresseramus, iterum ereximus, ac de novo instituimus.

Preces porrectae a rege Sardiniae.

§. 2. Cumque per memoratas Nostras literas anni millesimi octingentesimi decimi septimi tantummodo sedem Camberiensem in metropolitanam erexerimus, Augustanam ecclesiam ei suffraganeam assignantes, ut interea diligenti, ac matura deliberatione perpenderetur si, et quae aliae in eodem ducatu sedes essent erigendae, nunc intelligentes, actuales illius regni circumstantiae post novissimas praesertim in illo excitatas, ac divina favente ope compressas perturbationes, ecclesias omnes olim in Sabaudia existentes minime patiuntur redintegrari. Laeto animo, ac benedicente Domino totius consolationis preces excepimus a dilecto filio comite Josepho Barbaroux extraordinaria apud sanctam Sedem missione decorato carissimi in Christo filii Nostri Caroli Felicis moderni Sardiniae regis illustris, ac Sabaudiae, Montis Ferrati, et Genuae ducis, nec non Pedemontii principis nomine Nobis exhibitas, ut in Sabaudiae ducatu sedes altera episcopalis constituatur, atque ita inter duos antistites sacrorum gubernatione divisa christifidelium ibidem degentium bono, et commoditati melius consulatur. Haec autem sedes opportune docitur erigenda in civitate Annecii pluribus jam titulis insigni, ac praesertim ob gloriosum sanctorum Francisci Salesii, et Joannae Franciscae a Chantal sepulchrum, atque ob tutum, ac paratissimum praestitum perfugium Gebennensibus episcopo, et capitulo a propria sede exulare coactis, eidemque novae sedi infraenuncianda loca, et paroecias pro dioecesano suo territorio attribuendas.

Dismembratio, paroeciarum et aliorum locorum a dioecesi Camberiensi.

§. 3. Attenta igitur cessione a venerabili fratre Jrenaeo Jvone archiepiscopo, et metropolitano capitulo Camberiensi jam facta, praevia dismembratione, et separatione a dioecesi Camberiensi infradicendorum locorum, et parochialium ex certa scientia, et matura deliberatione Nostris, deque apostolicae potestatis plenitudine Annecium in civitatem episcopalem pro uno futuro episcopo Anneciensi nuncupando erigimus cum juribus, honoribus, ac praerogativis, quibus ducatus Sabaudiae civitates pontificali sede olim insignitae, illarumque cives gaudebant, atque utebantur, et in eadem civitate ad omnipotentis Dei gloriam, et catholicae religionis augumentum parochialem ecclesiam sub invocatione sancti Petri ad Vincula ad cathedralis ecclesiae

gradum extollimus, ibique sedem episcopalem, et cathedrale capitulum constans decem canonicatibus, totidemque praebendis comprehensis in eis tribus dignitatibus nempe praepositura prima post pontificalem, archidiaconatu secunda, et cantoratu tertia, nec non aliis duobus canonicatibus honorariis pro uno deinceps episcopo, qui ecclesiae, civitati, ac dioecesi Anneciensi praesit, synodum convocet, ac omnia, et singula jura, officia, et munia episcopalia habeat, et exerceat cum sua mensa episcopali, omnibusque cathedralibus, et pontificalibus insigniis, jurisdictionibus, praeeminentiis, praerogativis, privilegiis, honoribus, gratiis, favoribus, ac indultis realibus, personalibus, et mixtis, quibus antea cathedrales ecclesiae in ducatu Sabaudiae existentes, earumque praesules gaudebant, et gaudere poterant de simili apostolica auctoritate erigimus atque instituimus.

Assignatio territorii dioecesis Anneciensis.

§. 4. Ad efformandum vero Anneciense dioecesanum territorium praeter supradictam civitatem cum duabus in ea existentibus sancti Petri, et sancti Mauritii paroeciis alias biscentum octusginta duo parochiales ecclesias cum locis, seu communibus, et viculis in ipsis respective comprehensis videlicet = In provincia Gebbennensi = Alby = Alex = Alleves = Allonzier = Annecy le Vieux = Argonnex = Aviernoz = Balme de Sillingy = Balme de Thuy = Bloye = Bluffy = Boussy = Bouchet = Cercier = Chapeiry = Charvonnex = Chavanod = Choisy = Clefs = Clusaz = Crempigny = Cuvat = Dingy s. Clare = Doussard = Duing = Entreverues = Epagny = Etercy = Evires = Faverges = Giez = Grand Bornand = Groissy = Gruffy = Hauteville = Hery sur Alby = Leschaux = Lornay = Lovagny = Manigod = Marcellaz = Marigny = Marlens = Massingy = Menthon = Menthonnez = Mesigny = Montmin = Moye = Naves = Nonglard = = Ollieres = Poisy = Pringy = Quintal = Rumilly = s.' Eosebe = s.' Eustache = s.' Ferreol = s.' Jean de Sixt = s.' Torioz = s.' Martin = s.' Sylvestre = Sales = Sallenove = Seinod = Sercaval = Settenez = Sillingy = Sion = Sevrier = Talloires = Thories = Thorens = Thuile = Thusy = Vallieres = Veaux = Versonnex = Veyrier = Vieugy = Villards sur Thones = Villaz = Villy le Bouveret = Villy le Pelloux = = Viaz Faverges = Vinz la Chiesaz = Vouray = In provincia de Carouge = Andilly = Annemasse = Arbusigny = Archamp = Arcine = Arthaz = Bassy = Beaumont = Bonne = Bossey = Cernez = Challonges = Chaumont = Chenes en Semine = Chessenaz = Chilly = Clarafond = Clermont = Collonges = Contamines = Copponez = Cramves = Sales = Cruseilles = Desingy = Eloise = Eisery = Feigeres = Fillinges = Franclens = Frangy = Jonzier = Juvigny = Lucinges = Marcellaz = Marlioz = Menthonner sur Clermont = Monnettier = Muraz = Mussiege = Nangy = Neydens = Pers Tussy = Presilly = Reignier = s.' Cergues = s.' Germain sur Rhone = s.' Julien = Sappey = Savigny = Scientrier = Vsinens = Valleiry = Venzy = Veigy = Vers = Vetraz = Ville la grand = Viry = Vulnens = In provincia seu baronatu Fuciniano = Ayse = Amaney = Araches = Arenthon = Argentieres = Boege = Bogeve = Bonneville = Brison = Burdignin = Chamonix = Chapelle Rambaud = Chatillon = Cluses = Combloux = Comtamines sor e.' Gervasi = Contamine sur Arve = Cordon = Cornier = Côte d'Arbrody = Domaney = Entremont = Etaux = Frasse = Houches = Magland = Marigny = Megeve = Mieussy = Mont-Saxonnex = Morillon = Nancy = Onnion = Passy = Peillonnex = Petit-Bornand = Pontchy = Les Gets = Les Plagnes = Pratz de Megeve = Le Reposoir = La Riviere en Verse = La Roche = s.' Andrè = s.' Gervais = s.' Jean de Tholome = s.' Jeoire = s.' Laurent = s.' Nicolas de Verosse = s.' Pierre de Rumilly = s.' Sigismond = s.' Sixt = s.' Martin de Sallanches = Sallanches = Samôëns = Scionzier = Servoz = Sixt = Taninges = Thyez = Vallorcine = Verchaix = Le Villard = Ville en Sallaz = Viuz en Sallaz = In provincia, seu ducatu Agri Caballici = Abondance = Allinges = Anthy = Armoiliaud = Ballaison = Bellevaux = Bernex = Le Biot = Bonnevaux = Bons = Brens = Brenthonne = Cervens = Campanges = Chatel = Chevenoz = Cusy = Cheus = Douvaine = Draillant = Evian = Fessy = Feterne = La Forclaz = Habères = La Chapelle d'abondance = Larringes = Loisin = Lugrin = Lullin = Meuthilly = Margeruel = Marin = Massongy = Maxilly = Meillerée = Megevette = Messery = Montriond = Morzine = Nernier = Nenvecelle = Novel = Orcier = Perrignier = Publier = Reyvroz = s.' Gingolph = s.' Jean d'Aulph = s.' Paul = Saxel = Scies = Seytrous = Thollon = Thonon = Vacheresse = Vailly = La Vernaz = Vinzier = Yvoire = et in provincia superioris Sabaudiae = Allondaz = Le Cernoz = Crestvoland = Humet = Hery sur Ugines = La Giettaz = Marthod = Notre Dame de Bellecombe = s.' Nicolas la Chapelle = Thenesol = Ugines = Ab Archiepiscopali Camberiensi dioecesi atque ulterius parochialem ecclesiam d' Etrembieres unitam paroeciae dei Jonnex in Helvetia, a dioecesi Lausanensi pari-

terque alteram parochialem de Seissel in dicta provincie de Carouge a metropolitena dioecesi Lugdunensi dismembramus, distrahimus, dividimus, ac separamus, eademque loca, et paroecias cum omnibus ecclesiis, monasteriis, praepositurıs, conventibus, et quibusvis ecclesiasticis beneficiis tam saecularibus, quam quorumvis ordinum regularibus, ac utriusque sexus personas, habitatores, et incolas tam laicos, quam ecclesiasticos saeculares, et regulares, non tamen exemptos, cujusvis status, ordinis, et conditionis eb ordinaria supradictorum praesulum jurisdictione, potestate, et superioritate perpetuo eximentes, ac liberantes, loca ipsa, et paroecias, pagos, communia, et viculos superius expressos pro novi futuri episcopatus Anneciensis dioecesano territorio perpetuo similiter assignamus, atque tribuimus, nec non praefatos utriusque sexus habitatores tam laicos, quam ecclesiasticos novi futuri, ac pro tempore existentis episcopi Anneciensis ordinariae jurisdictioni, superioritati, et auctoritati perpetuo supponimus, atque subjicimus, reservata tamen Nobis, et Romanis pontificibus successoribus Nostris facultate absque ullo requisito episcopi, et capituli Anneciensis assensu libere in posterum dismembrationes illas perficere, quae opportunae judicabuntur, si et quando sedes Tarantasiensis, et Maurianensis iterum valeant erigi, ac redintegrari.

Nova ecclesia declaratur suffraganea metropolitanae Cameriensis.

§. 5. Porro supradictam neo-erectam episcopalem ecclesiam Anneciensem metropolitanae Camberiensi ecclesiae suffraganeam assignamus, eamdemque juri metropolitico moderni, et pro tempore existentis archiepiscopi Camberiensis subjicimus, atque supponimus.

Concessio domus episcopalis.

§. 6. Pro decenti vero novi futuri episcopi Anneciensis, ejusque in episcopatu successorum habitatione palatium praefatae cathedrali ecclesiae contiguum satis amplae, et commodae structurae jam antea ex regia munificentia episcopis olim Gebbennensibus perpetuo donatum adscribimus, atque tribuimus; atque insuper pro dotatione mensae episcopalis ad hoc ut Anneciensis antistes dignitatem suam tueri opportune valeat eidem mensae decernimus, et constituimus annuam summam quindecim millium librarum novarum monetae Pedemontanae, seu francorum monetae Gallicae pro rata mille sexcentum quinquaginta librarum a communitate, et hominibus civitatis Anneciensis prout antea Gebbennensi mensae debebatur, pro altera rata librarum septingentarum nonaginta ex fructibus locorum montium ecclesiasticorum ad episcopatum olim Gebbennensem spectantium, et pro reliqua rata librarum duodecim millium quingentarum sexaginta publico debito inscribenda, et ex regio aerario suppeditanda, prout laudatus rex Carolus Felix pro sua pietate, et munificentia ultro obtulit eidem mensae episcopali Anneciensi perpetuis futuris temporibus assignamus, decernimus, et constituimus, mandantes insimul quod authentica documenta praedictorum redituum infrannuminando praesentium Nostrarum literarum executori tradi debeant, quodque deinde in episcopali Anneciensi archivo deponi debeant atque asservari.

Erectio ecclesiae cathedralis, et illius dotatio.

§. 7. Venientes nunc ad cathedralis ecclesiae Anneciensis, quae parochialis etiam esse perget, capituli congruam dotationem statuimus, quod tam praepositus prima in ea post pontificalem dignitas, quam archidiaconatus secunda, et cantoratus tertia dignitates, nec non primi tres canonicatus quilibet libras noves monetae Pedementanae, sive francos Gallicos mille quingentum quatuor, singuli vero ex aliis quatuor canonicatibus similes libras mille biscentum pro suis respective praebendis publico debito inscribendis ex praefati regis liberalitate ab aerario regio annuatim libere debeant percipere.

Parochi ecclesiarum s. Petri ad Vincula, et s. Mauritii canonici declarantur dispensati ab obligatione servitii choralis.

§. 8. Decernimus praeterea quod moderni, ac pro tempore existentes rectores parochialium ecclesiarum sancti Petri ad Vincula insimul cathedralis, et sancti Mauritii civitatis Anneciensis jam de annua congrua millequingentorum similium librarum provisi deputari, et esse debeant canoniei honorarii absque ulla servitii choralis obligatione cum jure tamen babendi stallum in choro, et gaudendi voce, ac voto in capitulo.

Mandatum de erigendis praebendis theologali, et poenitentiaria.

§. 9. Mandamus insuper ut novus futurus episcopus Anneciensis theologalem, et poenitentiariam praebendas ad formam canonicarum sanctionum praesertim sacri concilii Tridentini quamprimum fieri poterit juxta praedictas canonicas dispositiones erigere teneatur, ipsius conscientiam super his onerando.

Assignatio bonorum pro expensis fabricae ecclesiae cathedralis, et stipendio cantorum, et inservientium.

§. 10. Cumque nonnulla ad hoc in ipsa dioecesi Anneciensi posita reperiantur bona ad regularium non amplius existentie coenobia olim spectantia, quorum redditus, et pruventus ad undecim mille sexcentum triginta tres libras, seu francos et centesimos vigintiduo annuatim ascendunt, Nos infraenunciando exequutori committimus, ut eedem bona, ac redditus partim pro fabricae cathedralis ecclesiae manutentione, et pro cantorum, et inservientium stipendiis, partim vero pro augumento dotationis novi canonicae

vel jam erecti, vel erigendi seminarii episcopalis de altero proventu octomillium librarum aliunde provisi respective tribuat, atque assignet.

Jus concessum capitulo condendi statuta.

§. 11. Facultatem quoque novo cathedralis ecclesiae Anneciensis capitulo tribuimus, ut pro chori servitio, pro distributionum, et aliorum quorumcumque emolumentorum divisione, pro onerum supportatione, pro rerum, ac jurium tam spiritualium, quam temporalium prospero regimine, ac directione quaecumque statuta, capitula, et decreta, licita tamen, et honesta, et canonicis regulis minime adversantia sub episcopi sui ordinarii praesidentia, inspectione, et approbatione condere, atque edere, nec non privilegiis omnibus, non tamen titulo oneroso acquisitis, quibus antea ecclesiarum Sabaudiae capitula legitime gaudebant libere, ac licite uti, et gaudere possit, et valeat.

Concessio juris nominandi episcopus favore regis Sardiniae pro tempore.

§. 12. Supralaudato autem Carolo Felici Sardiniae regi, Sabaudiae, Montisferrati, et Genuae duci, ac Pedemontii principi, ejusque successoribus ipsis, et eorum temporali dominio subditis in sinceritate fidei, et in integritate obedientiae Sanctae Romanae Ecclesiae perseverantibus jus nominandi infra tempus a jure praefixum ecclesiasticas personas probatas, bonorum nominis, et famae, ac secundum sacrorum canonum, et concilii Tridentini decretorum dispositiones idoneas ad memoratam episcopalem ecclesiam Anneciensem tam pro hac prima vice, quam in futuris vacationibus prout antea ejusdem regia praedecessores ad Sabaudiae ecclesias nominare consueverunt, nihil tamen circa id quod tam quoad praedictas nominationes, quam quoad examen, canonicam provisionem, et consecrationem nominatorum ante annum millesimum octigentesimum primum servabatur, innovantes, confirmamus, ac de novo insuper perpetuo tribuimus, atque impertimur, ac simili modo praefato Carolo Felici regi ejusque successoribus jus nominandi ad secundam, et tertiam dignitates, atque ad canonicatus cathedralis ecclesiae Anneciensis praevio quoad theologalem, ac poenitentiariam praebendas formali concursu de more habendo, idoneas ecclesiasticas personas ab ordinario canonice instituendas concedimus, reservata semper Nobis, ac Romanis pontificibus successoribus Nostris praepositurae primae post pontificalem dignitatis libera collatione. Habita porro ratione proventuum, ac redituum in episcopalis mensae Anneciensis dotationem, ut supra assignatorum, eamdem ecclesiam Anneciensem in libris camerae apostolicae in florenis quatuorcentum taxari mandamus.

Deputatio executoris apostolici.

§. 13. Quocirca supradicto Ireneo Ivoni moderno archiepiscopo Cameriensi, quem in harum literarum Nostrarum exequutorem eligimus, ac deputamus, necessarias omnes, et opportunas ad praemissorum effectum plenarie consequendum tribuimus facultates etiam unam, seu plures personam, seu personas in ecclesiastica dignitate constitutam, seu constitutas subdelegandi, et super quacumque oppositione in actu exequutionis quomodolibet forsan oritura, servatis tamen de jure servandis etiam definitive, et quavis appellatione remota libere ac licite definiendi ac pronunciandi.

Onus registrandi decretum executoriale in archivo congregationis Consistorialis

§. 14. Eidem vero Ireneo Ivoni archiepiscopo injungimus, et mandamus, ut exempla singulorum actorum in harum literarum exequutionem conficiendorum quam primum fieri poterit in authentica forma ad apostolicam Sedem transmittat in archivo congregationis rebus consistorialibus praepositae asservanda.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 15. Praesentes autem literas, et in eis contenta quaecumque etiam ex eo, quod quilibet interesse habentes, vel habere praetendentes vocati, et auditi non fuerint, ac praemissis non consenserint, eorum consensui, quatenus opus sit, de apostolicae potestatis plenitudine supplentes, nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostrae defectu notari, impugnari, vel in controversiam vocari posse, sed perpetuo validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac ab omnibus ad quos spectat inviolabiliter observari debere volumus, atque decernimus.

Derogatio contrariorum.

§. 16. Non obstantibus de jure quaesito non tollendo, de suppressionibus committendis ad partes, vocatis quorum interest, aliisque Nostris, et cancellariae apostolicae regulis, ac in synodalibus, provincialibus, universalibusque conciliis editis specialibus, vel generalibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, caeterisque contrariis quibuscumque.

Fides habenda transumptis.

§. 17. Volumus praeterea, ut harum literarum Nostrarum transumptis etiam impressis manu tamen alicujus notarii publici subscriptis, et sigillo personae in ecclesiastica dignitate constitutae munitis, eadem prorsus fides ubique adhibeatur, quae ipsis praesentibus adhiberetur si forent exhibitae, vel ostensae.

Sanctio poenalis.

§. 18. Nulli ergo omnino hominum liceat paginam hanc Nostrarum dismembrationis, erectionis, institutionis, assi-

gnationis, subjectionis, concessionis, decreti, indulti, declarationis, commissionis, deputationis, mandati, derogationis, et voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire; si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, et Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum.

Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem anno incarnationis Dominicae millesimo octingentesimo vicesimo primo, quintodecimo kalendas martii, pontificatus Nostri anno vicesimo secundo.

CMLXXXI.

Dat. die 15 februarii 1821 anno XXI.

Erectio sedis episcopalis in civitate Massae ducatus Mutinensis

Pius episcopus
Servus servorum Dei

Ad perpetuam rei memoriam.

Proemium

§. 1. Singularis Romanorum pontificum in suprema Catholicae Ecclesiae procuratione sollicitudo numquam defuit in adhibendis mediis omnibus, quae tam ad faciliorem ovium spirituale regimen exercendum, quam ad pastorum decenter substinendam dignitatem pro rei sacrae majori bono, et pro temporum, et locorum circumstantiis dignoverint opportuna.

Preces porrectae a Francisco Mutinae duce.

§. 2. Hoc sane consilio perpendenda diligenter suscepimus, quae dilectissimus in Christo filius Franciscus quartus arcidux Austriae, et Mutinae dux, ac ejus mater dilectissima in Christo filia Maria Beatrix archiducissa Austriae, ac ducissa Massae et Carrariae in religionis incrementum communibus votis ac studiis a Nobis postularunt, scilicet ut civitatem Massae, quae inter praecipuas praefatarum ditionum urbes merito locum obtinet, et in qua numerantur quinque et amplius mille habitatores, ac existunt quamplures ecclesiae, unum hospitale pro pauperibus infirmis, nec non ordinis fratrum minorum sancti Francisci de Observantia coenobium, et unum sororum sancti Aloisii sub regula sancti Francisci de Sales monasterium, nec non saecularis, et insignis collegiata ecclesia, et commodum palatium pro antistitibus habitatione in civitatem episcopalem, praedictamque collegiatam, ac insimul parochialem duobus ab hinc saeculis in ecclesia sancti Petri erectam, et ob sequutam praeteritis temporibus ejus demolitionem ad alteram ecclesiam sancti Francisci a fratribus ordinis minorum observantium olim inhabitatam apostolica auctoritate sub invocatione sanctorum Petri et Francisci translatam satis amplae structurae cum suis choro, organo, sacrario, suppellectilibus sacris ad divina peragenda optime ornato, et non paucis insignibus reliquiis loculenter asservatis decoratam in cathedralem ecclesiam erigere dignaremur. Nos autem probe intelligentes ex edaucto episcoporum numero promptiora, et validiora subsidia fidelibus comparari pientissimorum principum desideriis, et postulationibus benigne inclinati, novam episcopalem ecclesiam, ac dioecesim Massensem infrascriptis modo, et forma decrevimus instituere.

Erectio cathedralis.

§. 3. Piis igitur laudatorum archiducis et archiducissae votis benigne obsecundare, atque animarum christifidelium saluti opportune consulere volentes ex certa scientia, et matura deliberatione Nostris, deque apostolicae potestatis plenitudine, attenta etiam speciali facultate in actu provisionis episcopalis ecclesiae Lunensis Sarzanensis superiori anno millesimo octingentesimo vicesimo Nobis expresse reservata, praevia dismembratione, et separatione infrascriptorum locorum e dioecesi Lunensi Sarzanensi praedictam Massae civitatem ad episcopalis civitatis gradum extollimus cum omnibus juribus, honoribus, et praerogativis, quibus aliae civitates illarum partium pontificali sede insignitae fruuntur, et gaudent, simulque praefatam ecclesiam sub invocatione sanctorum Petri et Francisci collegialitatis titulum, et archidiaconatus denominationem in ea supprimentes ad omnipotentis Dei gloriam, et catholicae religionis augumentum in cathedralem ecclesiam Massensem nuncupandam, et parochialem, ut prius, sub eorumdem sanctorum Petri et Francisci invocatione extituram, atque in ea sedem, cathedram, et dignitatem episcopalem ab uno adipiscendam, et gubernandam antistite, qui eclesiae ipsi, civitati, ac dioecesi, ut infra assignandae, illusque clero, ac populo praesit, synodum convocet, ac omnia, et singula jura, officia, et munia episcopalia habeat, et exerceat cum suis capitulo, arca, sigillo, mensa episcopali, ceterisque fruatur cathedralitatis insignibus, jurisdictionibus, praerogativis, privilegiis, honoribus, gratiis, favoribus, indultisque realibus, personalibus, ac mixtis, quibus aliae in Estensi ditione existentes cathedrales ecclesiae, earumque praesules, non tamen titulo oneroso, aut ex indulto, seu

privilegio particulari utuntur, ot gaudent, simili apostolica auctoritate erigimus, et instituimus, ipsamque episcopalem ecclesiam Massensem pro nunc donec aliter a Nobis, et Romanis pontificibus successoribus Nostris disponatur archiepiscopi Pisani metropolitico juri uti suffraganeam subjicimus, atque supponimus.

Erectio capituli cum suis privilegiis

§. 4. Capitulum porro novae cathedralis ecclesiae Massensis constabit ex unica archipresbyteratus dignitate, cui animarum parochianorum cura incumbet, quaeque iis omnibus gaudebit praeeminentiis, quae de jure debentur, ac illis etiam, quibus archidiaconalis, suppressa collegiata, dignitas fruebatur, et ex duodecim canonicatibus, totidemque praebendis, comprehensis in iis theologali, ac poenitentiaria praebendis, ac insuper quinque residentialibus beneficiis, mansionariis nuncupatis pro totidem presbyteris addictis eidem capitulo et canonicis, qui privilegiis, indultis, exemptionibus, libertatibus, immunitatibus, praerogativis, honoribus, insignibus, aliisque gratiis quibuscumque, quibus huc usque gavisi sunt in suppressa collegiata ecclesia, etiam in posterum frui poterunt, ac gaudere.

Concessio juris nominandi favore ducis Massae et Carrariae.

§. 5. Supradictae vero Massae, et Carrariae duci, suisque in ipsis ducatibus successoribus jus tam ad archipresbyteratus dignitatem, quam ad canonicatus, praevio tamen quoad archipresbyteratum cum cura animarum, ac theologalem, ac poenitentiariam canonicatus consueto canonico examine, atque approbatione, et ad caeteras praebendas tam mansionariorum, quam clericorum eidem ecclesiae inservientium, exceptis canonicatibus, et inferioribus praebendis alioqui particulari juripatronatus jam subjectis, nominandi, seu praesentandi quoad archipresbyteratum coram Romano pontifice, et quoad elias quaslibet praebendas coram ordinario ecclesiasticas idoneas personas in futuris vacationibus perpetuo tribuimus, atque elargimur. Memorato autem cathedrali capitulo licentiam impertimur, ut pro chori servitio, pro distributionum, et aliorum quorumcumque emolumentorum divisione, pro onerum supportatione, pro rerum, ac jurium tam spiritualium, quam temporalium prospero, feliciqne regimine, ac directione quaecumque statuta, capitula, et decreta licita tamen, et honesta, et canonicis regulis minime adversantia sub episcopi pro tempore existentis praesidentia, inspectione et approbatione condere, atque edere libere, ac licite possit, et valeat. Praeterea ipsi capitulo cathedrali eas gratias, et privilegia elargimur, quibus alia cathedralium ecclesiarum in illis partibus capitula legitime utuntur, et gaudent.

Concessio habitationis pro episcopo

§. 6. Pro decenti profecto novi futuri episcopi, ejusque in episcopatu Massensi successoribus habitatione palatium vulgo *la Palazzina* nuncupatum a cathedrali ecclesia parum distans, et ab antedictae Massae, et Carrariae duce per suum speciale chyrographum ad hunc effectum liberaliter donatum perpetuo adscribimus atque assignamus.

Dotatio mensae

§. 7. Dotationem vero episcopalis mensae Massensis, ut illius antistites pro tempore existentes dignitatem suam decenter tueri valeant in bonis stabilibus annui liberi redditus scutorum bismillium monetae Romanae a supralaudati ducis liberalitate assignandis ex nunc pro tunc perpetuo constituimus, et donec hujusmodi bona eidem episcopali mensae effective tradantur annua aequivalens summa scutorum bismillium episcopo Massensi ex publico aerario libere erit suppeditanda.

Provisio capitoli

§. 8. Archipresbyter autem prima, et unica dignitas ourata capituli cathedralis praeter parochiales proventus eadem gaudebit praebenda, qua suppressa archidiaconalis dignitas fruebatur, ac duodecim canonici, et quinque mansionarii, aliique si qui sint in praefata neo-erecta cathedrali in divinis inservientes absque ulla eis respective facienda nova provisione illis omnibus redditibus, ac proventibus libere singulis annis perfruentur quos hucusque perceperunt. Insuper tam archipresbyter, quam theologus, et poenitentiarius canonici in suarum respective praebendarum augumentum ex superstitibus veteris in civitate Massae erectae, et modo non amplius existentis abbatiae curatae redditibus ad mille biscentum circiter libras Italicas annuatim ascendentibus, eam annuam percipiet, quam novus futurus episcopus Massensis unicuique eorum respective assignandum pro sui prudentia et arbitrio judicaverit.

Dotatio seminarii episcopalis.

§. 9. Cumque ad praescriptum s. concilii Tridentini pro cleri educatione, et institutione seminarium puerorum ecclesiasticorum ab episcopo libere regendum ac administrandum erigi debeat, ubi is alumnorum alatur numerus, quem dioecesis necessitas, ac utilitas postulabit, Nos aptas illas aedes cum sufficienti bonorum dotatione, quam laudati piissimi principes sese suppeditaturos liberaliter spoponderunt, episcopali seminario essignamus; ideoque novo futuro episcopo tam hujusce seminarii, quam montis pietatis juxta praedicti concilii statuta erectionem quam citius fieri poterit commendamus, simulque injungimus, ut fabricae cathe-

dralis ecclesiae congrue, ac stabiliter cnret provideri.

Praefinitio ambitus dioecesis Massensis.

§. 10. Volentes nunc ambitum, et limites hujus novae Massensis dieecesis precfinire, sequentes paroecias quindecim scilicet in ducatu Massae existentes nempe = sancti Petri Massae = s. Martini in suburbio Pentis = beatae Mariae virginis de Monte = s. Jacobi in Massa veteri = Vulpiliani = Pnrianae = s. Vitalis ad Myrtetum = Castaneolae = Bergiolae et Barganao = Lavacchii = Altagnanae = Antonae = Canevnnao = Casaniac et Resceto = Furni domuncularum et Calieliao = alias duodecim existentes in principatu Carrariae, videlicet = Miseljan = a. Andrean Carrariae = Avenzee = Monetac et Fossolae = Gragnanne et Nucnti = Bedizzani et Borgiolan = Castriclivii = Fontiae = Colnmnatae = Codemie = Sorniani = Forani = vigintiocte sitas in provincia de Garphagnana Estensi ncmpe = Borsilianae = Camporniani = Cascianac = Cugnae = Cascianellae = Caprinianan = Dalli = Orzaliae = sancti Romani = Liviniani = Itosub = Itosupra = sancti Michaelis = s. Anastasii = Niccianí = Plateae = Punianellae = s. Damnini = Vitoj et Casaticl = Arcis Alberti = Verrucnlae et Vibianae = Sillani = Soroggii = Maliani et Ponteccii = Varliani = Iuncuniani et Capolis = Roggii = Granianne = Officinae - Careggini = quinquaginta sex existentes in provincia do Lunigiana paritor Estensi, vidolicet Aullae = Bilioli = Oliviolae = Palleronis = Goraschi = Bibolae = Pazvisensis = Fosdinovi = Posterlae = Pontianelli = Pulicae = Viani = Cortilae = Graniolae = Mnrciasi = Tendalan = Larignani = lucani = Liccianae = Plebis Montis = Pontis Bosii = Bastiae = Panicalis = Csinianae = Cavanellae = Stadomellis = Biberonis = Varani = Appellae = Pedentianae = Montis Vallium = s. Nicolai villae Immunis = Orturani = Virgulettae = Filecti = Irolae = Mucronis = Malgratis = Viccii = Treschietti = Ievae = Mulatii = Paranae = Busaticae = Castanerolis = Patei = montis regii = Iresanan = Barbaraschii = Iuvagalli = Castevoli = Bolae = Ruris = Navegiaulee = Carreggiae = respective nuncupatas, nec non unam in principatu Lucensi sitam, et = di Mentignoso = nominatam pro qua Lucensis princeps expressum suum proestitit assensum, et sic in tetum parochiales ecclesias centum duodecim a dioecesi Lunensi-Sarzanensi dismembrentes, dividentes, ac separantes, easdem paroecias, seu loca, et in illis consistentes ecclesias, nt conventus cum saecularibus, vel quorumvis ordinum regularibus, beneficiis, ac utriusqne sexus personas, habitatores, et incolas tam laicos, quam clericos, beneficiatos, et religiosos non tamen exemptos, cujuscumque status, grados, ordinis, et conditiunis ab ordinaria jurisdictione, potnstate et superioritate episcopi, atque ab omni jure capituli Lunensis Sarzanensis perpetuo disjungimus, ac liberamus, eademque loca, et paroecias cam toto clero, et populo Massensi ecclesiae pro suo territorio, ac dioecesi perpetuo similiter statuimus, et assignamus, ac futuri et pro tempore existentis Massensis episcopi superioritati, potestati, et jurisdietioni subjicimus, ac supponimus, atque ut dioecesanorum bono melius consultnm sit, mandamus, et praecipimus, ut omnia, et singula documenta respicinntia parcecias, et loca, ut supra, dismembrata a Lunensi-Sarzanensi episcopali cancellaria extrahi, et novi Massensis episcopatus cancellariae opportuna forma trndi debeant.

Reservatio juris nominandi rectores nonnullorum beneficiorum favore capituli.

§. 11. Quoniam vero Lunense Sarzanense capitulnm, et canonici alias Nobis humiliter oxposnerunt sese frui jurepatronatus, et esse in legitima qunsi possessione juris praesentandi ad beneficia curata parochialium ecclesiarum nuncupatarum di Fasdinove = Pozzanello = Pulica et Giucano = atque ad alia pariter absque animarum cura beneficia sub titnlis sanctae Marian, et sancti Joannis Baptistae, sancti Gnrvasii, sancti Antonii, sanctorum Petri et Pauli, sancti Bartholomaei, sancti Rocbi, et sanctissimi Corporis Christi in parochiali di Fosdinove, et ad aliud simplex beneficium in altnra parechiali ecclesia di Pulica, ideo Nos praesentium literarum infranominando exequutori committimus, ut infra terminum ab eo praefigendum si per memoratum capitulum, et canonicos verificari contigerit assertus juspatronatns, illiusque titulns legitime, et canonice acquisitus, vel legitima quasi possessio in jure praesentandi ad beneficia praedicta, declaret idnm juspatronatus, et quasi possessionem praesentandi favore ipsius capituli reservatnm, seu reservatam intelligi debere super illis dumtaxat beneficiis, super qnibus dictum juspatronatns, nt quasi possessionem legitime probatum, seu probatam ease juxtn canonicas regulas eidem exeqnuteri constiterit.

Mandatum de inscribendis fructibus mensae in libris camerae apostolicae.

§. 12. Habita profecto ratione bonorum, ac redditnum in episcopalis mensan Massensis dotatienem, nt snprn assignatorum eamdem ecclesiam Massensem in libris camerae apostolicae in florenis tercentum dn more taxari mandamus.

Deputatio executoris apostolici.

§. 13. Quocirca venerabili fratri Tiburtio episcope Mutinensi, quem in ha-

rum literarum Nostrarum exequutorem eligimus, ac deputamus, necessarias omnes et opportunas ad praemissorum effectum plenarie consequendum tribuimus facultates etiam unam, seu plures personam, seu personas in ecclesiastica dignitate constitutam, seu constitutas subdelegandi, ac super quacumque oppositione in actu exequutionis quomodolibet forsan oritura servatis tamen de jure servandis etiam definitive, et quavis appellatione remota, libere, ac licite definiendi, et pronunciandi.

Praeceptum de remittendo exemplari executivi processus.

§. 14. Eidem autem Tibortio episcopo injungimus et mandamus, ut exempla singulorum actorum in praesentium literarum exequutionem conficiendorum quamprimum fieri, poterit ad hanc apostolicam Sedem in authentica forma transmittat in archivo congregationis rebus consistorialibus praepositae opportune asservanda.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 15. Praesentes porro literas et in eis contenta quaecumque etiam ex eo, quod quilibet interesse habentes, vel habere praetendentes vocati, ut auditi non fuerint, ac praemissis non consenserint, nullo umquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostrae defectu notari, impugnari, aut in controversiam vocari posse, sed perpetuo validas, ut efficaces existere, ac fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac ab omnibus, ad quos spectat inviolabiliter observari debere volumus, atque decernimus.

Derogatio contrariorum.

§. 16. Non obstantibus de jure quaesito non tollendo, de suppressionibus committendis ad partes, vocatis quorum interest, aliisque Nostris, et cancellariae apostolicae regulis, ac in synodalibus, provincialibus, universalibusque conciliis editis specialibus, vel generalibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, caeterisque contrariis quibuscumque.

Fides habenda transumptis.

§. 17. Volumus praeterea, ut harum Nostrarum literarum transumptis etiam impressis, manu tamen alicujus notarii publici subscriptis ac sigillo personae in ecclesiastica dignitate constitutae munitis eadem prorsus fides ubique adhibeatur, quae ipsis praesentibus adhiberetur, si forent exhibitae, vel ostensae.

Sanctio poenalis.

§. 18. Nulli ergo omnino hominum liceat paginam hanc Nostrarum dismembrationis, disjunctionis, separationis, extinctionis, immutationis, erectionis, institutionis, applicationis, assignationis, subjectionis, suppositionis, concessionis, indulti, declarationis, commissionis, mandati, derogationis, ac voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire; si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum.

Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem anno incarnationis Dominicae millesimo octingentesimo vicesimo primo duodecimo kalendas martii, pontificatus Nostri anno vicesimo secundo.

CMLXXXII.

Deputatio commissionis pro examine morum, et agendi rationis cleri utriusque Siciliae, cum facultate infligendi poenas.

Dat. die 1 junii 1821 anno XXII.

Dilecto filio Nostro Aloisio
tituli sancti Martini in Montibus
S. R. E. presbytero cardinali Ruffo Scilla
nuncupato archiepiscopo Neapolitano.

Pius pp. VII.

Dilecte fili Noster
Salutem, et apostolicam benedictionem

Expositio precum.

§. 1. Exposuit Nobis carissimus in Christo filius Noster Ferdinandus utriusque Siciliae rex illustris, ecclesiasticos plures tam saeculares, quam regulares in illa rerum perturbatione, in qua ejus regnum nuper versatum est, eam secutos esse agendi rationem, quae eorum gradu, et conditione plane erat indigna. Eos nimirum hominibus turbulentis favisse, obscuris, clandestinisque sectis, quae tum ecclesiasticis, tum civilibus legibus improbantur, nomen dedisse, ipsique sanctissimae religioni, quam tueri pro sui muneris ratione debebant, rerum novandarum cupiditatem saepe antetulisse: igitur existimare se, tum Ecclesiae, tum regno suo utilissimum futurum, si nunc, rebus tandem compositis, diligenti examine a delectis, prudentibusque viris instituto de ea, quam ecclesiasticorum quisque in temporibus sequutus est in agendo ratione, illi quidem ab electo frumento veluti zizania secernantur ab aliis (quorum longe major est copia) qui difficillimis illis temporibus omnes officii sui partes cumulate expleverunt. Quamobrem a Nobis postulavit, ut tibi, dilecte fili Noster, omnes necessarias, et opportunas facultates concederemus, quibus una cum venerabilibus fratribus episcopis, et dilectis filiis ecclesiasticis viris, qui tecum veluti quoddam consilium constituent, hanc investigationem, et examen suscipere, ac perficere

libere possis, utque easdem facultates aliis istius regni episcopis, quibus visum tibi fuerit, possis delegare.

Concessio facultatum procedendi adversus omnes ecclesiasticos, facta commissioni deputatae.

§. 2. His postulationibus Nobis allatis, universa re perpensa, auditaque nonnullorum venerabilium fratrum Nostrorum S. R. E. cardinalium sententia, carissimi in Christo filii Nostri Ferdinandi regis voto morem gerendum esse judicavimus. Quapropter de apostolicae potestatis plenitudine tibi, dilecte fili Noster, cujus singularem virtutem, et fidem perspectam habemus, potestatem concedimus, atque impertimur, ad Nostrum, et hujus sanctae Sedis beneplacitum duraturam, ut cum episcopis, et ecclesiasticis viris, ex quibus coalescet tuum illud consilium, quod jam memoravimus, possis de ecclesiasticis omnibus (exceptis episcopis) sive saecularibus cujusvis dioecesis, vel quasi dioecesis, sive regularibus cujusvis ordinis libere, et ubivis in regno isto quaerere, et quam praeteritis nuper temporibus in agendo rationem sequuti fuerint, investigare. Facultatem praeterea tibi facimus delegandi, vel aliquem ex consilii tui episcopis, vel alios episcopos ex isto regno, quibus ea delegatione instructis liceat ubicumque opportunum judicaveris, intra fines ejusdem regni, necessarias ad eum finem quaestiones instituere. Quoties vero aliqui deprehendentur, quorum vita, et ratio improbanda sit, id eorum ordinariis, et superioribus significabitur, missis etiam ad eos, si res postulaverit, documentis idoneis, ut pro criminum varietate, et gravitate, reos iis poenis plectere possint, quae sacris canonibus, et apostolicis literis, vel peculiaribus ordinum constitutionibus sancitae sunt. Quibus ordinariis, et praelatis regularibus, si id prudenti tuo arbitrio opportunum judicaveris, concedere etiam poteris, ut aliquando faciliorem, et breviorem in his causis expediendis judicii formam adhibeant, ita tamen, ut numquam omittantur, quae in his judiciis substantialia, et omnino necessaria existimantur.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 3. Haec concedimus, atque mandamus, decernentes has literas etiam ex eo, quod ecclesiastici saeculares, ac regulares praedicti, et alii quicumque in praemissis jus, et interesse habentes, vel habere praetendentes cujusvis status, gradus, ordinis, praeeminentiae, vel dignitatis, seu alia specifica, et individua mentione, et expressione digni existant, eisdem praemissis non consenserint, nec ad ea vocati, seu auditi fuerint, aut ex alia quantumvis juridica, et privilegiata causa, praetextu, et capite etiam in corpore juris clauso, nullo umquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut alio vitio quocumque impugnari, aut in controversiam vocari posse, sed semper, et perpetuo firmas, validas, et efficaces existere, ac fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, tibique, tui consilii sociis, et aliis a te fortasse delegandis episcopis plenissime suffragari; sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 4. Non obstantibus de jure quaesito non tollendo, aliisque Nostris, et cancellariae apostolicae regulis, nec non fel. rec. Benedicti pp. XIV praedecessoris Nostri super divisione materiarum, aliisque apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, ac jurisdictionis peculiarium dioecesium, vel abbatiarum, aut ordinum regularium, et militantium, quamvis praecipua mentione sint digni, etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, vel personis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis, illorum tenores praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque.

Reservatio specialis.

§. 5. Caeterum tuae hae, et consilii tui investigationes, ut jam indicavimus, episcopos non respicient. Nam si (quod numquam evenisse Nobis persuademus, pro magna, quam de istius regni episcopis praeconcepimus animo, opinione) ex episcopis quisquam ea memoratis illis temporibus commiserit, quibus poena dignus videatur, Nostrum erit de ejus causa cognoscere, deque eo ita judicare, quemadmodum episcopalis dignitatis praestantia postulat, et in concilio Tridentino constitutum est. Postremo tibi, dilecte fili Noster, gregique tuo apostolicam benedictionem peramanter impertimur.

Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die prima

junii millesimo octingentesimo vicesimo primo, pontificatus Nostri anno vicesimo secundo.

CMLXXXIII.

Dat. die 5 junii 1821 anno XXII.

Electio ministri generalis ordinis fratrum minorum sancti Francisci Observantium, et Reformatorum familiae Cismontanae.

Pius PP. VII.

Ad futuram rei memoriam

Ratio concessionis.

§. 1. Vix dum ad hanc apostolicam Sedem, miserante Domino, post adversam tempestatem sumus regressi, pastoralem sollicitudinem Nostram, qua omnes Christifideles, ac eos maxime, qui in sortem Domini sunt vocati, complectimur, in regulares ordines intendentes, omni praesidio illos juvare, omnique solatio a fluctibus feri maris erigere confestim studuimus, prout res, et peculiares eorumdem ordinum necessitates postulabant. Instaurandae proinde ordinis fratrum minorem sancti Francisci Observantium, ac Reformatorum nuncupatorum regulari disciplinae, cum generalia comitia ob difficillimas temporum circumstantias convocari nequirent, accommodatum duximus per alias apostolicas Nostras in simili forma brevis, quarum est initium = *Pro debito* = die vicesima nona maii anni millesimi octigentesimi decimi octavi expeditas literas, et dein die quarta junii ejusdem anni publicatas, de ministro generali, vicario generali, aliisque officialibus generalibus, utramque illins familiam, ultramontanam videlicet, ac cismontanam, in quas praefatus ordo distinctus reperitur, ad normam cujusdam apostolicae constitutionis rec. me. Leonis pp. X praedecessoris Nostri, et alterius Nostrae, quae incipit = *Inter graviores* = sub datum anni millesimi octigentesimi quarti, motu proprio, et de apostolicae potestatis plenitudine, providere, pro temporum illorum ratione, curavimus; sarta tecta tamen servata in praecitatis Nostris literis, et constitutione, peculiari alternativa illa inter cismontanos fratres Observantes, et Reformatos, eligendi, et assumendi unum respective ex ipsis de triennio in triennium in vicarium generalem pro eo sexennio, quo huic cismontanae familiae, non minister generalis, sed vicarius generalis, juxta praedictas apostolicas literas spectat. Quum autem dilectus filius frater Andreas de Lepriniano ex Reformatis, qui in memoratis Nostris nuperis literis in vicarium generalem hujus cismontanae familiae ad triennium tantum fuit a Nobis electus, atque institutus, suum gubernium jam ferme in exitu esse cognoscat, humiliter a Nobis petierit, ut, cum generalia comitia ob anteactas, novasque obortas rerum publicarum perturbationes, convocari nequeant, iterum de novo vicario generali ex Observantibus assumendo hanc cismontanam familiam per aliud triennium proximum providere dignaremur.

Tenor concessionis.

§. 2. Nos igitur mature ponderantes difficultatem convocandi comitia generalia praefata, in quibus per vocalium, seu discretorum ordinis suffragia novi vicarii generalis fieret electio, hujusmodi supplicationes benigne excipientes, motu proprio, atque ex certa scientia, et matura deliberatione Nostris, deque apostolicae potestatis plenitudine, dilectum filium Vincentium a Massa praefati ordinis fratrum minorum de Observentie nuncupatorum provinciae Marchiae professorem, lectorem jubilatum, semel atque iterum ministrum provincialem rennetiatum, ex-procuratorem generalem dicti ordinis, actuque commissarium generalem curiae, examinatorem cleri hujus almae urbis Nostrae, sacrae Inquisitionis sancti Officii consultorem, quem ob praemissa, aliaque praeclara sua virtutum merita prae caeteris idoneum reputamus, condignis beneficentiae Nostrae favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, et poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, et absolutum fore censentes, illum in novum vicarium generalem hujusmodi cismontanae familiae per aliud triennium duraturum per praesentes apostolicas Nostras literas creamus, et instituimus, atque ita institutum esse volumus, atque decernimus, ut ab omni alio onere confirmationem petendi a ministro generali alias a Nobis in praecitatis Nostris literis injuncto pro hac vice tantum absolvimus, illumque confirmatum dicimus, ac declaramus.

Mandatum de obediendo novo superiori singulis religiosis porrectum.

§. 3. Mandantes propterea in virtute sanctae obedientiae, ac sub poena indignationis Nostrae omnibus et singulis memorati ordinis, et provinciarum superioribus, fratribus, et personis, caeterisque, ad quos spectat, et pro tempore spectabit, ut supradictum religiosum Vincentium a Massa in vicarium generalem cismon-

tanae familiae dicti ordinis, ut supra electum, praesentis electionis effectu pacifice frui, et gaudere sinant, et faciant, eique pareant, faveant, et obediant, nec eum desuper a quoquam quavis auctoritate quomodolibet indebite molestari, perturbari, vel inquietari permittant; atque decernentes praesenses literas validas, firmas, et efficaces existere, et fore, suosquo plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, dictoque Vincentio a Massa in vicarium generalem electo in omnibus, et per omnis plenissime suffragari, ac ab omnibus inviolabiliter observari; sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos, etiam caussarum palatii apostolici auditores, ac S. R. E. cardinales, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi et interpretandi facultate, et auctoritate judicari et definiri debere, ac irritum et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum. §. 4. Non obstantibus praemissis, ac constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non dicti ordinis, et provinciarum etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, et innovatis; quibus omnibus et singulis illorum tenores praesentibus pro pleno et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem, ut praesentium literarum transomptis seu exemplis etiam impressis, manu alicujus notarii publici subscriptis, et sigillo procuratoris generalis dicti ordinis munitis, eadem prorsus fides habeatur, quae haberetur ipsis praesentibus, si forent exhibitae, vel ostensae.

Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die quinta junii millesimo octigentesimo vicesimo primo, pontificatus Nostri anno vicesimo secundo.

CMLXXXIV.

Ampliatio dotationis universitatis Calaritanae in regno Sabaudiae.

Dat. die 13 julii 1821 anno XXII.

Pius pp. VII.

Ad futuram rei memoriam

Proemium. §. 1. Discendi cupiditatem, ab hominum conditore eorum animis insitam, Romani pontifices praedecessores Nostri et incendere, et explero conati sunt saeculis etiam illis tenebricosis, quum ex omnium ferme animis tntandarum literarum cura diffluxerat. Hinc in Romanis conciliis coactis ab Eugenio II, s. Leone IV, ac a. Gregorio VII decretum est, ut episcopi optimos liberalium disciplinarum magistros conquirerent, ab iisque excoli adolescentium ingenia, informarique ad humanitatem curarent. Quumque, Romanorum pontificum providentia, jam ubique gymnasia nonnullarum doctrinarum paterent, magistri tamen hand contenti pecuniis, quae illis de publico suppeditabantur, eos scholis arcerent, qui mercedem publicam privata pensitatione non cumularent; non id tulit Alexander III, optime animatus erga literas, ac doctissimus pontifex, et in concilio Lateranensi cavit, ne fortunae tenuis adolescentibus publicarum scholarum aditus intercluderetur. Praecipuo autem amore illis non expertibus barbarie temporibus Romani pontifices praedecessores Nostri complexi sunt gymnasia, quae universas deinde disciplinas tradendas suscepere, ideoque studiorum universitates sunt dicta: ac nemo in historia haud plane hospes ignorat, erga studiorum universitates Romanam, Bononiensem, Parisiensem, Placentinam, Valentinam, Montispessolanam, quae ac quanta fuerint Innocentii III, Honorii III, Gregorii IX, Innocentii IV, atque Alexandri itidem IV promerita. Postquam vero literis situs est, ac squallor abstersus, moribusque delenitis, ac bellandi, rixandique cupidine mitigata, omnes inter se Europae gentes contendere de laude doctrinae, deque prolixa in literas voluntate coeperunt, quo Romani pontifices in optima studia, studiorumque universitates animo fuerint, commemorari non est necesse; quum profecto illi nequiverint non eas egregie cultas, optimamque frugem ferentes adamare, qui rubigine obsitas patrio fuerant amore prosequuti.

Memoratur erectio universitatis, et quomodo aul- §. 2. Sane quum Philippus III rex Hispaniarum catholicus, quo tempore illi Sardinia parebat, ex incolarum ejus in-

Is subjecerit vicissitudinibus narratur.

sulae utilitate esse putasset in urbe Calari studiorum universitatem instaurari, vel potius primum institui, et a Paulo V praedecessore Nostro suppliciter postulasset, ut sibi ope apostolica ad id praesto esse non gravaretur; non cunctandum pontifex, non a salubri consilio supersedendum putavit; sed datis anno 1606 apostolicis literis, instauratam, vel primum tunc institutam universitatem Calaritanam iis juribus, et privilegiis ornavit, quibus per Hispaniam universitates clarissimae, atque ornatissimae quaeque pollebant. Sed quum, bellis, aliisque calamitatibus intervenientibus, inchoatum scholarum aedificium diu imperfectum mansisset, Sardi vero in ducum Sabaudiae potestatem migrassent, et ex eorum ducum splendidissima progenie ortus Carolus Emanuel III, Sardiniae rex illustris, incredibili ardore in eam curam incubuisset, eae ut aedes parficerentur, et aliquibus gymnasii magistris ex ecclesiasticis bonis stipendia suppeditarentur; plane libenter Clemens XIII praedecessor Noster, regis rogatu, confirmatis academiae privilegiis, ac constitutione Paulina, per literas datas quarto idus julii anno millesimo septingentesimo sexagesimo tertio indulsit, ut Asseminiana praebenda a canonicatu Calaritano sejungeretur, illius vero fructus in quorumdam magistrorum stipendia, et in sacelli, gymnasio additi, ornatum conferre liceret. His Romanorum pontificum, et Sardiniae regnum curis satis multa decora, satis amplos redditus, et satis firma praesidia stabilitatis suae studiorum illa universitas assequuta esse videbatur.

Preces porrectae a rege Sardiniae pro obtinenda ampliatione dotationis.

§. 3. Attamen non ita pridem expositum est Nobis nomine carissimi in Christo filii Nostri regis Victorii Emanuelis, ac postquam ille se regno abdicavit, ne carissimi pariter in Christo filii Nostri Caroli Felicis, Sardiniae regis illustris, proxime praeteritas rerum perturbationes illi quoque gymnasio fuisse exitiosas, et adeo ejus redditus imminuisse, ut magis urgentes in impensas necesse fuerit erogare bibliothecae addictas pecunias, et scholarum male fatiscentium reparationem negligere. Praeterea quum rerum omnium pretium intentum sit in Sardinia, ac longe illud excedat, quo res venibant eo tempore, quum stipendia magistris sunt constituta; propterea fit, ut doctores de mercedis angustia non immerito nunc conquerantur: ac profecto nisi amplificetur, exulabunt a Calaritana academia doctores idonei, atque ita omne illi decus, splendorque deperibit. Rebus hunc in locum perductis, regio mandato, convenerunt dilecti viri, qui rem ibi literariam procurant, in quibus venerabilis frater archiepiscopus Calaritanus, ex praescripto diplomatum Pauli V, ac Clementis XIII praedecessorum Nostrorum, principatum obtinet, multaque inter se contulerunt quaerentes, unde, sine gravi alicujus detrimento, certi redditus suffici possint ad firmandas aedes gymnasii, ad augenda doctorum stipendia, ad bibliothecam accessione voluminum locupletandam, perficiendumque, ne scientiae, quae utuntur machinis (corruptas namque vetustate nunc Calaritana universitas habet) aptum instrumentum desiderent. Illi autem opportunos ad haec omnia redditus cogi posse autumarunt, siquidem, ex pontificio, ac regio assensu, in id pecuniae conferantur partim a principis aerario, partim a dioecesibus Calaritana, Arborensi, Ecclesiensi, Ussellensi, Galtellinensi-Norensi, et a mox erigenda dioecesi Oleastrensi, quarum dioecesium adolescentes plerumque non alibi, quam in Calaritana academia, scientiarum fontibus admoventur. Cameras vero, ut appellari mos est, praebendasque canonicatuum, nec non rectoratus carum dioecesium in subsidium academiae annuum, ac perpetuum onus sustinere posse censuerunt scutatorum nummorum trium millium Sardiniensis monetae; eamque summam redigendam putarunt, ita imperatis pecuniis, ut ea beneficia quotannis, juxta suos proventus, ac vires certum nummorum praesidium Calaritanae studiorum universitati suppeditent; qua alias ratione ecclesiasticus illius regni ordo, non sine hujus supremae Sedis venia, publicam inopiam levavit.

Tenor concessionis.

§. 4. Quae ut, auctoritate Nostra apostolica succurrente, exequutioni mandari queant, primum quidem nomine carissimi in Christo filii Nostri regis Victorii Emanuelis, mox vero nomine carissimi pariter in Christo filii Nostri Caroli Felicis Sardiniae regis illustris a Nobis petitum est. Nos antem, qui praedecessorum Nostrorum sententiam sequuti bonarum artium, ac scientiarum studia non civili tantum rei publicae, sed et Ecclesiae prodesse in primis ducimus, non alienum sane a cujuscumque ordinis clericorum officio arbitramur, universitates studiorum, si aliunde illis consuli satis nequeat, parte aliqua ecclesiasticorum proventuum juvare, ut illae officinae doctrinarum, ac sapientiae emporia omnibus pateant, doctorumque praestantia commendentur. Cupientes igitur quantum Deo propitio possumus regiis petitionibus obsecundare, expositisque rationibus moti decernimus, ac constituimus, ut ad supplendos Calaritanae universitatis modo nimis arctos

redditus camerae, ut dici solet, praebendaeque canonicatuum, nec non rectoratus, qui sunt in dioecesibus Calaritana, Arborensi, Ecclesiensi, Ussellensi, Galtellinensi-Nurensi, et in mox erigenda dioecesi Oleastreasi nummos scutatos Sardinienses termille in Calaritanae universitatis subsidium singulis annis conferant, imperatis ea ratione pecuniis, ut nimirum onera cuicumque beneficio inhaereatia detrahantur primum, deinde vero ea beneficia pro suis viribus ad eam summam cogendam conferant, mandamusque venerabili fratri archiepiscopo Calaritano in universitate studiorum praesidi, ejusque in archiepiscopatu, eodemque munere successoribus diligenter ut caveant, ne redigendae ex hac Nostra concessione pecuniae aliorsum vertantur, quam quo utendas concessimus, atque attribuimus.

Clausula sublata et decretum irritans. §. 5. Decernentes quoque has literas semper firmas, validas, et efficaces existere, ac fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum. §. 6. Non obstantibus Nostra, et cancellariae apostolicae regula de jure quaesito non tollendo, nec non fel. rec. Benedicti XIV praedecessoris Nostri super divisione materiarum, aliisque apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, atque memoratarum dioecesium, vel legis fundationis praedictarum camerarum, canonicatuum, ac rectoratuum etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis aab quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die decima tertia julii millesimo octingentesimo vicesimo primo, pontificatus Nostri anno vicesimo secundo.

CMLXXXV.

Circumscriptio dioecesium regni Borrussici

Dat. die 17 julii 1821 anno XXII.

Pius episcopus

Servus servorum Dei

Ad perpetuam rei memoriam.

Procemium. §. 1. De salute animarum, deque catholicae religionis incremento pro apostolicae servitutis officio impense solliciti, curas Nostras continuo intendimus ad ea omnia quae Christifidelium spirituali regimini procurando magis apta, et utilia comparare posse dignoscamus. Hoc sane consilio jamdiu cogitationes Nostras praecipue intendimus in regiones illas, quae actu dominatui subsunt serenissimi principis Friderici Guillielmi Borussorum regis, ut illius intercedeate ope, ac liberalitate rem sacram ibidem meliori, qua fieri posset, methodo componere valeremus.

Ratio ed emendae constitutionis. §. 2. Probe siquidem Nobis ante oculos versabatur praesens regionum illarum ratio, nec unquam deplorare cessaveramus ingentia damna promanata ex praeteritis rerum perturbationibus, quae florentissimas olim, atque ditissimas Germaniae ecclesias a veteri, quo praestabant, splendore dejectas, ac bonorum praesidio spoliatas ad miserrimum redegerant statum, ex quo summa in catholicam religionem, et in catholicos ipsos pernicies promanavit.

Idem ut supra. §. 3. Cumque temporum conditio minime pateretur inclytae nationis Germanicae ecclesias ad splendidum antiquum statum aspicere revocatas, omne studium, diligentiamque adhibuimus, ut tantis malis ea saltem pararemus remedia, quae ad conservandam illis in regionibus catholicam fidem, et ad animarum christifidelium salutem procurandam in primis necessaria, et opportuna esse viderentur.

Idem ut supra. §. 4. Hujusmodi autem votis Nostris mirifice obsecundavit laudatus Borussorum rex, cujus propensam admodum invenimus, et grato animo prosequimur voluntatem in catholicos magno numero sibi subditos, praesertim ex ei attributa grandi

parte provinciarum ad Rheoum, ita ut omnia tandem fausto, felicique exitu componere, ac pro locorum positione, atque incolarum commoditate novum in Borussiae regno ecclesiarum statum, et dioecesium limites nunc constituere, singulasque deinde sedes, ubi deficiant, propriis, dignis, et idoneis pastoribus donare valeamus.

Suppressio nonnullarum sedium episcopalium, et abbatialium.

§. 5. Pro expressis igitur, ac de verbo ad verbum insertis habentes omnibus iis, quae respiciunt infradicendas vel ecclesiarum, et capitulorum, eorumque peculiarium anteriorum jurium, ac praerogativarum extinctionem, aut immutationem, seu reordinationem, ac respectivarum dioecesium dismembrationem, seu novam applicationem, nec non cujuscumque praecedentis juris metropolitici annullationem, et insuper quorumcumque interesse habentium consensui plenarie supplentes, ex certa scientia, et matura deliberatione Nostris, deque apostolicae potestatis plenitudine, praevia ex nunc omnimoda suppressione, extinctione, et annullatione vacantis episcopalis sedis Aquisgranensis cum illius cathedrali capitulo ad statum simplicis collegialae, ut infra, reducendo, atque alterius episcopalis ecclesiae, et capituli cathedralis Corbejensis, nec non monasterii abbatiae nuncupatae Neocellensis vulgo = Neuenzell, = ex nunc, itemque alterius monasterii abbatiae pariter nuncupatae Olivensis, ex nunc pro tunc, quando scilicet ex persona venerabilis fratris Josephi de Hohenzollern episcopi Warmiensis moderni abbatis Olivensis quomodocumque vacaverit; ut communia quoque Germanorum vota, regiis etiam aucta commendationibus, benigno favore prosequamur, ad omnipotentis Dei gloriam, et ad honorem beati Petri apostolorum principis, Coloniensem ecclesiam jam antea inter Germaniae sedes nulli antiquitate, ac splendore secundam, sub invocatione laudati principis apostolorum, ad metropolitanae ecclesiae gradum restituimus, ac in illo perpetuo constituendam esse decernimus, eidemque metropolitanae suffraganeas assignamus episcopales ecclesias Trevirensem, Monasteriensem, atque Paderbornensem.

Erectio ecclesiae episcopalis Posnaniensis in archiepiscopalem.

§. 6. Episcopalem pariter ecclesiam Posnaniensem sub invocatione sanctorum Petri et Pauli apostolorum, ad sedis metropolitanae gradum extollimus, ac constituimus; eamdemque alteri archiepiscopali ecclesiae Gnesnensi sub invocatione sancti Adalberti per dimissionem venerabilis fratris Ignatii Raczinsky ultimi illius archiepiscopi in manibus Nostris libere factam, et per Nos admissam ad praesens vacanti aeque principaliter perpetuo unimus, et aggregamus, ac venerabili fratri Timotheo Gorszenski moderno episcopo Posnaniensi curam, regimen, et administrationem ipsius ecclesiae Gnesnensis plenarie committimus, eumdemque archiepiscupum Gnesnensem, ac Posnaniensem constituimus, et dupntamus, et archiepiscopum Gnesnensem, et Posnaniensem semper esse, et appellari mandamus, ejusque juri metropolitico episcopalem ecclesiam Culmensem suffraganeam assignamus.

Sedes eidem subjectae.

§. 7. Episcopales vero ecclesiae Wratislaviensem, ac Warmiensem huic sanctae Sedi perpetuo immediate subjectas esse, ac remanere debere declaramus.

Jura archiepiscopo et episcopo concessa.

§. 8. Singulis autem archiepiscopis, et episcopis omnia, et singula jura, praeeminentias, praerogativas, ac privilegia aliis illorum partium archiepiscopis, et episcopis legitime competentia tribuimus, et confirmamus.

Deputatio dignitatum capituli ecclesiae Coloniensis.

§. 9. Quod spectat capitulum metropolitanae ecclesiae Coloniensis, in eo duas erigimus dignitates, praepositaram videlicet, quae major erit post pontificalem, ac decanatum secundam, decem canonicatus numerarios, et quatuor canonicatus honorarios, ac praeterea octo vicarias, seu praebendatus.

Idem pro capitulo Gnesnensi.

§. 10. Archiepiscopalis ecclesiae Gnesnensis capitulum constabit imposterum ex unica dumtaxat praepositi dignitate, et ex numero sex canonicatuum. Alterius vero Posnaniensis archiepiscopalis ecclesiae capitulum efformabunt duo dignitates, praepositi videlicet, ac decani, octo canonicatus numerarii, et alii quatuor canonicatus honorarii, nec non octo vicariae seu praebendatus.

Idem capitulorum Trevirensis, et Paderbornensi.

§. 11. Cathedralium ecclesiarum Trevirensis, atque Paderbornensis respectivum capitulum constabit ex duabus dignitatibus, una nempe praepositi, ac altera decani, ex octo canonicatibus numerariis, et quatuor canonicatibus honorariis, atque ex sex vicariis, seu praebendatis.

Idem capituli Monasteriensis.

§. 12. In cathedrali ecclesia Monasteriensi capitulum constituent binae dignitates, major nempe praepositurae, ac secunda decanatus, et octo vicariae, seu praebendatus.

Idem capituli Culmensis.

§. 13. Culmensis cathedralis ecclesiae capitulum constabit ex binis dignitatibus, praepositurae videlicet, ac decanatus, ex octo canonicatibus numerariis, ex quatuor honorariis canonicatibus, et e sex vicariis, seu praebendatis.

Idem Capituli Wratislaviensis.

§. 14. Cathedralis ecclesiae Wratislaviensis capitulum efformabunt duo dignitates, una videlicet praepositurae, et altera decanatus, decem canonicatus nume-

ravli, quorum primus scholastici praebendam sdnexam habebit, sex canonicatus honorarii, atque octo vicariae seu praebendatus.

Idem capituli Warmiensis.

§. 15. Demnm quod ettinet ad episcopalem ecclesism Warmiensem, illius cathedrale capitulum in eo quo nunc reperitur statu consistet; reservata tamen Nobis, sc Romanis pontificibus successoribus Nostris facultate capitnlum ipsum ad aliarum in regno Borussico existentium ecclesiarum normam imposterom conformandi.

Concessio curae animarum penes capitulum relictae.

§. 16. Porro in qualibet ex antedictis ecolesiis tam archiepiscopalibus, quam episcopalihus animorum parochianorum cura habitualis residebit penes capitulum, actualis vero ah uno e capitularihus ad hoc expresse designando, et praevio examine ad formam sacrorum canonum ah ordinario approbando cum vicariorum auxilio exercebitur; ac in unoquoque ex iisdem capitulis duo ab urdinario stabiliter deputandi erunt idonei canonici, a quorum uno poenitentiarii, ah altero vero sacram scripturam statis dichus populo exponendn theologi respective munera fideliter adimpleantur.

De residentia canonicorum.

§. 17. Singulis profecto ex primodictorum capitulorum canonicis honorariis, quos sd personalem residentiam, et ad servitium chori minime obligatos esse declaramus, idem oum residentibus canonicis aditus ad chorum, et ad caeteras ecclesiasticas functiones patehit; Nosque ad majus praedictarum ecclesiarum decus, ac splendorem omnibus antedictis dignitatibus, et canonicis indultom utendi iisdem insigniis, quibus antea fruebantur, expresso confirmamus, et qnatenus opus sit de novo concedimus, et elargimur.

Jus capitulis concessum condendi statuta.

§. 18. Cuilibet similiter ex supradictis capitulis cathedralibus nunc, et pro tempore axistentibus, ut ipsi capitulariter congregati pro novo, et circumstantiis magis accommodato earumdem archiepiscopalium, et episcopalium ecclesiarum, earumque chori quotidiano servitio, nec non rerum, ac jurium tam spiritualium, quam temporalium prospero, felicique regimine, gubernio, ac directione, onerumque iis respective incumbentium supportatione, distrihutionum quotidianarum, et aliorum quorumcumque emolumentorum exactione, ac divisione, et poenarum incurrendarum a non interessentibus divinis officiis incursu, singulorum praesentiis, et absentiis notandis, caeremoniis, ac ritibus servandis, et quihusvis aliis rebus circa praemissa necessariis, et opportunis, quaecumque statuta, ordinationes, capitula, et decreta, licita tamen, atque honesta, et sacris canonibus, constitutionibus apostolicis, decretisque concilii Tridentini minime adversantia, sub praesidentia, inspectione, et approbatione respectivorum archiepiscoporum, et episcoporum edere, atque edita declarare, et interpretari, ac in meliorem formam redigere, et reformare, seu alia de novo, sh illis ad quos spectat, et pro tempore spectabit inviolabiliter observanda, sub poenis in contrafacientes statuendis pariter condere, atque edere libere ac licite valeant, facultatem perpetuo concedimus, et impertimur.

De conditionibus necessariis pro assequendis dignitatibus, et praebendis.

§. 19. Dignitatum, canonicorum, et vicariorum seo praebendatorum numero tam in metropolitanis, quam in cathedralibus capitulis ut supra praefinito, ad ea tam pro hac prima vice, quam pro futuris temporibus componenda statuimus, ut in posterum quilibet ad dignitates, et canonicatus assequendos infrascriptis ornatus esse debeat requisitis, nempe quod majores sacros ordines susceperit, utilemque ecclesiae operam saltem per quinquennium navaverit, vel in animarum cura exercenda, aut adjuvanda sese praestiterit, vel theologiae, aut sacrorum canonum professor extiterit, vel alicuique in regno Borussico existenti episcopo in dioecesanae administrationis munere inservierit, vel demum in sacra theologia, aut in jure canonico doctoratus lauream rite fuerit consequutus: postremae tamen hujusce conditionis effectu ex justis gravihusque causis per decennium a data praesentium computandum in suspensum remanente. Cujuscumque vero conditionis ecclesiasticos viros aequali jure ad dignitates, et canonicatus obtinendos gaudere debere decernimus; itemque statuimus unam in Monasteriensi, ac alteram in Wratislaviensi cathedralibus ecclesiis canonicalem praebendam designandam, et ah eo, ad quem juxta mensium alternativam pertinebit, semper, et quandocumque conferendam esse uni, et alteri canonica requisita habentibus ex professoribus universitatum in dictis respectivis civitatibus existentium; atque ulterius decernimus tam praepositum parochialis ecclesiae sanctae Hedwigis civitatis Berolinensis, quam decanum commissarium ecclesiasticum in comitatu Glacensi pro tempore existentes inter honorarios canonicos Wratislaviensis cathedralis capituli esse cooptandos; ita ut pari cum iis fruantur jure, locum illum atque ordinem tenentes, qui secundum respectivae nominationis tempus ipsis competere dignoscatur. Quilibet autem ex canonicis honorariis in unumquodque ex antedictis capitulis cooptandus sumendus erit ex numero archipresbyterorum animarum curam

in respectiva dioecesi laudabiliter exercentium.

De nominationibus faciendis ad praebendas vacantes.

§. 20. Quod vero attinet ad novam supradictorum capitulorum pro hac prima vice ea qua convenit celeritate explendam compositionem, infranominando harum literarum Nostrarum exequutori potestatem facimus, ut in unaquaque ecclesia tam dignitates et canonicatus, quam vicarias, seu praebendatus actu vacantes, quae ad aequandum numerum ut supra designatum fortasse deficient, dignis, et idoneis ecclesiasticis viris ex delegata sibi speciali apostolica facultate, ac hujus sanctae Sedis nomine conferat; ita tamen ut ii dumtaxat, qui de dignitatibus, et canonicatibus ab ipso provisi fuerint, apostolicas novae provisionis, et confirmationis litaras infra sex menses ex tuno proximos a dataria Nostra impetrare, et expedire facere teneantur. Et si contingat, quod in aliqua ex metropolitanis, vel cathedralibus in Borussiae regno existentibus ecclesiis dignitates, canonici, et vicarii, seu praebendati legitime, et canonice instituti adhuc viventes respectivum numerum a Nobis ut supra praefinitum excedant, praedictus exequutor apostolicus, vocatis, auditisque interesse habentibus, aut per voluntarias jurium abdicationes ab illis, vel ab illorum aliquibus emittendas rem componat, proviso insimul per congruas vitalitias pensiones jam a serenissimo rege pollicitas dimittentium substentationi, aut si abdicationes hujusmodi minime habeantur, vel sufficientem numerum non attingant, in hoc casu, qui numerum in supradicta Nostra dispositione praefinitum excedentes dignitatum, canonicatuum, et vicariatuum possessionem postremo loco adepti fuerint, si apud ecclesias suas resideant, capitulares quidem, et vicarii respective esse pergent, juribus, et praerogativis nunc iis competentibus fruentur, suosque redditus in ea quantitate percipient, qua in praesens gaudent: sed quando beneficia ab iis obtenta quocumque modo vacaverint, aliis conferri minime poterunt, atque ex nunc pro tunc suppressa, et extincta debeant intelligi, ad hoc ut deinceps praefixus ut supra numerus in respectivis capitulis adamussim observetur. Quod si in aliquo capitulo canonici minoribus in praesentiarum fruantur redditibus, quam qui futuris eorum loco assignantur, nullum isti reddituum augmentum consequantur, nisi ab exequutore apostolico singillatim similibus amplioribus redditibus donati fuerint.

Idem ut supra

§. 21. Futuro autem tempore, ac successivis vacationibus a Nobis et Romanis pontificibus successoribus Nostris praepositura, quae major post pontificalem dignitas in supramemoratis archiepiscopalibus, et episcopalibus ecclesiis, necnon in ecclesia Aquisgranensi in collegiatam ut infra erigenda, iiemque canonicatus in mensibus januarii, martii, maii, julii, septembris, ac novembris in praefatis ecclesiis vacantes conferentur, quemadmodum in capitulo Wratislaviensi hactenus factum est: quo vero ad decanatus in praedictis metropolitanis, et cathedralibus ecclesiis, et ad canonicatus tam in ipsis, quam in dicta Aquisgranensi ecclesia in collegiatam erigenda in aliis sex mensibus vacantes ab archiepiscopis et episcopis respective conferentur. Vicariatus autem, seu praebendatus in praedictis ecclesiis quocumque mense vacaverint respectivorum archiepiscoporum, et episcoporum collationi relinquimus.

Declarationes circa jus electionum super ecclesiis Transrhenanis et Cisrhenanis

§. 22. Rem denique Germaniae gratissimam, simulque praelaudato Borussiae regi acceptissimam Nos esse facturos judicantes, si electionum jure in Transrhenanis ecclesiis retento, ac confirmato, et in Cisrhenanis cessato per apostolicas dispositiones anni millesimi octingentesimi primi, nunc in ipsis Cisrhenanis dioecesibus praefati regis temporali dominio subjectis idem jus electionis redintegretur, quoad capitula ecclesiarum ad Germaniam pertinentium, nempe Coloniensis, Trevirensis, Wratislaviensis, Paderbornensis, et Monasteriensis, decernimus, ac statuimus quod alia quacumque ratione, vel consuetudine, nec non electionis, et postulationis discrimine, nobilitatisque natalium necessitate sublatis, capitulis praedictis, postquam supradicta methodo constituta, et ordinata erunt, facultatem tribuimus, ut in singulis illarum sedium vacationibus per antistitum respectivorum obitum extra Romanam curiam, vel per earum sedium resignationem, et abdicationem (excepto tamen praesenti casu vacationis Coloniensis, ac Trevirensis ecclesiarum) infra consuetum trimestris spatium dignitates, et canonici capitulariter congregati, et servatis canonicis regulis novos antistites ex ecclesiasticis quibuscumque viris regni Borussici incolis, dignis tamen, et juxta canonicas sanctiones idoneis, servatis servandis ad formam sacrorum canonum eligere possint. Ad hujusmodi autem electiones jus suffragii habebunt canonici tam numerarii quam honorarii, ne exclusis quidem illis, qui ultra capitularium numerum in hac reordinatione praefinitum quoad vixerint in ipsis capitulis conservabuntur.

De electionibus faciendis in capitulis

§. 23. Nihil vero in capitulis episcopalium ecclesiarum Warmiensis, et Cul-

Gnesnensi, et Posnaniensi.

mensis, nec non archiepiscopalium Gnesnensis et Posnaniensis invicem perpetuo unitarum innovantes mandamus dumtaxat, ut Gnesnenses et Posnanienses capitulares ad archiepiscopi electionem conjunctim debeant procedere. Quod autem spectat vacantem episcopalem ecclesiam Wratislaviensem specialem potestatem facimus quinque actu in illa existentibus dignitatibus, nempe praeposito, decano, archidiacono, scholastico, et custodi, octo canonicis residentibus, et sex canonicis honorariis, qui nunc ejus ecclesiae capitulares habentur, ut ad novi episcopi electionem canonicam modo, et forma praemissis hac etiam prima vice procedere possint, et valeant.

De instrumentis ad Sedem apostolicam transmittendis

§. 24. Quaelibet vero electionum hujusmodi instrumenta in authentica forma exarata ad sanctam Sedem de more mittentur, a qua si electio canonice peracta agnosceretur, et ex processu inquisitionis deinde a Romano pontifice in singulis casibus alicui ex archiepiscopis, vel episcopis intra fines regni Borrussici existentibus committendo, et ad formam instructionis jussu san. mem. Urbani octavi praedecessoris Nostri editae diligenter exarando, de electi idoneitate constiterit, electiones hujusmodi a Nobis, et Romanis pontificibus successoribus Nostris juxte statutum morem per apostolicas literas confirmabuntur.

De seminariis in singulis novis ecclesiis erigendis

§. 25. In singulis praeterea civitatibus tam archiepiscopalibus, quam episcopalibus unum clericorum seminarium vel conservandum, vel de novo quamprimum erigendum esse statuimus, in quo is clericorum numerus ali, atque ad formam decretorum sacri concilii Tridentini instituti, ac educari debeat, qui respectivarum dioecesiom amplitudini, et necessitati respondeat, qoique ab exequutore praesentium literarum congrue erit praefiniendus: archiepiscopi tamen Gnesnensis, et Posnaniensis judicio, et prudentiae relinquimus, vel in utraque civitate proprium ac distinctum, vel unum tantum in Posnaniensi civitate, qnae amplis aedibus constat, pro clericis ambarum dioecesium seminarium constabilire, prout ecclesiarum ipsarum utilitas postulaverit.

Dismembratio nonnullorum locorum, et paroeciarum.

§. 26. Volentes nunc praevia dismembratione, separatione, atque immutatione aonnullorum locorum, et paroeciarum a priorum ordinariorum jurisdictione subtrahendarum ad effectum illa, et illas dioecesibus infrascriptis noviter aggregandi, atque incorporandi, prout magis in Domino opportunum visum fuerit, et auditis etiam venerabilibus fratribus Nostris Sanctae Romanae Ecclesiae cardinalibus congregationi de Propaganda Fide praepositis, ad novam dioecesiom circumscriptionem procedere, ut singularum distinctis finibus quaestiones omnes auferantur circa spiritualia jurisdictionis exercitium, earum distributionem, ac divisionem de apostolicae potestatis plenitudine decernimus, praescribimus juxta cum qui sequitur modum, videlicet.

Efformatio dioecesis Coloniensis.

§. 27. Metropolitanae ecclesiae Coloniensis dioecesis efformabitur ex paroeciis sexcentum octoginta sex partim in sinistra, partim in dextera Rheni ripa positis. Et in sinistra quidem complectetur paroecias omnes pridem in suppressa ad praesens Aquisgranensi dioecesi contentas, qnae ad provincias pertinent Coloniensem, Dusseldorphinam, et Aquisgranensem, nempe, ultra paroecies civitatum Coloniae, et Aquisgrani, ecclesias cantonales nuncupatas = Bergheimerdorff = Bonna, vulgo Bonn = Bruhl = Kerpen = Lechenich = Lessenicb = Loevenich = Meckenheim = Munster = eiffel = Tolbiacum, vulgo Zulpich = Crefeld = Dahlen = Dormagen = Elsen = Gladhach = Neuss = Urdingen = Viersen = Bortscheid = Marcodurum, vulgo Duren = Erkelenz = Eschweiler = Geilenkirchen = Gemund = Heinsberg = Iuliacum, vulgo Iulich = Linnig = Montjoie =, et Niddeggen = una cum earum ecclesiis succursalibus, et adnexis, qnae indictis provinciis intra Borussici regni fines modo inveniuntur, a cantonalibus disjungendo paroecias succursales, et adnexas extra regnum positas: et vice versa succursales, et adnexas pridem pendentes a cantonalibus positis extra regnum aggregando cantonalibus in regno existentibus. Complectetur praeterea cantoneles ecclesias ad Leodiensem dioecesim pertinentes, ac temporariae administrationi moderni vicarii capitularis Aquisgranensis ab apostolica Sede commissas, videlicet ecclesias cantonales nuncupatas = Cronenburg = Eupen = Malmedy = Niederkruchten = Schleiden =, et = s. Vith = una cum earum succursalibus, et adnexis in Borussica ditione sitis, ac sex paroeciis succursalibus nuncupatis = Afden = Alsdorff = Merkstein = Roldnc = Uhaoh =, et Welz = modo dependentes a cantonali = Herckraede = posita extra regnum Borussicum. Insuper complectetur novemdecim provinciae Aquisgranensis ad Trevirensem dioecesim usque nunc pertinentes paroecias nuncupatas = Allendorf = Blankenhein a Dollendorf = Hollerath = Lommersdorf = Manderfeld = Marmagen = Mulheim = Nettersheim = Reifferscheid = Rescheid = Ripsdorff = Rohr = Schmittheim = Schonberg = Steinfeld = Tondorff = Udelhoven =, et Wil-

denburg, cum suis adnexis ecclesiis. In dextera autem Rheni ripa, provinciisque Coloniensi, Dusseldorphina, et Confluentina paroecias complectetur regionum = Tuitiensis = Dusseldorphinae = Essensis =, et Siegburgensis = cum earum succursalibus, et adnexis, demptis tamen paroecia = Romershagen = Paderbornensi dioecesi ut infra applicanda, nec non paroeciis = Hachenburg =, et Marienstadt = nuncupatis, quae in ducatu Nassaviae reperiuntur.

Constitutio dioecesis Trevirensis.

§. 28. Dioecesis episcopalis ecclesiae Trevirensis ab omni metropolitico jure archiepiscopi Mechliniensis subtractae, ac metropolitanae Coloniensis suffraganeae adsignatae constabit infra regni Borussici fines ex paroeciis sexcentum triginta quatuor, scilicet in sinistra Rheni ripa ex iis omnibus, quae actu ad illam dioecesim pertinent, et provincia Trevirensi continentur; tum vero ex ea suppressae nunc dioecesis Aquisgranensis parte, quae in Confluentina provincia continetur, videlicet civitate ipse Confluentiae et ecclesiis cantonalibus nuncupatis = Ahdenau = Ahrweiler = Andernach = Boppard = Castellaun = Cochem = Creutznach = Kaysersesch = Kirchberg = Kirn = Lutzerath = Mayen = Munstermayfeld = Niederzissen = Oberwesel = Polch = Punderich = Remagen = Rubenach = Simmorn = Sobernheim = a. Goar = Stromberg = Treiss = Ulmen = Wanderath =, et Zell = cum suis succursalibus, et adnexis. Porro autem ex centum tringinta duabus paroeciis tum cantonalibus, tum succursalibus cum suis adnexis, quae in circumscriptione anni millesimi octingentesimi primi dioecesi Metensi fuerant attributae, ac deinde temporariae administrationi vicarii capitularis Trevirensis ab apostolica Sede commissa. In dextre vero Rheni ripa ex cunctis ecclesiis ditionis Borussicae, quae pridem ad ipsam Trevirensem dioecesim spectabant, quaeque per Gallicanarum dioecesium circumscriptionem anno millesimo octingentesimo primo a Nobis factam ab illa fuerant dismembratae, ac in praesens a vicario apostolico in oppido Ehrenbreitstein residente ad Nostrum beneplacitum administrantur. Tandem vero extra praedictum paroeciarum sexcentum triginta quatuor numerum, regnique Borussici fines cunctis illis, quae in territoriis principum Coburgensis, Homburgensis, et Oldenburgensis inveniuntur jam ipsi dioecesi Trevirensi pertinentibus.

Item Monasteriensis.

§. 29. Dioecesim episcopalis Monasteriensis ecclesiae suffraganeae metropolitanae Coloniensis efformabunt biscentum octoginta septem paroeciae, intra fines regni Borussici sitae, et aliae quoque extra ejusdem regni fines in eodem dioecesano territorio actu comprehensae, de quibus in aliud tempus disponendi Nobis, et Romanis pontificibus successoribus Nostris, prout opportunum in Domino judicabitur, facultatem reservamus. Adjungimus praeterea regiones nuncupatas = Recklinghausensem = Sterkrathensem =, et Reesensem =, pridem antiquae Coloniensis dioecesis, exclusa tamen ab hac postrema regione paroecia = Oeffelt = sub temporali Belgici regni dominio existente; nec non ex dioecesi Aquisgranensi nunc suppressa cantonales ecclesias nuncupatas = Calcar = Cleve = Cranenburg = Dulken = Geldern = Goch = Kempen = Meors = Rheinberg = Wankum = Wesel =, et Xanten =: cum suis succursalibus, et adnexis, exceptis tamen iis dominio regi Belgarum in temporalibus subjectis. Adjungimus insuper paroecias nuncupatas = Elten =, et Emmerich = cum sua filiali, huc usque sub missionibus Hollandicis extantes, itemque paroeciam = Damme = quam ab Osnaburgensi dioecesi separamus, et paroeciam = Oldenburgensem =, quam sejungimus a missionibus Septemtrionalibus, quaeque pertinent ad ditionem ducis Oldenburgensis. Denique moderno, ac pro tempore existenti episcopo Monasteriensi perpetuo regendas, et administrandas committimus quinque paroecias nuncupatas = Brochterbeck = Ibbenbuhren = Mettingen = Recke = et Halverde, quae suffraganei Osnabrugensis administrationi ad apostolicae Sedis beneplacitum erant commissae.

Item Paderbornensis.

§. 30. Pederbornensis episcopalis ecclesiae Coloniensis metropolitanae suffraganeae dioecesis iisdem, quibus nunc reperitur, manebit circumscripta limitibus. Illi praeterea adjungimus alterem nunc suppressam dioecesim Corbejensem cum integro suo territorio e venerabili fratre Ferdinando episcopo Monasteriensi administratam, nec non ex Transrhenano antiquae Coloniensis dioecesis territorio decanatus = Meschedensem = Attendornensem = Brilonensem = Wormbachensem Medebachensem =, et Wattenschidensem = nuncupatos, cum suis parochialibus, et filialibus ecclesiis, pariterque commissariatum = Haarensem =, et paroeciam = Romershagen =; et ulterius Rittbergensem =, et Wiedenbruckensem = decanatus, cum suis respective parochialibus, et filialibus ecclesiis ab Osnabrugensi dioecesi separandos, nec non a dioecesi olim Moguntina postea Ratisbonensi disjungendas paroecias = Siegen =, et Obernetphen = nuncupatas, civitatem Heiligenstadt = cum suo decanatu, et decanatus = Beuren-

sem = Bischoferodensem = Kirchworbensem = Kulstadtensem = Lengefeldensem = Neuendorfensem = Nordhausensem = Rustenfeldensem = Wiesenfeldensem = cum suis parochialibus, et filialibus ecclesiis, et civitatem = Erfurti = cum tribus paroeciis suburbanis, atque paroecias in territorio magni ducis Saxoniae Wimarensis existentes, nec non paroeciam Eppensem extra Borussiae regnum in principatu Waldeccensi ab antique Coloniensi dioecesi segregandam; et demum a missionum Septemtrionalium vicariatu apostolico separandas, et a futuris ac pro tempore existentibus Paderbornensibus episcopis perpetuo administrandas paroecias = Mindensem = scilicet in Westphalia, et in provincia Saxoniae = Adersleben = Althaldensleben = Ammensleben = Aschersleben = Hadtmersleben = ecclesias sancti Andreae, et sanctae Catharinae Halberstadii = Hamersleben = Hedersleben = Huysburg = Magdeburg = Marienbek = Marienstuhl = Meyendorf = Stendal = Halle = et Burg =. Attentis autem grandaeva aetate, ac egregiis de Ecclesia, et de catholica religione meritis venerabilis fratris Francisci Egonis a Furstemberg praestantissimi Hildesiensis, ac Paderbornensis praesulis, ac missionum Septemtrionalium vicarii apostolici, ne ipsi novae administrationis onus adjungatur decernimus, et mandamus nihil circa talem antistitem in praesens esse innovandum, sed cuncta in eo, quo nunc reperiuntur, statu interea relinquendo antedictam Paderbornensis dioecesis ampliationem eo dumtaxat tempore suum effectum sortiri debere, cum episcopali sedi Paderbornensi de laudati antistitis Francisci Egonis persona quomodocumque vacanti novus episcopus apostolicae Sedis auctoritate instituetur. Interea vero omnia loca et paroeciae, quae a Coloniensi, et Osnabrugensi dioecesibus ut supra dismembrantur, administrationi peculiaris vicarii apostolici a Nobis committentur, ut inibi usque ad Paderbornensis episcopalis sedis vacationem, et futuri novi episcopi institutionem exerceat spiritualem jurisdictionem: atque insuper alia loca et paroeciae a dioecesi olim Moguntina, postea Ratisbonensi, disjuncta, et ab episcopo pridem Corbejensi, nunc Monasteriensi administrata temporaneae pariter vicarii apostolici administrationi tradentur.

Item Gnesnensis, et Posnaniensis perpetuo unitarum.

§. 31. Archiepiscopalium Gnesnensis, et Posnaniensis invicem perpetuo aeque principaliter unitarum dioeceses efformabunt ea ipsa loca, quae actu in iisdem continentur post novissimam dioecesium regni Polonici a Nobis peractam circumscriptionem, exceptis tamen decanatibus Schlochaviensi, Tuchelensi et Camenensi, Culmensi dioecesi ut infra adjiciendis, ac praeterea decanatus Kruszwicensis, Juniuladislaviensis, et Gniewckowensis a dioecesi Wladislaviensi separandi, qui ad praesens a vicario apostolico Gedanensi administrantur, nec non decanatus Ostrzeszowensis, et Kempnensis disjungendi a dioecesi Wratislaviensi. Divisionem autem, et assignationem territorii dioecesani pro una, et altera dioecesi statuendam, infradicendo praesentium literarum exequutori peragendam expresse committimus.

Item Culmensis.

§. 32. Dioecesis episcopalis ecclesiae Culmensis suffraganeae archiepiscopi Gnesnensis, et Posnaniensis constabit ex bis-centum quindecim paroeciis, nempe cum suis respective succursalibus, et filialibus ecclesiis ex decanatibus Lessensi, Rhedensi, Neumarkano, Loebaviensi, Lautenburgensi, Strasburgensi, Gollubensi, Thorunensi, Culmensi, Culmseensi, et Gurezuensi, cum paroecia = Bialutten = nuncupata: quae postrema duo olim dioecesis Plocensis a suffraganeo Culmensi in praesens administrantur; itemque ex decanatibus Gedanensi, Puzzigensi, Mirchaviensi, Dirschaviensi, Stargardensi, Moewensi, Neuenburgensi, Schwetzensi, Lauenburgensi, Schlochaviensi, Tuchelensi, Camenensi, et Fordonensi: qui decanatus pridem dioecesis Wladislaviensis nunc ab antedicto vicario apostolico Gedanensi administratur, nec non ex territorio monasterii abbatiae nuncupatae Olivensis ut supra suppressi ex nunc pro tunc quando ex persona moderni abbatis quomodocumque vacaverit. Et quoniam expositum Nobis fuit aptas Culmae deficere domos pro episcopi, et capituli decenti habitatione facultatem tribuimus apostolico harum literarum exequutori, ut auditis interesse habentibus, ac re mature perpensa, firmo remanente titulo ac denominatione episcopatus Culmensis, et opportunis assignatis ecclesiae, atque aedibus, residentiam episcopi, et capituli Culmensis, si ita in Domino expedire judicaverit, Pelplinum transferre libere, ac licite possit, et valeat, proviso insimul congruae cathedralis Culmensis manutentioni.

Item Wratislaviens.

§. 33. Wratislaviensis episcopalis ecclesiae huic apostolicae Sedi immediate subiectae dioecesim efformabit actuale illius territorium, exceptis dumtaxat decanatibus Ostrzeszowensi, et Kempnensi dioecesi Posnaniensi ut supra incorporatis, ac insuper decanatus Plessensis, et Bythomiensis a Cracoviensi dioecesi disjuncti, nec non sequentes paroeciae in Lusatia, videlicet Neocellensis monasterii

Nullus ut supra suppressi, et aliae nuncupatae = Wittichenau = Gnntborsdorf = Hennersdorf = Pfaffendorf = Ubleradorf =, a decano collegiatae ecclesiae sancti Petri oppidi Budissinae in Lusatia superiori hactenus administratae: quae omnes insimul intra fines Borussici regni paroeciae ad sexcentum viginti unius numerum ascendent. Conservabit item illas, quas actu habet in Austriaca ditione paroecias. Futuri praeterea, se pro tempore existentis Wratislaviensis episcopi administrationi perpetuo subjicimus eas, quae a vicario apostolico missionum Septemtrionalium fuerunt hoc usque administratae paroeciae in civitatibus Berolini, Potsdamii, Spandaviae, Francofurti ad Viadrum, Stettini, et Stralsundiae, quaeque inposterum vi subdelegationis episcopi Wratislaviensis a supramemorato praeposito parochialis ecclesiae sanctae Hedwigis dictae civitatis Berolinensis erunt administrandae.

Item Warmiensis.

§. 34. Denique Warmiensis episcopalis ecclesiae apostolicae Sedi pariter immediate subjectae dioecesis ex proprio actuali dioecesano territorio constabit, atque insuper ex decanatibus Fiirstenwerderensi = Neuteichensi = Marichburgensi = Stuhmensi =, et Christburgensi = cum suis ecclesiis tam succursalibus, quam filialibus a dioecesi Culmensi disjungendis, ita ut integra dioecesis centum novemdecim paroecias complectatur.

Jurisdictionis jus super singulis locis ordinariis concessum.

§. 35. Praedictas itaque civitates, et ecclesias archiepiscopales, et episcopales, itemque paroecias, et loca respectivis ecclesiis pro dioecesi attribota, eorumque incolas utriusque sexus tam clericos, quam laicos iisdem ecclesiis, eorumque praesulibus pro suis respective civitate, territorio, dioecesi, clero, et populo perpetuo assignamus, et in spiritualibus omnimode subiicimus, ad hoc ut cuilibet antistiti vel jam promoto, vel io futurum apostolica auctoritate promovendo liceat per se, vel alios eorum nomine, postquam tamen supramemoratus Josephus episcopus Warmiensis praesentes literas debitae exequutioni mandaverit, et quoad nonnullas dispositiones nunc pro tunc a Nobis factas cum tempus pro illarum exequutione ut supra definitum advenerit, veram, realem, actualem, et corporalem possessionem regiminis, administrationis, et omnimodi juris dioecesani, et ordinarii, in praedictis civitatibus ac earum ecclesiis, et dioecesibus, nec non bonis aliisque redditibus ad ipsarum dotationem ut infra assignandis vigore literarum apostolicarum canonicae institutionis libere apprehendere, apprehensamque retinere; propterea que statim ac in locis per hanc Nostram dispositionem singulis dioecesibus nunc attributis possessionem sumpserint, illorumque regimen actu consecuti fuerint, omnis antiquarum sub quocumque ordinariorum, seu vicariorum, vel administratorum titulo jurisdictio cessare debebit, omnesque facultates in partibus, et locis ab eorum jurisdictione subtractis nullius erunt amplius roboris, vel momenti.

Mandatum de communicando documenta.

§. 36. Nos enim ad respectivorum dioecesanorum utilitati consulendum praescribimus, et injungimus, ut omnia et singula documenta respicientia ecclesias, dioeceses, paroecias, et loca ut supra dismembrata, ac de novo applicata a veteribus cancellariis extrahi, et cancellariis dioecesium, quibus oruat incorporata, opportuna forma tradi, atque in iis perpetuo debeant asservari.

Conservatio jurisdictionis nonnullorum ordinariorum in regno Borussico.

§. 37. Vicissim autem venerabiles fratres moderni, ac pro tempore existentes Pragensis, et Olomucensis archiepiscopi, nec non episcopi Reginorhadecensis, et Litomericensis eamdem, quam nunc exercent, spiritualem jurisdictionem in regna Borussico etiam inposterum conservabunt.

Disjunctio nonnullarum ecclesiarum extra regnum Borussiae positarum.

§. 38. Filiales vero, et parochiales ecclesias, earumqna fractiones in hac Nostra dispositione non comprehensas et extra regnum Borussiae existentes a matricibus, et parochialibus in eodem regno positis disjungimus, et a proximioribus ordinariis aliis matricibus, et parochialibus ditionum quibus in temporalibus subjacent, applicandas esse maodamus, ac vicissim de paroeciis et filialibus ecclesiis num suis fractionibus intra Borussicum regnum positis, quae a matricibus extra idem regnum existentibus pendant, idem observandum esse decernimus reservata Nobis, et huic apostolicae Sedi cura de spirituali regimine aliis partibus et locis, si opus fuerit, providendi.

Ampliatio jurium episcoporum suffraganeorum.

§. 39. Inspectis autem dioecesium Borussici regni amplitudine, ac magno dioecesanorum numero, eum difficile admodum esset archiepiscopis, et episcopis confirmationis sacramentum christifidelibus administrare, aliaque pontificalia munera sine alterius episcopi opera, et auxilio exercere; hinc Nos confirmantes suffraganeatus in dioecesibus regni Borussiae in quibus constituti reperiuntur, eos in Coloniensi, ac Trevirensi dioecesibus redintegramus et de novo constituimus: atque idcirco quilibet archiepiscopus, et episcopus Nos et Romanos pontifices successores Nostros juxta praescriptum morem supplicabit, ut aliquis ecclesiasticus vir opportunis praeditus requisitis ad suffraganei munus designetur, ac praevio canonico processu, servatisque consuetis

formis de episcopatu titulari in partibus infidelium cum assuetae congruae adsignatione provideatur.

Privilegia civitati Aquisgranensi concessa

§. 40. Quoniam vero praeclaram antiquissimam Coloniensem sedem archiepiscopalem duximus redintegrandam potius quam episcopalem sedem Aquisgranensem illius quodammodo loco viginti dumtaxat ab hinc annis erectam conservare; aliquam tamen civitatis Aquisgranensis rationem habendam esse existimantes, cognita etiam in id propensa serenissimi Borussici regis voluntate, decernimus, ac statuimus, quod ecclesia sub titulo beatae Mariae virginis, antea cathedralis, in collegiatam immutetur, ejusque collegiale capitulum constet ex unica tantum praepositi dignitate, et sex canonicatibus, cujus, et quorum collatio semper quoad praepositufam apostolicae Sedi, et quoad canonicatus eidem Sedi apostolicae alternatim cum Coloniensi archiepiscopo spectare debeat, ac pertinere. Hujusmodi autem capitularibus ex peculiari gratia licentiam deferendi cappam magnam sericam violacei coloris cordulis sericis subsutam cum pellibus armelliais hyemali, aestivo autem tempore mozzettam supra rocbettum concedimus, et indulgemus, atque ulterius facultatem condendi statuta iisdem modo, et forma, quibus de capitulis cathedralium ecclesiarum supra luculenter dictum est, tribuimus, et impertimur.

Deputatio executoris apostolici.

§. 41. In exequutorem praesentium Nostrarum literarum praedictum venerabilem fratrem Josephum episcopum Warmiensem, de cujus prudentia, doctrina, atque integritate plurimam in Domino fiduciam habemus, expresse nominamus, eligimus, constituimus, et deputamus, eidemque committimus, ut supradicta omnia et singula a Nobis disposita ad praestitutum finem perducat, atque pariter ad effectum vacantes ecclesias de idoneis pastoribus, quae prima necessitas est, cito providendi, et cunctas res ecclesiasticas ad meliorem statum, et ordinem revocandi, quaslibet ecclesias congrua, et firma dotatione muniri studeat, media ad hoc necessaria benevolentissime ac liberaliter exhibente praelaudato serenissimo Borussiae rege, qui magnanimi principis animum, et propensissimam erga catholicos ejus imperio subjectos voluntatem pro ordinandis absque ulla mora dioecesibus omnibus regni Borussiae aperte declaravit, et sequentibus ratione, ac modo stabilienda, et applicanda proposuit.

Creatio censuum super publicis sylvis regni.

§. 42. Super publicis regni sylvis nominatim designandis tot census auctoritate regia imponentur, quot erunt dioeceses dotandae, et in ea respectiva quantitate, ut ex iis annui fructus ab omnibus cujuscumque generis oneribus prorsus liberi percipi possint, qui satis sint vel ad integram ipsarum dioecesium dotationem, si nullam ectu habeant; vel ad supplementum ejusdem dotationis, si partem aliquam suorum bonorum adbuc possideant, ita ut singulae dioeceses eos annuos redditus imposterum habeant, qui redditibus pro archiepiscopali, vel episcopali mensa, pro capitulo, pro seminario dioecesano, proque suffraganco statutis in quantitate singulis inferius designanda perfecte respondeant: atque hujusmodi censuum proprietas per instrumenta in legitima, validaque regni forma stipulanda, et a praelaudato rege subscribenda unicuique ecclesiae conferetur. Et quoniam enunciatae sylvae, prout et publica bona omnia regni Borussiae, ob aes alienum a guberniu bellorum causa contractum hypoteca gravata sunt, atque ob id super nulla earum parte census imponi, eorumque fructus percipi, salva fide, possuat antequam, imminuta per solutiones a gubernio creditoribus hypothecariis factas aeris alieni summa, sufficiens sylvarum quantitas hypothecae vinculo liberata fuerit, cumque secundum legem, qua serenissimus rex creditoribus publicis cavit, anno millesimo octingentesimo trigesimo tertio a magistratibus definiendum sit, qui agri ab eo vinculo soluti, quique adhue nexi remanebont, hinc decernimus praedictos census super sylvis supramemoratis dicto anno millesimo octingentesimo trigesimo tertio, et citius etiam, si prius antedictae sylvae ab hypotheca saltem pro rata censuum imponendorum liberatae fuerint, esse imponendos, proptereaque e singulis dioecesibus immediate saltem post annum millesimum octingentesimum trigesimum tertium praedictorum censuum fructus esse percipiendos: ex nunc autem usque ad totum annum millesimum octingentesimum trigesimum tertium, vel usque ad celeriorem dictorum censuum impositionem, eamdem argenti summam fructibus censuum respondentem ab aerariis provincialibus nnicuique dioecesi esse numerandam. Ne vero ullo modo numerationis prorogatio ultra annum millesimum octingentesimum trigesimum tertium timeri possit, quum forte magistratus intercesserint, ne census imponantur, non satis diminuta publici aeris alieni quantitate, laudatus rex ultro promisit, conceptisque verbis sese obligavit, si praeter omnem expectationem id accidat, se curaturum esse, ut tot agri regiis impensis emantur pleno dominii ju-

re singulis ecclesiis tradendi, quot necessarii sint, ut eorum redditus annuas illas summas exaequent, quae a censibus percipiendae essent, nisi impedimentum illud intercessisset. Quae omnia cum serenissimus rex per diplomata in valida regni forma a se subscribenda in tuto ponere sit pollicitus, ut plenum et integrum effectum suo tempore sortiantur; hinc supradictus Josephus episcopus diplomata hujusmodi singulis ecclesiis tradet in respectivis archivis asservanda.

Applicatio fructuum dictorum censuum

§. 43. Similis autem redditus ad formam promissionis regiae, deductis oneribus, conflare debebunt sequentes annuas dotationum summas, nempe pro archiepiscopo Coloniensi, ac pro archiepiscopo Gnesnensi, et Posnaniensi duodecim millium thalerorum Borussicorum, pro episcopis Trevirensi, Monasteriensi, Paderbornensi, et Culmensi octo millium thalerorum ejusdem monetae, pro episcopo vero Wratislaviensi duodecim millium thalerorum dictae monetae ultra redditus fundi Wurbeniani ad ejus episcopalem mensam spectantis pro parte dioecesis in regno Borussico, salvis manentibus illis redditibus quos percipit ex reliqua dioecesis parte temporali dominio charissimi in Christo filii Nostri Francisci Austriae imperatoris, atque Hungariae, et Bohemiae regis apostolici subjecta; quod vero ad Warmiensis episcopalis mensae dotationem pertinet, firmis bonis, ac redditibus quibus actu illa mensa gaudet, nihil in praesens innovandum esse declaramus, sed aliquando ad aliarum in regno Borussico mensarum normam apostolica interveniente auctoritate fore conformandam.

Dotatio capituli Coloniensis

§. 44. Pari methodo capitulum metropolitanae ecclesiae Coloniensis dotabitur in annua summa pro praeposito thalerorum Borussicorum bismille, pro decano thalerorum item bismille, pro quolibet ex duobus primis canonicis numerariis thalerorum mille biscentum, pro quolibet ex sequentibus sex canonicis thalerorum mille, pro quolibet ex duobus postremis canonicis thalerorum octingentorum, pro quolibet ex quatuor canonicis honorariis thalerorum centum, pro quolibet demum ex octo vicariis, seu praebendatis thalerorum biscentum.

Idem pro capitulo Gnesnensi.

§. 45. In archiepiscopali ecclesia Gnesnensi pro praeposito, et sex canonicis, quibus illud capitulum inposterum constabit, ea redditaum quantitas conservabitur, qua praepositus, et sex capitulares seniores actu fruuntur. In capitulo archiepiscopalis ecclesiae Posnaniensis redditus praedicto modo assignabuntur in annua summa pro praeposito thalerorum mille octingentorum, pro decano thalerorum pariter mille octingentorum, pro quolibet ex duobus primis canonicis thalerorum mille biscentum, pro quolibet ex quatuor sequentibus thalerorum mille, pro quolibet ex duobus postremis thalerorum octingentorum, pro quolibet ex quatuor canonicis honorariis thalerorum centum, et pro quolibet ex octo vicariis, seu praebendatis thalerorum biscentum.

Idem capitulorum Trevirensis, et Paderbornensis.

§. 46. In capitulis cathedralium ecclesiarum tam Trevisensis quam Paderbornensis pro praeposito thalerorum mille quatuorcentum, item pro decano thalerorum mille quatuorcentum, pro quolibet ex duobus primis canonicis thalerorum mille, pro duobus sequentibus thalerorum nongentorum, pro quolibet ex ultimis quatuor thalerorum octingentorum, pro quolibet ex quatuor canonicis honorariis thalerorum centum, et pro quolibet ex sex vicariis, seu praebendatis thalerorum biscentum.

Item capituli Monasteriensis.

§. 47. In episcopali ecclesia Monasteriensi pro praeposito thalerorum mille octingentorum, ac pariter pro decano thalerorum mille octingentorum, pro quolibet ex duobus primis canonicis thalerorum mille biscentum, pro quolibet ex sequentibus quatuor thalerorum mille, pro quolibet ex duobus postremis thalerorum octingentorum, pro quolibet ex quatuor canonicis honorariis thalerorum centum, et pro quolibet ex octo vicariis, seu praebendatis thalerorum biscentum.

Item capituli Culmensis.

§. 48. In ecclesia cathedrali Culmensi pro praeposito thalerorum mille biscentum, item pro decano thalerorum mille biscentum, pro primo canonico thalerorum mille, pro secundo thalerorum nongentorum, pro quolibet ex reliquis sex thalerorum octingentorum, pro quolibet e quatuor canonicis honorariis thalerorum centum, et pro quolibet e sex vicariis, seu praebendatis thalerorum biscentum.

Item capituli Wratislaviensis.

§. 49. In cathedrali ecclesia Wratislaviensi pro praeposito thalerorum bismille, pro decano thalerorum similiter bismille, pro primo canonico praebendam scholastici obtinente thalerorum mille quingentorum, pro quolibet e duobus sequentibus thalerorum mille centum, pro quolibet ex aliis septem thalerorum mille, pro quolibet ex sex canonicis honorariis thalerorum centum, et pro quolibet ex octo vicariis, seu praebendatis thalerorum biscentum.

Item capituli Warmiensis.

§. 50. In ecclesia vero episcopali Warmiensi nihil circa ejus capituli dotationem, et formam ad praesens immutandum esse declaramus, reservata tamen Nobis, et Romanis pontificibus successoribus Nostris facultate illas aliquando ad

reliquarum Borussici regni ecclesiarum normam conformandi.

Item capituli Aquisgranensis.

§. 51. Aquisgranensis praeterea ecclesia per Nos in collegiatam ut supra constituta capitulum constans ex una praepositi dignitate et sex canonicatibus eamdem annuorum redditum summam conservabit, qua actu gaudet.

Dotatio seminariorum.

§. 52. Committimus pariter antedicto Josepho episcopo Warmiensi, ut clericorum seminariis in qualibet dioecesi opportune constabiliendis, firma remanente possessione bonorum, quae ad praesens obtinent, eas vel partiales, vel integras, prout necessitas atque utilitas postulabit, bonorum dotationes attribuat, quae ab adpromissa serenissimi Borussiae regis liberalitate suppeditabuntur.

Concessio domorum episcopalium.

§. 53. Mandamus quoque eidem Josepho episcopo, ut pro cujuslibet antistitis decenti residentia, vel vetera episcopia, si commode fieri poterit, vel alias domos ad id a praefato rege in respectivis civitatibus, atque etiam alteras ruri, si facile possit, concedendas; itemque domos pro dignitatibus, canonicis, et vicariis, seu praebendatis, nec non pro curia ecclesiastica, pro capitulo, et archivo tribuendas opportune statuat, atque assignet.

Dotatio fabricae cujusvis ecclesiae

§. 54. Ad manutentionem vero fabricarum, tam metropolitanarum, quam cathedralium ecclesiarum, comprehensis quoque suppressis cathedralibus Corbejensi, et Aquisgranensi, atque ad divini cultus, ac inservientium expensas, ea bona, ac redditus etiam in futurum conservabuntur, quae iis usibus jam sunt destinata, quaeque serenissimus rex diligentissime servaturum est pollicitus; et in casu extraordinariae necessitatis confidimus fore, ut rebus hisce de thesauro regio liberaliter provideatur.

Dotatio sedium suffraganearum.

§. 55. Antedicto Josepho episcopo praeterea injungimus, ut cujuslibet archiepiscopalis, et episcopalis ecclesiae suffraganeatus assuetae congruae dotatione provideat, utque singulis archiepiscopis, et episcopis ad satisfaciendum expensis vicariorum generalium, et curiae eam redidtuum tribuat quantitatem, quae a praelaudato Borussiae rege juxta liberalem, ac providam suam promissionem hisce titulis factam constituetur.

De domibus ad alendos senes, vel infirmos sacerdotes destinatis.

§. 56. Et quoniam serenissimus Borussiae rex ultro Nobis pollicitus est se non modo domos illas tam ad alendos emeritos senes, vel infirmos sacerdotes, quam ad coercendos ecclesiasticos discolos, ubi existunt, conservaturum, sed etiam novas, ubi desunt, constabiliturum; propterea ipsi Josepho episcopo committimus, ut cognitis iis, quae de hac re statuerit praelaudatus rex, auditisque respectivis locorum ordinariis, sub quorum jurisdictione hujusmodi domus manere debebunt, omnia quae opus erunt circa memoratas domos, earumque congruam dotationem disponat.

De conversione usus sacrae suppellectilis.

§. 57. Cum vero in suppressis Corbejensi, et Aquisgranensi cathedralibus ecclesiis sacra reperiantur suppellectilia ad pontificalia in illis exercenda non amplius necessaria, facultatem praedicto Josepho episcopo concedimus, ut ea in usum, et commodum archiepiscopalis ecclesiae Coloniensis, si opus fuerit, sin minus in usum aliarum regni ecclesiarum, quae iis indigeant, libere valeat convertere.

De assignatione dotationum in libris camerae facienda

§. 58. Habita nunc ratione redditum supramemoratis archiepiscopalibus, et episcopalibus regni Borussiae ecclesiis ad praesens respective adsignatorum, in libris camerae apostolicae prout sequitur, nempe ecclesiam Coloniensem in florenis mille auri de camera, ecclesias invicem unitas Gnesnensem et Posnaniensem in florenis pariter mille, ecclesiam Wratislaviensem in florenis mille centum sexaginta sex cum duobus tertiis, ecclesiasque Trevirensem, Monasteriensem, Paderboraensem, Culmensem, et Warmiensem in florenis sexcentum sexaginta sex cum duobus tertiis taxari mandamus.

Facultates concessae executori apostolico.

§. 59. Ut autem cuncta a Nobis ut supra disposita rite, feliciter, ac celeriter ad optatum exitum perducantur, supradicto Josepho episcopo Warmiensi harum litterarum exequutori deputato omnes et singulas ad hujusmodi effectum necessarias, et opportunas concedimus facultates, ut praeviis respectivis dotationibus per instrumenta in valida regni forma exaranda ad uniuscujusque ecclesiae cum suo capitulo sive erectionem, sive novam ordinationem, ac respectivi territorii dioecesani circumscriptionem procedere, aliaque omnia, ut supra ordinata, peragere atque statuere delegata sibi apostolica auctoritate libere, ac licite possit, et valeat; atque ulterius ipsi Josepho episcopo facultatem pariter tribuimus, ut ad plenam rerum omnium in locis praesertim ab ejus residentia remotis exequutionem unam seu plures personam, vel personas, in simili, vel alia dignitate ecclesiastica constitutam, vel constitutas, subdelegare, et tam ipse Josephus quam persona, vel personae, ab eo sic subdelegaada, vel subdelegandae, super quacumque oppositione in actu exequutionis hujusmodi quomodolibet forsan oritura, servatis tamen de jure servandis, etiam definitive, et quacumque appellatio-

no remota pronunciare libere item, ac licite possint et valeant, ac quilibet eorum respective possit et valeat.

De exemplis actorum ad sanctam Sedem remittendis.

§. 60. Eidem vero Josepho episcopo expresse injungimus, ac mandamus, ut exempla singulorum actorum tam per se, quam per ab eo subdelegatos in praesentium literarum exequutionem conficiendorum intra quadrimestre ab explete ipsarum exequutione ad hanc apostolicam Sedem in authentica forma transmittat in archivo congregationis rebus consistorialibus praepositae de more asservanda.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 61. Praesentes autem literas, et in eis contenta, ac statuta quaecumque, etiam ex eo, quod quilibet in praemissis, vel in eorum aliquo jus, aut interesse habentes, vel quomodolit etiam in futurum habere praetendentes, cujusvis status, ordinis, conditionis, et praeeminentiae, ac etiam specifica, expressa, et individua mentione digni sint, illis non consenserint, seu quod aliqui ex ipsis ad praemissa minime vocati, vel etiam nullimode, aut non satis auditi fuerint, sive ex alia qualibet etiam laesionis, vel alia juridice, privilegiata, ac privilegiatissima causa, colore, prae textu, et capite etiam in corpore juris clauso nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostrae vel interesse habentium consensus, aliove quolibet defectu, quantumvis magno, inexcogitato, substantiali, ac substantialissimo, sive etiam ex eo quod in praemissis solemnitates, et quaecumque alia forsan servanda, et adimplenda, minime servata, et adimpleta, seu causae propter quas praesentes emanaverint non sufficienter adductae, verificatae, et justificatae fuerint, notari, impugnari, aut alias infringi, suspendi, restringi, limitari, vel in controversiam vocari, seu adversus eas restitutionis in integrum, aperitionis oris, aut aliud quodcumque juris, facti, vel justitiae remedium impetrari, aut sub quibusvis contrariis constitutionibus, revocationibus, suspensionibus, limitationibus, derogationibus, modificationibus, decretis, aut declarationibus generalibus, vel specialibus quomodolibet factis minime posse comprehendi, sed semper ab illis exceptas esse, et fore, ac tamquam ex pontificiae providentiae officio, certa scientia, et potestatis plenitudine Nostris factas, et emanatas omnimoda firmitate perpetuo validas et efficaces existere et fore, suosqua plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac ab omnibus ad quos spectat, et spectabit quomodolibet in futurum perpetuo, et inviolabiliter observari, ac supradictarum ecclesiarum episcopis, et capitulis, aliisquo quorum favorem praesentes Nostrae literae concernunt, perpetuis futuris temporibus plenissime suffragari debere, eosdemque super praemissis omnibus et singulis, vel illorum causa ab aliquibus quavis auctoritate fungentibus quomodolibet molestari, perturbari, inquietari, vel impediri, neque ad probationem, seu verificationem quorumcumque in iisdem praesentibus narratorum nullatenus unquam teneri, neque ad id in judicio vel extra cogi, seu compelli posse, et si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, irritum, et prorsus inane esse, ac foro volumus atque decernimus.

Derogatio contrariorum.

§. 62. Non obstantibus de jure quaesito non tollendo, de suppressionibus committendis ad partes, vocatis quorum interest, aliisque Nostris, et cancellariae apostolicae regulis, nec non dictarum ecclesiarum etiam confirmatione apostolica, vel quevis firmitate alia roboratis, statutis, et consuetudinibus etiam immemorabilibus, privilegiis quoque, indultis, et concessionibus quamvis specifica, et individua mentione dignis, omnibusque, et singulis apostolicis, ac in synodalibus, vel generalibus constitutionibus, et ordinationibus ac formis, etiam si specialis, specifica, et individua mentio, seu quaevis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum tenores, ac si de verbo ad verbum nihil penitus omisso, et forma in illis tradita observata inserti forent praesentibus, pro expressis habentes, ad praemissorum omnium, et singulorum effectum latissime, et plenissime, ac specialiter et expresse ex certa scientia, et potestatis plenitudine paribus derogamus, et derogatum esse declaramus, caeterisque contrariis quibuscumque.

Fides habenda transumptis.

§. 63. Volumus praeterea, ut harum literarum Nostrarum transumptis etiam impressis, manu tamen alicujus notarii publici subscriptis, et sigillo personae in ecclesiastica dignitate constitutae munitis eadem prorsus fides ubique adhibeatur, quae ipsis praesentibus adhiberetur, si forent exhibitae vel ostensae.

Sanctio poenalis.

§. 64. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam Nostrae suppressionis, extinctionis, annullationis, restitutionis, erectionis, unionis, dismembrationis, disjunctionis, separationis, aggregationis, applicationis, circumscriptionis, concessionis, indulti, elargitionis, assignationis, suppletionis, subjectionis, attributionis, statuti, declarationis, commissionis, deputationis, mandati, decreti, derogationis, et voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire: si quis autem hoc attentare

praesumpserit indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum.

Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem anno incarnationis Dominicae millesimo octingentesimo vicesimo primo, decimo septimo kalendas augusti, pontificatus Nostri anno vicesimo secundo.

CMLXXXVI.

Dat. die 17 julii 1821 anno XXII.

Suppressio paroeciarum in civitate Bisinianensi, eorumque bonorum applicatio ad seminarium ejusdem civitatis.

Venerabili fratri
Episcopo Bisinianensi

Pius pp. VII

Venerabilis frater
Salutem, et apostolicam benedictionem

Expositio precum.

§. 1. Expositum Nobis nuper tuo nomine fuit, in ista Bisinianensi civitate, quae ter mille et quingentos numerat habitatores, quatuordecim extare paroecias, quarum in aliquibus aut viginti, vel triginta, sed non ultra quinquaginta recensentur fideles, et in una tantum ex illis, cathedrali videlicet ecclesia, fontem esse baptismalem; sanctissimum vero Eucharistiae sacramentum in tribus tantum asservari; novem ex praedictis paroeciis, cum magna vigeat penuria sacerdotum, et praesertim habilium, viduatas nunc esse rectoribus, et praeter spem, ut tot inveniantur, quot numero ecclesiarum sunt necessarii. Dum abundantiam ex una, deficientiam ex altera ostendis parte; seminarium enim dioecesanum, ubi clerici religiose educandi, et ecclesiasticis disciplinis instituendi sunt, ut opportuno tempore utiliter ecclesiae valeant deservire, viginti ab hinc annis clausum est, nec tenues illius redditus summam ducatorum bisceutum non excedentes, et impensis necessario austinendis impares illud reserare in posterum permittent, nisi aliquo augeantur modo; cum igitur praedictae paroeciae in dicta civitate superabundent, ac difficile sit de rectoribus eas providere, seminarium vero, de cujus utilitate compertum Nobis est absque novo subsidio nequeat alumnos recipere, tu dioecesis praedictae necessitati prospicere, universique cleri, ac populi votis satisfacere cupiens, nil ad rem accommodatius excogitare potuisti, quam ex inutilibus utilia efficere, supplicari siquidem Nobis humiliter fecisti, ut septem ex dictis paroeciis supprimere, ac omnes illarum redditus, qui insimul computati summam tercentorum quotannis afferunt ducatorum, praefato seminario perpetuo adjungere, ac incorporare dignaremur.

§. 2. Nos igitur te, ac singulares personas quibus praesentes Nostrae literae favent, specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurristi, vel incurrerint hujus tantum rei gratia absolventes, ac absolutum, et absolutas fore censentes, supplicationibus tuo nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, fraternitati tuae, quatenus id in Domino expedire censueris, quatuordecim paroecias praedictas, dummodo de jure patronatus non sint, quo in casu necesse est, ut patronorum accedat consensus, neque ex illis, quae ad praesens habent rectorem sine cujus expresso assensu innovare nihil potest, ad septem tantum auctoritate Nostra apostolica redigendi, novosque limites circumscribendi pro tuo arbitrio, et prudentia, ac paroeciarum, quas supprimendas esse judicaveris, omnes, et singulos fructus, redditus, et proventus seminario dioecesano praedicto in perpetuum dicta auctoritate Nostra applicandi, uniendi, atque incorporandi, non relaxata tamen obligatione seminario praedicto satisfaciendi oneribus, et praecipue missarum legatis, si quae sint iisdem praehendis incumbentibus facultates necessarias, et opportunas dicta auctoritate Nostra apostolica, tenore praesentium tribuimus, et impertimur. — Tenor concessionis.

§. 3. Decernentes has praesentes literas semper firmas, validas et efficaces existere, ac fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab omnibus respective inviolabiliter observari; sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. — Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 4. Non obstantibus fel. rec. Benedicti pp. XIV praedecessoris Nostri super divisione materiarum, aliisque apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, nec non praedictarum paroeciarum etiam juramento, confirmatione apo- — Derogatio contrariorum.

stolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus, caeterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die decima septima julii millesimo octingentesimo vicesimo primo, pontificatus Nostri anno vicesimo secundo.

CMLXXXVII.

Dat. die 27 julii 1821 Anno XXII

Exemptio archiepiscopi Mediolanensis a cura collegii Asconensis, illiusque supremae praefecturae translatio ad onus episcopi Comensis.

Pius PP. VII.

Ad futuram rei memoriam

Prooemium

§. 1. Expedit sane omnes omnium gentium adolescentes ad pietatem, ac literas informari: id tamen praecipue da earum gentium, ac provinciarum adolescentibus optandum est, qui regionibus haereticorum proximi, ut haeresum virus ipsi a se longe propulsent, excultique literis, et studio verae propagandae religionis incensi, aliis deinceps viam salutis ostendant,

Historia erectionis, et curae collegii.

§. 2 Hoc consilio s. Carolus Borromaeus, Insubriae, Ecclesiaeque totius clarissimum decus, mandante, et adjuvante fel. rec. Gregorio XIII praedecessore Nostro, in oppido Ascona (quod est in dioecesi Comensi ad Varbanum lacum, et a catholicis Helvetiis incolitur) catholicorum adolescentium collegium instituit, ac redditibus aptis instruxit. Tantum vero momenti ad cursum haeresis retardandum, efficiendumque ne dira contagio ulterius vagaretur, ac serperet, in Asconensis collegii fundatione ducebat esse Gregorius, ut in suis apostolicis literis datis di 22 decembris anno 1582 = firmissimum contra haereticos praesidium ibi situm collegium vocaverit. Cumque nihil Romanis pontificibus fuerit antiquius, quam illud optimis legibus temperari, eique strenuos vindices, ac propugnatores adesse; idcirco nunc venerabilibus fratribus suis S. R. E. cardinalibus, nunc aliarum, atque aliarum sedium episcopis, qui auctoritate, studioque religionis praestarent, collegii Asconensis supremam procurationem mandarunt: donec fel. rec. Urbanus VIII praedecessor Noster, apud se reputans quantus sit metropolitanae ecclesiae Mediolanensis splendor ac dignitas, eique lectissimos semper antistites praefici, per suas literas datas die decima secunda martii anno millesimo sexagesimo vicesimo quarto archiepiscopis Mediolanensibus perpetuam tutelam ac propriam collegii ejusdem attribuit.

§. 3. Nos vero de illius incolumitate, ac commodis aeque solliciti, motique precibus civilis in Asconae oppidum potestatis aliquas ejus tutelae, et administrationis partes, quas Mediolanenses archiepiscopi commiserant dilectis filiis oblatis sancti Sepulchri civitatis Mediolanensis, mandavimus dilectis filiis archipresbytero, ac duobus parochis Asconensibus, quin tamen detraxerimus aliquid de Mediolanensium archiepiscoporum praecipna in collegium auctoritate. Et quia luctuosae vices temporum effecere, ut pluribus hinc annis desertum sit collegium hujusmodi, doctoribusque, et alumnis careat, non destiterunt archipresbyter Asconensis, ac parochi a venerabili fratre archiepiscopo Mediolanensi enixe contendere, ut novis magistris constitutis, ceterisque procuratis, quae ad juventutem ibi alendam, instituendamque necessaria, rursus patefieri collegium juberet. Quod sane dintins non est differendum, publicis rebus post longam jactationem, ac turbas aliqua ratione compositis, et Ticinensi magistratu, cujus civili regimini Ascona subjicitur, extraordinarium decenne subsidium in pii operis instaurationem liberaliter deferente. At vero venerabilis frater archiepiscopus Mediolanensis id negotii suscipere recusavit, attulitque rationes, haud sane leves, ob quas et ipsum, et ejus successores abstinere a procuratione collegii Asconensis expediat. Quoniam vero sine gravi detrimento, ac recti ordinis subversione non potest illud supremo rectore destitui; ideo dilecti filii archipresbyter, parochique Asconenses, demissis precibus a Nobis petiere, ut collegio, cujus jam inde a sua institutione, ac primordiis Romani pontifices, praedecessores Nostri, se se studiosissimos praebuerunt, supremum alium moderatorem auctoritate apostolica praeficiamus.

Vicissitudines quibus collegium subjectum.

Tenor concessionis

§. 4. Nos autem, qui aequa postulantibus, quantum Deo propitio possumus, libentissime obsecundamus, ne Asconense collegium supremo praeside destituatur, ac ne in venerabiles fratres archiepiscopos Mediolanenses inclementius agere videamur, si illos onus ferre velimus, cui ferendo sunt impares, venerabilem fratrem archiepiscopum Mediolanensem, ejusque successores ab ea cura prorsus eximimus, collegiique praedicti supremam praefecturam in episcopos Comenses, quorum dioecesis Asconam complectitur, apostolica auctoritate transferimus; ita ut futuro hinc tempore quicumque Comensem sedem obti-

nebunt, summam praefecturam collegii Asconensis gerant, in eaque omnibus, et singulis fruantur juribus, quibus fel. rec. Urbanus VIII praedecessor Noster in literis datis die decima secunda martii anno millesimo sexcentesimo vicesimo quarto archiepiscopos Mediolanenses ejus rei ergo exornaverat.

De rogatio contr ariorum.

§. 5. Non obstantibus Nostra, et cancellariae apostolicae regula de non tollendo jus quaesitum, et memoratis Urbani VIII, et Benedicti XIV praedecessorum Nostrorum super divisione materiarum, nec non praedictis Nostris die vicesima tertia decembris anno millesimo octingentesimo tertio expeditis, aliisque apostolicis constitutionibus, et ordinationibus, nec non dicti collegii etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis; quibus omnibus, et singulis illorum tenores praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum, hac vice dumtaxat, specialiter et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die vicesima septima julii, millesimo octingentesimo vicesimo primo, pontificatus Nostri anno vicesimo secundo.

CMLXXXVIII.

Facultas gestandi signum sensibile Eucharistici sacramenti pro confraternitate ss. Sacramenti villae Torre di Ximeno dioecesis Giennensis.

Dat. die 26 junii 1821 anno XXII

Venerabili fratri
Episcopo Giennensi

Pius PP. VII.

Venerabilis frater
Salutem, et apostolicam benedictionem

Expositio precum.

§. 1. Exponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii officiales, et confratres congregationis, seu sodalitatis sub titulo sanctissimi Sacramenti in parochiali ecclesia sancti Petri villae di Torre de Ximeno nuncupatae istius Giennensis dioecesis, canonice, prout asseritur erectae, multum sodalitati praedictae fore adjumenti ad divinum cultum promovendum, devotionemque confovendam, si praedictis exponentibus in sacris peragendis functionibus ecclesiasticis signum sensibile Eucharistici sacramenti, figuram hostiae calici superpositae exhibens, in habitu sodali vel depictum, vel opere phrygio distinctum gestare posse concederetur; Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut sibi in praemissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis.

§. 2. Nos igitur dictos exponentes, ac singulares eorum personas specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, fraternitati tuae per praesentes committimus, et mandamus, ut, veris existentibus narratis, et si id in Domino expedire censueris, praesentibus, et pro tempore existentibus confratribus congregationis, seu sodalitatis praedictae, ut ipsi in omnibus, et singulis functionibus ecclesiasticis, ac actibus publicis ejusdem confraternitatis signum superius descriptum in sinistra, vel dextra parte pectoris supra habitum sodalem, prius a te recognoscendum gestare libere, et licite possint, et valeant auctoritate Nostra apostolica indulgeas, atque concedas; illosque desuper a quoquam impediri, molestari, vel perturbari nullatenus posse,

ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, dicta anctoritate decernes.

Derogatio contrariorum.

§. 3. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non dictae confraternitatis etiam juramento, confirmatiooe apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consnetudinibus, caeterisque contraris quibuscumque.

Datum Romae apud sanctam Mariam Mejorem sub annulo piscatoris die vicesima sexta junii millesimo octingentesimo vicesimo primo, pontificatus Nostri anno vicesimo secundo.

CMLXXXIX.

Dat. die 20 julii 1821 anno XXII

Extinctio, et suppressio sedis episcopalis Seynensis in regno Poloniae, et erectio sedis Augustoviensis in eodem regno.

Pius episcopus

Servus servornm Dei

Ad perpetuam rei memoriam

Proemium.

§. 1. Sedium episcopalium translationes, non quidem ad rerum humanarum mobilitatem, sed pro Dominici gregis commodo, et faciliori regimine sancire consueverunt Romani pontifices, ne impensae, qua premuntur de animarum salute sollicitudini defuisse videantur; Nosque item, ubi in rei sacrae utilitatem cessura dignoscantur, apostolicae benignitatis providentiam desiderari minime permittimus.

Ratio suppressionis sedis Seynensis.

§. 2. Decretis porro superiori anno millesimo octingentesimo decimo octavo archiepiscopali, et episcopalibus sedibus cum respective capitulis, seminariis, ac dioecesanis territoriis in Poloniae regno serenissimo, ac potentissimo principi Alexandro Russorum imperatori, ac regi Poloniae ad praesens subjecto Nostrarum literarum apostolicarum sub plumbo datarum pridie kalendas julii, pontificatns Nostri anno decimo nono exequutionem commisimus bo. mem. Francisco Malczewski tum episcopo Wladislaviensi, quo defuncto in ejus locum venarabilem fratrem Stephanum Holowczyo modernum arahiepiscopum Varsaviensem plenarie sufficimus, atque ex distincta ab eo cum authenticis documentis ad Nos transmissa relatione aperte intelleximus, graves ad constabiliendam episcopalem cathedram in civitate Seyna, praesertim ob minus aptas ecclesiam, et domos opponi difficultates, quae Nobis facile persuaserunt designatae episcopalis sedis Seynensis, seu Augustoviensis necessariam fore commutationem, seu translationem.

Designatio urbis Suwatki pro nova erigenda sede.

§. 3. Cognovimus pariter intra limites territorii assignati pro Seynensi, seu Augustoviansi dioecesi urbem contineri Suwatki nuncupatam, quae utpote posita fore in medio palatinatns Augustoviensis, ac illius provinciae gubernii caput, atque insuper sit in loco salubri, et amoeno, ac in vasta planitie multas enumerat etiam ex muro solido belle aedificatas, commodas, et venustas domos, moltoque plures complectitnr incolarum familias in dies ob residentiam gubernii provincialis palatinatus Augustoviensis augescentes, et in qua ultra parochialem sub titulo sanctissimae Crucis ecclesiam ex ligno constructam ab extra tamen congrue, et intus decenter ornatam, altera longe amplior ex solido muro magnis sumptibus actn aedificatur cum non parva ab utroque latere area a gubernio adsignanda pro construendis tam in episcopi, quam in seminarii usum aptis aedificiis.

Erectio novae sedis, cum suppressione praecedentis.

§. 4. Hujusmodi insuper curis benevole obsecundaudo laudato Alexandro Russorum imperatore, ac Poloniae rege, Nos praevia suppressione, extinctione, et annullatione sedis episcopalis in dicta Seynensi civitate, novam ejus loco in praefata civitate Suwatki erigimus episcopalem sedem Suwetkiensem, seu Augustoviensem nuncupandam; ad eamque transferimus venerabilem fratrem Ignatium modernum episcopum Seynensem, seu Augustoviensem, ac supramemoratam ex solido muro jam constrni inceptam ecclesiam sub titulo ab infrascripto praesentium literarum exequutore de consensu praedicti Ignatii episcopi designando in cathedralem erigimus, ac in illam transferimus capitulum ipsius ante cathedralis de Seyna una cum omnibus respectivie fructibus, redditibus, proventibus, insigniis, juribus, praeeminentiis, privilegiis, honoribus, gratiis, et favoribus, quibus gaudent, firmis de caetero remanentibus dioecesis limitibus in erectione episcopatus Seynensis, seu Augustoviensis pridem assignatis, in omnibus ad formam antedietarum literarum epostolicarum: licentiem interea tribuentes, ut donec fabrica novae ecclesiae fuerit absoluta servitium chori, et cunctae aliae functiones ecclesiasticae, ac etiam pontificalia in supra enunciata parochiali ecclesia sanctissimae Crucis adimpleantur.

Consulitur decentis erectioni novae sedis et curae animarum in suppressa.

§. 5. Quocirca eidem venerabili fratri Stephano archiepiscopo Varsaviensi committimus, ut ad novam episcopalis ecclesiae Suwatkiensis, seu Augustoviensis

a praedicto Ignatio episcopo gubernandae erectionem, ac in ea memorati capituli cathedralis translationem, nec non decentis episcopii assignationem, ac seminarii puerorum ecclesiastici opportunam constitutionem convenienti forma procedat, simulque consulat, ut in suppressa cathedrali ecclesia in civitate Seynae animarum cura, ut prius exerceatur, et sacrorum ministrorum, ac divini cultus expensis sufficienter provisum remaneat; ad quorum effectum omnes, et singulas ipsi Stephano archiepiscopo necessarias, et opportunas tribuimus facultates etiam aliam, vel alias personam, seu personas in ecclesiastica dignitate constitutam, seu constitutas subdelegandi, ac quascumque controversias, et quaestiones forsitan oriturae examinandi, judicandi, ac definiendi, sublata cuilibet aliter judicandi, et interpretandi facultate; in contrarium facientibus etiam speciali, expressa, et individua mentione dignis, non obstantibus quibuscumque.

Sanctio poenalis. §. 6. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam Nostrae suppressionis, extinctionis, annullationis, erectionis, translationis, constitutionis, commissionis, et facultatis infringere, vel ei ausu temerario contraire; si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum.

Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem anno incarnationis Dominicae millesimo octingentesimo vicesimo primo, tertio decimo kalendas augusti, pontificatus Nostri anno vicesimo secundo.

CMXC.

Concessio insignium indumentorum pro canonicis ecclesiae collegiatae oppidi Castel Franco di sotto nuncupati dioecesis s. Miniati.

Dat. die 3 augusti 1821 anno XXII.

Pius PP. VII.

Ad futuram rei memoriam

Proemium. §. 1. Romanorum indulgentia pontificum peculiaria ornamenta aliquando illis tribuit, qui Deo laudes conspicuis in templis solvunt, ut externa decora adepti magis illi, magisque conentur internis virtutibus enitere, atque ad sacra ministeria accurate implenda iis apostolicae beneficentiae calcar addatur.

Expositio precum. §. 2. Hinc quum dilecti filii canonici ecclesiae collegiatae oppidi appellati = Castel Franco di sotto = dioecesis sancti Miniati suppliciter a Nobis petierint, ut loco mozzettae (ita enim dicitur) nigri coloris, quam modo gestant, ferre violaceam possint; quumque venerabilis frater episcopus sancti Miniati suo apud Nos scripto testetur, eorum ecclesiam eleganti opere esse constructam, canonicos vero, aliosque haud exiguo numero clericos sacras in eo caeremonias decenter obire; haud gravate inducimur, ut eorum precibus obsecundemus.

Tenor concessionis. §. 3. Quapropter eosdem oratores peculiari benevolentia prosequi volentes, et a quibusvis anathematis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, ac poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quas forte incurrerunt, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, ex hujus supremae sedis auctoritate canonicis ejusdem templi facultatem facimus, at impertimur, ut nigri coloris mozzetta posita, violaceam induant, in eoque indumento tum ipsi, tum eorum successores incedant sive in choro, sive in conventibus suis, sive in sacris supplicationibus, sive in aliis collegii sui functionibus publicis.

Clausulae salutares, et irritantes. §. 4. Haec concedimus, atque indulgemus, decernentes has literas semper firmas, validas, et efficaces existere, ac fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit, in omnibus, et per omnia plenissime suffragari; sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores judicari, et definiri de-

bere, ac irritum et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum. §. 5. Non obstantibus fel. rec. Benedicti XIV, praedecessoris Nostri super divisione materiarum, aliisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die tertia augusti millesimo octingentesimo vicesimo primo, pontificatus Nostri anno vicesimo secundo.

CMXCI.

Dat. die 7 augusti 1821 anno XXII.

Confirmatio statutorum ecclesiae collegiatae sancti Nicolai terrae montis Brandoni dioecesis Ripanae.

Pius PP. VII.

Ad futuram rei memoriam

Proemium. §. 1. Ad cultus divini pietatisque incrementum instituta canonicorum collegia peculiari benevolentia Romani pontifices complectuntur, nec dedignantur leges expendere, quibus illa reguntur; sicque illis in legibus, sive constitutionibus nihil ab aequitate, ac proposito fine aberret, iis aliquando apostolicae confirmationis robur adjiciunt.

Expositio precum. §. 2. Sane expositum Nobis nuper est a dilectis filiis canonicis insignis, ut asseritur, collegiatae ecclesiae s. Nicolai, quae assurgit in oppido montis Brandoni Ripanae dioecesis praeteriti temporis vices collegio suo fuisse exitiosas, illatis in fiscum illius bonis, et juri canonicorum ereptis, itaut illi desierint toto decennio ea in ecclesia Dei laudes canere, et sacras alias caeremonias obire. Nunc autem quum Nostra beneficentia, ac curis rursus in eorum bonorum possessionem venerint, unde ejecti, ac depulsi per summam injuriam fuerant, ac denuo incipiant suis muneribus fungi, demissis precibus a Nobis petierunt, ut quas habeant diu conditas, et saepe a Ripanis episcopis approbatas constitutiones, regulas nimirum officii, quod explent, eas apostolica confirmatione muniamus.

Tenor concessionis. §. 3. Nos vero iis accurate expensis, atque libratis, quum nulla adesse videatur ratio, quare, quod nonnulli optabant, aliqua in iis immutentur, ita canonicorum precibus obsequendum duximus, ut nihil in illis hoc tempore (alio fortassis tempore, ac rerum adjuncta leges alias postulabunt) turbari, atque invert patiamur. Quare praedictos canonicos peculiari beneficentia prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, et poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quas forte incurrerunt, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, constitutiones quas habent canonici collegiatae illius ecclesiae sancti Nicolai, quaeque a pluribus Ripanis episcopis, quum suam dioecesim visitatum perrexere, eamque ad ecclesiam accessere, approbationem tulerunt, approbamus, confirmamus, illisque apostolicae auctoritatis robur adjungimus, omnesque, et singulos juris, et facti defectus, qui illis condendis fortasse intervenerint ex hujus supremae Sedis potestate supplemus, atque sanamus.

§. 4. Decernentes has literas firmas, validas, et efficaces existere, et fore; suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, dictisque canonicis in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, ac ab omnibus, ad quos spectat, et spectabit quomodolibet in futurum inviolabiliter observari, sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores, ac S. R. E. cardinales, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Clausulae sublata, et decretum irritans.

§. 5. Non obstantibus constitutionibus apostolicis, caeterisque contrariis quibuscumque. Derogatio contrariorum.

Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die septima augusti anno millesimo octingentesimo vicesimo primo, pontificatus Nostri anno vicesimo secundo.

CMXCII.

Dat. die 11 augusti 1821 anno XXII

Confirmatio constitutionis congregationis Eremitarum sancti Augustini apud Siculos erectae.

Pius PP. VII.

Ad futuram rei memoriam

Prooemium

§. 1. Quantum splendoris, atque utilitatis ex religiosis familiis pie institutis, ut ad veterem disciplinam, si forte alicubi collapsa est, revocatis, in Dei Ecclesiam redundet, Tridentina professa est synodus, Romanique pontifices praedecessores Nostri, crebris decretis, rescriptis, ac diplomatibus prae se tulerunt. In illis autem, quae ad probam religiosarum familiarum disciplinam sanciendam pertinent, quaeque Tridenti, vel aliis in conciliis congregati antistites, Nostrique praedecessores diligentissime eccuraverunt, illud quoquo locum obtinuit, curare atque urgere, ut a religiosis viris corruptela exulet privati peculii, utque a communi cujusquo piae domus veluti aerario omnia omnibus suppeditentur, quibus religiosi viri ad cibatum, ad vestem, et ad reliquos vitae usus indigeant; qua ratione ubi res administratur, ac geritur, ibi vita agi dicitur plane communis. Sed tamen quia mos privati redditus habendi plerisque in ordinibus inolevit, moresque hominum refingere maximis difficultatibus obnoxie res est; idcirco vita illa plane communis, ad quam in omnibus religiosis familiis restitnendam Romani pontifices, concilia, ac praeterea morum sanctimonia spectatissimi viri animum intenderunt, paucis in locis nunc viget, ac privata peculia nitori plurium ordinum, ac familiarum sacrarum officiunt. At enim non sine ingenti laetitiae sensu cognovimus, dilectos filios ex ordine Eremitarum sancti Augustini, qui geminis in aedibus religiosis, seu conventibus apud Siculos degunt, nempe in conventu sanctae Mariae Nemoris, et in Panormitano conventu sanctae Mariae Consolationis, sui memores officii, nihil magis optare, quam ut vita apud ipsos communis instituatur, vel potius (aliquando enim ibidem viguisse dicitur) eas in sedes veluti postliminio revocetur. Nos vero aemulantes, quod ait apostolus, meliora charismata collaudavimus, et adhibita in consilium congregatione venerabilium fratrum Nostrorum S. R. E. cardinalium negotiis, et consultationibus episcoporum, et regularium praeposita, explorataque hac de re sententia dilectorum filiorum vicarii generalis ordinis Eremitarum sancti Augustini, eorumque qui apud ipsum gravis momenti res finiunt, nec non procuratoris generalis ejusdem ordinis, die prima decembris anni superioris per Nostrum rescriptum mandavimus, ut gemini illi conventus peculiarem congregationem constituant, propriis legibus communitam, et tamen supremo praesidi ordinis Eremitarum sancti Augustini absque propriarum legum violatione subjectam. Eodem rescripto jussimus eam uti, frui juribus, et honoribus cunctis, quibus caeterae ita nuncupatae provinciae, ac congregationes ordinis illius utuntur, fruuntur, itemque eam oneribus gravari, quibus quaelibet provincia, ac congregatio ordinis afficitur. Et quia non alia mente ad eam congregationem erigendam accessimus, nisi ut geminis in conventibus, quos recensuimus, communis omnino vita ducatur, praecipimus simul, eos tantum religiosos viros in iisdem retineri, qui in sanctam communis ducendae vitae cupiditatem exarserint, caeteris, qui ibi morentur, ac secus optent, per dilectum filium vicarium ordinis generalem dimissis, alioque translatis. Quumque in conventibus ejusmodi, ab integra fratrum Augustiniensium societate minime avulsis, Augustiniensis ordinis regulae, ac constitutiones servandae sint; sed tamen peculiaris congregationis indoles, quam conventibus geminis illis tribuimus, peculiares leges requirat; procuratori ordinis generali eas condendi negotium dari curavimus. Qui quidem imposito perfunctus munere leges, seu constitutiones scripsit, quae sequuntur, quasque, ne quid in illis immutari aut perverti possit, hisce apostolicis literis placet inserere.

Caput I.

§. 2. De observandis in prima capitulari congregatione. — Tenor constitutionis

§. 3. I. Et primo de nomine quo vocandus est superior hujus congregationis. — De nomine superioris.

Dum supremus ordinis Eremitarum sancti Augustini superior nuncupatur vicarius generalis, appellabitur commissarius generalis praefatae congregationis caput; cum vero ille generalis nomine distinguetur, ipse nomen vicarii generalis, ut in constitutionibus, assumet.

§. 4. II. In hac electione ad supremam dictae congregationis praefecturam sicut et ad difinitorium eos solos habiles atque idoneos declarari expedit, qui pro conservatione perfectae vitae communis hucusque steterunt, quique a patre vicario generali in suis ad praesidentem pa- — De eligendis ad supremam praefecturam, et ad difinitorium.

tentibus literis describentur. Ad alia vero officia reliqui omnes eligi valeant.

De habilibus ad vocem activam, et passivam.

§. 5. III. Cum ia praedictis conventibus patres graduati desint, hinc ad vocem activam, et passivam (seusu in praodicto § exposito) habiles redduntur, et declaraatur omnes illi, qui decem annorum professiono gaudent in dictis conventibus; sique omnes (electis scrutatoribus, et judicibus causarum, ut in constitutionibua praescribitur) pro provincialis electiono eligent ad triennium commissarium praedictum, quatuor difinitores, et tandem difinitorem, ac discretum capituli generalia; ita tamen, ut dictae congregationis caput eligendus sit semper ad minus quadraginta annorum, et quindecim professionis, ut in constitutioaibus.

De loco, et tempore celebrandi capitulum.

§. 6. IV. Etsi praefati capituli a congregatione predicta celebrandi praeses semper a rmo p. generali sit destinandus, pro hac vice vero etiam tempus praedefiniet, ot locum capituli in uno ex dictis conventibus, sicut et praedictos electores convocabit.

Exceptio peculiaris.

§. 7. V. Cum in votis ait, ut hoc primum capitulum quamcitius fieri possit celebretur, paucorum illorum mensium defectus, qui a sabato ante dominicam tertiam post pascba (tempus celebrandi capituli a constitutionibus assignatum) usque ad dictum celebrandum capitulum decursum haud habebitur ratio in hoc primo triennali cursu; scilicet tam commissariua generalis, quam difinitores perdurabunt, sicut et priores usque ad dominicam tertiam, vel quartam anni 1824 licet triennium non fuerit expletum.

De componentibus difinitorium.

§. 8. VI. Quamvis ordinis constitutiones novem patrum numero difinitorium integrandum pracscribant, quia vero haec congregatio duobus tantum conveatibus componitur, hinc praedictum difinitorium septem taatum patribus constare satis esse ducitur, sicque praedictum difinitorium conflabitur ex patre praesidente, commissario generali electo, et quatuor difinitoribus. Cum autem ia prima capitulari congregatioae desit commissarius generalia absolutus, pro eo ia hac prima electione tantum assumetur difinitor capituli generalis, aicque proximum difinitorium constabit ex p. praesidente, ex commissario electo, quatuor difinitoribus, et ex difinitore capituli generalis; deinceps vero quatuor difinitores cum commissario generali absoluto conjunctim cum noviter electo, ac p. praesidente septenarium numerum constituent ad difinitorium requisitum, sicut et futurae congregationes pro dicti commissarii generalis, et difinitorum electione fient a p. praesidente, a p. commissario noviter electo conjunctim cum jam absoluto, a quatuor difinitoribus, prioribus, discretis praedictorum conventuum, a socio dicti commissarii absoluti, et a commissario, vel commissariis absolutis.

Caput II.

De auctoritate difinitorii

De auctoritate difinitorii

§. 9. I. Ad difinitorium praedictum pertinet juxta constitutiones ordinis priorum utriusque conventus, nec non procuratoris, socii patris commissarii (qui etiam munus secretarii ejusdem commissarii exercebit) magistri novitiorum, caeterorumque officialium electio.

Idem ut supra

§. 10. II. Ad ipsum etiam spectabit eas conficere leges (sed semper a rmo p. generali confirmandas) quas ad bonum, et majus augmentum tam spirituale, quam temporale eorumdem conventuum conducere judicaverit.

De capsa utriusque conventus.

§. 11. III. Cum in convento sanctae Mariae de Nemore bone redundent, sed deficiuat in illo sanctae Mariae Consolationis Panormi, ideo sicut hactenus observatum est, ita fiet in posterum, ut onica ait utriusque conventus capsa aerarie administranda a dicto p. commissario generali, a duobus deputatis e difinitorio eligendis (quorum unus sit semper prior ubi capsa reperitur) et a procuratore. Verum difinitorii munus est opportunas condere leges pro recta dictao capsae administratione.

Caput III.

De disciplina

De disciplina

§. 12. I. Ne juvanes studentes deperdant consuetudinem, et amorem perfectae vitae communis pater generalis eos alibi, quam in dictis conventibus locari nequeat.

De vita communi servanda et admittendis in conventibus

§. 13. Quilibet (et non alius) ex Augustinienis provinciis in dictis conventibus locari possit a rmo p. generali, qui spiritu Dei ductus in praefata vita communi vivore exoptat, dummodo legibus se subiiciat praedictae vitae communis, et cum conditione, ut superior eligi nequeat nisi peracto decennio suae permanentiae ia dicta perfecta vita commoui, sed fruetur tantum voce activa, quoties eadem in aliis conventibus fruebatur, et per biennium in dicta perfecta vita communi commoratus fuerit.

De praecedentia servanda inter graduatos.

§. 14. III. Non recognoscuntur gradus in hac congregatione sicut in semper laudata sancti Joannis ad Carbonariam

congregationo; sed praecedentiae servabuntur juxta professionis antiquitatem, attamen in capitulis conventualibus vocem habebunt ii omnes, qui octo annorum professionem habent.

De transferendis extra congregationem.

§. 15. IV. Ne aliquis omni futuro tempore suae professionis immemor reliquos fratres in praefataa vitae communis observantia perturbet p. generalis ad instantiam commissarii generalis in aliquo eum extra dictam congregationem conventu collocare valcat.

Reservatio specialis.

§. 16. V. Caetera omaia, de quibus non est specialis mentio hic facta juxta ordinis constitutiones erunt observanda.

Expositio precum.

§. 17. Nuper autem petitum est a Nobis suppliciter nomine integrae religiosae familiae degentis in cooveatn sanctae Mariae Nemoris, et eorum qui in conventu sanctae Mariae Consolationis communem vitam sequi discupiunt, ut supremam huic operi manum admoveamus, nimirum, ut Nostrum rescriptnm diei primae decembris anni superioris ad majorem firmitatem literis apostolicis confirmemus, conditasque novae congregationi regendae leges, quae Nostro jussu diu multumque expensae sunt, approbemus.

Tenor confirmationis apostolicae.

§. 18. Nos igitur praedictos oratores speciali beneficientia prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, at interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, et poenis, a jure vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, rescriptum Nostrum, de quo mentio est habita, insertasque his literis leges, seu constitutiones confirmamus, approbamus, illisque auctoritatis apostolicae robur adjicimus, omnesque juris, et facti defectus, qui illis condendis fortasse intervenerint, ex hujus supremae Sedis potestate supplemus, atque sanamus.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 19. Decernentes has literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus et per omnia plenissime suffragari; sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 20. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, caeterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die undecima augusti millesimo octingentesimo vicesimo primo, pontificatus Nostri anno vicesimo secundo.

CMXCIII.

Allocutio habita in consistorio secreto diei 13 augusti 1821.

Dat. die 13 augusti 1821 Anno XXII

Venerabiles fratres

Meministis, venerabiles fratres, Nos in consistorio secreto die decima quinta novembris anni millesimi octingentesimi decimi septimi a Nobis habito vobiscum communicasse, quae juvante Deo gerere datum Nobis fuerat, ut acceptas ab Ecclesia praeteritorum temporum injuria calamitates in spectabili Germaniae parte, regno scilicet Bavarico, sarciremus. Tum vobis haud obscure significavimus conventionem Bavaricam Nostrarum pro inclyta natione Germanica curarum initium esse, Nosque incessanter laboraturos, ut omnium Germaniae ecclesiarum res divina, quam precabamur et sperabamus ope suffulti, ordinaremus. Preces autem hae Nostrae non modicrem a patre misericordiarum consequutae sunt fructum quantum ad regiones pertinet illustri potentissimoque Borussiae regi subjectas. Is enim etsi religionem catholicam non profitetur, pro sua tamen erga catholicos sibi subditos benignitate (quorum numerus post nupera bella, indeque restitutam Europae pacem insigniter auctus est) auxiliarem Nobis manum libentissime praestitit, ut dioeceses in regno suo instaurare, et ordinare possemus; et quamvis imminutae forent ob gravissima quae regnum illud afflixere mala regii aerarii vires, ea tamen qua est munificentia satis amplas opes suppeditavit, quibus episcopales mensae, capitula, seminaria stabili et congrua ratione dotarentur. Tam pronam, ac benevolam erga rem catholicam regis voluntatem grato, ut par erat, animo prosequuti sumus, et publicam hujusmodi sensuum Nostrorum testificationem praebendi hanc libentissime arripuimus occasionem. Ad ea autem decernenda, quae ut praestare possemus liberalitas regis effecit, apostolicas literas edidimus, quibus dioecesium illarum ordinatio decernitur, finesque designantur, ita ut ecclesiis, id enim summopere interest, pastoribus a Nobis datis, redintegratis capitulis, restitutis ac firmius in omne reliquum tempus constabilitis clericorum seminariis, quorum regimen et administratio penes episcopum dioece-

sanum erit, singulae dioeceses illae postremis temporibus tantopere perturbatae multo meliori conditione sint, feliciorem-que statum consequantur.

Praetermittimus singula hic vobis commemorare, quae Nostris literis continentur, poteritis enim suo illa tempore omnia cognoscere. Gratum tamen vobis accidet jam nunc intelligere Coloniae Agrippinae ecclesiam, eam quidem tam illustrem, tamque antiquam, ad pristinum metropolitanae ecclesiae statum esse revocatam, episcopos totius regni sedium, confirmato vel restituto sacrarum electionum jure, a suis capitulis fore, ut antea moris erat, eligendos, electionesque hujusmodi e sacrorum canonum instituto factas, electosque dignos et idoneos ad episcopale munus a sancta Sede, habita in eorum vitam et mores consueta inquisitione, inventos, apostolica auctoritate confirmatum iri.

Speramus autem Nos brevi dioecesium in nonnullis aliis Germaniae statibus sitarum ordinationem vobis nunciaturos, ac deinde tantum hoc bonum in caeteris omnibus ejusdem Germaniae partibus Dei adjuvante miseratione et gratia consequuturos. Quoad enim vita Nobis superfuerit, numquam cessabimus curas et studia Nostra conferre ad utilitatem, ac dignitatem omnium ecclesiarum, illarum praesertim, quae sollicitudinis opisque Nestrae prae reliquis indigent. Speramus etiam, et summopere cupimus, ut supremi principes paternis curis Nostris obsecundent, quae nihil sibi aliud habent propositum, nisi ut spiritualem fidelium utilitatem consequamur, et sarta tecta maneat religio sanctissima, in qua regnorum, legitimarum auctoritatum, et publicae populorum tranquillitatis praesidium omnium fortissimum, ac solidissimum est collocatum.

CMXCIV.

Nova dioecesium distributio, et erectio in regno Germaniae. Dat. die 16 augusti 1821 anno XXII

Pius episcopus

Servus servorum Dei

Ad perpetuam rei memoriam.

Proemium

§. 1. Provida, solersque Romanorum pontificum sollicitudo in iis componendis, et ordinandis, quae ad aptiorem Dominici gregis custodiam, et procurationem ex ipsa etiam temporum, ac locorum natura magis expedire dignoscuntur, eas adigit ad novas episcopales sedes quandoque constituendas, et quandoque illarum aliquas transferendas, ut Domino messis benedicente aptiora ex inde in fidelis populi spirituale bonum praesidia queat comparari.

Exponitur quomodo actum fuerit de componendis rebus ecclesiasticis in Germania.

§. 2. Statim ac itaque reddita fuit Germaniae tranquillitas, Nos ad componendas res ecclesiasticas in praeterite temporum calamitate perturbatas continuo direximus curas Nostras, iisque in Bavariae regno quatuor ab hinc annis opportune ordinatis, Nostras pariter sollicitudines absque more convertimus ad illos omnes orthodoxae fidei cultores, qui actu subsunt dominationi serenissimorum principum, statuumque Germaniae, nempe regis Wirtembergiae, magni ducis Badensis, electoris Hassiae, magni ducis Hassiae, ducis Nassovii, liberae civitatis Francofurtensis, magni ducis Megalopolitani, ducum Saxoniae, ducis Oldemburgensis, principis Waldeccensis, ac liberarum civitatum Hanseaticarum Lubecensis, et Bremensis, qui se se paratos ostendendo ad omnem operam dandam pro episcopatuum ab apostolica Sede, vel erigendorum, vel instaurandorum convenienti dotatione legatos communi nomine Romam hujus rei causa miserunt.

Exponitur quomodo infectum opus adhuc perduret.

§. 3. Ast cum res omnes ecclesiasticae, de quibus actum fuit, conciliari minime potuerint, spe tamen non decidentes fore ut pro eorumdem principum, ac statuum sapientia valeant illae in posterum componi; ne interea Christifideles in dictis regionibus commorantes, quos in maxima spiritualis regiminis necessitate agnoscimus constitutos, diutius propriis destituantur pastoribus ad nonnullorum in praecipuis ipsorum principum, et statuum civitatibus, ac territoriis sedium erectionem, ac dioecesium circumscriptionem procedendum esse decrevimus, ut celer-

rimé ecclesiis illis de suis episcopis providere valeamus: reservata Nobis cura catholicos aliorum principum subditos iis dioecesibus, quas commodiores judicabimus, in posterum adjungendi.

Erectio sedis archiepiscopalis Friburgensis, et episcopalium Moguntinae, Fuldensis, Rottemburgensis, et Limburgensis.

§. 4. Audito igitur consilio nonnullorum venerabilium fratrum Nostrorum Sanctae Romanae Ecclesiae cardinalium ex certa scientia, ac matura deliberatione Nostris, deque apostolicae potestatis plenitudine supprimimus, annullamus, et extinguimus titulum, denominationem, naturam, et essentiam, totumque praesentem statum vacantium tam episcopalis ecclesiae Constantiensis, quam praepositurae vere nullius sancti Viti Elvacensis, una cum suis capitulis, ad effectum libere procedendi ad infradicendas novas ecclesiarum erectiones, ac dioecesium circumscriptiones, atque ulterius immutamus praesentem statum episcopalium ecclesiarum Moguntinae, ac Fuldensis, ita ut illa a quocumque metropolitico jure archiepiscopi Mechliniensis omnino subtracta, et non amplius dispositioni Nostrarum literarum apostolicarum incipientium = *Qui Christi Domini* = datarum tertio kalendas decembris anni millesimi octingentesimi primi subjecta remaneat, atque ista a regulari statu per alias apostolicas literas felicis recordationis Benedicti XIV praedecessoris Nostri, quarum initium = *In apostolicae* = constituto ad statum saecularem translata intelligatur; ac scientia, deliberatione, et potestate similibus ad omnipotentis Dei gloriam, orthodoxae fidei exaltationem, et Catholicae religionis incrementum Friburgum Brisgoviae civitatem principem, studiorum accademia, aliisque fundationibus insignem, atque a novem mille, et amplius civibus inhabitatam in civitatem archiepiscopalem, ac celeberrimum templum sub titulo Assumptionis beatae Mariae virginis in ecclesiam archiepiscopalem, et parochialem, pariterque Rottemburgum ad Nicarum, olim caput ducatus Hochenbergensis, in medio regni Wurtembergiae, in quo tribunal provinciae existit, quodque incolae quinque mille quingenti inhabitant in civitatem episcopalem, in eaque peramplum templum sub invocatione sancti Martini episcopi, et confessoris in ecclesiam episcopalem, nec non Limburgum ad Lahuam fertili solo in medio ducatus Nassorici situm, et bismille septingentos continens habitatores in civitatem similiter episcopalem, et in illa existens templum sub invocatione sancti Georgii in ecclesiam item episcopalem cum omnibus juribus, jurisdictionibus, praeeminentiis, honoribus, et privilegiis archiepiscopali, et episcopalibus respective sedibus legitime competentibus perpetuo erigimus, et constituimus.

Creatio juris metropolitici

§. 5. Antedictae vero metropolitanae ecclesiae Friburgensi praefatas quatuor episcopales ecclesias Moguntinam, Fuldensem, Rottemburgensem, ac Limburgensem suffraganeas assignamus.

Erectio capitulorum singularum sedium.

§. 6. Porro quodlibet capitulum tam metropolitanae Friburgensis, quam cathedralium ecclesiarum Moguntinae, ac Rottemburgensis ex unica decanatus dignitate, et sex canonicatibus; Fuldense vero ex dignitate decanatus, et quatuor canonicatibus; ac Limburgense ex decanatus dignitate, ac quinque canonicatibus respective constabunt; ac insuper ad ministrorum numerum aliquantulum augendum sex in Friburgensi, et Rottemburgensi, quatuor in Moguntina, et Fuldensi, ac duo in Limburgensi respective ecclesiis praebendae, seu vicariae pro totidem praebendatis, seu vicariis erunt constabiliendae. Unicuique autem ex memoratis capitulis, ut pro chori servitio, pro distributionum, et aliorum quorumlibet emolumentorum divisione, pro onerum supportatione, pro rerum, ac jurium tam spiritualium, quam temporalium prospero, felicique regimine, ac directione quaecumque statuta, capitula, et decreta, licita tamen, et honesta, et canonicis regulis minime adversantia sub respectivi pro tempore existentis antistitis praesidentia, inspectione, et approbatione condere, atque edere, nec non gratiis, insignibus, ac privilegiis, quibus alia cathedralium ecclesiarum in illis partibus capitula legitime fruuntur et gaudent, frui et gaudere libere, ac licite possint et valeant, licentiam, et facultatem concedimus, et impertimur.

Onus singulis ordinariis impositum erigendi praebendam poenitentiariam.

§. 7. Cuilibet profecto antistiti supradictarum ecclesiarum expresse injungimus, ut servatis servandis deputet ex canonicis unum, qui munus poenitentiarii stabiliter exerceat, ac alterum, a quo sacra scriptura statis diebus populo exponatur, vel si minus commode canonici ad haec munera deputari possint, curabunt episcopi, ut muneribus hujusmodi ab aliis idoneis presbyteris satisfiat, utque media ad congruam laborum mercedem presbyteris ipsis comparandam conquirantur.

Item erigendi seminarium

§. 8. Cumque ad praescriptum sacri concilii Tridentini pro cleri educatione, ac institutione seminarium puerorum ecclesiasticum ab episcopo libere regendum, et administrandum existere debeat in singulis ex praedictis tam archiepiscopali, quam episcopalibus ecclesiis, ubi is alumnorum alatur numerus, quem respectivae dioecesis necessitas, et utilitas postulat,

cumque in quatuor ex illis jam adesse sciamus, in reliqua ecclesia quam primum poterit congrue erigendum mandamus.

Distributio dioecesium

§. 9. Volentes nunc ad quinque supradictarum dioecesium circumscriptionem procedere, ut distinctis singularum finibus nulla quaestio inter respectivos episcopos circa ecclesiasticae jurisdictionis exercitium exurgere possit, praevia dismembratione infranominandorum locorum a dioecesibus, et ecclesiis, e quibus actu dependent, de simili apostolicae potestatis plenitudine sequentia decernimus, praescribimus, et constituimus.

Loca dioecesi Friburgensi adsignata.

§. 10. Metropolitana Friburgensis ecclesia pro dioecesano suo territorio habebit cunctam ditionem magni ducatus Badensis, nempe paroecias intra limites hujusce ducatus positas, quae partim ad Constantiensem, partim etiam ad Argentinensem, Spirensem, Wormatiensem, Herbipolensem, Basileensem, ac Ratisbonensem dioeceses vel pertinent, vel jam pertinebant; alias quatuordecim paroecias cum sua filiali positas in principatu Hohenzollern Hechingen ad praefatam dioecesim Constantiensem pertinentes, nec non vigintiquatuor paroecias in principatu Hohenzollern Sigmaringen existentes eidem Constantiensi dioecesi spectantes, atque insuper octodecim paroecias decanatus Vohringen, ac paroecias septendecim decanatus Haigerloch in dicto sitas principatu, et ad praedictam dioecesim pertinentes.

Alia dioecesi Moguntinae tribuuntur.

§. 11. Episcopalis ecclesia Moguntina pro suo territorio dioecesano habebit universam ditionem magni ducatus Hassiaci, nempe paroecias omnes dioecesi Moguntinae reliquas post separationem locorum sub ditione Bavarica existentium, aliaque loca, et paroecias ex Ratisbonensi, ac Wormatiensi dioecesibus, nec non unicam paroeciam loci Herbstein ex dioecesi Fuldensi ad magnum ducatum praedictum in temporalibus pertinentes; ac denique paroecias in locis Darmstadt Giessa, et Offenbach ejusdem magni ducatus Hassiaci, ita tamen, ut a primo futuro episcopo in locis, quae maxima in parte ab acatholicis inhabitantur novae parochiales ecclesiae pro catholicis fundentur, si ipsi in magno sint numero, si vero in exiguo, paroeciis Catholicis vicinioribus adscribantur.

Item ecclesiae Fuldensi.

§. 12. Ecclesia episcopalis Fuldensis pro dioecesano suo territorio habebit totum electoratum Hassiae, videlicet quadraginta paroecias actu in ipsa dioecesi comprehensas, paroecias viginti ex antiqua metropolitana dioecesi olim Moguntina, postea Ratisbonensi, atque unam in loco Wolkmarsen ex dioecesi Paderbornensi, demptis illis paroeciarum fractionibus, quae in Bavarico regno existentes proximioribus aliis paroeciis dioecesium regni Bavariae aut jam applicatae fuerunt, aut brevi ex apostolica delegatione applicabuntur. Paroeciarum autem exterarum fractiones in ditione Hassiaca existentes proximiori alicui dioecesis Fuldensis paroeciae, vel paroeciis erunt applicandae. Eidem interea Fuldensi dioecesi unitas relinquimus novem paroecias in magno ducatu Saxunico Weimariensi sitas, de quibus aliter si opus fuerit disponendi Nobis, et Romanis pontificibus successoribus Nostris facultatem libere reservamus.

Descriptio territorii dioecesis Rottemburgensis.

§. 13. Rottemburgensis episcopalis ecclesia pro suo territorio dioecesano habebit integrum regnum Wurtembergense cum paroeciis omnibus, quae jam ab anno millesimo octingentesimo decimo sexto ab Augustana, Spirensi, Wormatiensi, et Herbipolensi dioecesibus fuerunt separatae, nec non paroeciis ad suppressam praepositura sancti Viti Elvacensis Nullius dioecesis antea pertinentibus.

Item dioecesis Limburgensis.

§. 14. Episcopalis demum ecclesia Limburgensis pro dioecesano suo territorio habebit totum ducatum Nossovicum, in quo comprehenduntur quinquaginta octo paroeciae ad antiquam Ratisbonensem, et paroeciae quinquaginta duo ad antiquam Trevirensem olim dioeceses metropolitanas spectantes, nec non vigintiquatuor paroeciae in provincia Dillemburg, et Weilburg existentes, ac insuper territorium liberae civitatis Francofurtensis in quo cum tribus filialibus unica existit parochialis ecclesia sub invocatione sancti Bartholomaei apostoli ad quam catholici omnes dictae civitatis, ac territorii pertinent, quaeque a supradicta Ratisbonensi dioecesi pendebat.

Subjectio populorum singulis ordinariis.

§. 15. Supradictas idcirco civitates, et ecclesias in archiepiscopalem, et episcopales erectas cum praedictis locis, et paroeciis quinque supranumeratis ecclesiis pro respectivo dioecesano territorio attributis, illorum incolas utriusque sexus tam clericos, quam laicos pro clero, et populo perpetuo assignamus, et cujuslibet antistitis jurisdictioni spirituali omnimode subjicimus, ita ut personis juxta canonicas sanctiones dignis, et idoneis ad easdem archiepiscopalem, et episcopales ecclesias regendas tam pro hac prima vice, quam futuris temporibus apostolica auctoritate, praevio inquisitionis processu a Romano pontifice ad formam instructionis piae memoriae Urbani pp. VIII praedecessoris Nostri jussu editae in singulis casibus committendo praeficiendis liceat, quemad-

modum Nos praecipimus, et mandamos per seipsos, vel per alios eorum nomine, postquam tamen praesentes literae debite, atque integre fuerint exequutae, et praesules ipsi apostolicae provisionis literas consequuti fuerint, veram, realem, et corporalem possessionem regiminis, administrationis, et omnimodi juris dioecesani in praedictis ecclesiis, civitatibus, ac dioecesibus, et bonis, aliisque redditibus pro dotatione assignatis, vel assignandis libere apprehendere, apprehensamque perpetuo retinere. Decernimus interea, ut omnia, et singula loca supramemorata ab iisdem, sive vicariis, sive administratoribus legitime deputatis temporaliter pergant gubernari, quibus actu subduntur.

Deputatio exequutoris apostolici. §. 16. Ut autem omnia, et singula superius a Nobis disposita celerem, felicemque sortiantur effectum, venerabili fratri Joanni Baptistae De Keller episcopo Evariensi, quem nominamus, eligimus, ac deputamus praesentium literarum Nostrarum exequutorem, committimus, et mandamus, ut ad supradictarum ecclesiarum, capitulorum, et seminariorum in bonis, fundisque stabilibus, aliisque redditibus cum jure hypothecae specialis, et in fundos postmodum, ac bona stabilia convertendis ab iis in proprietate possidendis, et administrandis respectivam dotationem procedat modo, et forma, quibus a serenissimis principibus, quorum sub ditione singolae dioeceses sunt positae oblata, at expressa fuerunt per infra memoranda instrumenta legitima forma exarata, et ad Nos transmissa, quae servantur in actis congregationis rebus consistorialibus praepositae, et quorum authentica exempla a praedicto exequutore singulis ecclesiis tradentur in eorum respective archiviis asservanda; videlicet.

Dotatio ecclesiae Friburgensis. §. 17. Archiepiscopali ecclesiae Friburgensi in Brisgovia assignabit dominatum Lincensem, vulgo Linz, aliosque redditus, quae bona, redditusque in totum septuagintaquinque millium tercentum sexaginta quatuor florenorum Rhenensium annuam summam producunt, prout clare, ac distincte describitur in instrumento ex speciali mandato magni ducis Badensis die vicesima tertia decembris anni millesimi octingentesimi vicesimi confecto. Fundos vero dictus Joannes Baptista episcopus ita distribuet, ut ex iis obveniant quotannis archiepiscopali mensae floreni tresdecim mille quatuor centum, quibus addendo eas praestationes infra enarrandas a tribus cathedralibus ecclesiis annuatim persolvendas, ejusdem Friburgensis mensae archiepiscopalis annui redditus erunt florenorum quatuordecim millium septingentorum et decem; decano capituli floreni quatuor mille, primo ex canonicis floreni bismille tercentum; cuilibet ex aliis quinque canonicis floreni mille octingenti, unicuique demum ex sex praebendatis floreni nongenti; seminario insuper dioecesano floreni vigintiquinque mille; fabricae cathedralis ecclesiae floreni quinque mille ducenti sexaginta quatuor, cancellariae archiepiscopali floreni termille, domibus denique ecclesiasticorum emeritorum, et demeritorum, vel jam existentibus, vel ab ordinario cujus jurisdictioni subdentur erigendis, floreni octomille; praeterea pro archiepiscopi habitatione assignabit palatium in civitate Friburgensi foro ecclesiae metropolitanae adjacens, antea statibus provincialibus Brisgoviae destinatum cum suis adnexis, pertinentiis, atque horto ante portam civitatis et pro habitatione tam decani, quam sex canonicorum, et sex praebendatorum alias domos in praedicto instrumento descriptas.

§. 18. Episcopali ecclesiae Moguntinae, firmis redditibus, et proventibus, quibus actu gaudet, annuam tribuet summam vigintimille florenorum Rhenensium percipiendam ex proventibus, ac redditibus praefecturae Moguntinae ad exigenda vectigalia, redditusque dominicos constitutae, solvendam quotannis praedictae ecclesiae ea lege, ut memorata summa gandeat jure hypothecae in bonis, fundis, et redditibus dominicis ejusdem praefecturae Moguntinae, utque hujusmodi dispositio firma, stabilis, et inconcussa maneat, donec ipsi episcopali ecclesiae Moguntinae praedia, et fundi, quorum fructus vigintimillium florenorum summam annuatim producant, pleno jure ab ea possidenda assignentur, prout expresse cavetur in instrumento ex speciali mandato magni ducis Hassiae, et ad Rhenum die vicesima sexta augusti anni millesimi octingentesimi vicesimi exarato. Hac autem summa viginti millium florenorum annuorum adjuncta redditibus, qui dotem modo extantem Moguntinae ecclesiae constituunt, tamquam supplementum dotationis tota quantitas redditaum, quae inde exurget, ita a praefato exequutore distribuenda erit, ut episcopo florenorum octomillium, vicario ejus generali florenorum bismille quingentorum, cuilibet e sex canonicis florenorum mille octingentorum, primo vero ex quatuor praebendatis nongentorum florenorum, et cuilibet ex aliis tribus octingentorum florenorum annuos redditus liberos praebeant. Haec tamen dispositio quoad decanum, canonicos, et praebendatos suum non sortietur affectum nisi cum Moguntinae cathedralis ecclesiae ca-

Dotatio ecclesiae Moguntinae

nonicorum numerus ad senarium fuerit redactus, in quem finem decernimus, ut quatuor ex decem illius capituli actualibus praebendis primo quomodocumque vacaturae aliis non conferantur; ad hoc ut idem capitulum ex decano, et sex canonicis in posterum constet. Interea tamen decem viventes canonici eosdem annuos redditus percipient, quos ante avulsam, ac Spirensi ecclesiae attributam portionem antiquae Moguntinae dioecesis percipiebant, quique post novam circumscriptionem dioecesium territorii olim Galliarum per alias Nostras literas sub plumbo datas tertio kalendas decembris anni millesimi octingentesimi primi statutam illis attributi fuerunt. Quoad praebendatos autem in Moguntina ecclesia cathedrali actu non existentes, quoniam eorum vice funguntur presbyteri habentes redditus partim praebendae ex officio fabricae minutae praesentiarum nomine nuncupatae, partim pensionum, quae a gubernio solventur in praesens, hinc hujusmodi presbyteri idem servitium cum dictis redditibus cathedrali ecclesiae praestare pergent, donec iis decedentibus quatuor supramemoratae praebendae ex nunc pro tunc erigendae constitui possint cum supraenunciata dotatione annuorum florenorum nongentorum pro primo, et florenorum octingentorum pro quolibet ex aliis tribus praebendatis. Pro episcopi autem habitatione domus illa cum adjacente horto inserviet, qua hucusque gavisus fuit, idemque peragendum erit tam pro praesentibus, quam pro futuris canonicis, pro quorum habitatione jam assignatae reperiuntur decem domus, quarum quatuor hortos etiam habent adjacentes. Ad fabricam cathedralis ecclesiae manutenendam, et ad sustinendos sumptus ad divinum cultum necessarios conservabuntur fundi, praedia, aliique redditus a praedicta ecclesia ab antiquo possessa, quae ad annuam termille tercentum triginta quinque florenorum summam pertingunt. Idem disponimus circa seminarium dioecesanum, quem, praevia suppressione coenobii olim a religiosis viris ordinis fratrum Eremitarum sancti Augustini inhabitati in ipso coenobio cum adnexis ecclesia, atque horto stabiliter erigendum constituimus, ipsique assignandos decernimus annuos redditus partim ex antiquis ejus fundis anno millesimo octingentesimo sexto restitutis, partim ex posterioribus donationibus, et legatis provenientes, ac termillium septingentorum florenorum summam constituentes, firma etiam recentissima, et uberrima donatione ipsius favore facta, nec non aliis in posterum forsan faciendis, quarum redditus eidem seminario perpetuo erunt addicendi. Idem demum disponimus de domo emoritorum Pfaffenschwabenhemii existente, ac destinata fovendis, et sustentandis clericis, aut senio fessis, aut morbo fractis, quam praevia suppressione coenobii olim a canonicis regularibus ordinis sancti Augustini inhabitati in hujusce coenobii fabrica constitui mandamus, et cujus dotatio annuam profert summam florenorum mille octingentorum vigintiduorum ultra ea, quae subsidii charitativi nomine veniunt collecta in parte antiquae dioecesis Moguntinae, postea Ratisbonensis, quaeque solvi huc usque solita non exigua capient incrementa.

Dotatio ecclesiae Fuldensis.

§. 19. Fuldensis ecclesia episcopalis habebit agros, prata, et sylvas, aliosque redditus annuam summam floronorum Rhenensium viginti sex millium tercentum, et septuaginta constituentes, prout latius describitur in instrumento ab antedicto electore Hassiae sub die quartadecima martii anni millesimi octingentesimi vicesimi primi confecto. Haec autem dotationem praefatus exequutor ita distribuet, ut episcopo sex mille floreni, decano capituli bismille sexcenti floreni, unicuique ex quatuor canonicis mille octingenti floreni, cuilibet ex quatuor praebendatis octingenti floreni annuatim obveniant, fabricae cathedralis ecclesiae duo florenorum millia, seminario dioecesano septem millia florenorum, et archiepiscopo Friburgensi tamquam metropolitano centum septuaginta floreni annuatim persolvantur. Insuper pro habitatione episcopi, proque curia episcopali statuimus domum cathedrali ecclesiae proximam ad montem sancti Michaelis cum duobus adjacentibus hortis, et pertinentiis suis, pro habitatione decani, quatuor canonicorum, et quatuor praebendatorum alias domos in memorato instrumento descriptas, ac denique pro seminario aedificium proximum cathedrali ecclesiae jam ad hunc usum destinatum cum horto adjacente.

Dotatio ecclesiae Rottemburgensis.

§. 20. Rottemburgensis ecclesia episcopalis gaudebit redditibus singillatim descriptis in instrumento ex speciali mandato antedicti regis Wurtembergensis die decima novembris anni millesimi octingentesimi vicesimi confecto, qui quidem ita a praedicto exequutore dividendi erunt, ut episcopali mensae decem mille floreni decano capituli bis mille quatuorcentum floreni, unicuique e sex canonicis floreni, mille octingenti, primo e sex praebendatis floreni nongenti, cuilibet ex aliis quinque praebendatis floreni octingenti, fabricae cathedralis ecclesiae, et manutentioni aliorum aedificiorum floreni mille qua-

tuor centum, seminario dioecesano floreni octo mille nonaginta duo, cancellariae episcopali floreni sex mille nongenti et sexdecim, cathedrali ecclesiae pro divini cultus expensis floreni bis mille centum et quinquaginta, pro aedituo, aliisque ecclesiae inservientibus floreni octingenti, et archiepiscopo Friburgensi tamquam metropolitano octingenti sexaginta quatuor floreni annuatim obveniant. Quod si decanus ad munus etiam vicarii generalis ab episcopo eligatur, alii floreni mille et centum ipsi erunt persolvendi; si vero simplex canonicus capitularis ad praedictum vicarii generalis munus ab episcopo designabitur, eidem florenorum mille septingentorum augmentum attribuetur. Praeterea pro habitatione episcopi, proque curia episcopali domum in civitate Rottemburgi versus vallem Nicari sitam praefecturae regiae antea destinatam cum adjacente horto, ac pertinentiis suis, pro habitatione decani capituli, sex canonicorum, et sex praebendatorum alias domos in praedicto instrumento pariter descriptas, nec non pro seminario episcopali, praevia suppressione conventus olim inhabitati a fratribus ordinis beatae Mariae virginis de Monte Carmelo domum ipsius quondam coenobii ad Nicarum sitam in seminarii clericorum usum respective addici mandamus.

Dotatio ecclesiae Limburgensis.

§. 21. Episcopalis ecclesia Limburgensis gaudebit bonis, fundis, censibus, decimis, aliisque redditibus annuam summam constituentibus viginti unius millium sexcentum sex florenorum, prout apparet ex instrumento de speciali mandato ducis Nassoviae die tertia januarii currentis anni millesimi octingentesimi vicesimi primi confecto, quos quidem redditus exequutor praedictus ita distribuet, ut in singulos annos obveniant episcopo floreni sexmille, decano capituli bismille quatuorcentum floreni, primo canonico, qui simul parochus Limburgensis erit floreni mille octingenti, secundo canonico floreni pariter mille octingenti, tertio canonico, qui simul erit parochus ecclesiae Dietkirchensis floreni item mille octingenti, quarto canonico, qui simul parochus erit in Altavilla floreni bismille tercentum et quinto canonico simul parocho in libera civitate Francofurtensi, ejusque territorio ea ipsa summa, quam uti parochus actu jam percipit, super dictarum retentione paroeciarum cum memoratis quatuor canonicis apostolica delegata auctoritate dispensando, cum hoc tamen, quod curae animarum paroeciarum hujusmodi per idoneos vicarios ab ordinario servatis servandis ad formam canonicarum sanctionum approbandos, et instituendos opportune provideatur, primo sacellano, qui canonicum parochum Limburgensem in animarum curam adjuvabit floreni octingenti; secundo sacellano, cui missas in sacello Pinchii Limburgensis satisfacere incumbet floreni octingenti, archiepiscopo Friburgensi uti metropolitano pro rata augmenti ejus dotationis biscentum septuaginta floreni, seminario intra provinciam constituto vel constituendo pro clericorum Limburgensis dioecesis educatione, et instructione floreni millequingenti; cancellariae denique episcopali, ac pro caeteris sumptibus administrationis tam ecclesiasticae, quam bonorum floreni bismille centum triginta: pro episcopi praeterea habitatione, praevia suppressione monasterii, seu coenobii olim a fratribus ordinis sancti Francisci inhabitati, partem ipsius monasterii, quam hucusque obtinuit praefectus ducalis cum finitimo horto muris septo, pro decano vero, quinque canonicis, et duobus sacellanis alias domos in praedicto instrumento descriptas respective assignandas decernimus.

Consulitur curae animarum in singulis ecclesiis praestandae.

§. 22. Antedicto insuper Joanni Baptistae episcopo injungimus, ut animarum curae in metropolitana, et cathedralibus ecclesiis opportune consulat, statuatque a quibus presbyteris praevio concursu ad normam canonicarum sanctionum a respectivo ordinario approbandis, ac instituendis, et qua cum congrua dotatione in ecclesiis ipsis debeat exerceri; utque designet in quod seminarium provinciae ecclesiasticae Friburgensis clerici dioecesis Limburgensis recipi valeant, cum assignatione annua supradictorum mille quingentum florenorum, usque dum proprium Limburgense seminarium erigatur, atque ut ulterius summam determinet a respectivis principibus territorialibus subministrandam, qua divini cultus impensis in suppressis tam episcopali Constantiensi, quam praepositurali Elvacensi ecclesiis opportune, ac stabiliter provideatur, ac demum curet, quod suppressorum capitulorum actu existentibus canonicis annua praestatio ad eorum vitam integre, ac fideliter persolvatur.

Mandatum de tradendis libris et documentis cancellariarum suppressarum ecclesiarum

§. 23. Ad consulendum praeterea respectivorum dioecesanorum bono, et commoditati praescribimus, ut omnia, et singula documenta respicientia paroecias, et loca ab antiquis dioecesibus dismembrata, novisque applicata a veteribus cancellariis extrahantur, atque opportuna forma tradantur novis archiepiscopali, et episcopalibus respective cancellariis in quibus perpetuo erunt asservanda.

Taxatio reddituum novarum ecclesiarum.

§. 24. Habita vero ratione reddituum supramemoratis archiepiscopali, et episcopalibus ecclesiis respective assignatorum in libris camerae apostolicae prout sequitur, nempe ecclesiam Friburgensem in florenis sexcentum sexaginta octo cum uno tertio, ecclesiam Moguntinam in florenis tercentum quadraginta octo cum uno sexto, ecclesiam Fuldensem in florenis tercentum triginta duobus, ecclesiam Rottemburgensem in florenis quatuorcentum nonaginta, et ecclesiam Limburgensem in florenis tercentum triginta duobus taxari mandamus.

Facultates tributae executori apostolico

§. 25 Atque ut cuncta a Nobis, ut supra disposita, rite ad exitum perducantur supradicto Joanni Baptistae episcopo Evariensi harum literarum exequutori deputato omnes et singulas ad hujusmodi effectum necessarias, ac opportunas concedimus facultates, ut praeviis respectivis dotationibus per instrumenta in valida diversorum statuum forma exaranda ad uniuscujusque ecclesiae cum suo capitulo, sive erectionem, sive novam ordinationem, ac respectivi territorii dioecesani circumscriptionem procedere, cunctaque alia ut supra ordinata peragere, ac statuere delegata sibi apostolica auctoritate libere, et licite possit et valeat; atque ulterius ipsi Joanni Baptistae episcopo facultatem pariter tribuimus, ut ad plenam rerum omnium in locis praesertim ab ejus residentia remotis executionem unam, seu plures personam, vel personas in dignitate ecclesiastica constitutam, vel constitutas subdelegare, et tam ipse Joannes Baptista, quam persona, vel personae ab eo sic subdeleganda, vel subdelegandae super quacumque oppositione in actu exequutionis hujusmodi quomolibet forsan oritura, servatis tamen de jure servandis, etiam definitive, et quacumque appellatione remota pronunciare item libere, ac licite possint, et valeant, ac quilibet eorum respective possit, et valeat.

Onus transmittendi processum executorialem.

§. 26. Eidem porro Joanni Baptistae episcopo expresse injungimus, et mandamus, ut exempla singulorum actorum tam per se, quam per subdelegatos suos in harum literarum exequutionem conficiendorum intra quadrimestre ab expleta ipsarum exequotione ad apostolicam Sedem in authentica forma transmittat in archivio praedictae congregationis consistorialis de more asservanda.

Clausulae sublatae, et decretum irritans

§. 27. Praesentes autem literas, et in eis contenta, ac statuta quaecumque etiam ex eo quod quilibet in praemissis, vel in eorum aliquo jus, aut interesse habentes, vel quomodolibet etiam in futurum habere praetendentes cujusvis status, ordinis, conditionis et praeeminentiae, ac speciali quoque, specifica, expressa, et individua mentione digni sint illis non consenserint, seu quod aliqui ex ipsis ad praemissa minime vocati, vel etiam non satis, aut nullimode auditi fuerint, sive ex alia qualibet juridica, privilegiata, ac privilegiatissima causâ, colore, praetextu, et capite etiam in corpore juris clauso, nullo umquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostrae, aut interesse habentium consensus, alioque quolibet defectu quantumvis magno, et substantiali, sive etiam ex eo quod solemnitates, et quaecumque alia forsan servanda, et adimplenda in praemissis minime servata, et adimpleta, seu causae propter quas praesentes emanarint non sufficienter adductae, verificatae, et justificatae fuerint, notari, impugnari, aut alias infringi, suspendi, restringi, limitari, vel in controversiam vocari, sive adversus eas restitutionis in integrum, aperitionis oris, aut aliud quodcumque juris, facti, vel justitiae remedium impetrari, aut sub quibusvis contrariis constitutionibus, revocationibus, limitationibus, modificationibus, decretis, ac declarationibus generalibus, vel specialibus quomodolibet factis minime posse comprehendi, sed semper ab illis exceptas esse, et fore, ac tamquam ex pontificiae providentiae officio, certa scientia, et potestatis plenitudine Nostris factas, et emanatas perpetuo validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac ab omnibus ad quos spectat, et quomodolibet spectabit in futurum perpetuo, et inviolabiliter observari, ac supradictarum ecclesiarum episcopis, et capitulis, aliisque quorum favorem praesentes Nostrae literae concernunt, perpetuis futuris temporibus plenissime suffragari debere, eosdemque super praemissis omnibus, et singulis, vel illorum causa ab aliquibus quavis auctoritate fungentibus quomodolibet molestari, perturbari, inquietari, vel impediri, nec ad probationem, seu verificationem quorumcumque in iisdem praesentibus narratorum umquam teneri, neque ad id in judicio, vel extra cogi, seu compelli posse, ut si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari, irritum et prorsus inane esse, ac fore volumus, atque decernimus.

Derogatio contrariorum.

§. 28. Non obstantibus de jure quaesito non tollendo, de suppressionibus committendis ad partes vocatis, quorum interest, aliisque Nostris, et cacellariae apostolicae regulis, nec non ecclesiarum etiam

confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, privilegiis, et indultis, quamvis specifica, et individua mentione dignis, omnibusque, et singulis apostolicis, ac in synodalibus, provincialibusque, et universalibus conciliis editis specialibus, vel generalibus constitutionibus, et ordinationibus; quibus omnibus, et singulis illorum tenores praesentibus pro insertis habentes, ad praemissorum effectum latissime, ac plenissime, specialiter, et expresse scientia, et potestatis plenitudine paribus derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque.

Fides habenda transumptis.

§. 29. Volumus insuper, ut praesentium literarum transumptis etiam impressis, manu tamen alicujus notarii publici subscriptis, et sigillo personae in ecclesiastica dignitate constitutae munitis, eadem prorsus fides ubique adhibeatur, quae ipsis praesentibus adhiberetur si forent exhibitae, vel ostensae.

Sanctio poenalis.

§. 30. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam Nostrae suppressionis, extinctionis, annullationis, reordinationis, erectionis, dismembrationis, unionis, aggregationis, applicationis, concessionis, indulti, circumscriptionis, assignationis, attributionis, statuti, commissionis, deputationis, mandati, decreti, derogationis et voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire; si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum.

Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem anno incarnationis Dominicae millesimo octingentesimo vicesimo primo, decimo septimo kalendas septembris, pontificatus Nostri anno vicesimo secundo.

CMXCV.

Restitutio coenobiorum fratrum Capuccinorum, et minorum in urbe Caesenae, cum assignatione bibliothecae, numismatum, ac reliquiarum antiquitatis.

Dat. die 21 augusti 1821 anno XXII

Pius PP. VII.

Ad futuram rei memoriam

Exponitur quomodo monasteria comparata fuerint a quodam Semprinio, qui illa dono dedit pontifici.

§. 1. Quum post egregia, faustisque nobilitata victoriis principum foederatorum facinora mense aprili anni millesimi octingentesimi decimi quarti ad hanc Nostram urbem, sacerdotalis fastigii sedem, catholicaeque religionis arcem, contenderemus, obtulit se Nobis Bononiae dilectus filius Petrus Maria Semprini, atque narravit, se, quo tempore in Italico regno ecclesiastica bona venibant, emisse monasterium in urbe Caesena situm, et a b. Maria Montis nomen habens, cum agro finitimo, muris septo, domoque agricolis excipiendis parata, et aliis adjunctis; nec non emisse religiosam domum, quam incolebant olim in oppido Caesenatico fratres minores, Capuccini nuncupati, simulque hortum muro conclusum, domui illi religiosae confinem. Idem tamen exposuit, inivisse contractus ejusmodi, non ut ex illis emptionibus emolumentum caperet, sed ut ab aedibus illis religiosis, ac templis adnexis, quorum pretium quadam ex parte solverat, ruinam, excidiumque prohiberet. Caeterum Nos obsecravit, ut dono acciperemus quae ita fuerat adeptus, deque illis quidquid libitum statueremus, ut nimirum de rebus, quae Nobis peculiariter propriae. Nos autem, ne profectum a pietate munus parvi facere videremur, utque conservationi eorum templorum, ac religiosarum aedium subinde prospiceremus, privatam hujuscemodi donationem accepimus, explicaturi aliquando quid Nobis de illis fieri rebus placeret. Interim tamen ecclesiam s. Mariae, Montis appellatam, reparationis tunc indigentem ex privato Nostro peculio reficiendam curavimus. Quia vero dilectus filius Petrus Maria residuum eorum bonorum pretium aerario debebat; et ex eodem aerario satisfaciendum Nobis fuisset de pecuniis, haud profecto modicis, quas difficultates inter, ac calamitates praeteritas in impensas ab aerario sustinendas de Nostro solvimus; hinc qui privatum Nostrum creditum aerario benigne remisimus, ejusdem praefecto mandavimus, ut Petro Mariae acceptum ferret quidquid nummorum re-

liquorum eum eportuisset aerario pendere ob emptiones, de quibus meminimus.

Declarator restitutionem monasteriorum locum habere debere salvo dominio bonorum favore haeredum ipsius pontificis.

§. 2. His gestis, literas in forma brevis emisimus, per quas monasterium, ecclesiamque beatae Mariae a Monte nuncupatae monachis ordinis sancti Benedicti congregationis Cassinensis concessimus, animo tamen in eos transferendi usum pleaum, ac minime circumscriptum, non tameu proprietatem dictae ecclesiae, vel monasterii, et opportunas pariter pecunias assignavimus in eas reparationes, quibus ecclesia, aedesque religiosae oppidi Caesenatini egebent, ut rursum fratres mineres Capuccini uti illis possint. Nunc autem cupientes voluntatem his de rebus Nostram manifestatione, quae ambiguitates omnes amputet, patefacere, edicimus, ac declaramus (quidquid ferant loquutiones nonnullae, in aliquibus praeteritis actis adhibitae, ac cum sensu donatoris Petri Mariae minime congruentos) id esse, ac fuisse semper Nostra vuluntate constitutum, ut ecclesiae, ac demus religiosae, deno eblatae ab eodem privatae Nostrae persenae, ad privatom Nostrum patrimonium pertineant. Praeterea in earom proprietatem par jus declaramus Nostris haeredibus fore; quibus tamen praeceptum volumus, ut monachis ordinis sancti Benedicti congregationis Cassinensis perpetuom, ac liberum usum manere sinant monasterii, atque ecclesiae sanctae Mariae, Montis nuncupatae; itemque ut sinant fratribus mineribus Capuccinis liberum, ac perpetuum usum manere ecclesiae, ac domus religiosae, in oppide Caesenatico constitutae. Unaquaeque vero ex familiis sacris, quas recensuimus, addicta sibi templa, atque aedeficia suis sarciet impensis.

In casu suppressionis bona ad familiam redire debere cavetur.

§. 3. Quod si, suppressiune, vel expulsione vel alia quacumque interveniente causa, monachi, vel Capuceini attribute sibi monasterie, vol religiosa dome carebunt, ea templa, et aedificia reparandi onus Nostris haeredibus impositum volumus. Eorum tamen liberum usum Cassinensibns, ac Cappuccinis sinent patere rursum, si forte contingct illes monasterium, vel religiosam domnm pesse repetere.

Concessio bibliothecae numismatum ac reliquiarum antiquitatis sub eadem conditione.

§. 4. Quum insuper Nobis propositum sit, ac deliberatum monachis Cassinensibus monastorii praedicti libros privatae Nostrae bibliothecae utendos concedere, ut ejusdem bibliothecae libris ipsi juventur in excolendis privatim doctrinis; quumque praeterea ibidem ad bibliothecae ornatum retineri vellmus nonnullas doctae antiquitatis reliquias, ac praesertim numismata aliquot privati Nostri dominii; statuimus atque sancimus usum Nostrae bibliothecae in monasterium illud inferendae monachis liberum esse relinquendum (qui quidem menachi incumbent in curam diligenter custodiendi libros, antiquitatis reliquias, ac numismata, de quibus egimos) proprietatem vero ejusdem bibliothecae, veterum monumentorum, atque numismatum apud haeredes Nostros manere debere; ea prorsus ratione, ac servatis adamussim conditionibus illis, quas quum de proprietate monasterii ageremus, praescripsimus.

Praeceptum de conficiendo et servando inventario.

§. 5. Quia vero curandum est, ac praecavendum, ne quid ex rebus illis ad bibliothecam, ejusque ornatum pertinentibus mele depereat, mandamus, atque jubemus duplicem earum elenchum in ipso actu traditionis confici, subscribique a dilecte filie, Nostroque secundum carnem ex fratre nepote Scipiene Chiaramonti, et ab illius monasterii abbate; alterumque ex ejus elenchi ita subcripti exemplis penes Nostram familiam, alterum autem penes praedictos monachos accurate servari. Ac ne avulsis forte aliquando ab eo monesterio, vel religiesa domo Cassinensibus monachis, vel Capuccinis, absit Dei cultus a templis, quae eorum curae nunc credita versamus animo institutionem geminae cappellaniae in utroque templo erigendae, in quas Nostri haeredes jura laici patronatus, ut dici solet, exerceant. Cui rei opportuna ratione aliquando consulemus.

Clausula sublata, decretum irritans et derogatio contrariorum.

§. 6. Omnia autem, ac singula, quae hac voluntatis Nostrae declaratione continentur, studiose, ac sedolo impleri jubemus; decernentes has literas semper firmas, validas, et efficaces existere, ac fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis ad quos spectat, et pro temporo quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die vicesima prima augusti, millesimo octingentesimo vicesimo primo, pontificatus Nostri anno vicesimo secundo.

CMXCVI.

Dat. die 28 augusti 1821 anno XXII

Concessio indulgentiarum favore piae societatis nuncupatae sacrae Familiae erectae in civitate Lugdunensi, in regno Galliarum.

Pius PP. VII.

Ad futuram rei memoriam

Proemium. §. 1. Laborantibus Nobis, atque sollicitis de totius Christiani gregis, concrediti Nobis, salute saepe in variis orbis regionibus aliqua fieri nuntiantur omnino secus, quam pro studio salutis hominum ipsi cupiamus, et ex quibus incredibilem animo dolorem haurimus. Non ille tamen, qui = Pater misericordiarum, et Deus totius consolationis = jure ab apostolo dicitur, patitur Nobis angoris Nostri solatia deesse; sicque aerumnosis fausta permiscet, ut Nostrae vires ad sustinendum onus, quo praegravamur, obiecta interdum aliqua laetitia, reficiantur.

Expositio precum. §. 2. Quod accidit profecto nuper, ingentique sumus gaudio perfusi quum audiverimus, in urbe Lugduno, sacris, ac civilibus ornamentis refertissima, et cum qua paucae Galliarum, aliorumque regnorum urbes de praestantia possint, ac dignitate contendere, Catholicae religionis studium mire vigere; inventosque ibidem esse viros ac mulieres ad tria millia, quae in piam quamdam societatem coiverint, ut sacram familiam, nempe dominum Nostrum Jesum Christum, ejusque virginem Matrem, et divum Josephum (quorum tutela gloriantur) pie venerentur, ac colant, et pro Catholicae Ecclesiae, regnique Galliarum bono non intermissis precibus supplicent. Quumque ejus piae societatis nomine petitum a Nobis sit, ut eam sacris aliquibus indulgentiis donemus, haud gravate inducimur, ut ejusmodi postulationi obsequamur.

Tenor concessionis. §. 3. Quapropter de omnipotentis Dei misericordia, ac beatorum Petri et Pauli ejus apostolorum auctoritate confisi cooptatis in eam societatem viris ac mulieribus, vere poenitentibus, suaque peccata confessis, et sacra Dominici corporis dape refectis, quo die in eamdem recepti societatem fuerint, itemque in mortis articulo, itemque diebus, quibus festum agitur Nativitatis domini Nostri Jesu Christi, beatae Dei genitricis Mariae in coelum Assumptae, ac transitus divi Josephi, ejus sponsi, dummodo pro christianorum principum concordia, haeresum extirpatione, ac Sanctae Matris Ecclesiae exaltatione pias ad Deum preces effundant, plenariam omnium peccatorum suorum indulgentiam, et remissionem misericorditer in Domino concedimus. Insuper viris, et mulieribus ejus pii sodalitii, saltem de admissis peccatis dolentibus, seu, ut dici solet contritis, in praecipuis aliis diebus per annum festis domini Nostri Jesu Christi, nempe Circumcisionis, Epiphaniae, Resurrectionis, Ascensionis, ac sacratissimi ejus Corporis, itemque in aliis praecipuis diebus beatae Mariae virginis, quae Purificationis, Annunciationis, Nativitatis, Conceptionisque nuncupantur, dummodo orent, ut praeceptum supra, septem annos, et totidem dies quadragenos; singulis vero vicibus, quibus preces fuderint ad ea impetranda, quae a Deo flagitare ejus est societatis officium, ac quoties pium aliquod opus exequuntur, quod legibus suis, seu regulis jubentur exequi, centum dies de injunctis eis, seu alias quomodolibet per eos debitis laboriosis poenitentiae operibus in forma Ecclesiae consueta relaxamus.

§. 4. In contrarium non obstantibus quibuscumque. Praesentibus perpetuis futuris temporibus valituris. Derogatio contrariorum.

Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die vicesima octava augusti millesimo octigentesimo vicesimo primo, pontificatus Nostri anno vicesimo secundo.

CMXCVII.

Dat. die 4 septembris 1821 anno XXII

Conservatio dioecesis Rhemensis cum derogatione praecedentis constitutionis, quae dismembraverat nonnulla loca.

Venerabili fratri
Joanni Carolo archiepiscopo Rhemensi

Pius PP. VII.

Venerabilis frater
Salutem, et apostolicam benedictionem

Ratio concessionis.

§. 1. Nostris sub slumbo literis datis sexto kalendas augusti anni millesimi octingentesimi decimi septimi, quarum initium = *Commissa divinitus* = novam Gallicanarum dioecesium circumscriptionem decrevimus, et archiepiscopali ecclesiae Rhemensi, quae tot tantisque nominibus, vel a primis temporibus commendatur, pro dioecesi assignavimus districtum Rhemensem in provincia Matronae, atque integram provinciam Arduennae Sylvae, reservantes pro Catalaunensi dioecesi quatuor reliquos districtus provinciae Matronae, nimirum Catalaunensem, Sparnacensem, Fani sanctae Menechildis, et Victoriaci Francisci. Cum vero referri nuper ad Nos fecerit carissimus in Christo filius Noster Ludovicus Galliarum rex, praedictam Catalaunensem ecclesiam nuper erectam conservari non posse, quod media ad ejus censum constituendum non suppetant, atque idcirco Rhemensi archidioecesi illos etiam memoratos quatuor districtus adtribuendos fore, obsecundandum duximus votis hisce majestatis suae, quae tanto studio est adnisa, ut ex sedibus per Nostram praedictam bullam constitutis triginta integre maneant, prout congruae ipsarum dotationi consuli opportune potuerit.

Tenor concessionis.

§. Quapropter de certa scientia, et matura deliberatione Nostris, deque apostolicae potestatis plenitudine per has Nostras literas quatuor districtus supramemoratos nimirum Catalaunensem, Sparnacensem, Fani sanctae Menechildis, et Victoriaci Francisci, quos pro dioecesi dederamus ecclesiae Catalaunensi, dioecesi Rhemensi adjungimus, cujus territorium binas integras provincias Matronae et Arduennae Sylvae complectetur. Derogamus idcirco ad praemissorum effectum dispositioni praedictae Bullae = *Commissa divinitus* = in iis quae respiciunt Catalaunensis sedis erectionem, illiusque dioecesis circumscriptionem, caeterisque in contrarium facientibus quibuscumque. Suscepti per Nos consilii certiores facimus hac ipsa die episcopos Meldensem et Metensem ut ubi primum tu, venerabilis frater, possessionem ineas Rhemensis ecclesiae, ab omni prorsus jurisdictionis episcopalis exercitio ipsi cessent, quam alter super provinciam Matronae, alter super provinciam Arduennae Sylvae usque in praesens obtinuit ex temporario illo remedio, quod ob suspensam novae circumscriptionis executionem adoptavimus in concistorio die vicesima tertia augusti millesimo octingentesimo decimo nono. Tibi interim venerabilis frater, Nostrae benevolentiae pignus, ac gregi tuo universo apostolicam benedictionem impertimur.

Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die quarta septembris millesimo octingentesimo vicesimo primo, pontificatus Nostri anno vicesimo secundo.

CMXCVIII.

Dat. die 4 septembris 1821 anno XXII

Rectificatio dioecesis Senonensis in regno Galliarum.

Venerabili fratri
Stephano Antonio episcopo Trecensi

Pius PP. VII

Venerabilis frater
Salutem, et apostolicam benedictionem

Ratio decernendae novae ordinationis dioecesis.

§. 1. Literis = *Commissa divinitus* = quas sub plumbo dedimus sexto kalendas augusti anni millesimi octingentesimi decimi septimi provinciam Icaunae exquisito prius tuo consensu, a Trecensi dioecesi sejunximus, et binos ejusdem provinciae districtus, Senonensem nimirum et Joviniacensem archiepiscopo Senonensi pro dioecesi assignavimus, atque ex tribus reliquis ipsius provinciae districtibus, Antissiodorensi videlicet, Aballunensi, et Tornodoriensi, dioecesim constituimus Antissiodorensem. Verum ut nosti, nova illa circumscriptio suspensa remansit, et temporarium remedium adversus urgentiora Gallicanarum ecclesiarum mala adoptavimus, quod in allocutione consistoriali diei vicesimae tertiae augusti millesimi octingentesimi deciminoni fuse patefecimus. Cum autem ad cunctas sedes per memoratam bullam erectas congrue dotandas media nullatenus comparari potuerint, rex Christianissimus pro impenso suo in religionem studio curas omnes adhibuit, ut tri-

ginta ex iis conservarentur, quarum sex statim suos pastores obtineant. Percensetur inter eas metropolitana sedes Senonensis, cujus tamen dioecesi nedum binis provinciae Icaunae districtibus, Senonensi nimirum, et Joviniacensi, uti in nulla decreveramus, sed et tribus reliquis ejusdem provinciae districtibus, Antissiodorensi scilicet, Aballonensi, et Tornodorensi, quos dioecesi Antissiodorensi assignaveremus, constituendam esse postulavit majestas sua eo quod ex censu defectu media ad Antissiodorensis sedis dotationem necessaria in promptu minime sint.

Tenor concessionis. §. 2. Cum itaque bisce praefati regis Christianissimi votis annuendum duxerimus, ac Senonensi dioecesi tres etiam memoratos districtus adjunxerimus, derogantes quoad eorumdem assignationem dispositioni praedictae bullae, id te monitum volumus, ut ubi primum novus archiepiscopus Senonensis commissae tibi sedis possessionem susceperit, a spirituali administratione cesses universae provinciae Icaunae, cujus regimen ob latas per Nos temporarias dispositiones penes fraternitatem tuam perseveraverit. Ea porro novimus te prudentiae laude praestare, ea in rei sacrae utilitates sollicitudine, ac sedulitate, ut minime ambigendum sit uberrimos Deo bene juvante fructus in vineam tuae fidei concreditam fore redundaturos. Divini interim praesidii auspicem ac Nostrae benevolentiae testem tibi venerabilis frater, apostolicam benedictionem peramanter impertimur.

Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die quarta septembris anno millesimo octingentesimo vicesimo primo, pontificatus Nostri anno vicesimo secundo.

IM.

Dat. die 4 septembris 1821 anno XXII

Cessatio jurisdictionis episcopi Versalliensis super provincia Eburae, et Lyderici in regno Galliarum.

Venerabili fratri
Ludovico episcopo Versalliensi

Pius PP. VII.

Venerabilis frater
Salutem et apostolicam benedictionem

Ratio, et tenor concessionis. §. 1. Cum ex voto regis Christianissimi de nova Galliarum dioecesium divisione deliberavimus, earumque fines sanciti fuerint Nostris apostolicis literis = *Commissa divinitus* = sexto kalendas augusti anni millesimi octingentesimi decimi septimi provincia Ebura et Lyderici babito ante consensu, a Versalliensi dioecesi fuit sejuncta, ac in Carnotensis ecclesiae dioecesim adtributa. Suspenso autem novae illius circumscriptionis effectu, eoque temporario remedio suscepto, quod in concistorio diei vicesimae tertiae mensis augusti millesimo octingentesimo decimo nono exposuimus, res exinde eo modo quo erant, perstiterunt. Cum itaque ex impensa majestatis suae sollicitudine, atque instantia, nonnulla ex sedibus noviter erectis pastores suos quamprimum susceptura sint, episcopus Carnotensis, qui jampridem bullas obtinuerat canonicae institutionis, possessionem celeriter est initurus ecclesiae suae. Tibi proinde id significandum ducimus, ut rem cum eo accurate condicas, ac deinceps ab omni spirituali jurisdictione cesses in Eburae et Lyderici provincia, quae domtaxat ordinariae Carnotensis antistitis potestati obnoxia erit in posterum. Eam porro de tua pietate, prudentia, atque in Nos et apostolicam Sedem observantia gerimus opinionem, ut omni studio Nostris hisce jussionibus te obsecundaturum fore haud ambigamus. Tibi interim, venerabilis frater, ac gregi tuo Nostrae benevolentiae testem benedictionem apostolicam ex animo impertimur.

Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die quarta septembris anno millesimo octingentesimo vicesimo primo, pontificatus Nostri anno vicesimo secundo.

M.

Dat. die 4 septembris 1821 anno XXII

Exemptio ecclesiae Trecensis a metropolitico jure archiepiscopi Parisiensis.

Dilecto filio Nostro
Alexandro Angelico
Sanctae Romanae Ecclesiae cardinali
de Talleyrand Perigod nuncupato
archiepiscopo Parisiensi

Pius PP. VII.

Dilecte fili Noster
Salutem, et apostolicam benedictionem

Ratio, et tenor exemptionis.

§. 1. Trecensem ecclesiam quae olim metropolitanae ecclesiae Parisiensi suberat, suffraganeam dedimus archiepiscopo Senonensi Nostris apostolicis literis = *Commissa divinitus* = sexto kalendas augusti anni millesimi octingentesimi decimi septimi. Cum nonnulla dioecesium circumscriptio suspensa remanserit, atque pro temporario remedio subinde decreverimus; cuncta eo modo perstare, quo tunc erant, prout in consistoriali allocutione diei vicesimae tertiae augusti anni millesimi octingentesimi decimi noni enarravimus, tuae etiam in Trecensem ecclesiam metropoliticae jurisdictionis exercitium usque in praesens perduravit. Nunc vero cum ex Christianissimi regis pietate, intentoque ad religionis bonum studio triginta ex novis sedibus conserventur, archiepiscopalis ecclesia Senonensis sui pastoris praesentia quamprimum recreabitur, qui proinde Trecensem ecclesiam suffraganeis caeteris adnumerabit. Id te, dilecte fili Noster, admonere haud distulimus, ut res apprime succedat, quod cum a spectatissima tua prudentia, ac singulari in Nos voluntate fidenter praestolamur, apostolicam benedictionem, benevolentiae Nostrae pignus, tibi, gregique tuo peramanter impertimur.

Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die quarta septembris anno millesimo octingentesimo vicesimo primo, pontificatus Nostri anno vicesimo secundo.

MI.

Dat. die 4 septembris 1821 anno XXII

Extinctio jurisdictionis spiritualis episcopi Metensis super provincia Arduennae Sylvae in regno Galliarum.

Venerabili fratri
Gaspari Joanni Andreae Josepho
Episcopo Metensi

Pius PP. VII.

Venerabilis frater
Salutem et apostolicam benedictionem

Ratio, et tenor concessionis.

§. 1. Nostris sub plumbo literis datis sexto kalendas augusti anni millesimi octingentesimi decimi septimi, quarum initium est = *Commissa divinitus* = novam in Galliarum regno dioecesium circumscriptionem sancivimus ad augendum ibidem antistitum numerum, per quos utilius, ac cumulatius spirituali fidelium regimini prospiceretur. Fines proinde cujuslibet dioecesis constabilivimus, atque metropolitanae ecclesiae Rhemensi pro dioecesi adtribuimus districtum Rhemensem in provincia Matronae, atque integram provinciam Arduennae Sylvae, reservatis reliquis quatuor districtibus ejusdem provinciae Matronae pro dioecesi Catalaunensi. Satis porro notum esse haud ambigimus, quae causae deinceps obvenere ad novae circumscriptionis executionem retardandam, quidque interea consilii ceperimus ad temporarium remedium adhibendum, uti in consistoriali allocutione die vicesima tertia augusti millesimo octingentesimo decimo nono typis edita fusius exposuimus. Cum autem ad cunctas sedes per memoratam bullam erectas congrue dotandas media nullatenus comparari potuerint, rex Christianissimus pro impenso suo in religionem studio curas omnes adhibuit, ut triginta ex iis conservarentur, quarum sex statim pastores suos obtineant. Has inter metropolitana sedes Rhemensis percensetur, cujus tamen dioecesis fines ad binas integras provincias Matronae, et Arduennae Sylvae protendantur. Pientissimis hisce votis majestatis suae annuentes id tibi significare adproperamus, ut eo ipso tempore, quo novus archiepiscopus suae sedis possessionem iniverit, ab omni illico spirituali administratione, et jurisdictionis exercitio plane cesses in provincia Arduennae Sylvae. Cum interim ob coarctatos dioecesis tuae fines onere nimis gravi levatum te sentias, eam de tua pro animarum bono sollicitudine ac sedulitate gerimus opinionem, ut certo confidamus

in reliquo grege, qui tuae est fidei concreditus, regendo adsidue, instanterque advigiles. Quod ut feliciter eveniat, coelestis praesidii auspicem, Nostraeque benevolentiae pignus, apostolicam benedictionem tibi, ovibusque tuis amanter impertimur.

Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die quarta septembris millesimo octingentesimo vicesimo primo, pontificatus Nostri anno vicesimo secundo.

MII.

Dat. die 4 septembris 1821 anno XXII

Subjectio sedis Ambianensis juri metropolitico archiepiscopi Rhemensis.

Venerabili fratri
Marco Mariae episcopo Ambianensi

Pius PP. VII.

Venerabilis frater
Salutem et apostolicam benedictionem

Ratio, et tenor concessionis.

§. 1. Etsi per Nostras apostolicas literas datas sexto kalendas augusti anni millesimi octingentesimi decimi septimi quarum initium est = *Commissa divinitus* = tua istbaec ecclesia suffraganeis Rhemensibus accenseretur, ea tamen obstacula, quae novae Gallicanarum dioecesium circumscriptionis executionem retardarunt, consiliaque ad temporaneum remedium exinde suscepta, quae fuse exposuimus in consistoriali allocutione diei vicesimae tertiae augusti millesimi octingentesimo decimo nono in causa fuerunt, ut cuncta perstarent eo quo erant modo, ac Ambianensis ecclesia inter suffraganeas metropolitanae Parisiensis adhuc maneret. Nunc vero ex pientissimis christianissimi regis curis, studiisque archiepiscopalis ecclesia Rhemensis quamprimam suo pastore donabitur, quem idcirco tuum metropolitanum agnosces juxta memoratae bullae sanctionem, qua de re, et archiepiscopum ipsum, et cardinalem archiepiscopum Parisiensem hac eadem die opportune admonuimus. Haud porro ambigimus, te bisce Nostris mandatis diligentissime obsequuturom fore, coelestisque praesidii auspicem benedictionem apostolicam tibi, gregiqua tuo paterno affectu impertimur.

Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die quarta septembris millesimo octingentesimo vicesimo primo, pontificatus Nostri anno vicesimo secundo.

MIII.

Dat. die 4 septembris 1821 anno XXII

Exemptio ecclesiae Carnotensis a jurisdictione episcopi Versalliensis in regno Galliarum.

Venerabili fratri
Joanni Mariae Annae Antonio
episcopo Carnotensi

Pius PP. VII.

Venerabilis frater
Salutem et apostolicam benedictionem

Ratio, et tenor constitutionis.

§. 1. Nostris sub plumbo literis = *Commissa divinitus* = datis sexto kalendas augusti anno millesimo octingentesimo decimo septimo provinciam Eburae, et Lyderici, quae antea episcopo Versalliensi suberat, pro Carnotensis ecclesiae dioecesi assignavimus. At suspenso novae illius circumscriptionis effectu, atque ob temporarium remedium, quod in consistorio diei vicesimae tertiae augusti anni millesimi octingentesimi decimi noni exposuimus, res exinde eo modo quo erant, perstiterunt, illiusque provinciae regimen spirituale penes episcopum Versalliensem perseveraverit. Cum vero ex collatis Nos inter et regem christianissimum consiliis Carnotensis sedes inter eas percenseatur, quibus conservendis ex majestatis suae providentia comparata fuere media opportuna adproperabit fraternitas tua per bullas canonicae institutionis, quas jamdiu expediri curavimus, possessionem inire ecclesiae tuae fidei concreditae. Monuimus proinde hac ipsa die venerabilem fratrem Ludovicum episcopum Versalliensem ut, re tecum condicta, cesset illico ab omni episcopalis jurisdictionis exercitio in memorata provincia, ubi primum episcopatus possessio suscepta a te fuerit. Confidimus autem in Domino, a quo est omne datum optimum, te in Dominica vinea excolenda ministerium tuum sancte impleturum, divinique idcirco praesidii auspicem apostolicam benedictionem tibi venerabilis frater, gregique tuo impertimur.

Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die quarta septembris anno millesimo octingentesimo vicesimo primo, pontificatus Nostri anno vicesimo secundo.

MIV.

Dat. die 4 septembris 1821 anno XXII

Rectificatio dioecesis Rhemensis in regno Galliarum.

Venerabili fratri
Josepho Mariae Victorio episcopo Meldensi

Pius PP. VII.

Venerabilis frater
Salutem et apostolicam benedictionem

Expositio precum.

§. 1. Nostris sub plumbo literis datis sexto kalendas augusti anni millesimi octiogentesimi decimi septimi quarum initium est = *Commissa divinitus* = novam in Galliarum regno dioecesium circumscriptionem sancivimus ad augendum ibidem antistitum numerum, per quos utilius, ac cumulatius spirituali fidelium regimini prospiceretur. Fines proinde cujuslibet dioecesis constabilivimus, atque metropolitanae ecclesiae Rhemensi pro dioecesi adtribuimus districtum Rhemensem in provincia Matronae, atque integram provinciam Arduennae Sylvae, reservatis reliquis quatuor districtibus ejusdem provinciae Matronae pro dioecesi Catalaunensi. Satis porro notum esse haud ambigimus, quae causae deinceps obvenere ad novae circumscriptionis executionem retardandam, quidque interea consilii coeperimus ad temporarium remedium adhibendum, uti in consistoriali allocutione diei vicesimae tertiae augusti millesimi octingentesimi decimi noni typis edita fusius exposuimus. Cum autem ad cunctas sedes per memoratam bullam erectas congrue dotandas media nullatenus comparari potuerit, rex christianissimus pro impenso suo in religionem studio, curas omnes adhibuit, ut triginta ex iis conservarentur, quarum sex statim pastores suos obtineant. Has inter metropolitana sedes Rhemensis percensetur, cujus tamen dioecesis fines ad binas integres provincias Matronae, et Arduennae Sylvae protendantur.

Tenor concessionis.

§. 2. Hisce majestatis suae votis annuentes decrevimus ad dioecesim Rhemensem adjicere, uti revera adjicimus quatuor districtus provinciae Matronae nimirum Catalaunensem, Sparnacensem, Fani sanctae Menechildis, et Victariaci Francisci in provincia Matronae, quarum regimen oblatas per Nos temporaneas dispositiones tibi fuerat demandatum. Te itaque hisce Nostris literis monitum volumus, ut collatis cum novo archiepiscopo consiliis ab spirituali memorati territorii administratione cesses omnino, ubi primum ipse commissae sibi sedis possessionem inierit. Cum interim ob coarctatos dioecesis tuae fines onere nimis gravi levatum te sentias, eam de tua pro animarum bono sollicitudine, ac sedulitate gerimus opinionem, ut certo confidamus in reliquo grege, qui tuae est fidei concreditus, regendo adsidue instanterque advigiles. Quod ut feliciter eveniat, coelestis praesidii auspicem, Nostraeque benevolentiae pignus, apostolicam benedictionem tibi, ovibusque tuis amanter impertimur.

Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die quarta septembris anno millesimo octingentesimo vicesimo primo, pontificatus Nostri anno vicesimo secundo.

MV.

Dat. die 4 septembris 1821 anno XXII

Subjectio sedium Suessionensis, et Ambianensis metropolitico juri archiepiscopi Rhemensis.

Dilecto filio Nostro
Alexandro Angelico
Sanctae Romanae Ecclesiae cardinali
de Talleyrand Perigord
archiepiscopo Parisiensi

Dilecte fili Noster
Salutem et apostolicam benedictionem

Ratio, et tenor exemptionis.

§. 1. Nostris apostolicis literis, quarum initium est = *Commissa divinitus* = datis sexto kalendas augusti anni millesimi octingentesimi decimi septimi novam in Galliarum regno dioecesium circumscriptionem, novamque de ecclesiasticis provinciis divisionem sancivimus, ex qua binas episcopales sedes Suessionensem, et Ambianensem, quae antea metropolitico Parisiensis ecclesiae juri suberant, suffraganeas assignavimus archiepiscopo Rhemensi. Haud quidem te fugit, dilecte fili Noster, quae causae celerem memoratae bullae executionem praepediverint, Nosque ad id temporarii remedii suscipiendum impulerint, quod in consistoriali allocutione diei vicesimae tertiae augusti anni millesimi octingentesimi decimi noni typis edita exposuimus. Neque te ignorare arbitremur, quae deinceps rex christianissimus peregerit, ut ex iisdem sedibus triginta conservarentur. Collatis itaque Nos inter et majestatem suam in religionis utilitates studiis, id inter caetera cautum est, ut episcopi Suessionensis et Ambianensis, juxta praedictam bullam Rhemensi archiepiscopo ex metropolitico jure subjecti sint,

nec amplius Parisiensibus suffraganeis accenseantur. Haec interim tibi significanda duximus ut res accurate, atque ea, quo par est, ordine apprime succedat; Nostraeque singularis in te, benevolentiae pignus apostolicam benedictionem tibi dilecte fili Noster, gregique tuo universo peramanter impertimur.

Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die quarta septembris anno millesimo octingentesimo vicesimo primo, pontificatus Nostri anno vicesimo secundo.

MVI.

Dat. die 4 septembris 1821 anno XXII

Rectificatio dioecesis Senonensis, et dissolutio alterius dioecesis Antissiodorensis in regno Galliae.

Venerabili fratri
Annae Ludovico Henrico
Archiepiscopo Senonensi

Pius PP. VII.

Venerabilis frater
Salutem et apostolicam benedictionem

Ratio concessionis

§. 1. Nostris sub plumbo literis datis sexto kalendas augusti anni millesimi octingentesimi decimi septimi quarum initium = *Commissa divinitus* = novam Gallicanarum dioecesium circumscriptionem decrevimus, tuaeque Senonensi ecclesiae pro dioecesi adtribuimus binos districtus Senonensem et Joviniacensem in provincia Icaunae, reservantes pro Antissiodorensi dioecesi tres districtus reliquos illius provinciae, nimirum Antissiodurensem, Aballonensem, et Tornodoriensem. Cum vero referri in praesens ad Nos fecerit, carissimus in Christo filius Noster Ludovicus Galliarum rex praedictam Antissiodorensem ecclesiam nuper erectam conservari non posse, quod media ad ejus censum constituendum non suppetant, atque idcirco opportunum videri illos etiam tres districtus tuae dioecesi adtribuere, annuendum bisce majestatis suae votis censuimus, quae tanto studio enisa est, ut ex sedibus per memoratam bullam constitutis, integrae maneant tringinta, quarum congruae dotationi opportune consuletur.

Tenor concessionis

§. 2. Qua propter de certa scientia, et matura deliberatione Nostris, deque apostolicae potestatis plenitudine per has Nostras literas tres percensitos provinciae Icaunae districtus, nimirum Antissiodorensem, Aballonensem, et Tornodoriensem, quos pro dioecesi dederamus ecclesiae Antissiodorensi, adjungimus tuae Senonensi dioecesi, cujus territorium universum Icaunae provinciam complectetur. Derogamus idcirco ad praemissorum effectum dispositioni praedictae bullae = *Commissa divinitus* = in iis, quae respiciunt ampliores Senonensis dioecesis fines per has Nostras in forma brevis literas constitutos, caeterisque in contrarium facientibus quibuscumque.

Monitum speciale

§. 3. Suscepti per Nos consilii certiorem hac ipsa die facimus venerabilem fratrem episcopum Trecensem, ut ubi primum fraternitas tua possessionem incat, Senonensis ecclesiae, ab omni prorsus jurisdictionis episcopalis exercitio ipse cesset quam nedum super binos provinciae Icaunae districtus Senonensem, et Joviniacensem per Nos in dicta bulla Senonensi dioecesi assignatos, sed et super tres reliquos ejusdem provinciae districtus Antissiodorensem, Aballonensem, et Tornodoriensem in Antissiodorensem dioecesem per camdem bullam praefinitos usque in praesens obtinuit, ex temporario illo remedio, quod ob suspensam novae circumscriptionis executionem adoptavimus in consistorio diei vicesimae tertiae augusti millesimi octingentesimi decimi noni tibi interim venerabilis frater Nostrae benevolentiae pignus ac gregi tuo apostolicam benedictionem impertimur.

Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die quarta septembris anno millesimo octingentesimo vicesimo primo, pontificatus Nostri anno vicesimo secundo.

MVII.

Dat. die 4 septembris 1821 anno XXII.

Praeceptum de subjiciendo metropolitico juri archiepiscopi Senonensis, pro episcopo Trecensi in regno Galliarum.

Venerabili fratri
Stephano Antonio episcopo Trecensi

Pius PP. VII,

Venerabilis frater
Salutem et apostolicam benedictionem

Ratio, et tenor concessionis.

§. 1. Archiepiscopalis Senonensis sedes ex pientissimis christianissimi regis curis, suum quamcito pastorem nanciscetur, qui jamdiu canonicae institutionis bullam obtinuerat. Is proinde metropolitico jure eas sibi obnoxias ecclesias habebit, quas eidem Nostris apostolicis literis = *Commissa divinitus* = datis sexto kalendas augusti anni millesimi octingentesimi decimi septimi suffraganeas distribuimus, quin amplius locum habeant, quae de iis ex temporario remedio disposuimus in consistorio diei vicesimae tertiae augusti anni millesimi octingentesimi decimi noni. Eum idcirco Senonensem archiepiscopum in tuae ecclesiae metropolitam agnosces, omni prorsus sublato jure, omnique adempta jurisdictione, quibus in Trecensem ecclesiam fruebatur Parisiensis archiepiscopus, cui hac ipsa die id significamus, ut cuncta ad statas regulas rite succedant. Haud vero ambigimus te prompte Nostris hisce mandatis obsequuturum, tibique, venerabilis frater, paterno affectu apostolicam benedictionem impertimur.

Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die quarta septembris anno millesimo octingentesimo vicesimo primo, pontificatus Nostri anno vicesimo secundo.

MVIII.

Dat. die 4 septembris 1821 anno XXII.

Suppressio jurisdictionis episcopi Engolismensis super territorio dioecesis Petrocoricensis in regno Galliarum.

Pius PP. VII.

Ad futuram rei memoriam

Ratio, et tenor constitutionis

§. 1. Nostris apostolicis literis, quarum initium est = *Commissa divinitus* = datis sexto kalendas augusti anni millesimi octingentesimi decimi septimi provinciam Burdoniae ab Engolismensi dioecesi sejunximus, eamque pro Petrocoricensis ecclesiae dioecesi adsignavimus. Cum vero decreta per eam bullam Gallicanarum dioecesium circumscriptio suspensa remanserit, illud temporarium remedium urgentioribus fidelium per eas regiones degentium necessitatibus adhibuimus, quod in allocutione consistoriali diei vicesimae tertiae augusti anni millesimi octingentesimi decimi noni fuse patefecimus. Haud tamen destitit rex christianissimus pro suo impenso in religionem studio, omni cura conniti, ut ex noviter per memoratas apostolicas literas erectis sedibus conservarentur triginta, earumque dotationi opportune consuleretur. Adnumeratur inter eas praedicta Petrocoricensis ecclesia, quae pastorem suum quamprimum complectetur, cui jamdiu literas canonicae institutionis concessimus. Edicimus proinde, decernimus, atque mandamus, ut statim ac novus antistes possessionem illius ecclesiae susceperit, cesset eo ipso ex parte episcopi Engolismensis in territorio memoratae dioecesis Petrocoricensis quaelibet jurisdictio, ac jus omne administrationis.

Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris di quarta septembris anno millesimo octingentesimo vicesimo primo, pontificatus Nostri anno vicesimo secundo.

MIX.

Dat. die 4 septembris 1821 anno XXII.

Subiectio sedis Suessionensis metropolitico iuri archiepiscopi. Rhemensis in regno Galliarum.

Venerabili fratri
Guillelmo Albino episcopo Suessionensi

Pius PP. VII.

Venerabilis frater
Salutem et apostolicam benedictionem

Ratio, et tenor constitutionis.

§. 1. Etsi per Nostras literas apostolicas datas sexto kalendas augusti anni millesimi octingentesimi decimi septimi quarum initium est = *Commissa divinitus* = tua isthaec ecclesia suffraganeis Rhemensibus accenseretur, ea tamen obstacula, quae novae Gallicanarum dioecesium circumscriptionis executionem retardarunt, consiliaque ad temporaneum remedium exinde suscepta, quae fuse exposuimus in consistoriali allocutione diei vicesimae tertiae augusti anni millesimi octingentesimi decimi noni in causa fuerunt, ut cuncta perstarent eo quo erant modo, ac Suessionensis ecclesia inter suffraganeas metropolitanae Parisiensis adhuc maneret. Nunc vero ex pientissimis christianissimi regis curis, studiisque archiepiscopalis ecclesia Rhemensis quamprimum suo pastore donabitur, quem idcirco tuum metropolitanum agnosces iuxta memoratae bullae sanctionem, qua de re, et archiepiscopum ipsum, et cardinalem archiepiscopum Parisiensem hac eadem die opportune admonuimus. Haud porro ambigimus, te hisce Nostris mandatis diligentissime obsequuturum fore, coelestisque praesidii auspicem benedictionem apostolicam tibi, gregique tuo paterno affectu impertimur.

Datum Romae apud sanctam Mariam Maiorem sub annulo piscatoris die quarta septembris anno millesimo octingentesimo vicesimo primo, pontificatus Nostri anno vicesimo secundo.

MX.

Dat. die 7 septembris 1821 anno XXII

Erectio ecclesiae collegiatae in civitate Augustae nuncupatae dioecesis Syracusanae.

Venerabili fratri
Episcopo Syracusano

Pius PP. VII.

Venerabilis frater
Salutem et apostolicam benedictionem

Prooemium.

§. 1. In supremo apostolicae dignitatis fastigio, meritis quamvis imparibus, coelesti rerum dispensatione collocati, ad ecclesiarum omnium statum animum intendentes Nostrum, peculiaribus privilegiis, et apostolicae beneficentiae muneribus eas afficere studemus in quibus divinum cultum, ac fidelium devotionem adaugeri cognoscimus.

Expositio precum.

§. 2. Exponi siquidem Nobis nuper fecerunt dilecti filii Franciscus Catalano parochus matricis ecclesiae, aliique de clero, magistratus, et populus oppidi civitatis nuncupati Augustae, vulgo Agosta istius Syracusanae dioecesis, quod oppidum praedictum maritimum, unum ex Siciliae propugnaculis, in ambitu suo satis amplum, populi frequentia, ac nobilium familiarum splendore conspicuum, rerumque ad humanae vitae usum necessariarum copia est abunde refertum. In eo nonnulla diversorum ordinum regularium coenobia, ac monialium monasteria, orphanotrophium, xenodochium extant erecta. Praeter parochialem ecclesiam sancti Sebastiani martyris, plures aliae numerantur ecclesiae, quas inter parochialis ac matrix ecclesia Assumptioni beatae Mariae Virginis sacra, amplitudine, magnificentia, ornatu, sacrarum supellectilium abundantia primum obtinet locum. Duobus ferme ab hinc saeculis civibus Augustanis in praedicta matrice ecclesia collegiatam erigere in votis fuit, ac proinde anno millesimo sexcentesimo sexagesimo primo b. m. Vincentia Casapora fundatrix duarum cappellaniarum cum dote unciarum annualium viginti quatuor monetae Siculae per acta notarii Caroli Romeo Augustae die trigesima prima decembris mandavit, ut illico cessaret missarum celebratio, et dotes cappellaniarum in praebendas canonicales converterentur, statim ac praedicta ecclesia in collegiatam erigeretur; praeterea eadem Vincentia in ultima sua testamentaria dispositione omnia sua bona donavit, atque reliquit tot cappellanis cho-

ralibus, quot eligi possent ex fructibus illorum praefixo stipendio unciarum Siculorum duodecim unicuique eorum, qui horas canonicas alternatim in choro matricis ecclesiae praedictae quotidie recitarent, et divinu altaris sacrificio assisterent; quae pia voluntas probata, et confirmata fuit a tunc temporis episcopo Syracusano b. m. Joanne Capobianco. Cives alii bujusmodi exemplum sectantes, saeculo transacto certam dotationem pro dignitatibus, et canonicis collegiatae erigendae assignarunt; sed cum neque dos, neque numerus sufficiens pro collegiata erigenda haberetur, sacerdotes a fundatoribus electi superpelliceo tantum induti, absqua titulo ecclesiae inserviebant, et horas canonicas recitare curabant. Nunc antem dotationibus, et choralinm numero adauctis, praedicti exponentes ad augendum divinom cultum, et religionis zelnm in clero, confovendamque pietatem, et dovotionem in illis habitatoribus intenti, praedictam matricem ecclesiam collegiatae insignis titolo, et praerogativis adnexis per Nos decorari summopera desiderant, ita ut capitulum ex quatuor dignitatibus; quarum prima sit archiepresbyter, secunda cantor, tertia thesaurarius, quarta decanus, nec non ex duodecim canonicis constet, admissa in casu vacationis lege optionis etiam ad dignitates praedictas, excepta prima archipresbyteratus, quae semper conferenda sub antiqua lege concursus, prout etiam conferendus est per concursum duodecimus canonicatus ab episcopo pro tempore juxta legem fundationis quondam presbyteri Vincentii Frixa. Licet patroni jus habeant, prout asseritur, juxta piam institutionem ad particnlares quasdam praebendas sive dignitatum, slve canonicatuum, bac prima nihilominus vice, de eorum etiam consensu, nominantur ordine infradicendo, reservata tamen jure nominationis et praesentationis in posterum patronis legitimis in casn vacationis vel dignitatum vel canonicatuum de asserto jurepatronatus, dummodo nominatus, vigore legis optionis, ultimnm obtineat locum. Nunc nominati et electi ad dignitates et canonicatus ponuntur ordine sequenti, designatis respectivis praebendis, juxta legem fundationis, videlicet dilectus filius Franciscus Cataleno sacrae theologiae doctor, ac modernus legitimus parochus praedictae matricis ecclesiae, qui absque novo concnrsu, seu examine in archipresbytarum est electus et nominatus cum praebenda aureorum sive unciarum Sicularom decem ex fundatione bo. me. presbyteri Vincentii Frixa; dilectus filius presbyter Vincentius Martelli cantor secunda dignitas, cum praebenda unciarum trium supra decem ex fundatione bo. me. Mariae Vita; dilectus filius presbyter Joannes Strazzulla thesaurarius tertia dignitas, cum praebenda unciarum duodecim ex fundatione bo. me. Josephi Strazzulla; dilectus filius presbyter Dominicus Martelli decanus, quarta dignitas, cum praebenda unciarum decem, ex fundatione bo. me. Vincentiae Casapura; primus canonicus dilectus filius presbyter Joseph Pasqua cum praebenda unciarum decem ex fundatione ejusdem Vincentiae Casapura; secundus canonicus dilectus filius presbyter Franciscus Tuppelli et Carretto cum praebenda unciarum trium supra decem ex fundatione praedictae Mariae Vita; tertius cononicus dilectus filius presbyter Carmelus Parisi cum praebenda unciarum decem ex fundatione praedictae Vincentiae Casapura; quartus canonicus dilectus filius presbyter Joannes Corso cum praebenda unciarum decem ex fundatione ejusdem Vincentiae Casapura; quintus canonicus dilectus filius clericus in minoribus ordinibus constitutus Theodorus Martelli cum praebenda unciarum duodecim ex fundatione bo. me. baronis Dominici Martelli, et Tristaino; sextus canonicus dilectus filius clericus pariter in minoribus ordinibus constitutus Joseph Bruno cum praebenda unciarum duodecim ex fundatione ejus genitoris Francisci Bruno; septimus canonicus clericus pariter in minoribus ordinibus constitutus dilectus filius Sebastianus Pani cum praebenda unciarum octo supra decem ex fundatione bo. me. presbyteri Josephi Pani; octavus canonicus dilectus filius Dominicus Parisi in sacris ordinibus constitutus cum praebenda unciarum decem ex fundatione praedictae Vincentiae Casapura; nonus canonicus dilectus filius presbyter Lucianus Tringali cum praebenda unciarum duodecim ex fundatione bo. me. presbyteri Joannis Settepani; decimus canonicus dilectus filius clericus in minoribus ordinibus constitutus Antonius Ruiz cum prebenda unciarum duodecim ex fundatione bo. me. Alontii Ruiz; undecimus canonicus dilectus filius clericus in minoribus ordinibus pariter constitutus Joannes Baptista Corso et Riera cum praebenda unciarum decem ex praedicta fundatione Vincentiae Casapura; duodecimus canonicus dilectus filius presbyter Vincentius Corsini a te electus post concursum, cum praebenda unciarum decem ex fundatione bo. me. memorati presbyteri Vincentii Frixa. Tandem praedicti exponentes bujusmodi collegiatae insignis erigendae tam dignitates, quam canonicos aliquo exteriori ecclesiastico in-

dumento per Nos decorari pariter summopere desiderant, enixisque precibus a Nobis expostulant.

Tenor concessionis.

§. 3. Nos igitur praedictos exponentes ac singulares personas, quibus praesentes Nostrae literae favent, specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis si quas forte incurrerint hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus hujusmodi inclinati, attenta peculiari attestatione tua super veritate narratorum Nobis exhibita, attentisque pariter tuis votis, quae dictorum exponentium precibus multum augent ponderis, ac praestito jam consensu a legitimis assertis patronis praedictarum fundationum, quatuor dignitates praefatas videlicet archipresbyteratum, cantoratum, thesaurariatum, et decanatum, ac duodecim canonicatus cum supra expressis praebendis, et conditionibus in eadem matrici ecclesia auctoritate Nostra apostolica stabilias, et praedictas personas pro hac prima vice tantum in dignitates et canonicos ut supra electos confirmes, legitimosque declares, integro in posterum servato jure patronorum seu fundatorum in casu vacationis quoad nominationem et praesentationem ad dignitates et canonicatus, excepta prima dignitate, et duodecimo canonicatu, in quibus servetur lex concursus ad mentem fundationis praedicti presbyteri Vincentii Frixa, dummodo optio praedicta modo, et forma supra expressis habeat locum; nec non ecclesiam matricem memoratam esse collegiatam insignem deinceps decernas, atque declares cum omnibus, et singulis privilegiis, praerogativis, decorationibus, honoribus, et praeeminentiis, quibus aliae collegiatae insignes ab hac sancta Sede legitime declaratae, de jure, usu, et consuetudine, aut alias quomodolibet utuntur, fruuntur, et gaudent, seu gaudere poterunt; ac capituli hujusmodi auctoritate Nostra sic erecti constitutiones, seu statuta capitularia juxta sacrorum canonum, et apostolicarum constitutionum formam de ejusdem capituli consensu, et tua ordinaria auctoritate facta vel facienda, seu factas vel faciendas dicta auctoritate Nostra apostolica approbes, atque confirmes.

Concessio privilegiorum.

§. 4. Caeterum dignitatibus, et canonicis praedictis istius collegiatae insignis erigendae, ut ipsae, seu ipsi hyemali tempore cappam magnam coloris violacei vulgo di saja nuncupatam cum pelle mustellae albae, volgo armellino superiuncta; aestivo vero tempore, loco pellis, cum armisino serico, supra roccbettum tam intra, quam extra ecclesiam in choro, et capitulo, et in processionibus, et omnibus ecclesiasticis functionibus, et actibus publicis capitularibus quibuscumque gestare libere ac licite possint et valeant, et eorum successores in perpetuum pariter possint, et valeant, auctoritate et tenore praefatis concedas atque indulgeas.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 5. Decernentes has praesentes literas firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri et obtinere, ac illis ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari; sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 6. Non obstantibus fel. rec. Benedicti pp. XIV praedecessoris Nostri super divisione materiarum, aliisque apostolicis, ac in universalibus, provincialibus, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, nec non dignitatum, ac canonicatuum hujusmodi lege fundationis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter et expresse derogamus caeterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die septima septembris millesimo octingentesimo vicesimo primo, pontificatus Nostri anno vicesimo secundo.

MXI.

Dat. die 11 septembris 1821 anno XXII.

Unio monasterii ss. Petri et Andreae ad urbem Novaliciam in regione Pedemontana, ac monasterii montis Cenisii congregationi Casinensi.

Pius PP. VII.

Ad futuram rei memoriam

Prooemium

§. 1. Omnes quidem religiosos ordines atque familias, ex quibus mirum dictu est quantum firmamenti ac decoris Ecclesiae Catholicae accedat, decet Nos ad illius regimen a Deo vocatos amore complecti ac beneficentiae muneribus cumulare; praecipue tamen id a Nobis praestandum est erga Casinensem ordinis sancti Benedicti congregationem, alias sanctae Justinae de Padua nuncupatam, cui ab ineunte aetate nomen dedimus, et in qua Nos interiore cura educatos, literis excultos, et ad pietatem colendam impulsos, non sine grati animi sensu meminimus. Commode autem accidit, ut Nobis hoc tempore de illa benemerendi, ejusque fines proferendi sit oblata opportunitas.

Expositio precum

§. 2. Etenim dilecti filii abbas Sthephanus Chapuy ac monachi tum monasterii ss. Petri et Andreae, ad oppidum Novaliciam in Pedemontana regione siti, tum etiam abbatiae s. Mariae, in Monte Cenisio assurgentis, et ei monasterio junctae (qui quidem abbas ac monachi ad ordinem sancti Benedicti, non tamen ad Casinensem congregationem pertinuere ad hanc diem) petierunt a Nobis suppliciter per dilectum filium Gregorium Zelli, in ea congregatione decanum, et hujus rei ergo eorum procuratorem electum, ut illos ac futuros in utroque juncto monasterio monachos congregationi Casinensi aggregemus, et in unum cum ea corpus coalescere auctoritate apostolica jubeamus. Quumque dilectus filius abbas Franciscus Cavalli, in praedicta congregatione procuratoris generalis vicem gerens, nomine etiam dilecti filii abbatis Isidori Bartoletti, qui praesidis congregationis ejusdem vicibus fungitur, non modo petitioni eorum non refragetur, verum etiam oret Nos, obsecretque, ut quoniam, ex ejusdem congregationis legibus, de hoc negotio ad generalia comitia referendum esset, et, priusquam res conficiatur, multa per delectos viros de eorum monasteriorum redditibus ac disciplina lento essent examina vestiganda, Nos eam unionem suprema Nostra potestate confectam demus, ne scilicet longa comitiorum expectatione illorum monasteriorum abbas ac monachi torqueantur, ac ne religiosa nonnullorum tyronum professio manere apud illos in suspenso debeat; Nobis sane nihil magis aequum videtur, ac nihil optatius est, quam hujusmodi precibus obsecundare.

Tenor concessionis.

§. 3. Quapropter praedictos oratores, nec non omnes, quibus hae literae favent et quibus prosunt, peculiari benevolentia prosequi volentes, et a quibusvis anathematis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, ac poenis, a jure vel ab homine quavis occasione vel causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, quum probe noscamus, monachos ac quoscumque e religiosis ordinibus viros in unum corpus collectos recta facilius disciplina contineri, et ad suam aliorumque salutem incumbere, quomque idcirco dubitare nequeamus, id utile ac frugiferum parti utrique esse futurum: monasterium ss. Petri et Andreae, ad urbem Novaliciam in Pedemontana regione situm, et illi adnexam abbatiam ac monasterium s. Mariae in monte Cenisio (quae quidem monasteria Nostra etiam apostolica auctoritate perpetuo ac vicissim unimus) in congregationem Casinensem inferimus, illique perpetua pariter unione adnectimus, ac copulamus, cum omnibus, ut dici solet, eorum monasteriorum membris, juribus, bonis, et ad ea pertinentibus quibuscumque rebus.

Constitutiones servandae in monasteriis unitis.

§. 4. Sic autem congregationi eidem adjecta duo illa monasteria, seu potius eorum monachos volumus accurate servare datas congregationi Casinensi regendae constitutiones, ejusque regulae, declarationes, nec non vigentes in ea congregatione pias ac legitimas consuetudines. Insuper, quemadmodum sic aggregata monasteria ac monachos omnium ac singulorum honorum, privilegiorum, jurium participes facimus, quibus Casinensis congregatio ejusque monachi perfruuntur, ita oneribus subesse volumus, quibus ea congregatio ac monachi subsunt ac suberunt; excepto communi aere alieno ad hanc diem ab eadem congregatione contracto. Quoniam vero Casinensis congregatio in aliquas est secta provincias; et habita ratione regionum, quibus insident monasteria ss. Petri et Andreae, itemque s. Mariae, de quibus est sermo, Ligusticae essent provinciae adscribenda; quum tamen nullo modo in ea provincia pateant Casinensium monachorum monasteria; quamdiu res ita manebunt utrumque simul junctum monasterium Longobardicae provinciae assignamus.

Distributio onerum, et

§. 5. Prae oculis autem habentes

redditunm cujusque religiosae domus babendam esse rationem, quum onera eis imponuntur, ac probe noscentes, quibus utrumque junctum monasterium opibus instruatur, decernimus atque mandamus, ut, nisi eorum opes futuro tempore incrementum accipiant (quod si accidat, apostolicae Nostrae Sedi exponendum erit, et ex ejus praescripto agendum) monachi ad sacram professionem admittendi in monasterio ss. Petri et Andreae, et in juncta abbatia sanctae Mariae duodecim sacerdotum, ac quatuor conversorum numerum non excedant, qui in monasterium utrumque dividendi; itemque ut numerus gradu donatorum (decanis minime comprehensis, juxta Casinenses constitutiones eligendis) orientibus titulis a monasterio, et ab adjuncta abbatia, sit duorum abbatum, ac prioris unius; abbas autem regiminis, ut appellari mos est, titulum accipiet a ss. Petri et Andreae monasterio, illique ednexam s. Mariae abbatiam moderabitur, idemque opportunum in abbatia monachorum sacerdotum numerum statuet; qui, simul ac monachi sacerdotes ad sacram professionem admissi numerum duodenarium impleverint, tres saltem esse debebunt, priore seu vicario non excepto, et in tribus monachis sacerdotibus utique recensendo. Is autem abbati ss. Petri et Andreae in rebus ad disciplinam et ad bonorum administrationem spectantibus audiens erit. Denique praedictum ss. Petri atque Andreae monasterium, junctamque illi s. Mariae in Cenisio monte abbatiam ab alia quacumque jurisdictione eximimus, illudque, atque illam Nostra hac perpetuo valitura sanctione subjicimus immediatis, ut ajunt, juribus praesidis, visitatorum, ac regiminis Casinensis congregationis.

redditunm utriusque religiosae domus

§. 6. Decernentes has literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari; sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 7 Non obstantibus fel. rec. Benedicti XIV; praedecessoris Nostri super divisione materiarum, aliisque apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, nec non ejusdem monasterii atque abbatiae legis fundationis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes illis alias in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, ceeterisque contrariis quibuscumque.

Derogatio contrariorum

Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem, sub annulo piscatoris die undecima septembris anno millesimo octingentesimo vicesimo primo, pontificatus Nostri anno vicesimo secundo.

MXII.

Concessio insignium indumentorum, aliorumque privilegiorum favore praepositorum pro tempore existentium ecclesiae oppidi Pontederae dioecesis Pisanae.

Dat. die 11 septembris 1821 anno XXII.

Venerabili fratri
Archiepiscopo Pisano

Pius PP. VII.

Venerabilis frater
Salutem et apostolicam benedictionem

§. 1. Romanorum indulgentia pontificum peculiaria ornamenta aliquando illis tribuit, qui sacras functiones conspicuis in templis obeunt, praesertim si animarum quoque curam gerant, ut externa decora adepti magis illi magisque conentur internis virtutibus enitere, et ea implenda sui ministerii munera alacrius incumbant.

Prooemium.

§. 2. Hinc quum a dilectis filiis clericis ac populo oppidi Pontederae dioecesis istius Nobis nuper sit expositum, quae et quam illustria insignia praepositi plures conspicuae ecclesiae oppidi illius gesserint, quasque honoris significationes ab hac apostolica Sede fuerint assequuti, non tamen indultis, quae praeposituram, sed quae praepositorum illorum peculiarem personam ornarent; quumque iidem oratores demissis precibus a Nobis petie-

Expositio precum

rint, ut illa ipsa ornamenta, easque honoris significationes omnibus ecclesiae Pontederensis praepositis proprias esse velimus; Nos quidem non ea, quae petita sunt, cuncta indulgenda censuimus, sed tamen decori eorumdem praepositorum aliqua, ac satis liberali volumus ratione consultum.

Tenor concessionis.

§. 3. Quapropter omnes, et singulos, quibus hae literae favent, peculiari beneficentia prosequi volentes, et a quibusvis anathematis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, ac poenis, a jure vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, ei, qui hoc tempore praeposituram obtinet in oppido Pontedera dioecesis istius, ejusque successoribus titulum et insignia protonotarii apostolici honorarii auctoritate Nostra suprema concedimus, et elargimur; id tamen ad normam novissimae Nostrae sanctionis, quae de juribus atque ornamentis eorum protonotariorum agit. Item praedicto praeposito, ejusque successoribus concedimus et indulgemus, ut dum in Pisana dioecesi versabuntur, collo tegmen circumdent coloris violacei; dumque sacrum solemne facient intra praepositurae suae limites presbyterum in pluviali veste assistentem possint habere. Quibus quidem insignibus et honoris significationibus ei praeposito ejusque successoribus perfrui licebit, si tibi, venerabilis frater archiepiscope, ac successoribus tuis, habita ratione eorum pietatis atque doctrinae, muneribus hisce beneficentiae Nostrae digni videbuntur, et in id a te, tuisque successoribus rescriptum impetraverint; quo quidem in rescripto mentio erit habenda de Nostris his literis ac de facultatibus archiepiscopis Pisanis hujusce rei ergo, ab apostolica Sede tributis.

Clausulae sublatae, et irritantes.

§. 4. Haec concedimus atque mandamos, decernentes has literas semper firmas, validas, et efficaces existere et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri et obtinere, ac illis ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari; sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 5. Non obstantibus fel. rec. Benedicti XIV, praedecessoris Nostri, super divisione materiarum, aliisque apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, caeterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem, sub annulo piscatoris die undecima septembris anno millesimo octingentesimo vicesimo primo, pontificatus Nostri anno vicesimo secundo.

MXIII.

Damnatio societatis secretae nuncupatae Carbonariorum.

Dat. die 13 septembris 1821 anno XXII

Pius episcopus

Servus servorum Dei

Ad perpetuam rei memoriam

Prooemium.

§. 1. Ecclesiam a Jesu Christo Servatore Nostro supra firmam petram fundatam, et adversus quam ipsemet Christus promisit numquam portas inferi praevalituras, tot saepe, ac tam formidolosi hostes aggressi sunt, nisi divina illa, et quae transire non potest promissio intercessisset, metuendum videretur, ne ipsa illorum aut vi, aut artibus, aut calliditate circumventa, penitus interiret. Quod vero superioribus temporibus evenit, id etiam et praecipue quidem luctuosa hac nostra aetate factum est, quae novissimum illud tempus esse videtur tanto ante ab apostolis praenuntiatum, quo (1) *venient illusores secundum desideria sua ambulantes in impietatibus.* Nec enim quemquam latet quanta scelestorum hominum multitudo difficillimis hisce temporibus convenerit in unum adversus Dominum, et adversus Christum ejus, qui id praecipue curant, ut deceptis per philosophiam, et inanem fallaciam (2) fidelibus, et ab Ecclesiae doctrina avulsis, ipsam Ecclesiam, irrito licet conatu, labefactent, et evertant. Quod ut facilius assequerentur eorum plerique occultos coetus clandestinasque sectas coegerunt, ex quibus futurum sperabant, ut plurimos in suae conjurationis et sceleris societatem liberius pertraherent.

Damnatio sectarum in genere.

§. 2. Jampridem sancta haec Sedes, his sectis detectis, magna liberaque voce contra eas clamavit, et consilia, quae clam ab iis essent inita contra religionem, imo et contra civilem societatem, patefecit. Jampridem omnium excitavit diligentiam ut caverent ne his sectis id conari liceret quod nefarie meditabantur. Verum dolen-

(1) In epist. b. Judae ap. v. 18.
(2) Coloss. cap. 2 v. 8.

dum est his Sedis apostolicae studiis non eum exitum respondisse quem ipsa spectabat, et scelestos homines numquam a suscepto consilio destitisse, unde consequuta tandem ea mala sunt, quae Nosmetipsi perspeximus. Imo homines quorum superbia ascendit semper, novas etiam secretas societates inire ausi sunt.

Quae sit institutio sectae nuncupatae Carbonariorum exponitur

§. 3. Commemorari hoc loco debet societas nuper orta, et longe lateque in Italia aliisque in regionibus propagata, quae licet in plures sectas divisa sit, ac pro earum varietate diversa ac distincta inter se nomina aliquando assumat, re tamen, sententiarum et facinorum communione, et foedere quodam inito una est, et *Carbonariorum* plerumque solet appellari. Simulant illi quidem singularem observantiam, et mirificum quoddam studium in Catholicam religionem, et in Jesu Christi Servatoris Nostri personam, et doctrinam, quem etiam societatis suae rectorem, et magnum magistrum nefarie aliquando audent appellare. Verum sermones hi, qui super oleum molliti videntur nihil aliud sunt quam jaculа ad tutius vulnerandos minus cautos a callidis hominibus adhibita, qui veniunt in vestimentis ovium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces.

Leges quibus sectarii subjacent, nefariam esse societatem demonstrant

§. 4. Sane severissimum illud jusjurandum quo veteres Priscillianistas magna ex parte imitantes pollicentur se nullo unquam tempore, nullove casu vel patefacturos hominibus in societatem non adscriptis quidquam quod eam societatem respiciat, vel communicaturos cum iis qui in gradibus inferioribus versantur aliquid quod ad gradus pertineat superiores; clandestina illa praetera, et illegitima conventicula, quae more a pluribus haereticis usurpato ipsi habent, et cooptatio hominum cujuscumque religionis, et sectae in suam societatem, etsi caetera deessent, satis persuadent nullam memoratis eorum dictis fidem haberi oportere.

Finis sectariorum quis sit exponitur.

§. 5. Verum conjecturis et argumentis opus non est, ut ita de eorum dictis judicetur, quemadmodum superius indicatum est. Libri ab ipsis typis editi, quibus ratio describitur quae in conventibus superiorum praesertim graduum adhiberi solet, eorum catechismi, et statuta, aliaque authentica et ad fidem faciendam gravissima documenta, nec non eorum testimonia, qui eum eam societatem deseruissent cui antea adhaeserant, ejus errores et fraudes legitimis judicibus patefecerunt, aperte declarant, *Carbonarios* id praecipue spectare, ut magnam licentiam cuique dent religionem, quam colat, proprio ingenio, et ex suis opinionibus sibi fingendi, indifferentia in religionem inducta, qua vix quidquam excogitari potest perniciosius; ut Jesu Christi passionem per nefarias quasdam suas caeremonias profanent ac polluant; ut Ecclesiae sacramenta (quibus nova alia a se per summum scelus inventa substituere videntur), et ipsa religionis catholicae mysteria contemnant, utque Sedem hanc apostolicam evertant, in quam, quoniam in ea apostolicae cathedrae semper viguit principatus, (1) singulari quodam odio afficiuntur, et pestifera quaeque, ac perniciosa moliuntur.

Idem ut supra

§. 6. Nec minus, ut ex iisdem constat monumentis, scelesta sunt quae *Carbonariorum* societas tradit de moribus praecepta, quamvis confidenter jactet se a suis sectatoribus exigere, ut charitatem ac omne virtutum genus excolant et exerceant, ac diligentissime ab omni vitio abstineant. Itaque libidinosis voluptatibus impudentissime ea favet: docet licere eos interficere qui datam de secreto, quod superius memoratum est, fidem non servaverint; et licet apostolorum princeps Petrus praecipiat, ut Christiani (2) *omni humanae creaturae propter Deum subjecti sint, sive regi quasi praecellenti, sive ducibus tamquam ab eo missis* etc., jubeatque Paulus apostolus. (3) ut *omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit*, ea tamen societas docet integrum esse seditionibus excitatis reges, caeterosque imperantes, quos per summam injuriam tyrannos passim appellare audet, sua potestate expoliare.

Scelera Carbonariis commissa declarantur.

§. 7. Haec aliaque hujus societatis dogmata et praecepta sunt; ex quibus ea extiterunt in Italia facinora nuper a *Carbonariis* commissa, quae adeo gravem honestis piisque hominibus moerurem attulerunt. Nos igitur qui speculatores domus Israel, quae est sancta Ecclesia, constituti sumus, et qui pro pastorali Nostro munere cavere debemus ne Dominicus grex Nobis divinitus creditus ullum damnum patiatur, existimamus in causa tam gravi non posse ab impuris horum hominum conatibus cohibendis abstinere. Exemplo etiam commovemur felicis recordationis Clementis XII. et Benedicti XIV. praedecessorum Nostrorum, quorum alter quarto kalendas majas anni millesimi septingentesimi tricesimi octavi constitutione *In eminenti*, alter decimo quinto kalendas junias anni millesimi septingentesimi quinquagesimi primi, constitutione *Providas* damnarunt et prohibuerunt societates *dei liberi Muratori*, seu *Francs Maçons*, aut alio

(1) S. Aug. ep. 43.
(2) Ep. 1 cap. 2 v. 13.
(3) Rom. cap. 3 v. 14.

quocumque nomine pro regionum et idiomatum varietate appellatas, quarum societatum fortassse propago, vel certa imitatio haec *Carbonariorum* societas existimanda est. Et quamvis jam duobus edictis per Nostram status secretariam propositis banc societatem graviter Nos prohibuerimus, memoratos tamen praedecessores Nostros sequentes, graves poenas in banc societatem solemniori quidem ratione decernendas putamus, praesertim cum *Carbonarii* passim contendant se duabus illis Clementis XII Benedicti XIV constitutionibus non comprehendi, nec sententiis et poenis in illis latis subiici.

Damnatio societatis.

§. 8. Audita igitur selecta congregatione venerabilium fratrum Nostrorum S. R. E. cardinalium et de ejus consilio, ac etiam motu proprio, et ex certa scientia, ac matura deliberatione Nostris, deque apostolicae potestatis plenitudine praedictam societatem *Carbonariorum*, aut alio quocumque nomine appellatam, ejus coetus, conventus, collectiones, aggregationes, conventicula damnanda et prohibenda esse statuimus, et decrevimus, prout praesenti Nostra perpetuo valitura constitutione damnamus, et prohibemus.

Prohibitio de ineunda, propaganda, vel fovenda societate hujusmodi.

§. 9. Quocirca omnibus et singulis Christifidelibus cujuscumque status, gradus, conditionis, ordinis, dignitatis, ac praeeminentiae, sive laicis, sive clericis tam saecularibus, quam regularibus, etiam specifica et individua mentione et expressione dignis, districte et in virtute sanctae obedientiae praecipimus, ne quis sub quovis praetextu, aut quaesito colore audeat vel praesumat praedictam societatem *Carbonariorum*, aut alias nuncupatam, inire, vel propagare, confovere, ac in suis aedibus seu domibus, vel alibi receptare atque occultare, illi et cuicumque ejus gradui adscribi, aggregari, aut interesse, vel potestatem, seu commoditatem facere ut alicubi convocetur, eidem aliquid ministrare, seu alias consilium, auxilium, vel favorem palam, aut in occulto, directe aut indirecte, per se, vel per alios quoquo modo praestare, nec non alios hortari, inducere, provocare, ac suadere, ut bujusmodi societati, aut cuicumque ejusdem gradui adscribantur, annumerentur, aut intersint, vel ipsam quomodolibet juvent, ac foveant, sed omnino ab eadem societate, ejusque coetibus, conventibus, aggregationibus, seu conventiculis prorsus abstinere se debeant sub poena excommunicationis per omnes, ut supra, contrafacientes ipso facto absque ulla declaratione incurrenda, a qua nemo per quemquam, nisi per Nos, seu Romanum pontificem pro tempore existentem, praeterquam in articulo mortis constitutus, absolutionis beneficium valeat obtinere.

Praeceptum de denunciando episcopis socios.

§. 10. Praecipimus praeterea omnibus sub eadem excommunicationis poena Nobis et Romanis pontificibus successoribus Nostris reservata, ut teneantur denunciare episcopis, vel caeteris ad quos spectat, eos omnes, quos noverint huic societati nomen dedisse, vel aliquo ex iis criminibus quae commemorata sunt, se inquinasse.

Damnatio omnium librorum ad sectam pertinentium.

§. 11. Postremo ut omne erroris periculum efficacius arceatur, damnamus et proscribimus omnes *Carbonariorum*, ut ajunt, catechismos, et libros, quibus a *Carbonariis* describuntur quae in eorum conventibus geri solent; eorum etiam statuta, codices, ac libros omnes ad eorum defensionem exharatos, sive typis editos, sive manuscriptos; et quibuscumque fidelibus sub eadem poena majoris excommunicationis eodem modo reservatae prohibemus memoratos libros, vel eorum aliquem legere, aut retinere; ac mandamus ut illos vel locorum ordinariis, vel aliis ad quos eosdem recipiendi jus pertinet, omnino tradant.

Fides habenda transumptis.

§. 12. Volumus autem quod praesentium literarum Nostrarum transumptis etiam impressis, manu alicujus notarii publici subscriptis, et sigillo personae in dignitate ecclesiastica constitutae munitis, eadem fides prorsus adhibeatur quae ipsis originalibus literis adhiberetur, si forent exhibitae, vel ostensae.

Sanctio poenalis.

§. 13. Nulli ergo hominum liceat hanc paginam Nostrae declarationis, damnationis, mandati, prohibitionis, et interdictionis infringere, aut ei ausu temerario contraire. Si quis autem boc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum.

Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem anno incarnationis Dominicae millesimo octingentesimo vicesimo primo, idibus septembris, pontificatus Nostri anno vicesimo secundo.

MXIV.

Dat. die 20 septembris 1821 anno XXII

Dismembratio portionum ex dioecesibus Cracoviensi ac Premisliensi, et nova erectio episcopatus Tynicensis.

Pius episcopus

Servus servorum Dei

Ad perpetuam rei memoriam.

Proemium

§. 1. Studium paterni affectus, quo Romani pontifices in salutem Dominici gregis debent assidue invigilare, humilitati Nostrae suadet, ut si quando ob locorum naturam et amplitudinem minus apte grandiorem messem curari constiterit, haud abnuamus pro rei sacrae majori bono arctiores aliquarum dioecesium fines designare, novasque sedes episcopales constabilire.

Ratio concessionis.

§. 2. Hisce Nos consiliis perpendenda diligenter suscepimus, quae de nova Tynicensi erigenda dioecesi carissimus in Christo filius Noster Franciscus Austriae imperator, atque Hungariae, et Bohemiae rex apostolicus, nec non Lombardiae et Venetiarum, Galiciae, ac Lodomeriae similiter rex Nobis exposuit, quaeque in maximum Christifidelium commodum ex indubiis monumentis promanatura dignoscimus. Oppidum enim de Tynice remotissima in primis antiquitate praestans celebritatem magnam obtinuit a pervetusto, meritisque olim insigne monachorum ordinis sancti Benedicti monasterio abbatia nuncupato, quod ibidem per octo fere saecula viguit, quodque ob temporum vicissitudines deficiente paulatim regulari observantia, et familia derelictum remansit. Porro inspecto hujus monasterii ambitu, domo abbatiali, caeterisque non paucis aedificiis e solido muro constructis, praefatum oppidum apparuit accommodatissimum, ut in eo sedes novi episcopi cum suo cathedrali capitulo, et clero facili opera collocetur, utque abbatialis ecclesia sub invocatione sanctorum apostolorum Petri et Pauli ambitu, magnitudine, dignitate structurae, copia altarium, et ornatus splendore praecellens, olim quotidiano centum monachorum cantu personans ad cathedralis ecclesiae dignitatem evehi mereatur. Positio vero dicti oppidi censetur aptissima utpote a publica structaque via minime remoti; ita ut exinde facilis episcopo ad omnes novae assignandae dioecesis oras aditus pateat, facilisque pariter dioecesanorum omnium sit ad proprium antistitem accessus.

Tenor suppressionis, et novae respectivae erectionis.

§. 3. Piis igitur praelaudati imperatoris, ac regis votis benigne obsecundare, atque animarum Christifidelium saluti opportune consulere cupientes ex certa scientia, et matura deliberatione Nostris, deque apostolicae potestatis plenitudine, acceptis jam authenticis consensibus venerabilium fratrum Nostrorum Joannis Pauli Cracoviensis, ac Antonii Premisliensis episcoporum, eorumque respective capitulorum, praevia suppressione, extinctione, et annullatione antedicti olim monasterii abbatiae nuncupati monachorum ordinis sancti Benedicti, praefatum oppidum, sive pagum de Tynice, seu Tinocie nuncupatum a Cracoviensi dioecesi dividimus, et ad civitatis episcopalis gradum extollimus cum omnibus juribus, honoribus, et praerogativis, quibus aliae civitates pontificali sede insignitae fruuntur, et gaudent, simulque praefatam ecclesiam sanctorum apostolorum Petri et Pauli, antea regularem et parochialem ad saecularem statum redigendo ad omnipotentis Dei gloriam, et catholicae religionis augumentum in cathedralem ecclesiam Tynicensem nuncupandam, et parochialem ut prius sub eorumdem sanctorum Petri et Pauli apostolorum invocatione extituram, atque in ea sedem, cathedram, et dignitatem episcopalem adipiscendam, et gubernandam, ab uno antistite qui eidem ecclesiae, civitati, territorio ac dioecesi ut infra assignandae, illiusque clero, et populo praesit, inferiores praelatos, aliosque ad synodum convocet, ac omnia et singula jura, officia, et munia episcopalia habeat et exerceat, cum suis capitulo infrascripto, arca, sigillo, mensa episcopali, caeterisque cathedralitatis insignibus, jurisdictionibus, et praerogativis, quibus aliae cathedrales ecclesiae utuntur, et gaudent erigimus, et instituimus; ipsamque episcopalem ecclesiam Tynicensem juri metropolitice archiepiscopi Leopoliensis latini ritus uti suffraganeam subjicimus, atque assignamus.

Erectio capituli cathedralis.

§. 4. In hujusmodi vero cathedrali ecclesia capitulum constituimus tribus constans dignitatibus, nempe praepositi, quae major erit post pontificalem, decani et scholastici, tribusque canonicatibus, de quorum numero unus in theologalem, alter in poenitentiariam praebendas a futuro episcopo designabuntur. Sex praeterea vicarii ipsius cathedralis ecclesiae, et chori servitio erunt addicti. Memorato autem cathedrali capitulo licentiam tribuimus, ut pro chori servitio, pro distributionum, et aliorum quorumcumque emolumentorum divisione, pro onerum supportatione, pro rerum, ac jurium tam spiritualium quam

temporalium prospero felicique regimine, ac directione quaecumque statuta, capitula, et decreta licita tamen et honesta, et canonicis regulis minime adversantia sub episcopi pro tempore existentis praesidentia, inspectione, et approbatione condere, atque edere libere, et licite possit et valeat. Praeterea ipsi capitulo eas gratias ac privilegia impartimur, quibus alia cathedralium ecclesiarum in illis partibus capitula legitime utuntur, fruuntur, et gaudent.

Destinatio habitationis episcopi.

§. 5. Profecto in aedibus antedicti suppressi monasterii Tynicensis decentem et commodam novi futuri episcopi, ejusque successorum assignandam habitationem perpetuo decernimus, ac constituimus.

Dotatio mensae

§. 6. Dotationem vero episcopalis mensae Tynicensis, ut illius antistites pro tempore existentes dignitatem suam decenter tueri valeant, designamus in bonis, fundisque stabilibus in hunc finem a praelaudato Francisco imperatore, ac rege eidem episcopali mensae attributis, quorum redditus ab omni prorsus onere liberi ad annuam duodecim millium florenorum monetae illarum partium summam ascendant. Ex aliis autem bonis, fundisque stabilibus ab eodem imperatore, ac rege assignatis mensae capitularis dotem constituimus, ita ut quilibet ex tribus dignitatibus florenorum mille biscentum, quilibet ex tribus canonicis florenorum mille, singuli ex duobus senioribus vicariis quingentorum florenorum, et quilibet ex quatuor reliquis vicariis florenorum quatuorcentum annuam omnino liberam summam respective percipiant.

Erectio seminarii episcopalis.

§. 7. Cumque ad praescriptum sacri concilii Tridentini pro cleri educatione, et institutione seminarium puerorum ecclesiasticum ab episcopo libere regendum, ac administrandum erigi debeat, ubi sexaginta vel plures etiam alantur alumni, prout hujusce dioecesis necessitas, et utilitas postulabit, Nos aptas illas aedes cum sufficienti bonorum dotatione a supralaudato imperatore, ac rege liberaliter destinatas pro ipsius seminarii erectione, ac stabili existentia in perpetuum constituimus.

Fines dioecesis.

§. 8. Volentes nunc ambitum, et limites hujus novae Tynicensis dioecesis praefinire, omnia illa loca, et paroecias, earumque fractiones, quae in circulis Bocliensi, Mystenicensi, seu Vadovicensi, ac Sandecensi, pariterque in Tarnoviensi circulo continentur, a respectivis Cracoviensi, et Premisliensi dioecesibus perpetuo disjungendo, avellendo, dismembrando, ac separando eadem loca et paroecias, illarumque fractiones vicinioribus parochialibus aggregandas una cum quibusvis beneficiis, cunctoque clero et populo antedictae Tynicensi ecclesiae pro suis territorio, ac dioecesi perpetuo similiter statuimus, et adsignamus, ac futuri, et pro tempore existentis Tynicensis episcopi superioritati, potestati, et jurisdictioni subjicimus, atque supponimus.

Concessio juris nominandi imperatori reservat.

§. 9. Supralaudato autem imperatori ac regi, ejusque successoribus in sinceritate fidei, et in unitate Sanctae Romanae Ecclesiae perseverantibus indultum nominandi infra tempus a jure praefixum ecclesiasticas personas, probatas, bonorum nominis et famae, et secundum sacrorum canonum, et concilii Tridentini decretorum dispositiones idoneas ad memoratam episcopalem ecclesiam Tynicensem, tam pro hac prima vice, quam in futuris vacationibus per Nos, et Romanos pontifices successores Nostros eidem ecclesiae in consueta forma praeficiendas, pariterque nominandi ad omnes dignitates, et canonicatus in praedicta cathedrali ecclesia ut supra erigendos, ac servatis servandis canonice instituendos, de speciali dono gratiae concedimus, atque impartimur.

Onus inscribendi redditus in libris camerae apostolicae.

§. 10. Habita vero ratione bonorum, ac redditum in episcopalis mensae Tynicensis dotationem ut supra assignatorum eamdem ecclesiam Tynicensem in libris camerae apostolicae in florenis quadringentis triginta quatuor cum uno quarto de more taxari mandamus.

Deputatio executoris apostolici

§. 11. Quocirca venerabili fratri Andreae Aloisio archiepiscopo Leopoliensi latini ritus, quem in harum literarum Nostrarum exequutorem eligimus, ac deputamus, necessarias omnes, et opportunas ad praemissorum effectum plenarie consequendum tribuimus facultates, etiam unam, seu plures personam, seu personas in dignitate ecclesiastica constitutam, seu constitutas subdelegandi, ac super quacumque oppositione in actu exequutionis quomodolibet forsan oriturae, servatis tamen de jure servandis, etiam definitive, et quavis appellatione remota libere, ac licite definiendi et pronunciandi.

Praeceptum de transmittendis exemplis actorum executorialium

§. 12. Eidem autem Andreae Aloisio archiepiscopo injungimus, et mandamus, ut exempla singulorum actorum in praesentium literarum exequutionem conficiendorum quam primum fieri poterit ad hanc apostolicam Sedem in authentica forma transmittat in archivio congregationis rebus consistorialibus praepositae diligenter asservanda.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 13. Praesentes porro literas, et in eis contenta quaecumque etiam ex eo quod quilibet interesse habentes, vel habere praetendentes vocati, et auditi non fuerint, ac praemissis non consenserint,

nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostrae defectu notari, impugnari, vel in controversiam vocari, sed perpetuo validas, et efficaces existere et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac ab omnibus ad quos spectat inviolabiliter observari debere volumus, atque decernimus.

Derogatio contrariorum. §. 14. Non obstantibus de jure quaesito non tollendo, de suppressionibus committendis ad partes vocatis quorum interest, aliisque Nostris, et cancellariae apostolicae regulis, ac in synodalibus, provincialibus, universalibus conciliis editis specialibus, vel generalibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, caeterisque contrariis quibuscumque.

Fides habenda transumptis. §. 15. Volumus praeterea ut harum literarum Nostrarum transumptis etiam impressis, manu tamen alicujus notarii publici subscriptis, ac sigillo personae in ecclesiastica dignitate constitutae munitis eadem prorsus fides ubique adhibeatur, quae ipsis praesentibus adhiberetur si forent exhibitae, vel ostensae.

Sanctio poenalis. §. 16. Nulli ergo omnino hominum liceat paginam hanc Nostrarum suppressionis, extinctionis, annullationis, immutationis, erectionis, institutionis, assignationis, applicationis, unionis, subjectionis, suppositionis, concessionis, decreti, indulti, declarationis, commissionis, deputationis, mandati, derogationis, et voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire: si quis autem hoc attentare praesumpserit indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum.

Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem anno incarnationis Dominicae millesimo octingentesimo vicesimo primo, duodecimo kalendas octobris, pontificatus Nostri anno vicesimo secundo.

MXV.

Subiectio sedium Vivariensis, Valentinensis, Nemausiensis, et Montis Pessulani metropolitico juri archiepiscopi Avenionensis in regno Galliarum.

Dat. die 21 septembris 1821 anno XXII.

Venerabili fratri
Stephano Martino
Archiepiscopo Avenionensi
Pius PP. VII.

Venerabilis frater
Salutem et apostolicam benedictionem.

Expositio precum. §. 1. Novam de Galliarum dioecesibus circumscriptionem sancivimus Nostris sub plumbo literis sexto kalendas augusti anni millesimi octingentesimi decimi septimi quarum initium = *Commissa divinitus* = attribuimus per eas Aurajacensem ecclesiam pro suffraganea metropolitanae sedi Avenionensi, Vivariensem autem et Valentinensem suffraganeas dedimus archiepiscopo Viennensi, ac denique inter caeteras suffraganeas ecclesias archiepiscopatus Narbonensis, Nemausensem, et Montis Pessulani assignavimus. Verum cum ex census defectu media ad archiepiscopalium sedium Viennensis, et Narbonensis, et ad Aurajacensis ecclesiae dotationem necessaria minime suppetant, carissimus in Christo filius Noster Ludovicus Galliarum rex christianissimus exponi fecit Nobis tres praedictas sedes, Narbonensem scilicet, Viennensem, et Aurajacensem non posse inter triginta illas connumerari, quas ex noviter, per memoratam bullam, erectis, conservare adnisus est. Postulavit proinde, ut metropolitanae ecclesiae Avenionensi, quae Aurajacensem dumtaxat suffraganeam habebat, praefatas ecclesias Vivariensem, Valentinensem, Nemausiensem, et Montis Pessulani pro suffraganeis assignaremus.

Tenor concessionis. §. 2. Quare votis majestatis suae obsecundantes, de certa scientia, et matura deliberatione Nostris, deque apostolicae potestatis plenitudine, per has Nostras literas, praefatas ecclesias Vivariensem, Valentinensem, Nemausiensem, et Montis Pessulani suffraganeas attribuimus, et subjectas declaramus metropolitanae ecclesiae Avenionensi, derogantes dispositioni memoratae bullae = *Commissa divinitus* = quoad earumdem respectivam assignationem pro suffraganeis archiepiscoporum Viennensis, et Narbonensis, aliisque in contrarium facientibus quibuscumque. Cum vero ex temporario remedio, quod ob

suspensum executionem novae dioecesium, atque ecclesiasticarum provinciarum circumscriptionis et divisionis adoptavimus in consistorio diei vicesimae tertiae augusti anni millesimi octingentesimi decimi noni, cuncta in Gallicanis ecclesiis provisorie in pristino statu permanserint, atque idcirco Valentinensis ecclesia metropolitanae Lugdunensi, et ecclesia Montis Pessulani metropolitanae Tolosanae uti antea suffragari perseveraverint, id te monitum volumus, ut hisce Nostris apostolicis literis ex metropolitico jure tibi subditas agnoscas praedictas Valentinensem, et Pessulanam ecclesias, una cum duabus aliis noviter erectis Vivariensi, et Nemausiensi, ubi primum harum possessionem novi respectivi antistites inierint. Suscepti hujusce consilii certiores hac ipsa die facimus eos, ad quos spectat, ut cessare eo ipso noverint quodlibet veteris metropolitici juris in easdem exercitium, quod ex temporaria dispositione perstare decreveramus. Tibi interim, venerabilis frater, gregique tuo apostolicam benedictionem peramanter impertimur.

Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die vicesima quarta septembris anno millesimo octingentesimo vicesimo primo, pontificatus Nostri anno vicesimo secundo.

MXVII.

Translatio sedis patriarchalis Venetiarum ab ecclesia sancti Petri del Castello nuncupati ad basilicam sancti Marci.

Dat. die 24 septembris 1821 anno XXII

Pius episcopus

Servus servorum Dei

Ad perpetuam rei memoriam

Proemium

§. 1. Ecclesias, quae vel sancti cujuspiam sepulcbro, vel insigni sacrorum monumento, vel antiquitatis, cultusque splendore prae caeteris celebrantur, augeri privilegiis, et apostolicae auctoritatis benignitate decet quam maxime ut inde etiam acriores religioni populorum stimuli compararentur. Notum porro est quanta totius Christiani orbis celebritate basilica sancti Marci Venetiis commendetur non dum permiram operis molitionem, sed ob thesaurum in primis pretiosum sacri corporis ejusdem sancti Evangelistae, quod in ea magnificentissimo apparatu adservatur.

Exponitur quae fuerint vicissitudines, quibus subjecit capitulum patriarchalis ecclesiae, sancti Petri

§. 2. Et quoniam praeteritorum temporum acerbitate factum est, ut patriarchale Venetiarum capitulum a consuetis peragendis in ecclesia patriarchali sancti Petri de Castello quotidianis officiis, et sacris functionibus cessaverit, utque ampla contigua domus pro decenti patriarchae habitatione, proque curia patriarchali assignata in alios extraneos usus fuerit conversa, ex quo evenit ut tam dictum capitulum, quam ipse patriarcha sese alio debuerint transferri, hinc orta est necessitas serio investigandi quibus mediis gravissimo huic negotio apte, ac stabiliter consuli posset.

Consilium transferendi sedem in cappellam basilicae s. Marci jurispatronatus regii.

§ 3. In memorata profecto sancti Marci basilica jam jurispatronatus ducis olim, ac reipublicae Venetiarum regia extabat cappella, cui quamplures presbyteri et clerici a patrono nominati inserviebant, atque in eadem ut in aliis ab ea dependentibus ecclesiis a primicerio tamquam dignitate curata vere nullius spiritualis ordinaria separata jurisdictio, jampridem exercebatur. Cum vero postremis hisce temporibus extinctum gubernium quibuscumque juribus circa dictas basilicam, at cappellam regiam, ipsi tamquam Veneti duci, et reipublicae successori quomodolibet competentibus integre cesserit, et charissimus in Christo filius Noster Franciscus Austriae imperator, atque Hungariae et Bohemiae rex apostolicus, nec non Lombardiae, et Venetiarum, Galliciae, et Lodomeriae similiter rex praedi-

clam jurium cessionem plene ratam habuerit, et expresse confirmaverit; Nos audito venerabili fratre Joanne Ladislao Pysker moderno patriarcha Venetiarum hujusmodi res infradicenda methodo opportune ducimus componendas.

Annullantur jura regiae cappellae, et basilicae sancti Petri, et erigitur nova basilica

§. 4. Praevia igitur omnimoda suppressione, extinctione, et annullatione tam regiae cappellae, ac illius jurispatronatus, quam qualitatis nullius cum separata jurisdictione primiceriatus, ac alterius cujuscumque dignitatis et officii, juris, ac privilegii in supradicta basilica sancti Marci, et in ab ea dependentibus sancti Joannis elemosynarii, aliisque ecclesiis; itemque praevia extinctione dignitatis, ac tituli patriarchalis in antedicta ecclesia sancti Petri de Castello, quae vel ob ipsam loci positionem, nec tanta solemnitate, nec tanta populi frequentia honoratur, ex certa scientia, ac matura deliberatione Nostris, deque apostolicae potestatis plenitudine ad omnipotentis Dei gloriam ipsam basilicam sancti Marci Venetiarum ad patriarchalis ecclesiae gradum ac dignitatem extollimus, ac in ea patriarchalem sedem, et cathedram pro antedicto Joanne Ladislao, ejusque in patriarchatu Venetiarum successoribus, nec non patriarchale capitulum de novo erigimus, ac perpetuo constituimus, ita ut inibi modernus Venetiarum patriarcha, ejusque pro tempore successores ab apostolica Sede deputati omnibus gaudeant juribus, honoribus, privilegiis, praerogativis, jurisdictionibus, praeeminentiis, bonis, ac redditibus quomodolibet sibi legitime competentibus, decentemque ac commodam tam pro se ipsis, quam pro curia patriarchali habeant habitationem in parte illa palatii olim ducalis Venetiarum, quae a laudati Francisci imperatoris ac regis benignitate in hos usus libere, ac perpetuo cessa et donata fuit, ad formam publici instrumenti in actis Nostrae congregationis rebus consistorialibus praepositae jam exhibiti, ac diligenter asservati.

Erectio novi capituli.

§. 5. Novum porro in ecclesia sancti Marci patriarchale capitulum constabit imposterum ex duabus dignitatibus, prima nempe post pontificalem archidiaconatus, et secunda archipresbyteratus curati, nec non ex duodecim canonicatibus, totidemque praebendis, comprehensis in iis praebendis theologali, ac poenitentiaria; qui quidem archipresbyteratus curatus, ac theologalis et poenitentiaria praebendae stabiliter designandae ab antedicto Joanne Ladislao patriarcha per concursum ad formam sacrorum canonum deinceps conferentur. Ex nunc autem praesentium literarum vigore ab eodem patriarcha dilectos filios, dignos et idoneos repertos canonice instituendos esse declaramus, et mandamus, videlicet in archidiaconatu presbyterum Lucianum de Luciani, in archipresbyteratu curato presbyterum Joannem Baptistam Albrizzi, et in duodecim canonicatibus presbyteros Joannem Franciscum Cecchini, Angelum Penti, Angelum Benuzzi, Angelum Sesler, Josephum Graderigo, Dominicum Merlo, Josephum Bagno, Paulum Chiaranda, Fortunatum Mariam Rosada, Aloisium Miani, Augustinum Molin, et Simonem Arrigoni, firmo interea remanente theologi, ac poenitentiarii munere penes illos, qui hoc respective officium actu exercent, itemque firmo remanente indulto utendi iisdem insignibus capitulo patriarchali olim sancti Petri perpetuo a Nobis concesso, atque insuper impartita nunc ipsi moderno, ac pro tempore existenti patriarchali capitulo sancti Marci facultate condendi statuta, ordinationes, et decreta pro chori servitio, et functionibus ecclesiasticis, proque administratione redditµum, et aliorum sibi pertinentium opportuna directione, licita tamen et honesta, et canonicis regulis minime adversantia ab antedicto patriarcha prius examinanda, atque approbanda.

Consulitur decenti servitio novae basilicae

§. 6. In ipsa praeterea ecclesia patriarchali sancti Marci pro ejus decenti servitio, quinque cappellanos seu beneficiatos, duos caeremoniarum magistros, duos diaconos, et duos subdiaconos titulares, duos sacristas, duos chori directores, duodecim presbyteros juvenes chori nuncupatos, et duos cooperatores a memorato patriarcha institui mandamus.

Dotatio capituli patriarchalis

§. 7. Pro dote vero supradicti capituli patriarchalis canonicae addicimus, et applicamus omnes redditus, fundos, honorarios, ac proventus, tam ad capitulum patriarchalis antea ecclesiae sancti Petri de Castello, quam ad primicerium, et cappellanos regios nuncupatos basilicae sancti Marci olim pertinentes nunc a novo patriarchali capitulo administrandos, ex quibus fundis, proventibus, redditibus, ac honorariis duae dignitates pro sua respectiva praebenda mille tercentum sexaginta quatuor libras Venetas, duodecim autem canonici mille sexaginta quatuor, pro quolibet Venetas libras percipient, ita tamen, ut ex aliis proventibus, obventionibus, eventualitatibus seu residentiae fructibus; vel his deficientibus ex massa praefatorum redditµum certa summa ad formam decretorum sacri concilii Tridentini constituatur, et separetur convertenda in quotidianas distributiones, quae inter dignitates, canonicos, aliosque divinis officiis interessentes juxta normam ab an-

tedicto patriarcha proportionabiliter praescribendam imposterum dividatur. Singulis insuper dignitatibus, et canonicis congrua assignanda erit habitatio. Quo vero ad quinque cappellanos, seu beneficiatos, duos caeremoniarum magistros, duos diaconos, et duos subdiaconos titulares, duos sacristas, duos chori directores, duodecim presbyteros juvenes chori nuncupatos, duosque cooperatores summam septem millium octingeetorum quadraginta duarum librarum Venetarum, jam iis assignatam, atque inter ipsos habita ratione laborum ac servitii ab eorum unoquoque praestandi aequa proportione a supradicto patriarcha divideedam perpetuo eanonice addicimus: proviso interim congruae substentationi illerum ex elero regia olim cappella sancti Marci, qui fortasse in hac nova patriarchalis capituli ordieatione heneficium, aut officium aliquod non obtinuerint.

Concessio curae animarum favore capituli

§. 8. Cura autem animarum parochianorum ecclesiae patriarchalis sancti Marci habitualiter penes patriarchale capitulum residebit, et actualiter exercebitur a praedicto Joanne Baptista Albrizzi archipresbyteratus dignitatem obtinente, ac deiede ab ejus in archipresbyteratu successoribus, praevio concursu ad formam saerorum canonum cligendis: quoad vero parochiales a memorata sancti Marci ecclesia dependentes, modernus, et pro tempore existens patriarcha illis de idoneis presbyteris in eura animarum canonice instituendis, deque eorum adjutoribus convenienti congrua, et respective atipendio ipsis constituto providebit.

Concessio tituli minoris basilicae facta ecclesiae sancti Petri de Castello.

§. 9. Suppressis nunc modo, et forma praemissis dignitate, ac titulo patriarchali in ecclesia sancti Petri de Castello eamdem ecclesiam attenta ejus vetustate, ac magnificentia titulo basilicae ad instar basilicarum minorum almae urbis perpetuo decoramus, et in illa curam animarum habitualem statuimus penes capitulum patriarchale, atque actualem penes presbyterum ex approbatis in formali concursu ab eodem patriarchali capitulo nominandum ab ordinario canonice instituendum, et archipresbyterum nuncupandum, quem unus idoneus viearius curatus, et sex alii presbyteri cooperatores, in exercitio eurae aeimarem coadjuvabunt, eisdemque uea eem aliis tresdecim presbyteris juvenibus chori nuncupatis onus injungimus tam praestandi servitium choro praefatae basilicae, quam peculiaria omnia legata pia ipsius ecclesiae altaribus infixa, seu a fundatoribus praescripta adimplendi firmis propterea remanentibus favore dictae basilicae sancti Petri fundis, super quibus eadem pia legata fuerunt imposita. Caetera vero legata pia et missarum onera eamdem ecclesiam et capitulum cemulate respicientia ad ecclesiam sancti Marci apostolica auctoritate transferimus, ut inibi per patriarchale capitulum commode adimpleri possint, ac debeant. Pro congrua autem, et decenti substentatione omnium praefatae basilicae sancti Petri inservientium archipresbyter praeter habitationem septingentas libras Venetas ex bonis stabilibus, ac livellis, vicarius curatus ultra domem libras similes quingentas, sex cooperatores tercentem quinquanginta libras pro quolibet, ac tresdecim presbyteri juvenes chori nuncupati congruum annuale stipendium ex thesauro regio respective percipient: ecclesiae vero sancti Petri pro divini cultus, fabricae, et succursalis paroeciae manutentione librae similes mille quingentae quadraginta novem eum solidis nonaginta octo annuatim assignatae remanebunt.

Distributio servitii a capitulo praestandi in utraque basilica.

§. 10. Ut insuper praefata basilica sancti Petri de Castello perpetuis futuris temporibus suum quoad fieri potest in hisce rerum novis circumstantiis decus, ac splendorem conservet praecipimus, et mandamus, ut in diebus festis sancti Petri principis apostolorum, ac sancti Laurentii Justiniani Veneti proto-patriarchae, nec non in die tertia mensis novembris pro anniversariis exequiis omnium defunctorum patriarcharum Venetiarum, pariterque in vesperis dominicae infra octavam solemnitatis sanctissimi Corporis Christi pro synodali sanctissimae Eucaristiae sacramenti peragenda processione novum capitulum patriarchale saneti Marci servitium chori, et sacras functiones in eadem s. Petri de Castello basilica quotaneis explere teneatur, atque ideirco ipsum patriarchale capitulum, et clerum similibus diebus ab explendis in dicta ecclesia sancti Marci divinis officiis eximimus ac dispensamus.

Clausula sublata, et decretum irritans

§. 11. Praesentes autem literas, ac in eis contenta quaecumque etiam ex eo quod qeilibet forsan interesse habentes, vel habere praetendentes, vocati et auditi non fuerint, ac praemissis non consenserint nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentioeis Nostrae defectu notari, impegnari, vel in controversiam vocari, sed eas perpetuo validas et efficaces existere et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri et obtinere, et ita ab omnibus ad quos spectat inviolabiliter observari debere decernimus.

Derogatio contrariorum.

§. 12. Non obstantibus supradictarem ecclesiarum etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus, privilegiis

quoque, indultis et literis apostolicis; caeterisque contrariis quibuscumque.

Sanctio poenalis. §. 13. Nulli ergo omnino hominum liceat paginam hanc Nostrarum suppressionis, extinctioois, annullationis, erectionis, constitutionis, collationis, institutionis, indulti, facultatis, assignationis, translationis, dispensationis, mandati, decreti, derogationis, et volnntatis iofringere, vel ei ausu temerario contraire; si quis autem boc attentare praesumpscrit iudigoationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum.

Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem anno incarnationis Dominicae millesimn octingentesimo vicesimo primo, octavo kaleodas octobris, pontificatus Nostri anno vicesimo secnndn.

MXVII.

Dat. die 24 septembris 1821 anno XXII

Unin districtuum Aurajacensis, et Carpentoractensis dinecesi Aveninnensi in regno Galliarum.

Venerabili fratri
Stephano Martino
Archiepiscopo Aveninnensi

Pius PP. VII.

Venerabilis frater
Salutem et apostolicam benedictionem

Ratio unionis decernendae. §. 1. Nostris sub plumbo literis datis sexto kaleodas augusti anni millesimi octingentesimi decimi septimi, quarum initium = *Commissa divinitus* = novam Gallicanarum dioccesium circumscriptionem decrevimus, et archiepiscopali ecclesiae Avenionensi pro dioecesi assignavimus binns districtus Avenionensem et Aptensem in provincia Fontis Vallis Clausae, adtributis dioecesi Aurajacensi duobus reliquis ejusdem provinciae districtibus, nimirum Aurajacensi, et Carpentnractensi. Cum vero referri nuper ad Nos fecerit carissimus in Christo filius Noster Ludnvicus Galliarum rex cbristianissimus media haud suppetere pro necessaria Aurajacensis ecclesiae dotatione, atque idcirco opportunum videri Avenionensi dioecesi illos etiam districtus unire, quibus Aurajacensem dioecesim constare decreveramus, duximus nbsecundandum votis hisce majestatis suae, quae tanto est studio connisa, nt ex sedibus per memoratam bullam erectis, triginta integrae maneant, prout congruae ipsarum dotationi consuli salubrius potuerit.

Tenor concessionis §. 2. Quapropter de certa scientia, et matura deliberatione Nostris, deque apostnlicae potestatis plenitudine per has Nostras literas duos illos districtus Aurajacensem, et Carpentoractensem quos prn dioecesi dederamus ecclesiae Aurajacensi in Aveninnensem dioecesim adjungimus, quae proinde noiversam complectetur provinciam Fontis Vallis Clausae. Derogamus idcirco ad praemissorum effectum dispositioni praedictae bullae = *Commissa divinitus* = In iis, quae respiciunt Aurajacensis dioecesis circumscriptionem, caeterisque in contrarium facientibus quibuscumque. Monitum praeterea te volumus provinciam amnis Gardi, quae aotea dioecesi Avenionensi suberat, ex praedictae bullae dispositione pro dioecesi Nemausensi assignatam fuisse, eamque idcirco sub novi ejusdem dioecesis antistitis regimen transferri. In eo confidimns a quo est omne datum optimum, nt divinn fraternitati tuae adsit auxilio in grege tibi commissn feliciter regendo, ejusque auspicem tibi, venerabilis frater, apostnlicam benedictionem peramanter impertimur.

Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die vicesima quarta septembris annn millesimn octingentesimo vicesimo primo, pontificatus Nostri anno vicesimo secundn.

MXVIII.

Dat. die 21 septembris 1821 anno XXII

Subjectio sedis Montispessulani metropolitico juri archiepiscopi Tolosani in regno Galliarum.

Venerabili fratri
Annao Antonio Julio
Archiepiscopo Tolosano.

Pius PP. VII.

Venerabilis frater
Salutem et apostolicam benedictionem

Ratio, et tenor constitutionis.

§. 1. Nostris apostolicis literis, quarum initium est = *Commissa divinitus* = datis sexto kalendas augusti anni millesimi octingentesimi decimi septimi novam in Galliarum regno dioecesium circumscriptionem, novamque de ecclesiasticis provinciis divisionem sancivimus, ex qua episcopalem sedem Montispessulani, quae antea metropolitico Tolosanae ecclesiae juri suberat, inter caeteras suffraganeas assignavimus metropolitanae ecclesiae Narbonensi, quam per eas literas noviter orexinus. Cum vero nova illa dioecesium circumscriptio suspensa remanserit, illud temporarium remedium adhibuimus, quod in allocutione consistoriali diei vicesimaa tertiae augusti anni millesimi octingentesimi decimi noni patefecimus. Facta proinda fuit facultas fraternitati tuaa, nt eos interea temporis perageres suffraganeos agnoscere, qui antea tibi suberant. Erat alter ex iis Montispessulanus episcopus, qui per memoratam bullam Narbonensi archiepiscopo suffragari subinde debuisset. At cum ex causa defectu media non suppetant pro Narbonensis sedis dotatione, nec propterea triginta illis sedibus annumeretur, quas impensissimum pro religionis utilitatibus carissimi in Christo filii Nostri Ludovici Galliarum regis christianissimi studium conservardas ex noviter erectis curavit, votis majestatis suae obsecundantes dictam Montispessulani ecclesiam suffraganeam dedimus archiepiscopo Avenionensi. Id itaque tibi significandum duximus, ut ubi primum novus archiepiscopus suae sedis possessionem inierit, cesses eo ipso ab omni metropolitici juris exercitio, quod ex temporaria dispositione adhuc in praefatam ecclesiam obtinebas. Haud vero ambigimus Nostrae huic voluntati animo libenti fraternitatem tuam obsequuturum fore, cui interim, et gregi tibi concredito Nostrae benevolentiae testem apostolicam benedictionem impertimur.

Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die vicesima quarta septembris anno millesimo octingentesimo vicesimo primo, pontificatus Nostri anno vicesimo secundo.

MXIX.

Dat. die 24 septembris 1821 anno XXII.

Extinctio juris metropolitici archiapiscopi Lugdunensis super ecclesia Valentinensi in regno Galliarum.

Pius PP. VII.

Ad futuram rei memoriam

Ratio, et tenor constitutionis.

§. 1. Nostris apostolicis literis, quarum initium est = *Commissa divinitus* = datis sexto kalendas augusti anni millesimi octingentesimi decimi septimi ecclesiam Valentinensem a metropolitana Lugdunensi, cui antea suffragabatur sejunximus, eamque inter suffraganeas noviter erectae archiepiscopalis sedis Viennensis in Delphinatu adnumerari sancivimus. Cum vero decreta per eam bullam Gallicanarum dioecesium circumscriptio, et ecclesiasticarum provinciarum divisio suspensa remanserit, illud temporarium remedium urgentioribus fidelium per eas regiones degentium necessitatibus adhibuimus, quod in allocutione consistoriali diei vicesimaa tertiae augusti anni millesimi octingentesimi decimi noni patafecimus, et ex ea provisoria dispositione Valentinansis ecclesia inter metropolitanae Lugdunensis suffraganeas censeri perseveravit. Cum autem media ad Viennensis ecclesiae dotationem necessaria, non suppetant, nec proinde sedes illa inter triginta numerari potuerit, quas ex noviter per memoratam bullam erectis conservare pro in ecclesiae utilitates studio connisus est carissimus in Christo filius Noster Ludovicus Galliarum rex christianissimus adsignandam duximus Valentinensem ecclesiam pro una ex Avenionensis archiepiscopatus suffraganeis. Edicimus propterea, decernimus, atque mandamus, nt ubi primum novus Avenionensis archiepiscopus possessionem suae sedis inierit, cesset eo ipso ex parte metropolitanae ecclesiae Lugdunensis in memorata dioecesi Valentinensi quodlibet metropoliticae jurisdictionis exercitium.

Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die vicesima quarta septembris anno millesimo octingentesimo vicesimo primo, pontificatus Nostri anno vicesimo secundo.

MXX.

Dat. die 24 septembris 1821 anno XXII

Subjectio sedis Montispessulani metropolitico juri archiepiscopi Avenionensis.

Venerabili fratri
Mariae Nicolao episcopo Montispessulani

Pius PP. VII.

Venerabilis frater
Salutem et apostolicam benedictionem

Ratio, et tenor concessionis.

§. 1. Etsi per Nostras apostolicas literas datas sexto kalendas augusti anno millesimo octingentesimo decimo septimo, quarum initium est = *Commissa divinitus* = tua isthaec ecclosia suffraganeis archiepiscopi Narbonensis accenseretur; ea tamen obstacula, quae novae Gallicanarum dioecesium circumscriptionis executionem retardarunt, consiliaquo ad temporarium remedium subinde suscepta, quae fuse exposuimus in consistoriali allocutione diei decimae tertiae augusti millesimo octingentesimo decimo nono in causa fuerunt, ut cuncta perstarent eo quo erant modo, ac propterea ecclesia Montispessulani inter suffraganeas metropolitanae Tolosanae adhuc maneret. Cum vero ex census defectu media non suppetant pro Narbonensis sedis dotatione, nec ea proinde numeretur intra triginta sedes, quas ex noviter erectis conservandas curavit pro impenso suo in religionem studio carissimus in Christo filius Noster Ludovicus Galliarum rex christianissimus, votis majestatis suae obsecundantes Montispessulani ecclesiam archiepiscopo Avenionensi suffraganeam adsignavimus. Id igitur fraternitati tuae significare properamus, ut cum ex inita a novo archiepiscopo Avenionensi suae sedis possessione, cesset eo ipso omne metropolitici juris exercitium, quod in tuam ecclesiam ex temporarie dispositione metropolitanae Narbonensi reservatum fuerat, agnoscas illico uti metropolitanum tuum archiepiscopum Avenionensem, ad quem effectum memoratae bullae derogemus, quoad assignationem tuae ecclesiae in suffraganeam metropolitanae Narbonensis. Haec habuimus, quae fraternitati tuae scriberemus, cui interim, gregique tuo apostolicam benedictionem peramanter impertimur.

Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die vicesima quarta septembris millesimo octingentesimo vicesimo primo, pontificatus Nostri anno vicesimo secundo.

MXXI.

Dat. die 24 septembris 1821 anno XXII

Cessatio juris metropolitici archiepiscopi Lugdunensis super ecclesia Valentinensi in regno Galliarum.

Venerabili fratri
Mariae Josepho Antonio Laurentio
Episcopo Valentinensi

Pius PP. VII.

Venerabilis frater
Salutem et apostolicam benedictionem

Ratio, et tenor concessionis.

§. 1. Etsi per Nostras apostolicas literas datas sexto kalendas augusti anno millesimo octingentesimo decimo septimo, quarum initium est = *Commissa divinitus* = tua isthaec ecclesia suffraganeis archiepiscopi Viennae in Delphinatu accenseretur; ea tamen obstacula, quae novae Gallicanarum dioecesium circumscriptionis executionem retardarunt, consiliaque ad temporarium remedium subinde suscepta, quae fuse exposuimus in consistoriali allocutione diei vicesimae tertiae augusti millesimi octingentesimi decimi noni in causa fuerunt, ut cuncta perstarent eo quo erant modo, ac propterea Valentinensis ecclesia inter suffraganeas metropolitanae Lugdunensis adhuc maneret. Cum vero ex census defectu media non suppetant pro Viennensis sedis dotatione, nec ea proinde numeretur intra triginta sedes, quas ex noviter erectis conservandas curavit pro impenso suo in religionem studio carissimus in Christo filius Noster Ludovicus Galliarum rex christianissimus; votis majestatis suae obsecundantes Valentinensem ecclesiam archiepiscopo Avenionensi suffraganem adsignavimus. Id igitur fraternitati tuae significare properamus, ut cum ex inita a novo archiepiscopo Avenionensi suae sedis possessione, cesset eo ipso omne metropolitici juris exercitium, quod in tuam ecclesiam ex temporaria dispositione metropolitanae Lugdunensi reservatum fuerat, agnoscas illico uti metropolitanum tuum archiepiscopum Avenionensem ad quem effectum memoratae bullae derogamus quoad assignationem tuae ecclesiae in suffraganeam metropolitanae Viennensis. Haec habuimus, quae fraternitati tuae scriberemus, cui interim gregique tuo apostolicam benedictionem peramanter impertimur.

Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die vicesima quarta septembris anno millesimo octingentesimo vicesimo primo, pontificatus Nostri anno vicesimo secundo.

MXXII.

Dat. die 2 octobris 1821 anno XXII

Facultas supponendi vestem talarem violacei coloris aliis indumentis, nec non gestandi fasciam, et aureum numisma dignitatibus ecclesiae cathedralis Monacensis.

Pius PP. VII.

Ad futuram rei memoriam

Prooemium

§. 1. Romanorum indulgentia pontificum peculiaria ornamenta aliquando illis tribuit, qui Deo laudes conspicuis in templis persolvunt, ut externa decora adepti magis illi conentur internis virtutibus enitere, et ad sacra ministeria accurate implenda benignitatis etiam apostolicae incitamento impellantur.

Expositio precum

§. 2. Quapropter quum illustri profecto in templo cultui divino inserviant dignitates et canonici archiepiscopalis ecclesiae Monacensis ac Frisingensis, quumque demissis precibus a Nobis petierint, ut peculiaribus nonnullis insignibus eos auctoritate Nostra suprema exornemus; facile exorari Nos patimur ac petitioni hujusmodi obsequimur.

Tenor concessionis.

§. 3. Praedictos ergo oratores peculiari beneficentia prosequi volentes, et a quibusvis anathematis, et interdicti aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris ac poenis, a jure vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quas forte incurrerunt, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, dignitatibus, et canonicis archiepiscopalis ecclesiae Monacensis ac Frisingensis, eorumque successoribus auctoritate apostolica concedimus et indulgemus, ut talarem vestem, aliis indumentis supponendam, violaceo colore imbutam gerant, constrictamque ejusdem coloris fascia, villis, seu floccis concoloribus ex hac dependentibus. Praeterea iisdem concedimus et indulgemus, ut ante pectus aureum numisma suspensum ferant, in antica quidem parte signatum imagine genitricis Dei, in postica autem b. Corbiniani, a quibus ecclesiae Monacensi ac Frisingensi est titulus. Eam autem vestem ac fasciam idque numisma deferre illis ex hoc indulto licebit in choro, in conventibus, seu, ut dici solet, capitulis, quum deliberationis causa coguntur, in sacris supplicationibus, aliisque collegii canonicorum functionibus publicis.

Clausula sublata, et decretum irritans

§. 4. Haec concedimus atque sancimus decernentes has literas semper firmas, validas, et efficaces existere, ac fore suosque plenarios et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis ad quos spectat et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus et per omnia plenissime suffragari; sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores judicari et definiri debere, ac irritum et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 5. Non obstantibus felicis recordationis Benedicti XIV praedecessoris Nostri, aliisque constitutionibus et ordinationibus apostolicis ac, quatenus opus sit, ejusdem archiepiscopalis ecclesiae et collegii canonicorum etiam juramento, confirmatione apostolica vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores praesentibus pro plene et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes illis alias in suo robore permansuris ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter ex expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die secunda octobris millesimo octingentesimo vicesimo primo, pontificatus Nostri anno vicesimo secundo.

MXXIII.

Dat. die 27 novembris 1821 anno XXII.

Confirmatio statutorum reformatorum et privilegiorum concessorum sodalitio sanctissimae Trinitatis de urbe.

Pius PP. VII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Proemium

§. 1. In supremo apostolicae dignitatis fastigio, meritis quamvis imparibus, coelesti rerum dispensatione collocati, id profecto velle, ac pro viribus curari debemus, ut pia illa opera, quae ad Dei honorem et gloriam, simul et ad spiritualia et temporalia fidelium commoda pertinent, omni, qua possumus, ratione tueri, atque in majus etiam provehere studeamus. Quod quidem si in omnibus, qua late patent, christiani orbis provinciis, et urbibus, quas pastorali Nostra et apostolica sollicitudine semper complectimur, multo tamen magis hac in urbe, quae ut omnibus lux est et magistra veritatis, ita etiam caeteris documento at exemplo sit oportet.

Laudibus prosequitur pium sodalitium a s. Philippo Neri institutum, ac auctoritate apostolica confirmatum.

§. 2. Hac de causa animum intendentes Nostrum ad sodalitium ssmae Trinitatis hac in alma urbe Nostra jam ab anno millesimo quingentesimo quadragesimo octavo canonice constitutam, ac pluribus privilegiis, gratiis, beneficiis ditatum, titulo praeterea archisodalitatis auctum ab Romanis pontificibus praedecessoribus Nostris, quidquid illi conservando, et adaugendo expedire ducimus, auctoritate Nostra apostolica benigne concedere haud ambigimus. Ejus enim sodales legibus atque institutis adhaerentes et exempla aemulantes priscorum sodalium, praesertim vero sancti Philippi Nerii, viri bao de urbe tam praeclare meriti, quem eorum auctorem, ac parentem merito habent, et colunt, tum sanctissimam Eucharistiam singulis quibusque mensibus publicae adorationi proponunt, et assidue interea adorant ipsi, tum pauperes peregrinos huc undique devotionis caussa confluentes, simul et convalescentes ex hujus urbis valetudinariis singulari charitate excipiunt, omnique ope alendos, et reficiendos curant, tum denique alia pia opera praestant, qoae civili aeque, et christianae reipublicae magno et exemplo, et commodo sunt.

Expositio precum.

§. 3. Quum igitur, sicut Nobis expositum nuper fuit a dilectis filiis primicerio, et custodibus praedictae archisodalitatis sanctissimae Trinitatis Peregrinorum et Convalescentium urbis nuncupatae, leges atque instituta ad rectum illius regimen, vel ab ipsis fundationis primordiis condita, atque a felicis recordationis Gregorio pp. XIII praedecessore Nostro per apostolicas suas sub plumbo literas datas kalendis aprilis anno millesimo quinquagesimo septuagesimo sexto confirmata, ob maximas et notissimas rerum vicissitudines Nostris hisce temporibus haud plene jam congruere viderentur, sodales iidem, annuente clarae memoriae cardinali Romualdo Braschio de Honestis tunc temporis ejusdem archisodalitatis patrono, in generalibus comitiis die vicesima sexta junii anno millesimo octingentesimo tertio de illis aliqua ex parte, prout opus esset, vel emendandis, vel immutandis, vel ampliandis consilium coeperunt. At res ob novas obortas difficultates, et publicas turbas diutius, quam par erat, differri debuit, donec tandem opus, quod ex iteratis sententiis congregationis archisodalitatis praedictae, et mandato cardinalis patroni a quibusdam conficiendum erat, sodalibus, qui aetate, prudentia, rerumque usu peridonei visi sunt, absolutum perfectumque est. Omnibus igitur mature perpensis leges, et instituta hujusmodi ita emendata et aucta, tum etiam privilegia omnia, quae a praedecessoribus Nostris, et a Nobis ipsis archisodalitati praedictae alias fuerant concessa unum in librum, seu volumen nunc contulerunt, cui titulus = Statuti della ven. arciconfraternita della santissima Trinità de' Pellegrini, e de' Convalescenti di Roma accresciuti, e riformati in Roma l'anno 1821 dalle stampe di Crispino Puccinelli, con licenza de' superiori = Jam vero ut hae leges, atque instituta ita emandata et aucta inviolata serventur, ac privilegia alias a praedecessoribus Nostris, et a Nobis ipsis concessa firmius vigeant, atque persistant, praedicti exponentes apostolicae confirmationis Nostrae munimine ea roborare summopere desiderant, enixisque precibus a Nobis expostulant.

Tenor apostolicae confirmationis.

§. 4. Nos igitur praedictam archisodalitatem, quae quantae utilitati, et commodo fuerit semper religioni, et civili societati, et adhuc sit, tot publica monumenta testantur, tum etiam eos, qui illi praesunt, omnesque sodales specialibus gratiis et favoribus prosequi volentes, et a quisbusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint hujus tamen rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus hujusmodi eorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, re-

ferente Nobis venerabili fratre Nostro Petro Francisco episcopo Albanensi Sanctae Romanae Ecclesiae cardinali Galleffio nuncupato ejusdem archisodalitatis patrono, et supplicum libellorum Nostrorum a secretis, leges et instituta, ac privilegia praedicta auctoritate apostolica tenore praesentium approbamus et confirmamus, illisque inviolabilis apostolicae firmitatis robur adjicimus, omnesque, et singulos juris, et facti defectus, si qui desuper intervenerint, sanamus, atque supplemus.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 5. Decernentes has praesentes literas firmas, validas, et efficaces existere ac fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere, ac illis ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus et per omnia plenissima suffragari. Sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 6 Non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis, ac ecclesiae praedictae etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque.

Fides habenda transumptis.

§. 7. Volumus autem, ut praesentium literarum transumptis etiam impressis, et manu alicujus notarii publici subscriptis, ac sigillo personae in ecclesiastica dignitate constitutae munitis eadem prorsus fides in judicio et extra illud adhibeatur, quae ipsis praesentibus adhiberetur si forent exhibitae vel ostensae.

Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die vicesima septima novembris millesimo octingentesimo vicesimo primo, pontificatus Nostri anno vicesimo secundo.

MXXIV.

Erectio trium cappellaniarum ex bonis relictis a Josepho Maria Bernardini, ejusque filia Nicolaa in dioecesi Firmana.

Dat. die 7 decembris 1821 anno XXII

Pius PP. VII.

Ad futuram rei memoriam

Proemium

§. 1. Pertinet ad apostolici Nostri ministerii partes curare, ut haereditates, ac legata quae piorum onerum causa a testatoribus relicta fuerint in opera ab illis praescripta erogentur; simul tamen si testatorum propinqui praetendi ab eorum haereditate praesidio egerent a Nostro munere pastorali minime abhorrere censemus, quam pauperibus propinquis opem testatores afferre neglexerint, eam illis impulsu Nostrae aequitatis afferre.

Derogatio testamenti in levamen consanguineorum.

§. 2. Quapropter licet ex testamento condito anno millesimo septingentesimo quadragesimo nono a Josepho Maria Bernardini Firmanae dioecesis si e vivis excederet unica ejus filia Maria Nicolaa haud relictis masculis filiis, universa testatoris haereditas in quatuor cappellaniarum institutionem impendi deberet, Nos tamen, praedicta Maria Nicolaa adhuc superstite sed innupta, senioque gravata et juxta paterni testamenti legem, post Lepidae matris suae obitum universae haereditatis paternae usum fructum percipiente jam inde ab anno millesimo octingentesimo tertio Josephi Mariae testatoris egenis propinquis opem ac levamen ex illius haereditate afferendum decrevimus. Etenim per Nostrum chirographum diei vicesimae secundae decembris memorati anni millesimi octingentesimi tertii, testatoris voluntati derogantes, salvo tamen usufructu tunc in vivis degentis Mariae Nicolaae semissem haereditatis testatoris Bernardini in stirpes deferri jussimus Nicolao, et Francisco et Antonio, nec non germanis fratribus Alexandro, et Dominico Bernardini, quos omnes constitit Nobis in re angusta versari, et ad testatoris agnationem pertinere, ac alio autem haereditatis semisse, ejus voluntati inhaerendo, quatuor erigi cappellanias mandavimus in ecclesia parochiali divi Georgei portus Firmi, reservata parocho nominatione rectorum, prout Josephi Mariae Bernardini testamento sancitum, annos a chirographo nostro emisso nondum effluxerat, quum agnati alii testatoris in Samnio degentes, nimirum fratres Cajetanus ac Michael Bernardini suam pariter egestatem quaerentes aliquid ex eadem hae-

reditate praesidii a Nostra clementia petierunt. Quibus per rescriptum, auditore Nostro referente, editum die quarta octobris anni millesimi octingentesimi quarti unciam haereditatis Josephi Mariae impertivimus post ejus filiae decessum percipiendam, conficiendamque ex redditibus semissis erectioni quatuor cappellaniarum ex Nostro chirographo addicti; mandavimusque inhaerentia illis onera prorsus inexpleta manere, donec ex earum fructibus integra uncia illa non existeret.

Ob mutatam voluntatem filiae Nicolae lites subortae sunt super divisione haereditatis.

§. 3. Haec misericordiae et aequitatis ductum sequuti Nostro chirographo ac rescripto constituenda putavimus, quae sane videbantur nullius immutationis vicibus obnoxia esse debere, quum testatoris filia Maria Nicolaa, cui ob Lepidae metris dotem, et ligitimam, e paterna haereditate detrahendam jus erat aliquid in illam movendi, semel iterumque declarasset nihil sibi optatius esse quam ultimam impleri patris sui voluntatem, qui testamento jussum ao preces addiderat, quibus a filia enixe petebat, ut si nullam esset prolem masculam relictura, perciperet relictum sibi usum fructum paternae integrae haereditatis, nihil autem ex ea vellet quovis jure ac quacumque ex causa decerptum. Sed ut facilis ac creber est humanarum mentium ex uno in aliud consilium transcursus, in proposito, Maria Nicolaa non stetit, ac quo tempore manum testamenti sui tabulis condendis admovit de materna dote ac de legitima, quas ex patris haereditate detrahere per legis praescriptum posset pro arbitratu suo statuit. Quamquam patris voluntate in eo non discessit, quod e suis omnibus in paternam haereditatem juribus, additis etiam scutis trecentis ex annuo censu, quem ipsa emerat, geminam ex eadem sancti Georgei portus Firmi parochia cappellaniam erigi jussit, quarum quidem prima vice cappellanos ipsa nominavit. Quum vero Maria Nicolaa testamento hoc condito anno millesimo octingentesimo decimo octavo supremum diem obiisset, dilecti filii Franciscus aliiqui Bernardini, semisse haereditatis Josephi Mariae chirographo donati adversarios se praebuerunt cappellanis a Maria Nicolaa nominatis, ejusque exequutori testamentario urgentibus contra haereditatem Josephi Mariae utrumque creditum, de quo mentio est habita se in judiciale discrimen deducta primo quidem penes archiepiscopi Firmani generalem vicarium, deinde vero in causarum palatii Nostri apostolici auditorio numquam non causa cappellanorum stetit, semperque haereditati Mariae Nicolaae tributa est actio maternam dotem ac legitimam ex ejus patria haereditate detrahendi. Quumque litis hujusmodi causa praecipue a metu extiterit quo Franciscus aliique Bernardini tenebantur, verentes ne imminuto asse Josephi Mariae haereditario per eas detractiones, ideoque imminuto etiam valore semissis illius ex quo per Nostrum chirographum, quatuor post Mariae Nicolaae obitum cappellanias erigi jussimus.

Totum negocium literum suprema sapientia componitur.

§. 4. Nos semissem alium in eorum opem expendi non pateremur; hisce rerum in adjunctis voluntatem Nostram de toto hoc negotio prodendam, lites supprimendas, et quam minima poterit rerum statutarum cum immutatione dissidium omne componendum aggredimur. Quia igitur dum lis ageretur legitima ratione compertum est, usum haereditatis Josephi Mariae Bernardini, aere alieno oneribusque deductis ad scutatorum octomillium quadrigentorum viginti quinque summam assurgere, ac quia Mariae Nicolaae in haereditatem illam jura e memoratis originibus profluentia summam scutatorum trium millium septingentorum septuaginta quinque deposcunt, ex quibus illa geminas cappellanias adjunctis scutatis trecentis acquisiti a se census erigendas curavit; primo quidem volumus, atque mandamus a venerabili fratre archiepiscopo Firmano quem opportuna ad id facultate munimus ex integro esse haereditatis Josephi Mariae Bernardini demi scutata alia septingenta triginta septem et obulos quinquaginta, ut nimirum expleatur semissis in pia opera erogandus juxta chirographi Nostri sanctiunem. Ex his autem scutatis septingentis triginta septem et obulis quinquaginta ab integro asse ad implementum semissis deducendis, tertiam erigi cappellaniam praecipimus, eamque subdi legibus, quas in suo testamento Joseph Maria Bernardini constituit. Verum tamen quia cappellania hujusmodi ob tenuitatem annui redditus ex ea percipiendi impar erit cunctis oneribus, quae testator imposuit cappellaniis longe ditioribus, quas animo suo suaque designatione conceperat, venerabili fratri archiepiscopo Firmano facultatem pariter facimus praescribendi quibus cappellania haec subjici oneribus debeat.

Erectio trium cappellaniarum.

§. 5. Sic autem ejus haereditatis in pia opera consumpto semisse (suffragante in id etiam pia Mariae Nicolaae voluntate) semissem alium haereditatis inter eos dividi volumus testatoris agnatos, quos levaminis indigos per Nostrum chirographum diei vicesimae secundae decembris anni millesimi octingentesimi tertii fovendos, recreandosque suscepimus; contractusque ab iis vel inter se, vel cum aliis deinde initos super semissis parte unicuique agna-

torum a Nobis tributa (nisi alia injustitiae labe fortasse inficiantur) robur ac firmitatem daclaramus obtinere debere. Quoad vero haereditatis unciam per Nostrum rescriptum diei quartae octobris millesimi octingentesimi quarti tributam eliis testatoris agnatis Cajetano et Michaeli eam ut illu in rescripto statutum est confici volumus ex fructibus semissis erectioni cappellaniarum adscripti, quae quidem si redactae ad tres sunt, quam rescripti tempore quatuor censerentur esse debere, nihil hoc rei summam immutat, quam in trium erectionem integer erogetus semissis fuerit, adjectis etiam a Maria Nicolaa scutatis trecentis. Sed tamen alia ex parte rescriptum illud revocantes decernimus ac constituimus, implementum onerum, quae duobus cappellanis a Maria Nicolaa sunt imposita, tertioque cappellano a venerabili fratre archiepiscopo Firmano imponentur non omnino differendum esse usque ad factam integram solutionem unciae Gajetano simul ac Michaeli attributae. Volumus quidem ex tribus cappellaniis unam quamque pro viribus suis ad unciae confectionem conferre; sed interim nolumus piam testatoris, ac testatricis voluntatem omei effectu carere, arbitriumque permittimus eidem venerabili fratri archiepiscopo Firmano statuendi, quae pars fructuum trinae cappellaniae in piorum legatorum exequutionem interea sit eroganda, ita tamen ut dimidia saltem pars illarum annui fructus in eam exequutionem interim cedat.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 6. Haec mandamus ac constituimus judiciali controversia ac liti, quae inter testatoris agnatos et nominatos a Maria Nicolaa cappellanos exarsit, perpetuum silentium imponentes; decernentes quoque has literas nullo obreptionis, subreptionis aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostrae, aut consensus interesse habentium, aliove quolibet defectu notari, aut in controversiam, et judicium vocari posse etiam ad effectum obtinendae aperitionis oris, aut restitutionis in integrum, sed tamquam ex pontificiae providentiae officio ac motu proprio, et ex certa scientia editas semper firmes, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri, et obtinere, dictisque in omnibus et per omnia plenissime suffragari, sicque in praemissis per quosque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores, ac S. R. E. cardinales sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritae scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 7. Non obstantibus apostolicis, ac in universalibus provincialibusque, et synodalibus conciliis, editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, et Nostris, et cancellariae apostolicae regulis etiam de jure quaesito non tollendo, nec non praedicto Nostro chirographo ac rescripto, tum etiam testamentis Josephi Mariae ac Mariae Nicolaae Bernardini, quibus omnibus, et singulis illorum tenores praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes illis alias in suo robore permansuris ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem, sub annulo piscatoris die septima decembris anno millesimo octingentesimo vicesimo primo, pontificatus Nostri anno vicesimo secundo.

MXXV.

Confirmatio decreti editi e s. congregatione Consistoriali super nova dioecesium distributione in ducatu Mutinensi.

Dat. die 11 decembris 1821 anno XXII

Pius PP. VII.

Ad futuram rei memoriam

Proemium.

§. 1. Sacrorum canonum sanctione, historiaeque ecclesiasticae monumentis adeo exploratum putabat fel. rec. Benedictus XIV mirifica excultus doctrina praedecessor Noster, pro jure suo Romanos pontifices posse episcoporum, ac catholicorum quorumvis antistitum dioeceses erigere vel abolere, vel unam unius partem alteri dioecesi attribuere, ut supervacaneum duceret in colligendis pro eo jure argumentis operam, tempusque conterere. (In allocutione habita in consistorio secreto die quinta julii anni millesimi septingentesimi quinquegesimi primi). Qua propter ex quo, immerentes licet, ad totius Ecclesiae clavum vocati sumus, eo jure interdum uti non dubitavimus, vel ut partes aliquas christianae reipublicae impiorum scelere perturbatas, ac laceras componeremus, ac sanitati restitueremus, vel ut in aliis ejusdem partibus ea, quae non omnino male se habebant, verterentur in melius, et ex episcoporum cathedra facilius in subjectam omnem plebem, institutio salubris flueret.

Tenor precum porrectarum a duce Mutinentium.

§. 2. Quum igitur a dilectissimo in Christo filio Nostro Francisco Austriae archiduca, ac Mutinentium duce expositum Nobis fuerit, dioeceses Mutinensis, Regiensis, Carpensis, ac Nonantulanae ad ducatum pertinentes civili suae dominationi subjectum, neque commodis, neque perpetuis finibus circumscribi, sed paroecias plures habere intersitas, quibus alii antistites praesint, iique principum etiam aliorum in ditione constituti (ex quo rectae illarum dioecesium administrationi non leve impedimentum objicitur, ibidemque ecclesiasticae disciplinae vis languet) quumque spectatissimus, ac pientissimus princeps, cujus praecipua vota, ac studia in Ecclesiae bonum feruntur, suppliciter a Nobis petierit, ut Nostra apostolica potestate paroecias quasdam a memoratis dioecesibus avellamus, aliisque adjungamus, prout videtur locorum indoles, et propinquitas, reique ecclesiasticae commodior administratio requirere; statim versare negotium coepimus, ac rationi insistere, qua proposita res perduci ad exitum posset. Aegre quidem tulimus, optimi principis desideriis moram aliquam debuisse afferri; quum experientia edocti noscamus, nihil illum agitare, ac volvere, quod sit a Dei gloria, et ab Ecclesiae utilitate sejunctum, ideoque pro explorato habere liceret, ejus de nova dioecesium circumscriptione consilia pietati in Deum, salutique animarum favere? Ne tamen a recepto more discederemus, rem totam diligenter expendendam mandavimus Nostrae consistorialibus rebus praepositae congregationi; omniumque antistitum, quorum res agcretur, explorari sensum jussimus, rationesque librari. Deniqua rebus omnibus accurate perpensis, compertaque utilitate propositarum unionum, et avulsionum, per quas singulis fere dioecesibus in ea parochiarum permutatione plarumque tantumdem rependitur, quantum eripitur, die decima nona septembris anni hujus, referente dilecto filio magistro Raphaele Mazio ejusdem congregationis secretario, decretum Nostrum editum est, in quo haec habentur, videlicet.

Tenor decreti editi a sacra congregatione Consistoriali.

§. 3. Sanctitas sua ea, quae sequuntur, decernere dignata est. Parochialem in primis ecclesiam Cella, et prioratum sancti Silvestri Regiensis nuncupatas a dioecesi Nonantulana, paroeciam vero di Brescello sub titolo sanctae Mariae Majoris a Mutinensi dioecesi dismembrandas, et dioecesi Regiensi esse incorporandas. Parochiales vero ecclesias nuncupatas Concordia sub titulo sancti Pauli = sanctae Catharinae, et sancti Joannis Baptistae subsidiales = sancti Possidonii = Vallata sub titulo sanctae Mariae Albae = Mirandola sub titulo sanctae Mariae Majoris = Cividale sub titulo sancti Michaelis Archangeli = Gavello sub titulo sancti Blasii = sanctae Justinae, sancti Martini in Carano subsidiales = Roncole sub titulo sanctorum Philippi, et Jacobi = Quarantoli sub titulo sanctae Mariae de Nive = Tramuschio sub titolo sanctae Elisabethae = Fossa Mirandolese sub titulo sancti Petri = Mortizzolo sub titulo sancti Leonardi = Novi sub titulo sancti Michaelis, et aliam sancti Martini in Spino, a dioecesi Regiensi separandas, et Carpensi dioecesi esse adjungendas; similiter parochialem ecclesiam noncupatam di Pieve di Trebbio sub titulo sancti Joannis Baptistae a dioecesi Carpensi avellendam, et dioecesi Mutinensi esse aggregandam. Parochiales praeterea ecclesias nuncupatas Borretto sub titulo sanctae Mariae = Lentigione sub titulo sanctissimae Annuntiationis = sancti Hilarii sub titulo sanctae ecclesiae, Calerno sub titulo sanctae Margaritae = Cadé sub titulo sancti Jacobi majoris = Gaida sub titulo sancti Juliani = Campegine sub titulo sancti Petri = Castelnuovo di sotto, sub titulo sancti Andreae - sancti Savini = Cogruzzo sub titulo sancti Leonardi = Meletole sub titulo sancti Martini = Gualtieri sub titulo sanctae Mariae da Nive = Pieve Saliceto sub titulo sanctissimae Annuntiationis = sanctae Victoriae = Montecchio sub titulo sancti Donnini = Barco sub titulo sancti Petri = Cavriago sub titulo sancti Nicolai = Monchio sub titulo sanctorum Petri et Pauli = Roncaglio sub titulo sancti Michaelis = Scurano sub titulo sanctorum Hippolyti, et Cassiani = Bezzano sub titulo sancti Ambrosii, et aliam sancti Sisti, cum suis subsidiariis ecclesiis, si quas forte memoratae paroeciae in Regiensi provincia babent a dioecesi Parmensi nunc pro tunc, quando scilicet praedicta ecclesia Parmensis quomodocumque vacaverit, dividendas, et dioecesi Regiensi esse uniendas; parochiales vero ecclesias nuncupatas Brugneto sub titulo sanctae Mariae = Casoni sub titulo sancti Caroli, Co-di-sotto sub titulo sancti Antonii abbatis, Luzzara sub titulo sancti Georgii = Reggiolo sub titulo sanctae Mariae = Rotta sub titulo sancti Rochi - Ciano sub titulo sancti Martini = Correggio sub titulo sanctorum Francisci et Justinae = Gombio sub titulo sanctae Mariae, et Rosana sub titulo sancti Mathaei cum suis subsidiariis ecclesiis, si quas forte praedictae paroeciae in Parmensi provincia babent a dioecesi Regiensi, nunc pro tunc, quando scilicet dismembrationes supradictae a Par-

mensi dioecesi suum habebunt effectum ; segregandas, et dioecesi Parmensi esse addicendas. Ex qua quidem paroeciarum inter Parmensem, et Regiensem dioecesim permutatione quamquam Parmensis dioecesis undecim paroeciarum dispendium patiatur, paroeciae tamen illae, quae Parmensi dioecesi adjunguntur, ut ex legitimis probationibus constitit, non modo sufficienti omnes congrua instructae sunt, verum etiam ex his nonnullae adeo amplis gaudent redditibus, ut rationem episcopo subministrare possint, qua emeritis presbyteris praemium, aliisque ad omnem laudem, et virtutem incitamentum valeat subministrari. Parochiales deinde ecclesias nuncupatas Castel d'Ajano = Sasso Molare = et Villa d'Ajano cum suis subsidiariis in ditione pontificia sitis ecclesiis a dioecesi Mutinensi, nec non etiam parochiales ecclesias nnncupatas = Crevalcore = Caselle = Samartini = Palata = Galeazza = Bevilacqua = Panzano = Recovato = Caggio = Rastellino = et etiam la Madonna degli Angeli nuncupatam, cum suis subsidiariis ecclesiis in pontificia pariter ditione positis a dioecesi Nonantulana dividendas, ac dismembrandas, et dioecesi Bononiensi temporali Romanae Ecclesiae dominio subjectas de apostolicae potestatis plenitudine esse incorporandas, firmis tamen etiam in posterum favore abbatiae Nonantulanae bonis ac redditibus, quae in praedictis paroeciis sanctae Sedis ditioni subjectis abbatia ipsa possidet. Decrevit postremo, quod si aliquae parochiales ecclesiae ducatus Parmensis fractionem aliquam territorii parochialis habeant in ducatu Mutinensi, fractiones hujusmodi a praedictis ecclesiis parochialibus segregentur, et vicinioribus parochialibus ecclesiis Mutinensis ducatus applicentur, et vicissim fractiones quas in ducatu Parmensi habeant parochiales ecclesiae ducatus Mutinensis, ut supra, ab actnalibus ecclesiis, a quibus pendent, dismembrentur, et vicinioribus paroeciis ducatus Parmensis adjungantur. Idem quoque statuit circa fractiones paroeciarum dioecesium Bononiensis, Mutinensis, et Nonantulanae, quae ultra fines pontificiae ditionis, et respective ducatus Mutinensis invenirentur, proptereaqua fractiones illas, si adsint, a dioecesibus ad quas actu pertinent dismembrari, et vicinioribus ecclesiis parochialibus ejusdem ditionis in qua illae fractiones existunt, uniendas esse praecepit. Esdem autem Sanctitas sua, superius enunciatas parochiales ecclesias, et respective fractiones cum omnibus, et singulis ecclesiis, beneficiis, monasteriis, conventibus, clero, personis saecularibus, et regularibus in praefatis paroeciis existentibus, et commorantibus a supradictis respective Nonantulae, Regiensi, Carpensi, Parmensi, et Mutinensi dioecesibus sic ut supra dismembratas, divisas, ac separatas, et in posterum praefatis respective Regiensi, Carpensi, Mutinensi, Parmensi, Bononiensi dioecesibus, uti iisdem conterminis, una cum omnibus, et singulis ecclesiis, beneficiis, monasteriis, conventibus, clero, personis secularibus, et regularibus in supradictis paroeciis, aut fractionibus paroeciarum sic ut supra dismembratis existentibus et commorantibus univit, incorporavit, et addixit ; ita ut eaedem paroeciae, et fractiones ut supra memoratae cum omnibus, et singulis in posterum juxta suprascriptam respective dispositionem archiepiscopo Bononiensi, et episcopis Parmensi, Mutinensi, Regiensi, et Carpensi subjectae sint, prout hactenus respective subjectae fuerunt episcopis Parmensi, Regiensi, Carpensi, et Mutinensi, nec non abbati Nonantulae Nollius dioecesis cum clausulis solitis, et consuetis. Ad consulendum autem bono dioecesanorum eadem Sanctitas Sua injunxit, atque praescripsit, ut omnia, et singula documenta, respicientia paroecias et loca ab ordinaria jurisdictione unius ad alteram ecclesiam translatas, et translata, a respectivis cancellariis in quibus modo existunt extrahi, et cancellariis illarum ecclesiarum quibus addicta, et incorporata, vel unita ut supra fuerunt, opportuna forma tradi, et in illis perpetuo asservari debeant. In exequuturem denique literarum apostolicarum super praesenti gratia conficiendarum Sanctitas Sua reverendum patrem dominum Tiburtium Cortesi modernum episcopum Mutinensem deputare dignata est, cum fecultate ea omnia ad effectum perducendi, quae praesenti decreto continentur, ac subdelegandi unam, seu plures personas in dignitatu ecclesiastica constitutas ad praemissorum effectum, et injuncta ei obbligatione transmittendi ad sacram congregationem Consistorialem exemplum decretorum omnium, quae in hujus decreti et literarum apostolicarum desuper expediendarum exequutionem emittet, authentica forma exaratum, ut in ejusdem sacrae congregationis actis asservari valeat.

§. 4. Nunc autem rebus omnibus eo decreto constitntis robur addere apostolicarum literarum cupientes, praecipimus atque jubemus, in eo contenta et statuta quaecumque accuratae exequutioni mandari. Confirmatio decreti.

§. 5. Decernentes insuper praedictum decretum, et has quoque literas nullo Clausula sublata, et decretum irritans.

obreptionis, subreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostrae, aut consensus alicujus, vel aliquorum interesse habentium defectu notari, aut in controversiam et judicium vocari posse, etiam ad effectum obtinendae aperitionis oris, aut restitutionis in integrum; sed tamquam ex pontificiae providentiae officio, ac motu proprio et ex certa scientia editum, editasque semper firmas, validas, et efficaces existere, ac fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri et obtinere, omnibusque, ad quos spectat et pro tempora quandocumque spectabit in omnibus et per omnia plenissime suffragari. Sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores judicari et definiri debere, ac irritum et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum

§. 6. Non obstantibus felicis recordationis Benedicti XIV praedecessoris Nostri super divisione materiarum, aliisque apostolicis ac in universalibus, provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, nec non de jure quaesito non tollendo, aliisque Nostris et cancellariae apostolicae regulis, et insuper legis fundationis praedictarum dioecesium et parochiarum etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis et consuetudinibus. Quibus omnibus et singulis illorum tenores praesentibus pro plano, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die decima decembris millesimo octingentesimo vicesimo primo, pontificatus Nostri anno vicesimo secundo.

MXXVI.

Confirmatio facultatis supponendi vestem talarem violacei coloris aliis indumentis quibus utuntur dignitates, et canonici metropolitanae ecclesiae Monacensis dioecesis, eodem modo quo concessum fuerat pro ecclesia cathedrali Augustana suppressa.

Dat. die 18 decembris 1821 anno XXII.

Pius PP. VII.

Ad futuram rei memoriam

Prooemium

§. 1. Romanorum indulgentia pontificum peculiaria ornamenta aliquando illis tribuit, qui Deo laudes conspicuis in templis solvunt, ut externa decora adepti magis illi conentur internis virtutibus enitere, et ad sacra ministeria accurate implenda benignitatis etiam apostolicae incitamento impellantur.

Expositio precum.

§. 2. Quapropter quum illustri profecto in templo cultui divino inserviant dilecti filii dignitates et canonici cathedralis ecclesiae Augustanae; quumque Augustana dioecesis, ejusque ecclesia cathedralis per Nostras literas apostolicas, datas kalendis aprilis anno millesimo octingentesimo decimo nono, soppressa fuerit, novaque existentia donatam metropolitanae ecclesiae Monacensi ac Frisingensi subdiderimus; suppliciter a Nobis petitum est nomine dignitatum ac canonicorum Augustanae ejusdem cathedralis ecclesiae, ut nova nunc existentia novaque conditione utentibus (praeter insignia dignitatibus canonicisque omnium metropolitanarum ac cathedralium ecclesiarum Bavarici regni per easdem apostolicas literas attributa) peculiare ornamentum aliquod supremae hujus Sedis auctoritate deferamus.

Tenor concessionis

§. 3. Nos vero praedictos oratores prosequi beneficentia volentes, et a quibusvis anathematis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, ac poenis, a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quas forte incurrerunt, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos foro censentes, dignitatibus, et canonicis cathedralis ecclesiae Augustanae, eorumque successoribus auctoritate apostolica concedimus, et indulgemus, ut talarem vestem aliis indumentis supponendam violaceo colore imbutam gerant. Eam autem vestem deferre illis ex hoc indulto licebit in choro, in conventibus, seu, ut dici solet, capitulis, quum deliberationis causa cogun-

tur, in sacris supplicationibus, aliisque collegii canonicorum functionibus publicis.

Clausula sublata, et decretum irritans

§. 4. Haec concedimus atque sancimus, decernentes has literas semper firmas, validas, et efficaces existere, ac fore suosque plenarios et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis ad quos spectat et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus et per omnia plenissime suffragari; sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores judicari et definiri debere, ac irritum et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 5. Non obstantibus felicis recordationis Benedicti XIV praedecessoris Nostri super divisione materiarum, ac praedictis Nostris literis datis kalendis aprilis anno millesimo octingentesimo decimo nono, aliisque constitutionibus apostolicis, caeterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die decima octava decembris millesimo octingentesimo vicesimo primo, pontificatus Nostri anno vicesimo secundo.

MXXVII.

Dat. die 21 decembris 1821 anno XXII

Facoltas utendi collare, et tibialibus violacei coloris, et flocco ejusdem coloris in pileo pro dignitatibus, et canonicis ecclesiae cathedralis Valaterranae.

Pius PP. VII.

Ad perpetuam rei memoriam

Prooemium

§. 1. Apostolicae benignitatis dona eo libentius iis, qui ministerio ecclesiarum perfunguntur, elargimur, quo ecclesiae ipsae antiquitatis, celebritatis, alteriusve tituli laude pollent, ut per haec in posterum domus Dei decus augeatur, ejusque ministri insignioribus vestibus ornati forinsecus, ad interiora inciteutur ornamenta virtutum, quibus tùm in conspectu Altissimi, qui corda intuetur, purius adstare, tum oculo plebis, cui morum exemplo esse debent, sanctius in dies satagant apparere.

Expositio precum

§. 2. Quum itaque dilecti filii canonici insignis cathedralis ecclesiae Volaterranae peculiaribus honorificis insignibus decorari summopere desiderent; quumque venerabilis frater episcopus Volaterranus suo apud Nos scripto testetur, canonicorum collegium praedictum antiquitate, numero, et in sacris muneribus obeundis sedulitate, aliisque titulis commendatum, hujus sanctae Sedis beneficia promerere posse.

Tenor concessionis.

§. 3. Nos haec perpendentes, et gloriosi praedecessoris Nostri sancti martyris Lini, qui ex praedicta Volaterrana civitate suam duxit originem, memoriam repetentes inducimur, ut eorum precibus obsecundemus, quare praedictos canonicos specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, suspensionis et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes supplicationibus hujusmodi eorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, omnibus et singulis, qui modo sunt, quique in posterum erunt, e collegio canonicorum cathedralis ecclesiae Volaterranae auctoritate apostolica tenore praesentium indolgemus, ut collare, et tibialia violacei coloris tam intra, quam extra ecclesiam, nec non floccum ejusdem coloris in pileo extra ecclesiam, non tamen in hac alma urbe Nostra, gerant, iisque libere ac licite uti valeant.

Derogatio contrariorum

§. 4. Non obstantibus felicis recordationis Benedicti pp. XIV praedecessoris Nostri super divisione materiarum, aliisque apostolicis ac in universalibus, provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus. Quibus omnibus et singulis illorum tenores praesentibus pro plene et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes illis alias in suo robore permansuris ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die vicesima prima decembris anno millesimo octingentesimo vicesimo primo, pontificatus Nostri anno vicesimo secundo.

MXXVIII.

Dat. die 15 januarii 1823 anno XXII

Translatio tituli ecclesiae sanctae Mariae nuncupatae ad Cappellam de jure patronatus familiae Perrelliae facta in ecclesia beatae Mariae nuncupatae *delle Crocelle* in regno utriusque Siciliae.

Pius PP. VII.

Ad futuram rei memoriam

Memorantur vicissitudines, quarum vi secuta fuit ecclesia abbatialis s. Mariae ad Cappellam.

§. 1. Quum multa proximis temporibus in utriusque Siciliae regno ecclesiasticis rebus, divinoque cultui inflicta sunt vulnera, quibus sane, conjunctis studiis cum carissimo in Christo filio Nostro Ferdinando regni utriusque Siciliae rege illustri, medelam afferre conamur, tum illud quoque ad religionis damnum ac contumeliam insigne est, quod ibidem evenisse de ecclesia sanctae Mariae ad Cappellam nuncupata Nobis innotuit. Quum enim ecclesia illa ad abbatiam in primis vetustam aliquando pertinuisset, quae abbatia a monachis subinde vacua concistorialis est facta, et ab apostolica hac Sede Perrelliae familiae concessa, ut in eam patronatus jura exerceret; repentina cupido id templum evertendi invasit illorum animos, quibus omnia divina, atque humana violare libebat; utque eo in loco rerum promercalium nundinae haberentur, sacra aedes, perpetuoque cultu dignissima disturbata est, ac solo aequata.

Preces porrectae ab abbate pro obtinenda translatione.

§. 2. Quam divino cultui sibique factam injuriam quum dilectus filius magister Petrus Paulus Perrelli, ejus abbatiae rector conquestus esset apud carissimum in Christo filium Nostrum Ferdinandum regni utriusque Siciliae regem illustrem, nec non apud dilectum filium magistrum Justiniani, qui ex Nostra nominatione ad exequendam conventionem initam anno millesimo octingentesimo decimo octavo, inter Nos, eumdemque pientissimum regem hoc tempore degit Neapoli; utrisque est visum huic incommodo ratione aliqua occurri posse, siquidem titulus et jura eversae ecclesiae sanctae Mariae ad Cappellam nuncupatae ad ecclesiam Conceptionis titulo nunc insignitam, dictamque = delle Crocelle al Fiatamone = apostolica Nostra auctoritate transferatur. Suppliciter ergo a Nobis petiit dilectus filius magister Perrelli, ut ad eam translationem sanciendam suprema Nostra potestate praesto esse velimus.

Tenor concessionis

§. 3. Nos vero eumdem oratorem et alios, quibus hae literae favent peculiari beneficentia prosequi volentes, et a quibusvis anathematis et interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, ac poenis, a jure vel ab homine quavis occasione vel causa latis, si quas forte incurrerunt, hujus tantom rei gratia absolventes et absolutos fore censentes, titulum sanctae Mariae ad Cappellam nuncupatae ad ecclesiam, memoriae et honori beatae Mariae Conceptae assurgentem appellatamque = dello Crocelle al Fiatamone = apostolica auctoritate transferimus, una cum omnibus juribus, exemptionibus, indultis, ac privilegiis, quibus eversa abbatialis ecclesia sanctae Mariae ad Cappellam antea fruebatur.

Consulitur reparationi ecclesiae subrogatae.

LXVIII. Dovranno infine le madri, le vedove, ed i figli orfani, che implorerànno la pensione, provare il loro rispettivo stato di vera povertà. I figli maschi in età maggiorenne dovranno provare la loro incapacità di procacciarsi il vitto per qualche fisico impedimento, se vorranno essere considerati al beneficio della pensione

Capitolo V.

Disposizioni generali

Dispositiones generales.

§. 15. LXIX. Le madri, le vedove, ed i figli di qualunque individuo militare, o impiegato nello stato militare, il quale si rendesse reo di diserzione, non avranno alcun diritto a pretendere la pensione, nè alcun compenso o sovvenzione, quantunque sia stato soggetto alle stabilite ritenzioni durante il servizio.

LXX. Le madri, le vedove, ed i figli di coloro, che avessero domandata ed ottenuta la dimissione dal servizio militare, o fossero stati cassati, o espulsi (ancorchè fossero uffiziali ed impiegati) non avranno egualmente titolo nè diritto ad alcuna pensione, nè alla minima sovvenzione a carico della cassa di giubilazione e di pensione, essendo questa instituita a sollievo, ed in sussidio unicamente delle famiglie di quei militari, ed impiegati, che sono morti durante il servizio, o dopo averne ottenuta la giubilezione, o dopo di essere stati posti in riforma con parte del soldo.

LXXI. I legati, che si potessero fare da qualsivoglia individuo in virtù di disposizione testamentaria a favore della cassa di giubilazione e di pensione, saranno accettati. ed aumenteranno i fondi d'introito.

LXXII. Se i fondi per qualche imprevedibile disgrazia deperissero, o per qualche straordinaria vicenda non bastassero a sostenere le spese; gli assegnamenti di giubilazione e di pensione, che saranno stati accordati, dovranno subire un proporzionato ribasso senza eccezione alcuna.

LXXIII. Siccome, oltre i casi più comuni contemplati nel presente moto-proprio, se ne possono dare degli altri di loro natura singolari ed imprevvedibili, che presentino un giusto titolo a determinare ed accordare qualche assegnamento di giubilazione e di pensione; così apparterrà al Nostro cardinale segretario di stato pro-tempore presidente della congregazione Militare di proporzionare ai medesimi le provvidenze opportune.

LXXIV. Le disposizioni portate dal presente Nostro moto-proprio avranno il loro effetto, e saranno poste in pieno vigore dal primo venturo mese di febbraro per tutta la truppa di linea e leggiere, che milita sotto le bandiere Pontificie, e per gl'individui del dipartimento militare della marina.

LXXV. Queste disposizioni saranno comuni anche al corpo de' Carabinieri con le modificazioni e amplificazioni, che potranno essere specialmente determinate nel piano organico del medesimo da pubblicarsi, continuando a rilasciare provvisoriamente, ed infrattanto, tutte le ritenute, che presso il corpo medesimo sono presentemente in vigore, tanto per il fondo della giubilazione, quanto per il monte delle vedove.

Clausola derogatorie

§. 16. Volendo, e decretando, che al presente Nostro moto-proprio non possa mai opporsi di orrezione, o sorrezione, nè di qualunque altro vizio, o difetto della Nostra volontà, ed intenzione; ma vaglia, ed abbia sempre il suo pieno effetto, esecuzione, e vigore con la semplice Nostra sottoscrizione, non ostante la bolla di Pio IV. *de registrandis*, e che quanto in esso si contiene debba sempre attendersi, ed eseguirsi; togliendo Noi a qualunque autorità, anche degna di special menzio- Clausulae derogatoriae

ne, ogni facoltà di interpretare, e di eseguire diversamente: e dichiarando fin da ora nollo, ed invalido tutto ciò che si potesse fare in contrario, ancorchè non siano stato chiamate, nè sentite le autorità suddetto, nè altra qualsivoglia persona, o corpo, che vi avesse, o pretendesse avervi interesse, e non ostante la regola della Nostra cancellaria *de jure quaesito non tollendo*, il Nostro moto-proprio dei 15 gennaro 1818 sulla pensioni alle madri, alle vedove, ed ai figli dei militari, e qualsisiano altre ordinazioni de' Nostri predecessori e Nostre, decreti, usi, e consuetudini, e qualonque altra cosa potessa opporre in contrario: alle quali cose tutte, e singole avendone il pieno tenore qui per espresso, e di parola in parola inserto per l'effetto delle cose premesse, ampiamente deroghiamo.

Dato del Nostro palazzo apostolico Quirinale questo dì 30 gennajo 1822.

PIUS PP. VII.

Index materiarum in motu-proprio contentarum.

Indice delle materie

contenuta

Nel presente moto-proprio

MXXXII.

Dat. die 1 februarii 1822 anno XXII.

Sanatio defectuum occursorum in administratione ordinis s. Joannis Hierosolymitani durantibus vicissitudinibus, quae liberam communicationem impedierunt cum militibus exterarum linguarum.

Dilecto filio Antonio Busca locumtenenti hospitalis sancti Joannis Hierosolymitani.

Pius PP. VII.

Dilecte fili,
Salutem et apostolicam benedictionem.

Proemium.

§. 1. Militarem ordinem sancti Joannis Hierosolymitani regulari professione, ac nobilitate fratrum militum conspicuum, inter bellorum strepitus, rerumque perturbationes anteacti temporis asperitate exagitatum, ac pene eversum, in pristinum statum, quantum in Domino possumus, apostolicae auctoritatis praesidio, redigere curamus.

Expositio precum.

§. 2. Expositum Nobis nuper tuo nomine fuit, concilium ordinarium supramemorati ordinis constare debere, juxta ea, quae in constitutionibus capitularibus, ac statutis apostolica auctoritate confirmatis hac super re praescribuntur, ex magno magistro, ejusque locumtenente, octo bajulivis conventualibus, sive eorum locumtenentibus a respectivis lingnis nominatis ex vice cancellario, cujus est acta, et deliberationes servare, ex tribus prioribus, seu bajulivis capitularibus, quibus esset onus residentiae in conventu, et ex aliis bajulivis residentibus, seu etiam fortuito existentibus in conventu, quibus facultas facta est, ut sua sponte, consilio praedicto intéresse valeant. Ast, cum ordini praedicto tolerata jam mala imminerent, et bonae memoriae Tommasi tunc temporis magnus magister dicti hospitalis Cataniam petiisset fratres milites illarum linguarum, quae rebellionis igne aondum divexabantur, in conventum dicti hospitalis eorum repraesentantes miserunt, et pro linguis Franciae, interrupto cum illis commercio, memoratus magnus magister fratrem militem alterius nationis deputavit. In pejus autem semper cedentibus rebus, et ardente bello in Europa, fratres milites diversorum prioratuum propriem domum reverti coacti sunt, unde fratres milites prioratus Messanae tantum Cataniae remanserunt, qui de dicti hospitalis conservatione solliciti, quamvis cum aliis fratribus militibus in continentibus terris communicare non possent, novum nihilominus consilium ordinarium pro rebus deliberandis ex antlatis in dicto conventu commorantibus conflatum statuerunt. Consilium hujusmodi necessitate potius, quam lege constitutum hactenus extitit, suasque edidit resolutiones, super quarum validitate nonnullae in posterum excitari possent quaestiones, hisce proinde avitandis opportunum ducis per apostolicam Nostram auctoritatem quoscumquo defectus in anteactis plenarie sanari. Exponi pariter Nobis curasti, cameram praedicti hospitalis quae juxta statuta memorata ex auditoribus computorum ab unaquaque lingua electis, ex procuratoribus thesauri inter bajulivos et priores selectis, et tandem ex secretario thesauri legitimo nominato constare debet, a solo procuratore thesauri, et secretario post linguarum deficientiam, et statim ac bajulivus Laparelli a conventu discessit, administratam fuisse. Quum autem rationum redditio, quae jure esset repetenda, novas scissuras potius, quam veram, et realem utilitatem afferre valeat, humiliter a Nobis expostulas, ut auctoritate Nostra praedicta quidquid hac in parte minus recte, vel irregulariter actum est, sanemus, et interim usque dum de rebus ad dictum hospitale spectantibus aliquid decernatur futurae administrationi dicti hospitalis consulamus, tibique facultates nominandi personas, ex quibus comprehenso inter eas secretario, consilium, et camera constare debent, ita tamen ut deficientibus fratribus militibus capacibus residentibus in conventu, repraesentantes trium linguarum Franciae ad unum tantum redigas, et anpervenientes fratres milites capaces diversarum linguarum illis provisorie nominatis surrogaro valeas, concessa semper praelatione in propria lingua dicta auctoritate Nostra tribuamus.

§. 3. Nos igitur te, ac singulares personas, quibus praesentes literae favent specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo et quacumque de causa latis si quas forte incurristi, vel incurrerunt, hujus tantum rei gratia absolventes et absolutum, ac absolutos fore censentes, supplicationibus tuo nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, quoscumque actus, seu deliberationes dicti consilii, quocumque nullitatis vitio laborentes auctoritate apostolica tenore praesentium sanamus, validosque declaramus, et quae a memorata camera irregulariter statuta, et exceptioni demandata fuerint dicta auctoritate pariter sanamus, et confirmamus; itemque

Tenor sanationis, et concessio novarum facultatum ad tempus duraturarum.

tibi, ut personas, consilium, et cameram praedictam componentes, comprehenso inter illas secretario, et thesaurario, donec a Nobis, seu Romanis pontificibus successoribus Nostris aliter decernatur dicta auctoritate provisorie eligas, atque nomines, et dein a te electas et nominatas consilio referas, et ut repraesentantes linguarum Franciae ad unum tantum dicta auctoritate Nostra redigas, et si forte fratres milites capaces diversarum linguarum in conventum post electionem a te factam supervenerint, eos provisorie nominatis, et electis sufficere debeat, data semper praelatione fratribus militibus capacibus propriae linguae, auctoritate, et tenore praefatis concedimus, et indulgemus.

Clausulae sublata, et decretum irritans.

§. 4. Decernentes has praesentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, ac fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari; sic in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 5. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non dicti hospitalis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores praesentibus pro plene et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die prima februarii millesimo octingentesimo vicesimo secundo, pontificatus Nostri anno vicesimo secundo.

MXXXIII.

Commutatio beneficii beatae Mariae virginis Pietatis de jurepatronatus familiae Hieronymorum Asculi in pium legatum missarum.

Dat. die 12 februarii 1822 anno XXII.

Venerabili fratri episcopo Asculano.

Pius PP. VII.

Venerabilis frater
Salutem et apostolicam benedictionem.

Expositio precum.

§. 1. Expositum Nobis est nomine familiae Hieronymorum ex Asculana civitate, eam jurepatronatus pollere in simplex, ut dicitur, beneficium, a beata virgine Pietatis nomen habens, et in ista cathedrali ecclesia institutum. Praeterea ejusdem familiae nomine expositum est Nobis, bona ei beneficio addicta a rei agrariae peritis aestimari pretio scutorum trium ac sexaginta; eosdemque putare ex illis bonis, detractis impensis, redire posse quotannis scuta tria et obulos duodeviginti: licet hoc tempore locata reperiantur contractu cujus vi conductor scuta quatuor singulis annis solvit. Sed enim exigua spes est, expleto hujus locationis cursu eodem pretio posse locari. Ei autem beneficio onus impositum erat a fundatore sacri faciendi vicibus per annum octodecim, quae deinde ad novem redactae sunt. Quumque videatur abjiciendum consilium nominandi rectorem beneficii, cujus adeo angusti sunt redditus, ut impensas non ferant, quae ferendae essent a rectore ad illius possessionem adipiscendam; suppliciter a Nobis petitum est, ut tam parvi redditus beneficio conditionem, atque indolem perpetui pii legati, a familia Hieronymorum implendi, apostolica auctoritate donemus.

Tenor concessionis.

§. 2. Nos vero ex ea familia oratores peculiari prosequi beneficentia volentes, et a quibusvis anathemis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, ac poenis, a jure, vel ab homine quavis occasione vel causa latis, si quas forte incurrerunt, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, acceptoque tuo testimonio, ex quo Nobis innotuit, res ita se habere, prout Nobis expositum eas partes tibi committimus, et demandamus, ut erectum in tua cathedrali ecclesia beneficium sub beatae virginis Pietatis titulo auctoritate Nostra apostolica suppressum esse declares, illudque in perpetuum pium legatum migrare. Hinc iis qui sunt, quique erunt in posterum o

Hieronymorum familia, jus erit bonorum, quae praedictum ad beneficium spectabant, fructus, proventus, redditus quoscumque percipiendi, in suamque utilitatem ac commodum libere, liciteque vertendi; ea tamen lege, ut onera suppresso beneficio inhaerentia expleri diligenter curent, et expleta esse in tua curia quotannis doceant.

Conditiones adiectae. §. 3. Volumus autem suppressi beneficii bona numquam propria familiae Hieronymorum fieri, sed ad pium legatum pertinentia haberi; tibique venerabilis frater curae esse, ut in actis ecclesiasticis curiae tuae describantur, utque tum ex illis, tum ex actis civilibus hypothecarum constet de onere pii legati cui sunt obnoxia.

Derogatio contrariorum. §. 4. Haec concedimus atque mandamus, non obstantibus Nostris et cancellariae apostolicae regulis, et felicis recordationis Benedicti XIV praedecessoris Nostri super divisione materiarum, aliisque apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, nec non legis fundationis praedicti beneficii etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis irritantibusque, et aliis decretis in genere vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus et singulis illorum tenores praesentibus pro plene et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die decima secunda februarii millesimo octingentesimo vigesimo secundo, pontificatus Nostri anno vicesimo secundo.

MXXXIV.

Concessio insignium indumentorum pro dignitatibus, et canonicis ecclesiae collegiatae Massae Fiscagliae dioecesis Cerviensis. Dat. die 12 februarii 1822 anno XXII.

Pius PP. VII.

Ad futuram rei memoriam

Proemium. §. 1. Romanorum indulgentia pontificum peculiaria ornamenta aliquando illis tribuit, qui Deo laudes conspicuis in templis persolvunt, ut externa decora adepti magis illi magisque conentur internis virtutibus enitere, et ad sacra ministeria accurate implenda benignitatis etiam apostolicae incitamenta impellantur.

Expositio precum. §. 2. Quum igitur expositum Nobis sit in oppido Massae Fiscagliae Cerviensis dioecesis ecclesiam esse, quae canonicorum collegio honestetur, eamque ecclesiam praecipuam esse inter paroecias in Nostra sitas Ferrariensi provincia, simulque sacrae jurisdictioni subjectas Cerviensis episcopi, cujus etiam in eo templo visere est cathedram, temploque adjunctas aedes episcopales; quumque petitum a Nobis sit nomine archipresbyteri et canonicorum illius ecclesiae ut loco almutiarum (sic enim appellant) quibus antea decorabantur, alia illis decora atque ornamenta auctoritate apostolica deferamus, habita archipresbyteri, qui inter illos dignitas dicitur, ratione peculiari; haud gravate inducimur, ut ejusmodi precibus obsequamur, quo simul venerabili fratri episcopo Cerviensi gratificemur, qui eas archipresbyteri et canonicorum preces suo apud Nos studio, officiisque promovit.

Tenor concessionis. §. 3. Praedictos ergo oratores peculiari prosequi beneficentia volentes, et a quibusvis anathematis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, ac poenis a jure vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si qua forte incurrerunt, hujus tantum rei gratia absolventes et absolutos fore censentes, concedimus et indulgemus ut loco almutiarum, quas ejus ecclesiae archipresbyter et canonici antea circumferebant id gerant indumenti, quod roccbettum dicitur, eique violacei coloris sericam mozzettam, quemadmodum dici mos est, imponant, cujus quidem mozzettae extremas oras archipresbyter ut inter canonicos quoad vestis ornatum emineat, armellini pellibus exornabit. Haec autem illis, eorumque successoribus deferre ornamenta licebit in choro, in conventibus, seu, ut dici solet, capitulis, quum deliberationis causa co-

guntur in sacris supplicationibus, aliisque collegii canonicorum functionibus publicis.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 4. Haec concedimus atque indulgemus decernentes has literas semper firmas, validas, et efficaces existere ac fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis ad quos spectat et pro tempore quandocumquo spectabit in omnibus et per omnia plenissime suffragari; sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores judicari et definiri debere, ac irritum et inane si secus super bis a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignorantor contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 5. Non obstantibus felicis recordationis Benedicti XIV praedecessoris Nostri, super divisione materiarum, aliisque constitutionibus apostolicis, nec non legis fundationis ejusdem collegii canonicorum etiam juramento, confirmatione apostolica vel quavis firmitate alia roboratis statutis et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis. et ionovatis. Quibus omnibus et singulis illorum tenores praesentibus pro plene et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die decima secunda februarii, millesimo octingentesimo vicesimo secundo, pontificatus Nostri anno vicesimo secundo.

MXXXV.

Imminutio festorum pro dioecesi Melitensi.

Dat. die 12 martii 1822 anno XXII

Venerabili fratri
Ferdinando archiepiscopo episcopo
Melitensi

Pius PP. VII.

Venerabilis frater
Salutem et apostolicam benedictionem

Proemium.

§. 1. Quamvis ex apostolicae servitutis officio in spirituales cum primis catholici gregis utilitates, studia curasqun omnes impendere adigamur, non possumus tamen paternae charitatis viscera continere ab temporali etiam ejusdem bono procurando, ubi temperare in eum finem canonum statuta, temporum ac locorum necessitas postularet.

Ratio concessionis.

§. 2. Hoc proiodo animo preces excipimus, quibus fraternitas tua supplex efflagitat pro Melitensi insula festorum dierum imminutionem, ut ita eorum praesertim commodo, qui ex labore, et artificio suo, vel ex commercii exercitio victum sibi ac quaestum parant, consulatur. Cui quidem postulationi ob causas abs te allatas, quibus parem indulgentiam ab apostolica Sede pro aliis regionibus adhibitam novimus, annuendum censuimus.

Tenor concessionis.

§. 3. Tibi propterea facultatem tribuimus, ut pro universa Melitensi dioecesi ex Nostra auctoritate relaxare possis praeceptnm cessationis ab servilibus operibus, integra tamen perstante obligationa missam audiendi, diebus festis Purificationis, Nativitatis, et Conceptionis beatae Mariae virginis Immaculatae, sancti Josephi sponsi ejusdem beatae virginis, secundae et tertiae feriae post Pascha, inventionis sanctae Crucis, nativitatis sancti Joannis Baptistae, sanctae Annae matris beatae Mariae virginis immaculatae, sancti Laurentii martyris, sancti Stefani prothomartyris, sancti Joannis apostoli et evangelistae. Pro festis vero praecipui locorum, pagorumque patroni, qui in praesens utrumque praeceptum important, tibi facultatem concedimus, ut vel praeceptum dumtaxat adstandi sacro servandum in iis decernas, vel eos in proximum sequentem dominicum diem transferas, prout magis expedire compereris.

Reservatio specialis.

§. 4. Nullam autem exinde in divinis officiis peragendis immutationem decretam declaramus, quorum pristinam solemnitatem, ritusque rationem in ecclesiis

apprimo volumus cbservatam. Commendamus porro sedulitati tuae, venerabilis frater, curaeque pro animarum salute sollicitae, ut ex hoc ipso apostolicae indulgentiae favore venerationem festorum dierum urgeas studio quo possis maximo, ne scilicet qui dies recolendis coelestium rerum, atque humanae salutis mysteriis, ac majori in Deum, coelitosque honori habendo, praestandoque sunt adhuc praecipue consecrati, ii rebus, actionibusque abs recto alienis nefarie violentur, nec non ut quando ad sacra convenire fideles debeant, non corpore solum, sed animo in divina intento, ac vera pietate affecto iisdem adsistant. Haec Nos a tuae fraternitatis zelo praestolamur, cui interim apostolicam benedictionem peramanter impertimur.

Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris, die decima secunda martii millesimo octingentesimo vicesimo secundo, pontificatus Nostri anno vicesimo secundo.

PIUS VII.

ANNO VICESIMO TERTIO

MXXXVI.

Dat. die 22 martii 1822 anno XXIII

Unio novae domus Camaldulensium restitutae in vertico civitatis Neapolis in loco ss. Salvatoris cum veteri congregatione nuncupata Montis Coronae, et participatio privilegiorum.

Pius PP. VII.

Ad futuram rei memoriam

Prooemium

§. 1. Inter multiplices, gravissimasque apostolatus Nostri curas non exiguam ea tenet partem, quae regulares respicit personas; multum enim studii et sollicitudinis ad id adhibemus, ut regularia instituta de catholica religione et civili societate optime merita, quae temporum asperitate, rerumque perturbationibus pene fuerant eversa, iterum, quantum fieri potest, reviviscant, et ad primaeva redeant fundatorum praecepta.

Expositio precum.

§. 2. Magno proinde animi Nostri gaudio accepimus, divina opitulante gratia, in Neapolitano regno inter alias regulares domos, unam etiam ordinis Eremitarum Camaldulensium eremum ad praesens restitutam esse, quae in vertiçe civitatis Neapolis sita a sanctissimo Salvatore titulum desumit, quaeque ex duodecim sacerdotibus, et sex conversis constare debet. Quum autem congregatio eremitica Camaldulensis Neapolitanae nationis a felicis recordationis Clemente pp. XIV praedecessore Nostro nonnullis de causis tunc vigentibus, per apostolicas suas sub plumbo expeditas literas a congregatione Montis Coronae sejuncta, et in particularem congregationem, certis modo et forma in praecitatis literis expressis fuerit erecta, dilecti filii eremitae Camaldulenses praedictae Neapolitanae nationis summopere exoptantes iterum se capiti congregationis eremiticae Montis Coronae sociare, illiusque statuta et constitutiones servare, ac in eamdem vivendi formam congruere, impetrato prius consensu totius eremiticae congregationis in comitiis generalibus anno millesimo octingentesimo vicesimo rite, prout asseritur, convocatis, humiliter a Nobis petierunt, ut praevia derogatione praefatis apostolicis literis Clementis praedecessoris Nostri, hujusmodi copulationem auctoritate Nostra apostolica approbemus, validamque declaremus, et eamdem Neapolitanam congregationem ad omnia et singula jura, privilegia, indulta, aliaque omnia, quibus ipsa ante separationem praedictam pacifice fruebatur, iterum admittamus, ac praesidi, sive majori nuncupato dicti ordinis facultates necessarias et opportunas dictam eremum, aliasque in posterum obtineadas stabiliendi, dicta auctoritate Nostra apostolica tribuamus.

§. 3. Nos igitur dictos exponentes, ac singulares personas, quibus praesentes Nostrae literae favent specialibus gratiis et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, suspensionis et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes et absolutos fore censentes supplicationibus hujusmodi Nobis humiliter porrectis inclinati, praevia derogatione apostolicis literis felicis recordationis Clementis pp. XIV praedecessoris Nostri, prout per praesentes auctoritate Nostra apostolica derogamus, praedictam congregationem Camaldulensem nationis Neapolitanae, ac illius eremum jam restitutam, aliasque in posterum restituendas, nec non earum incolas, bona, jura, aliaque cujuscumque generis ad illam pertinentia congregationi eremiticae Montis Coronae iterum auctoritate et tenore praefatis conjungimus, ita ut congregatio praedicta Neapolitana iisdem privilegiis, gratiis, praerogativis, et indultis, quibus ante separationem fruebatur, uti valeat, et congrega- Tenor concessionis.

tio praedicta Neapolitana leges, statuta, constitutiones, aliaque omnia, quae in praesentiarum servantur a congregatione Montis Coronae, integre et absque ulla prorsus differentia servare teneatur; praeterea praesidi, seu majori pro tempore dicti ordinis facultates necessarias et opportunas instaurandi, seu stabiliendi dictam eremum, aliasque in postorum obtinendas in dicta Neapolitana ratione, auctoritate et tenore praefatis concedimus atque tribuimus.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 4. Decernentes easdem praesentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, ac fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis ad quos spectat et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus et per omnia plenissime suffragari; sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores judicari et definiri debere, ac irritum et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 5. Non obstantibus praemissis, ac constitutionibus et ordinationibus apostolicis, nec non dicti ordinis atque congregationis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis irritantibusque, et aliis decretis in genere vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus et singulis illorum tenores praesentibus pro pleno et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes illis alias in suo robore permansuris ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die vicesima secunda martii millesimo octingentesimo vicesimo secundo, pontificatus Nostri anno vicesimo tertio.

MXXXVII.

Nova nonnullarum dioecesium ordinatio, et distributio in insula Siciliae.

Dat. die 22 martii 1822 anno XXIII.

Pius episcopus

Servus servorum Dei

Ad perpetuam rei memoriam

Proemium.

§. 1. Pro pastorali sollicitudine in commissa Nobis a Christo Domino auctoritate, dum in beati Petri cathedra, meritis licet imparibus, fuimus collocati, oculos Nostrae mentis ad ecclesiarum statum, omniumque populorum eisdem subjectorum spirituali regimini convertentes, ea omnia pro animarum Christifidelium salute constituere summo studio semper curavimus, ut juxta divinarum, et ecclesiasticarum legum normam a pastoribus utiliter valeant gubernari.

Ratio concessionis.

§. 2. Quamobrem agnoscentes, in Siciliae insula nimis magnam esse aliquarum dioecesium amplitudinem, cum in ejus ambitu contenta quindecim centena habitatorum millia a novem tantummodo episcopis, non sine gravi incommodo, in spiritualibus regerentur, jam annis proxime superioribus in id pro sua pietate conveniente carissimo in Christo filio Nostro Ferdinando primo utriusque Siciliae rege unam Calathajeronensem, at alteram Nicosien-Herbitensem, ac tertiam Platiensem episcopales sedes de novo ibidem ereximus, ac deinde per alias apostolicas Nostras sub plumbo literas datas quinto kalendas julii anno Domini millesimo octingentesimo decimo octavo earum numerum, et majori comodo, et spirituali fidelium utilitati uberius prospiceretur, ulterius adaugendum esse decrevimus.

Opportunitas decernendae novae erectionis.

§. 3. Dum autem de suscepto ejusmodi consilio ad effectum perducendo deliberari coeptum asset, opportuna se se obtulit occasio e vasto Messanensis dioecesis territorio partem ejus aliquam subtrahendi, non equidem ut novam erigeremus sedem episcopalem, sed ut angustissimos conterminae dioecesis Pactensis fines, a quatuor dumtaxat oppidis circumscriptos ampliaremus, eidem adjungendo vigintiquatuor loca, quae inter flumina vulgo Rosa Marina, et Fornati nuncupata sunt posita, et quorum dismembratio Messanensis antistitis labores aliquantum levabit, commodioremque reddet, ac utiliorem curam centum quadraginta circiter mille incolarum inhabitantium, prout Nobis fuit expositum quadraginta novem loca

ipsi Messanensi dioecesi in posterum reliqua hac enim ratione sublatis viarum impedimentis atque itinerum longitudine amborum antistitum commodo, et respectivorum dioecesanorum utili, expeditoque regimini opportune videbitur consultum.

Processus ad rem habitus a commissario apostolico.

§. 4. Superioribus idcirco annis venerabili fratri Nostro Petro Sanctae Romanae Ecclesiae presbytero cardinali Gravina nuncupato archiepiscopo Panormitano processum de more commisimus, ad formam apostolicarum constitutionum exarandum, et ex ejusmodi processu diligentissime confecto, auditis omnibus interesse habentibus, atque ad Nos transmisso post maturum circumstantiarum omnium examen, aperte cognovimus, non levem Christifidelibus spiritualem utilitatem fore redundaturam, si a Messanensi dioecesi disjungerentur, ac dioecesi Pactensi adjicerentur, memorata viginti quatuor loca, quadragiota tria circiter animarum millia continentia, quodque in hoc caeteris fere omnibus consentientibus venerabilis frater, qui tunc temporis Messanensi ecclesiae praeerat, ac dilecti filii capitulum et canonici metropolitanae ecclesiae Messanensis, propositae dioecesis imminutioni non quidem adhaeserunt, sed quando eam perfici oporteret, implorarunt, ut damna, tam ab antea peractam sedis Nicosiensis erectionem illata, quam ob hanc novam dismembrationem ulterius inferenda aliqua ratione compensarentur.

Consensus praestitus a rege.

§. 5. Quare collatis cum praelaudato Ferdinando rege consiliis nulla alia ob calamitosas praeteritorum temporum perturbationes inventa fuit ratio rei componendae, quam ut super episcopali mensa Pactensi, cui ob vigintiquatuor locorum adjunctionem redditus, ac jura cum aliquo Messanensis ecclesiae damno accrescent, annua pensio ducatorum mille biscentum monetae Neapolitanae favore Messanensis antistitis perpetuo imponatur, constito jam, quod episcopalis mensa Pactensis talibus fruitur proventibus, ut onus ejusmodi facile valeat supportare.

Assignatio dioecesis Messanensis.

§. 6. Nos igitur praemissis omnibus accurate, ac diligenter expensis, ut majori incolarum infradicendorum vigintiquatuor locorum, etiam juxta memorati regis vota spirituali regimini consulatur, ex certa scientia, ac matura deliberatione Nostris, deque apostolicae potestatis plenitudine quorumcumque interesse habentium consensus deficientiam supplentes, ab archidioecesi Messanensi sequentes vigintiquatuor terras primam videlicet Alcara nuncupatam, et aliam Brolo, ac aliam Capri, atque aliam Caronia, et aliam Castania, ac aliam Ficarra, atque aliam Floresta, seu Foresta, et aliam Fragano, ac aliam s. Fratello, atque aliam Galati, et aliam Longi, ac aliam s. Marco, atque aliam Martini, et aliam Militello, cum pago, vulgo Casale s. Agata, ac aliam Mirto, et aliam Naso, ac aliam Oliven, atque etiam s. Pier di Patti, et aliam Pirajino, ac aliam Raccuja, atque aliam sanctissimi Salvatoris jam fere pro medietate ad dioecesim Pactensem pertinentem, et aliam Sinagra, ac aliam Tortorici, atque aliam denique Ucria respective nuncupatas. Quaequidem viginti quatuor terrae, seu loca ad septemtrionem cum dioecesi Pactensi et cum mari; ad orientem vero cum dioecesi Messanensi, ad meridiem autem cum dioecesibus Cathaniensi, et Nicosiensi, ac tandem ad occidentem cum dioecesi Cephaludensi finitimae sunt, et conterminae, perpetuo dismembramus, dividimus, ac separamus, atque ita dismembratas, divisas, et separatas, ac in eis respective consistentes, et consistentia parochiales, collegiatas, et alias quascumque ecclesias, abbatias, monasteria, conventus, et beneficia quaecumque, nec non utriusque sexus habitatores, et incolas tam laicos, quam clericos, presbyteros, beneficiatos, cujuscumque gradus, status, ordinis, et conditionis existant ab ordinaria jurisdictione, potestate, et superioritate archiepiscopi Messanensis eximimus, et abstrahimus, sicque exemptos et exempta, abstractos, et abstracta episcopali ecclesiae, ac dioecesi Pactensi perpetuo assignamus, unimus, et incorporamus, ejusque pro tempore existentis antistitis ordinariae jurisdictioni, regimini, potestati, et auctoritati, salvis tamen exemptionibus cuilibet de jure legitime competentibus perpetuo pariter subjicimus, atque supponimus.

Compensatio damnorum mensae Messanensi obvenientium a nova dismembratione.

§. 8. Ut autem archiepiscopalis mensae Messanensis plurima tam ex anteacta sedis episcopalis Nicosiensis erectione, quam ex praesenti nova dismembratione obvenientia damna aliquo modo compensentur, super fructibus, redditibus, et proventibus ipsius episcopalis mensae Pactensis pensionem annuam mille biscentum ducatorum monetae Neapolitanae, respondentium summa quatuor centum unciarum monetae Siculae de semestre in semestrem a cujusvis generis onere semper liberam integre persolvendam favore archiepiscopalis mensae Messanensis perpetuo imponimus, et assignamus, ac de ea in qualibet utriusque ecclesiae perpetuis futuris temporibus sequutura provisione, et literarum apostolicarum expeditione individuam, et expressam mentionem faciendam esse decernimus, atque statuimus.

Mandatum de extrahendis documentis a cancellaria Messanensi.

§. 9. Ad consulendum praeterea Christifidelium bono, et commoditati praescribimus, ut omnia et singula documenta, respicientia paroecias, seu loca a Messanensi dioecesi dismembrata, et dioecesi Pactensi applicata ab archiepiscopali cancellaria Messanensi extrahantur, atque opportuna forma tradantur Pactensi episcopali cancellariae, in qua perpetuo erunt asservanda.

Deputatio executoris apostolici.

§. 10. Quocirca supradicto cardinali Petro archiepiscopo Panormitano, quem in harum Nostrarum literarum exequutorem eligimus, ac deputamus necessarias omnes, et opportunas ad praemissorum effectum plenarie consequendum tribuimus facultates, etiam unam, seu plures personam, seu personas, in ecclesiastica dignitate constitutam, seu constitutas subdelegandi, ac super quacumque oppositione in actu exequutionis quomodolibet forsan oriturae, servatis tamen de jure servandis etiam definitive et quavis appellatione remota libere, ac licite definiendi, et pronunciandi.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 11. Praesentes autem literas, et in eis contenta quaecumque etiam ex eo, quod quilibet interesse habentes, vel habere praetendentes vocati, et auditi non fuerint, ac praemissis non consenserint, nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostrae defectu notari, impugnari, vel in controversiam vocari posse, sed perpetuo validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac ab omnibus, ad quos spectat, inviolabiliter observari debere volumus, atque decernimus.

Derogatio contrariorum.

§. 12. Non obstantibus de jure quaesito non tollendo, ac Nostris, et cancellariae apostolicae regulis, et in synodalibus, provincialibus, universalibusque conciliis editis specialibus, vel generalibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, supradictarumque Messanensis et Pactensis ecclesiarum etiam confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia, roboratis statutis, et consuetudinibus, privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis, caeterisque contrariis quibuscumque.

Sanctio poenalis.

§. 13. Nulli ergo omnino hominum liceat, paginam hanc Nostrarum dismembrationis, divisionis, separationis, exemptionis, abstractionis, assignationis, unionis, incorporationis, subjectionis, suppositionis, praescriptionis, impositionis, decreti, statuti, commissionis, deputationis, mandati, derogationis, et voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire: siquis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei, atque beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum.

Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris anno incarnationis Dominicae millesimo octingentesimo vicesimo secundo, undecimo kalendas aprilis, pontificatus Nostri anno vicesimo tertio.

MXXXVIII.

Concessio novorum indumentorum magis insignium pro dignitatibus, et canonicis ecclesiae collegiatae Colurni dioecesis Parmensis.

Dat. die 26 martii 1822 anno XXIII.

Pius PP. VII.

Ad futuram rei memoriam.

Prooemium.

§. 1. In summo apostolicae dignitatis fastigio, nullis Nostris meritis, sed divina dispositione collocati ad ecclesiarum omnium statum, quarum a Domino Nobis est cura commissa, propensis studiis animum jugiter intendimus, illarumque honorificentiae, et splendori, prout rationi consentaneum videtur, libenter consulimus.

Expositio precum.

§. 2. Expositum siquidem Nobis nuper fuit a dilectis filiis praeposito et canonicis ecclesiae collegiatae Colurni Parmensis dioecesis, capitulum praedictum sive canonicorum collegium constans ad praesens ex praeposito, qui est unica et principalis dignitas, curamque gerit animarum, ex duodecim canonicis, et quatuor beneficiatis cum onere residentiae, et titulo praebendariorum ordinaria auctoritate usque ab anno millesimo sexcentesimo sexagesimo quarto rite, prout asseritur, erectum, per felicis recordationis Pium pp. VI decessorem Nostrum chorali indumento, vulgo cappino, violacei coloris, per alias suas apostolicas in simili forma brevis die vicesima sexta septembris anni millesimi septingentesimi septuagesimi octavi expeditas literas fuisse decoratum. Quum autem praedicti exponentes, prout venerabilis frater episcopus Parmensis suo apud Nos scripto testatur, divina officia, sacrasque caeremonias decenter et accurate obire studeant; quumque suppliciter a Nobis petierint, ut praedictam collegiatam titulo insigni decoremus, aliaque eidem tribuamus ornamenta, quae Dei cultum, fidelium devotionem, capitularium pietatem, et zelum magis magisque valeant adaugere, haud gravate inducimur, ut eorum precibus obsecundemus.

Tenor concessionis.

§. 3. Nos igitur praedictos exponentes specialibus gratiis et favoribus prosequi

volentes, et a quibusvis axcommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiastiois censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint: hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus hujusmodi Nobis humiliter porrectis inclinati, collegiatam praedictam Colurni, quae a s. Margarita virgine et martyre titulum accipit, in collegiatam insignem cum omnibus et singulis privilegiis, gratiis, praeeminentiis, exemptionibus, et indultis, quibus aliae collegiatae insignes hujusmodi utuntur, fruuntur, et gaudent, ac uti, frui, et gaudere potarunt, auctoritate apostolica tenore praesentium erigimus, et declaramus; praeterea, confirmata concessione cappae violacei coloris ad formam indulti sanctae memoriae Pii pp. VI decessoris Nostri, auctoritate, et tenore praefatis facultatem facimus, et impertimur caeremoniarum magistro pro tempore dictae collegiatae insignis, ut cappam caeremonialem juxta consuetudinem dioecesis in sacris sui officii functionibus capitularibus gestare valeat.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 4. Decernentes has praesentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere ac fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere, ac illis ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus et per omnia plenissime suffragari; sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores judicari et definiri debere, ac irritum et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 5. Non obstantibus, quatenus opus sit, felicis recordationis Benedicti pp. XIV praedecessoris Nostri super divisione materiarum, aliisque apostolicis ac universalibus, provincialibus, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus et ordinationibus, caeterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoria die vicesima sexta martii millesimo octingentesimo vicesimo secundo, pontificatus Nostri anno vicesimo tertio.

MXXXIX.

Nonnulla ordinantur provisorie super administratione ecclesiarum Albiensis, Mimatensis, et metropolitanae Lugdunensis.

Dat. die 19 aprilis 1822 anno XXIII.

Venerabili fratri. Claudio Joanni Josepho episcopo Mimatensi.

Pius PP. VII.

Venerabilis frater
Salutem et apostolicam benedictionem.

Ratio, et tenor dispositionis.

§ 1. Mimatensem ecclesiam per Nostras sub plumbo literas datas sexto kalendas augusti millesimo octingentesimo decimoseptimo, quibus initium est „ *Commissa divinitus* „ suffraganeam assignavimus archiepiscopali ecclesiae Albiensi, habitoque consensu Mimatensis episcopi ex ipsius dioecesi provinciam Ardeschae sejunximus, ut ex ea dioecesim Vivariensis sedis constitueremus. Cum vero nova illa dioecesium circumscriptio ex gravibus, quae obvenerunt obstaculis suspensa remanserit, temporarium illud remedium adhibendum duximus, quod in consistoriali allocutione diei vicesimæ tertiæ augusti millesimi octingentesimi deciminoni, fuse patefecimus, ex quo illud cum primis cautum fuit, ut cuncta quo erant modo perstarent: quo factum est, ut Mimatensis ecclesia inter suffraganeas metropolitanae Lugdunensis adhuc maneret, et penes ipsius antistitem ex eadem provisoria dispositione regimen praedictae provinciae Ardeschae perduraret. Numeratur quidem intra triginta illas sedes, quas pro impenso suo in religionem studio carissimus in Christo filius Noster Ludovicus Galliarum rex christianissimus conservare adnisus est tum Albiensis metropolitana, tum episcopalis Vivariensis: ast cum nondum in promptu sint media ad earum censum comparandum necessaria, id monendum te duximus, venerabilis frater, ut nimirum donec Albiensis ecclesia suo caruerit pastore, tua isthaec Mimatensis ecclesia suffragetur metropolitanae Lugdunensi, nec non ut provinciae Ardeschæ administrationem retineas, quamdiu Vivariensis sedes suum non assequatur antistitem, a qua tamen temporaria providentia cessabis ubi primum et Albiensis et Vivariensis sedium possessionem earumdem praesules inierint. Probe autem confidimus fraternitatem tuam interea temporis in ea etiam grandiori dioecesi sancte ac naviter tuum ministerium impleturum fore, quod ut feliciter, atque ex voto succedat, coelestis praesidii auspicem tibi,

gregique tuo apostolicam benedictionem impertimur.

Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die decimanona aprilis, millesimo octingentesimo vicesimo secundo, pontificatus Nostri anno vicesimo tertio.

MXL.

Dat. die 19 aprilis 1822 anno XXIII.

Consulitur administrationi ecclesiae Lingonensis in regno Galliae.

Venerabili fratri
Joanni Francisco episcopo Divionensi

Pius PP. VII.

Venerabilis frater
Salutem et apostolicam benedictionem

Ratio, et tenor dispositionis.

§. 1. Inter ecclesias episcopales, quarum erectionem decrevimus per Nostras literas « *Commissa divinitus* » sexto kalendas augusti anno millesimo octingentesimo decimo septimo Lingonensem recensuimus, atque idcirco ex duabus provinciis Collis aurei, et Matronae Superioris, quibus tua dioecesis antea constabat, secundam sejunximus, eamque pro dioecesi Lingonensi assignavimus. Suspenso tamen certis quibusdam causis effectu novae Gallicanarum dioecesium circumscriptionis, consulere gravioribus earumdem malis adacti fuimus temporario illo remedio, quod in consistoriali allocutione diei vicesimae tertiae augusti anno millesimo octingentesimo decimo nono retulimus, ut cuncta eodem quo erant modo perstarent, idcoque licet per eam bullam Divionensis ecclesia inter suffraganeas Lugdunenses adnumeraretur, adhuc tamen Bisuntinum archiepiscopum in suum metropolitanum agnosceret. Cum vero charissimus in Christo filius Noster Ludovicus Galliarum rex christianissimus omni studio contendere haud destiterit, ut triginta ex noviter erectis per eamdem bullam sedibus conserventur, habet inter eas locum Lingonensis ecclesia, quae tamen suo nondum potest recreari pastore, quod media adhuc desiderentur, quibus ejusdem dotatationi illico prospiciatur. Qua propter donec antistitem memoratae ecclesiae praeficere datum non sit, regimen provinciae praedictae Matronae Superioris tuae fidei cum omnibus facultatibus necessariis et opportunis committimus, ut, plenam ibidem episcopalem jurisdictionem interea exercere valeas. Quod vero in praedicta bulla de subjectione metropolitica sancivimus, suum modo sortietur effectum, se proinde ab ipso tui episcopatus exordio Lugdunensem ecclesiam in metropolitanam habebis. Eam de tua pro animarum bono sollicitudine gerimus opinionem, ut certo confidamus fraternitatem tuam delatum sibi ministerium naviter impleturam; divinique praesidii auspicem apostolicam benedictionem tibi, ovibusque tuis peramanter impertimur.

Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die decimanona aprilis, millesimo octingentesimo vicesimo secundo, pontificatus Nostri anno vicesimo tertio.

MXLI.

Dat. die 26 aprilis 1822 anno XXIII.

Consulitur renovationi observantiae regularis fatiscentis in conventu beatae Mariae virginis Angelorum apud Assisium.

Venerabili fratri Nostro
Petro Francisco episcopo Albanensi
Sanctae Romanae Ecclesiae
Cardinali Galleffi
Nuncupato, fratrum ordinis Minorum
Sancti Francisci
De observantia nuncupatorum protectori

Pius PP. VII.

Venerabilis frater Noster
Salutem et apostolicam benedictionem

§. 1. Dives innumera sanctorum sobole fratrum Minorum familia, ac numquam laudibus exornanda, quae non longe infra ejus splendorem, atque amplitudinem jaceant, ea praesertim de causa altissimum semper tenuit meritorum in Ecclesiam, virtutumque fastigium, quod si quando, pro humanae naturae, ad corruptelam vergentis, imbecillitate solutior alicubi disciplina colorem in eo optimum mutavit, ex ipso ejus sinu orti sunt viri studio virtutis insignes, qui supremae hujus Sedis implorato praesidio, mederi morbis, ac corruptelis occurrere studuerunt. Prooemium.

§. 2. Quod et nuper accidit, quum religiosi viri in Portiunculano beatae Mariae Angelorum apud Assisium conventu degentes supplici libello Nobis exposuerunt, ea in domo, in qua divus Fran- Expositio precum.

ciscus praeclari fundamenta ordinis jecisse fertur, quam prae caeteris in amore habuit, atque deliciis ex qua corporeis solutus vinculis evolavit in coelum, et in qua profecto deceret severum illud vitae genus vigere, quod suis legibus, editisque usque ad effusum spiritum exemplis sanctissimus fundator invectum voluit, multa jam remisse egi, ac secus se habere, quam oporteret.

Tenor concessionis.

§. 3. Quia vero iidem oratores suppliciter a Nobis petierunt, ut quae ibi vitiata, apostolica auctoritate emendemus, ac sanitati restituamus, ac quia Romani pontifices praedecessores Nostri suas semper vigilias, ac curas in divi Francisci familia tuenda, ejusque institutis custodiendis collocavere; Nos de charitate, ac benevolentia in eum ordinem praedecessorum Nostrorum nemini concedentes, simulque tuam, venerabilis frater Noster, in fratres Minores pietatem, studiumque noscentes, quod, dum Seraphici ordinis protectorem agis; crebro, ac luculento testimonio declaras, te extraordinariis etiam facultatibus ornatum volumus, ac communitum, ut, Deo tuis conatibus aspirante, in Portiunculano fratrum Minorum conventu priscae disciplinae laus, atque integritas reflorescat. Cujus quidem disciplinae in praecipuis est partibus a fratribus eisdem privati dominii maculam exulare, et apud ipsos in honore esse, custodem castimoniae, ac temperantiae, evangelicam paupertatem, quam edeo beatus fundator dilexit, ut sibi matrimonio copulatam diceret, in eum = qui propter nos egenus factus est, cum esset dives = cogitatione semper intentus. Qua propter Nostra fultus auctoritate, ne prae oculis habito decreto edito die decima octava julii anni millesimi sexcentesimi nonagesimi quinti a congregatione particulari, quam felicis recordationis Innocentius pp. XII praedecessor Noster ad religiosam disciplinam sanciendam coegit, ope omni curabis, ut vita quae communis dicitur, quaeque privata peculia, ac dominia interdicit, a fratribus minoribus in beatae Mariae Angelorum conventu ducatur, et quidquid contrarii moris inolevit protinus eradicetur; uterisque in id opera dilecti filii vicarii generalis Cismontanae fratrum Minorum familiae, pariterque in iis omnibus statuendis, per quae perfecta ex omni parte disciplina, nec annorum decursu facile subvertenda Portiunculana in domo restituatur. Insuper eadem Nostra auctoritate declarabis (per id enim videtur caveri posse ne salubria statuta rursus ibi depraventur, ac corruant) eum conventum immediate, ut dicitur, ministri provincialis, ac sive ministri, sive vicarii generalis Cismontanam fratrum Minorum familiam pro tempore regentium potestate, secluso quovis alio, subesse. Mandantes propterea in virtute sanctae obedientiae omnibus, et singulis religiosis viris conventus, et ordinis praedicti, ut bujusmodi mandata et salubria monita, sub indignationis Nostrae poena humiliter recipiant, et efficaciter adimplere procurent.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 4. Decernentes insuper has praesentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere ac fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis ad quos spectat et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus et per omnia plenissime suffragari, ac ab omnibus inviolabiliter observari; sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores judicari et definiri debere, ac irritum et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 5. In contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque.

Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die vicesima sexta aprilis, millesimo octingentesimo vicesimo secundo, pontificatus Nostri anno vicesimo tertio.

MXLII.

Dat. die 30 aprilis 1823 anno XXIII.

Commutatio dispositionis testamentariae Andreae Gonzato ex pago Cereda nuncupato in dioecesi Vicentina.

Pius PP VII.

Ad futuram rei memoriam

Proemium.

§. 1. In apostolici Nostri muneris partibus est curare atque urgere, ut haereditates ac legata, quae piorum operum causa a testatoribus relicta sunt, in opera ab ipsis praescripta erogentur. Non tamen a consuetudine Romanorum pontificum alienum est, si aliquid a testatoribus pie constitutum flecti in melius possit, quod meliora ipsi non viderint, in id apostolicam auctoritatem ac curas intendere.

Expositio precum.

§. 2. Sane contigit nuper Nobis exponi a dilectis filiis Bartolo de Lucca ac Joanne Baptista Tovo, uti exequutoribus testamentariis nunc vita functi Andreae Gonzato, orti in pago Cereda, qui pars est jurisdictionis Cornedi in Vicentina provincia ac dioecesi, eum per supremas suas tabulas nonnulla pia legata reliquisse, simulque constituisse quibus ex pecuniis ac partibus suae haereditatis ea praestari legata debeant, pariterque mandasse, ut si forte, illis praestitis, aliquid suarum pecuniarum superesse eveniat, ex iis in quocumque sive rurali, sive urbano templo tot numero sacrificia celebrentur, quot ad certam a se statutam eleemosynae, ut vocatur, rationem celebrari queant. Jam vero quum, aliis legatis praestitis non nihil pecuniarum re ipsa superfuerit; quumque Cornedi ex testatoris alterius liberalitate haberetur olim cappellania, cujus rectori onus quotidiani prope meridiem sacrificii injungebatur (quae quidem cappellania, stante olim Italico regno, bonis omnibus exuta est, sicque pium opus ejusmodi intermissum est, immo subversum) exposuerunt Nobis exequutores testamentarii praedicti saluberrimum fore, si ex pecuniis reliquis, de quibus agitur, non incerto in loco, quod patiebatur fieri Andreas testator, sed in parochiali ecclesia Cornedi perpetua cappellania instituatur, quae Cornediensibus subversae cappellaniae vices gerat, eorumque pietati praesidium suppeditet, quod a vetusta capiebant.

Tenor concessionis.

§. 3. Nos vero memoratos oratores, nec non omnes ac singulos, quibus hae literae favent, peculiari prosequi beneficentia volentes, et a quibusvis anathematis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris et poenis a jure vel ab homine quavis occasione vel causa latis; si quas forte incurrerunt, hujus tantum rei gratia absolventes et absolutos fore censentes, quum perspicuum sit erectionem cappellaniae in Cornediensi ecclesia parochiali, ab exequutoribus testamentariis petitam, non modo voluntati testatoris non adversari, sed cum ea mirifice consentire, quippe quia sacrificia, ex reliquiis ejus pecuniarum celebranda certius celebrabuntur si iis peragendis sacerdos aliquis addicatur, quam si discurrendum huc illuc sit, et anxie quaerendum, num sacerdotes aliqui ea velint celebranda suscipere; quumque simul perpendamus, per ejus cappellaniae erectionem promoveri Cornediensium spiritualem utilitatem, de qua Nos decet esse sollicitos, quaeque profecto curae erat ipsi testatori, cujus familia a Cornedo oriundu dicitur, cujusque parochiale templum is crebro pietati vacaturus adibat, haec Nos animo volventes, ejusque voluntatem apostolica auctoritate supplentes, illique, si opus est, derogantes, venerabili fratri episcopo Vicentino eas partes committimus, idque mandamus, ut loco sacrificiorum quovis in templo et a sacerdotibus quibusvis celebrandorum, de quibus in Andreae Gonzato testamento agitur, det operam, ut reliquiae pecuniarum, quae memoratae superius sunt, in emendis bonis vel censibus utilibus tutisque impendantur. Quod quum idem venerabilis frater episcopus praestiterit, iis bonis vel censibus decernet perpetuam cappellaniam instrui erigique in parochiali Cornedi ecclesia, onere imposito quotidiani (si oneri isti ferendo par sit) sacrificii, aliisque adjectis oneribus, ac conditionibus quoad cappellani nominationem et bonorum redituumque administrationem, quas pro sua prudentia, studioque divinae gloriae et animarum salutis adjiciendas putaverit.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 4. Haec sancimus atque mandamus decernentes has literas semper firmas, validas et efficaces existere ac fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus et per omnia plenissime suffragari; sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores judicari et definiri debere, ac irritum et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contingerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 5. Non obstantibus praedicto An-

dictae Gonzalo testamento, caeterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die trigesima aprilis, millesimo octingentesimo vicesimo secundo, pontificatus Nostri anno vicesima tertio.

MXLIII.

Dat. die 10 maii 1822 anno XXIII.

Applicatio bonorum cappellaniae Morroni favore ecclesiae parochialis ss. apostolorum Petri et Pauli civitatis Firmanae, cum facultate erogandi in expensas litis eleemosynam missarum ad quinquennium.

Pius PP. VII.

Ad futuram rei memoriam.

Expositio precum.

§ 1. Expositam Nobis nuper fuit nomine dilecti filii Antonii Petrelli rectoris parochialis ecclesiae ss. apostolorum Petri et Pauli civitatis Firmanae, quamdam cappellaniam in eadem ecclesia a bo. me. Angela Eleonora Morroni ultima, qua decessit, testamentaria dispositione sub detum diei vicesimae octavae augusti millesimi septingentesimi vicesimi quarti ea lege fuisse erectam, ut parocho pro tempore dictae ecclesiae jus esset nominandi, ac rector ex presbyteris nobilibus firmanis morum suavitate et honestate praeditis, sed tamen pauperibus assumeretur. Quum autem praefatae cappellaniae redditus sint multum imminuti, et onus missae quotidianae non amplius sustineant, ac proinde difficile sit ut aliquis ex praefatis presbyteris, qui levamine indiget, grave onus sibi assumat praedictus orator cujus paroecia multas numerat animas, sed exiguam habet praebendam, quae scutata circiter quinquaginta detractis oneribus ei affert quotannis cappellaniam praefatam eidem parochiali praebendae perpetuo incorporari summopere desiderat. Insuper, quum sicut pariter expositum est, pro quodam censu scutatorum octingentorum unde viginti inter bona dictae cappellaniae adnumerato lis agenda sit adversus debitorem, nec parochus praedictus aere proprio valeat in judicio contendere, opportunum ducit suspensa per quinquennium quotidiana missarum celebratione, et ad unum tantum in qualibet hebdomada reducta, fructus omnes praefatae cappellaniae in litis erogare si Nostra, et bujus sanctae Sedis ad id accedat facultas. Nobis propterea humiliter nomine praefati parochi supplicatum fuit, ut in praemissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis.

§. 2. Nos igitur dictum exponentem specialibus favoribus et gratiis prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, et poenis a jure vel ab homine quavis occasione, vel causa latis si quibus quomodolibet innodatus existit ad effectum praesentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes et absolutum fore censentes, supplicationionibus hujusmodi inclinati, praevia derogatione testamentariae memoratae dispositioni, personam nominandam respicienti tantum, prout auctoritata apostolica tenore praesentium derogamus eamdem cappellaniam cum suis redditibus, bonis, juribus, honoribus et oneribus universis praebendae parochialis ecclesiae sanctorum apostolorum Petri et Pauli civitatis Firmanae, auctoritate et tenore praedictis in perpetuum ita adjungimus et incorporamus, ut in posterum tam paroecia quam cappellania praedicta in una eademque provisione, et collatione comprehendatur, satisfactis tamen per parochum pro tempore omnibus et singulis oneribus juxta legem fundationis eidem incumbentibus, vel pro ratione reddituum auctoritate Nostra et bujus s. Sedis praescribendis. Praeterea per quinquennium latum proximum a data praesentium incohandum causa vindicandi jura praedicti census missas a fundatrice demandatas ad duodecim tantum intra annum dicta auctoritate reducimus, ac fructus omnes cappellaniae praedictae in litis impensas si opus sit erogentur permittimus, elapso tamen quinquennio praedicto, vel vindicatis ante illius exitum juribus onera praedictae cappellaniae ad suae fundationis legem volumus redire.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 3. Decernentes easdem praesentes litteras firmas, validas et efficaces existere et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere, ac praedicto exponenti, aliisque parochis pro tempore plenissime suffragari, sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores, ac S. R. E. cardinales, sublata eis et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate et auctoritate judicari, et definiri debere, ac irritum et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, et ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§ 4. Non obstantibus fel. rec. Benedicti pp. XIV praedecessoris Nostri super divisione materiarum, aliisque apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque, et

synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, caeterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die decima maii millesimo octingentesimo vicesimo secundo, pontificatus Nostri anno vicesimo tertio.

MXLIV.

Dat. die 10 maii 1822 anno XXIII.

Confirmatio decreti lati a sacra congregatione cardinalium sacrosanctae Tridentinae synodus interpretum super administratione habitualis curae ecclesiae cathedralis Lucanae.

Venerabili fratri archiepiscopo Lucano.

Pius PP. VII.

Venerabilis frater
Salutem et apostolicam benedictionem.

Exponuntur vicissitudines, quibus subjecit cathedralis ecclesia Lucana.

§. 1. Quum multa in praeteritis Italiae perturbationibus contra aequum et fas, magnoque rei catholicae cum detrimento in urbe Luca sint gesta, tum illud quoque pietati calamitosum ibi evenisse lugetur, eversum nimirum fuisse canonicorum collegium, quo cathedralis Lucensis ecclesia remoto ab aevo decorabatur, et unde a reliquia clericis illius dioeceseos exempla disciplinae morum, atque bonestatis vitae petenda sunt. Datum tamen est Nobis, Deo bene juvante, rem ecclesiasticam, in tota Lucensi ditione misere perturbatam, aliqua ratione componere; idque praestitimus per Nostras literas apostolicas emissas die octava aprilis anni millesimi octingentesimi vicesimi, quibus in literis collegii canonicorum cathedralis ecclesiae retionem babuimus, eique omnia privilogia ac jura, quibus ante recti ordinis subversionem pollebat, auctoritate Nostra reddenda, ac reddita esse decrevimus. Quia vero iis in juribus est animarum curam, ceu vocant, hebitualem per vicarium a canonicis nominandum exercere, eamque gerit hoc tempore, qui ad illam non est eorum nominatione vocatus; hinc praedictae cathedralis ecclesiae canonici pro suo jure pugnantes, et memoratis Nostris literis fulti ad congregationem venerabilium fratrum Nostrorum Sanctae Romanae Ecclesiae cardinalium concilii Tridentini interpretum rem totam ejusmodi detulerunt. De qua illorum querela, quum referente venerabili fratre archiepiscopo Athenarum ejusdem congregationis secretario, cognoverimus, die sexta februarii hujus anni decretum in verba, quae sequuntur, edidimus.

Tenor decreti editi a s. congregatione.

§. 2. Sanctissimus Dominus Noster, audita relatione archiepiscopi Lucani, et infrascripti secretarii declaravit, curam habitualem ecclesiae cathedralis perpetuo esse penes capitulum, a quo exerceatur per vicarium inamovibilem ab ipso nominandum, et ab archiepiscopo pro tempore approbandum. Hanc tamen nominationem differri voluit usque ad obitum actualis archipresbyteri Michaelis Angeli Giannecchini, quem in liberum curae exercitium confirmavit cum omnibus juribus, et oneribus donec vixerit hisce sub condictionibus, nimirem ut quotannis in recognitionem curae habitualis persolvat capitulo quartam partem emolumentorum ex incertis stolee provenientium juxta notulem eb ipso exhibendam, ut concionatoribus quadragesimae, et adventus concedat usum habitationis in solite aede, atque in casu, vel casibus vacationis coadjutorum in cura, jus illos nominandi pertineat ad capitulum a quo nihil innovari possit contra actuales coadjutores, seu vice parochos. Declaravit insuper eadem Sanctitas Sua, ut si quando contigerit, ut paroecia sanctorum Joannis et Reparatae, quae nunc unita reperitur ecclesiae cathedrali, iterum separetur, nullum jus super ee competere possit capitulo, sed provideri debeat ad formam sacrorum canonum, et sacri concilii Tridentini, ac demum perpetuum silentium super omnibus imposuit, firmis quoad relique munentibus literis apostolicis in forma brevis diei octavae aprilis millesimi octingentesimi vicesimi.

Praeceptum de exequendo rescripto datum episcopo.

§. 3. Nunc eutem quum Nobis curae sit, ut quae relato decreto sanximus, exequutioni mandentur, ac pro normu sint eorum, quae ad hujusmodi rem pertinent, ne scilicet ex jam ortis querelis novae querelae litesque suboriantur, tibi, venerabilis frater archiepiscope, tuisque successoribus illius decreti exequendi munus imponimus, curandique, ut numquam ab ejus praescripto ac jussibus discedatur.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 4. Decernentes has literas semper firmas, validas, et efficaces existere, ac fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere, ac illis ad quos spectat et pro tempore quandocumqee spectabit in omnibus et per omnia plenissime suffragari; sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici uuditores judicari, et definiri debere, ac irritum et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel igeoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum. §. 5. Non obstantibus felicis recordationis Benedicti XIV praedecessoris Nostri super divisione materiarum, aliisque apostolicis constitutionibus, et ordinationibus, ac ecclesiae praedictae etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, ot literis apostolicis superioribus et personis sub quibuscumque tenoribus et formis ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere vel in specie ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis et innovatis. Quibus omnibus ot singulis illorum tenores praesentibus pro plene et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter et expresse derogemus, caeterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die decima maii millesimo octingentesimo vicesimosecundo, pontificatus Nostri anno vicesimo tertio.

MXLV.

Confirmatio concordiae stipulatae inter patronos simplicis beneficii sub invocatione beatae Mariae virginis in Aglisna Pistoriensis dioecesis, super jure nominandi ad dictum beneficium.

Dat. die 14 maii 1822 anno XXIII.

Pius PP. VII.

Ad futuram rei memoriam.

Expositio precum. §. 1. Expositum Nobis nuper fuit nomine venerabilis fratris episcopi Pistoriensis, et dilecti filii comitis Francisci Guicciardini patritii Florentini, unius ex haeredibus bonae memoriae comitis Petri do Bardi, per plures annos de jure nominandi ad ecclesiasticum quoddam beneficium simplex, quod a beata Maria virgine in Agliana nuncupatum Pistoriensis dioecesis titulum accipit, et ad patronatum laicorum, prout asseritur, pertinet, eos judicio contendisse. Praedicti exponentes novis et gravioribus parcere volentes impensis, de re concorditer concilianda consilium coeperunt. Adductis hic inde rationibus et causa disceptanda arbitris commissa, factum est ut die vicesima februarii currentis anni per acta tabellionis ot doctoris dilecti filii Joannis Petri Poggi Florentini concordiae instrumentum fuerit confectum, in quo inter alia statutum est; prout ex memoratae concordiae exemplo Nobis exhibito apparet, nominationem ad dictum beneficium vicissim perpetuis futuris temporibus esse faciendam ea tamen sub lege, ut episcopus Pistoriensis pro tempore per duas successivas vices, tortio vero familia Guicciardini, in casu vacationis valeat nominare, facta etiam facultate ei, qui carot nominatione, reservandi super fructibus dicti beneficii pensionem annuam scutatorum centum monetae Florentinae ad vitam rectoris ejusdem beneficii duraturam, illamque assignandi, vel presbytero vel clerico ad arbitrium eligendo. Ut autem instrumentum concordiae praedictae optatum sortiatur effectum praedicti exponentes, illud per Nos approbari, confirmarique vehementer desiderant, enixisque precibus a Nobis expostulant.

Tenor concessionis. §. 2. Nos vero praedictos exponentes, ac singulares personas, quibus praesentes Nostrae literae favent, specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia ab-

solvantes, et absolutas fore censentes; supplicationibus hujusmodi Nobis humiliter porrectis inclinati, instrumentum concordiae praedictae in actis tabellionis Joannis Petri Poggi sub datum diei vicesimae februarii currentis anni Florentiae relatum cum omnibus et singulis in eo contentis et expressis auctoritate apostolica tenore praesentium ratum, validumque declaramus, Nostraeque apostolicae confirmationis munimine roboramus; cunctosque sive facti, sive juris defectus, si quos desuper intervenisse contigerit, plenarie sanamus atque supplemus.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 3. Decernentes has praesentes literas firmas semper, validas, et efficaces existere ac fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere, ac episcopo Pistoriensi pro tempore, ac familiae Guicciardini, illiusque haeredibus, aliisque ad quos spectat, plenissimo suffragari; sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores judicari et definiri debere, ac irritum et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 4. Non obstantibus, quatenus opus sit, felicis recordat. Benedicti pp. XIV super divisione materiarum, aliisque apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, caeterisque contrariis quibuscumque. Ceterum per praesentes non intendimus praedictum juspatronatum in aliquo approbare.

Datum Romae apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die decima quarta maii millesimo octingentesimo vicesimo secundo, pontificatus Nostri anno vicesimo tertio.

MXLVI

Novae leges aeditae pro reformatione officiorum notariorum, et conservatione archiviorum ditionis pontificiae.

Dat. die 31 martii 1822 anno XXIII

Pius PP. VII.

Motu-proprio

Proemium

§. 1. La sicurezza delle particolari proprietà essendo stata consolidata dal sistema ipotecario pubblicato col Nostro motu-proprio delli 6 luglio 1816 a maggior perfezione di questa utile istituzione si doveano con più precisione dichiarare le antiche leggi Pontificie sopra i notaj, ed archivj, e richiamarne anche alcuno dall'obblio, in cui giacevano, onde togliere gli abusi introdotti dopo l'ultimo regolamento emanato dalla santa memoria di Benedetto XIV, il quale, come esigevano le circostanze del tempo, aggiunse nuove leggi a quelle emanate da' suoi predecessori. Con questo regime disciplinare, mentre rendonsi regolari, ed inalterabili le scambievoli convenzioni, si rialza altresì all'antico splendore il ceto de' notaj, i quali come depositarj della pubblica fede, sono considerati in ogni governo, quasi il sostegno del corpo sociale.

Ratio dispositionis

§. 2. Passando poi agli archivj istituiti dalla sa. memoria di Sisto V. l'esperienza ha dimostrato, che come la soverchia diffusione di essi, così la concentrazione ad ogni capoluogo di provincia si oppongono del pari al fine prescritto, poichè dall' interesse, che il governo prender deve per la custodia degli atti notarili, non può andar disgiunto il commodo di quelli che sono obbligati a farne uso. Ora nella diffusione degli archivj in ogni piccolo paese e villaggio se facile si rende l'accesso, mal però si provvede alla conservazione degli atti per la mancanza de' luoghi opportuni, e dei notaj che veglino alla loro custodia. Per lo contrario poi nella concentrazione sebbene sembri garantito il prezioso deposito, pur tuttavia la distanza che si frappone dai circostanti paesi, grave troppo, e molesta riesce alla più parte dei contraenti costretti a spender tempo e denaro per la lettura di un solo atto.

Praeceptum de observandis novis legibus

§. 3. Quindi convinti Noi della necessità di rimuovere gli abusi introdotti nell' esercizio della professione notarile, a di rendere per mezzo di leggi inviolabili ed uniformi più sicura la fede dei contratti, non che di stabilire delle discipline conservatrici dei pubblici atti, le quali

riuniscano il doppio oggetto di garanzia, e di commodo, ci siamo determinati di sanzionare il regolamento che ci è stato proposto sopra i notaj, e gli archivj. E volendo che il medesimo abbia il suo pieno effetto, e la sua totale esecuzione in tutto lo stato, di Nostro motu-proprio, certa scienza, e pienezza della Nostra suprema potestà, ordiniamo, e prescriviamo che siano inviolabilmente osservate tutte, e singole discipline contenute nel detto regolamento che Noi approviamo nella forma la più specifica secondo il tenore dei seguenti articoli, ognuno de' quali dovrà osservarsi come legge.

Regolamento disciplinare sulli notaj ed archivj

Titolo I.

Disposizioni generali sul notariato

Art. I.

Dispositiones generales respicientes notariatum.

§. 1. I notaj sono persone, nelle quali è riposta la pubblica fede, e vengono stabiliti per ricevere tutti gli atti e contratti, ai quali le parti debbono o vogliono imprimere il carattere di autenticità, affine di assicurarne la data, conservarne il deposito, e rilasciarne copia quando ne siano richiesti.

II.

Essi sono creati a vita da Sua Santità: in Roma d'appresso la presentazione de' respettivi capi de' tribunali, ai quali sono addetti; nel resto poi dello stato d'appresso la presentazione, che viene fatta da monsig. prefetto degli archivj; e devono prestare il loro ministero ogni volta che sono ricercati, purchè l'atto o contratto non ripugni alle leggi canoniche e civili.

III.

È quindi da ora in poi abolito ogni privilegio di nomina spettante a' collegj, università, ancorchè meritino speciale menzione, e molto più a qualsivoglia persona privata.

IV.

Il numero de' notaj sarà proporzionato al bisogno, calcolando un notajo per ogni quattro, o cinque mila abitanti nei luoghi chiusi: nelle città commerciali poi attesa l'affluenza dei contratti, e nelle campagne per la loro estensione, avuto anche riguardo alla topografica situazione, potrà destinarsi un notajo per un numero minore di abitanti. Su queste norme sarà pubblicato dalla prefettura degli archivj l'opportuna tabella del numero dei notaj dello stato Pontificio, e delle loro residenze, variabile ogni decennio, secondo le circostanze.

V.

Ciascun notajo è tenuto di risiedere nel luogo che gli è fissato dalla prefettura. Gli si permetterà soltanto l'assenza per pochi giorni sia per ragion di ufficio, sia per proprj affari, ma non potrà mai allontanarsi per quindici giorni continui senza la licenza del prefetto, e contravvenendo sarà soggetto ad una multa di cinque paoli per ogni ulterior giorno di assenza da applicarsi ad arbitrio di monsignor prefetto.

VI.

I notaj di Roma sono abilitati a stipolare in tutto lo stato: quelli del capo luogo, ove risiedono gli emi legati, o i monsignori delegati esercitano le loro funzioni in tutta la legazione, o delegazione: quei che dimorano nelle città distrettuali nell'intero distretto: tutti gli altri nel respettivo circondario di ciascun governo.

VII.

È proibito al notaio di fare qualunque atto notariale fuori del circondario assegnatogli sotto pena di essere sospeso per sei mesi, e destituito in caso di recidiva.

VIII.

Gli elenchi dei notaj classificati secondo la loro residenza si conserveranno presso le segreterie generali de' capi luoghi di provincia, come pure presso le cancellerie dei tribunali di prima istanza, e negli archivj.

IX.

Le funzioni di notajo sono incompatibili con quelle di giudice, di governatore, di assessore, di segretario generale di provincia, di procuratore fiscale, di cancelliere, di cursore, di direttore di polizia, di preposti, o commessi al registro, di cancelliere o sostituto del censo, di procuratore, ed avvocato presso i tribunali.

X.

Tutti gl'impiegati che devono rogarsi di atti pubblici relativi alle loro incombenze sì civili che criminali, verranno autorizzati dalla prefettura.

XI.

Quelli che attualmente esercitano il notariato, ed alcuno degl'impieghi dichiarati col medesimo incompatibili se vorranno ritenere l'ufficio notariale, ed esercitarne le funzioni dovranno entro tre mesi dalla data del presente regolamento rimettere alla segreteria degli archivj un documento comprovante la dimissione dell'impiego incompatibile; in mancanza di ciò saranno considerati, come se avessero data formale rinuncia al notariato, e con-

tinuando nell'esercizio saranno multati di scudi trenta per ogni atto che osassero rogare, e soggiaceranno alle pene stabilite contro le persone esercenti l'ufficio di notajo senza averne le qualità.

XII.

Siccome la distinzione vieta l'esercizio delle funzioni a vita, così la sospensione le interrompe temporaneamente. In ambedue i casi il prefetto degli archivj ordina ai rispettivi governatori il ritiro della matricola, e segno notariale.

XIII.

Il prefetto degli archivj dietro l'accusa di un delitto infamante la persona di un notajo, o di prevaricazione in ufficio ha la facoltà di ordinare il processo informativo: e quando questo si faccia dai governatori per inquisizione saranno tenuti darne avviso al prefetto, e spedire a lui l'atto di accusa, onde conoscere se sia ben fondata, affine di sospendere il prevenuto dal notariato. Nel corso della procedura potrà egli ripetere simile esame per sapere, se in appresso fossero concorse delle prove che in principio mancavano. Ultimato poi il processo, ed emanata la sentenza il capo del tribunale ne invierà copia al prefetto, a cui spetta il decidere se il notajo meriti di essere riabilitato.

XIV.

Cessa il notariato per morte, per condanna criminale, per rinuncia, per decozione dolosa, ed anche semplice, quando non gli siano rimasti i fondi sufficienti alla garanzie, ed in tal caso tornando a miglior fortuna può essere riabilitato.

XV.

Quando muore un notajo oltre gli archivisti saranno pur tenuti i governatori a darne l'avviso alla prefettura degli archivj.

Titolo II.

Degli atti, della loro forma, e matrice.

XVI.

De actis, eorumque forma, et matrice servanda.

§. 5. I notaj non potranno rogarsi d'istromenti, nei quali fossero contraenti i loro parenti, o congiunti in linea retta in qualunque grado, o in linea collaterale fino al quarto grado inclusive, secondo il computo della legge civile, cioè de' fratelli cugini, e zii tanto di lato paterno, quanto di lato materno, ovvero contenessero disposizioni in favor loro sotto pena della destituzione dall'ufficio notariale, ed altre che sono dalle leggi comminate per falsità di atto.

XVII.

Gli atti saranno rogati da due notaj, o da un notajo assistito da due testimonj che sappiano scrivere, e che abbiano il domicilio nel distretto comunale, in cui l'atto sarà rogato. Se però le leggi in qualche atto speciale richiedono l'assistenza di più testimonj, come accade nei testamenti, ne' quali fa d' uopo dell'intervento di sette testimonj, e nelle donazioni fra i vivi, per le quali si ricercano tre testimonj, il difetto di tali testimonj non resta supplito dall'assistenza di un secondo notajo. Il secondo notajo supplisce soltanto al difetto di due testimonj, che secondo le leggi comuni si reputano necessarj all' effetto di costituire una prova legale.

XVIII.

Due notaj parenti o congiunti nel grado proibito dall'art. XVI non potranno concorrere all'atto medesimo; i parenti, i congiunti sia del notajo, sia de' contraenti nel grado come sopra proibito, i loro servitori non potranno esser testimonj.

XIX.

Deve il notajo osservare nei rogiti degli atti le solennità dalle leggi prescritte, secondo la natura del contratto, e mancando in questo, o ricevendo atti dalle leggi proibiti per la prima volta verrà sospeso a tempo, e rendutosi di nuovo colpevole sarà destituito per ordine della prefettura.

XX.

È necessario che le parti contraenti sieno cognite al notajo, e che ciò si esprima nell'atto: alla mancanza di tale cognizione si può supplire con una o più persone che conoscono i contraenti, e sieno altresì cognite al notajo, dovendo egli tutto ciò dichiarare nell'atto: nello stesso modo i testimonj di tal cognizione dovranno ratificarla nella sottoscrizione.

XXI.

Ogni atto deve essere intestato = *Nel nome di Dio, sotto il pontificato* ec. . . . ed esprimere il nome, ed il luogo di residenza del notajo che lo roga. Deve contenere inoltre i nomi, e cognomi de' testimonj istrumentarj, la loro dimora, e professione, l'anno, ed il giorno in cui gli atti saranno rogati. La prima contravvenzione sarà punita con una multa di uno scudo da applicarsi ad arbitrio di monsig. prefetto. Qualunque ulteriore contravvenziona potrà essere punita colla sospensione, ed anche colla destituzione nel caso di ripetuta recidiva.

XXII.

Gli atti de' notaj saranno scritti in un solo e medesimo contesto son carat-

tere nitido, ed intelligibile senza abbreviazioni, o addizioni: i vacui dovranno lincarsi, e se occorrerà togliere qualche espressione dovranno interlineare le parole tolte in guisa che possano leggersi, notando nel margine corrispondente che le parole interlineate sono state tolte col consenso de' contraenti, i quali in un col notajo firmeranno questa dichiarazione. Gli atti conterranno i nomi, cognomi, qualità, e dimore dello parti, come pure dei testimonj che fossero chiamati nel caso contemplato all'art. XX esprimeranno in lettere le somme, e le date del giorno, e dell'anno: le procure de' contraenti saranno annesse alla matrice, qualora non si trovino già negli atti dello stesso notajo stipolante. Si farà menzione nella matrice che la lettura dell'atto fu fatto alle parti.

XXIII.

Gli atti saranno firmati in ciascun foglio dalle parti, e dai notaj. La firma dei testimonj sarà necessaria, quando alcuno dei contraenti è illetterato, altrimenti basterà che i testimonj si sottoscrivano alla fine dell'atto. I notaj dovranno significare queste circostanze nell'atto stesso, e dichiarare altresì, se i contraenti non sapessero firmare, poichè tale dichiarazione terrà luogo di firma.

XXIV.

Lo stesso metodo si praticherà nelle chiamate, o postille che verranno scritte nel margine, o a piè dell'atto: in questi casi saranno firmate le postille egualmente che gli atti, come si è detto nell'art. XXIII. Le omissioni di quanto si prescrive in questo, e ne'precedenti art. XXII, XXIII, porteranno la pena della multa di uno scudo da applicarsi ad arbitrio del prefetto per la prima volta, della sospensione temporanea per la seconda volta, e della destituzione per la terza volta, ed inoltre il notajo sarà tenuto di reintegrare le parti di ogni danno quando la legge per colpa di lui pronunziasse la nullità degli atti.

XXV.

L'atto autentico farà piena fede della convenzione, che contiene fra le parti contraenti, loro eredi o aventi causa da essi, quando però non venga impugnato con querela di falso, nel qual giudizio si procederà come di ragione.

XXVI.

I testamenti si faranno colle solennità prescritte dalle leggi.

XXVII.

I notaj saranno tenuti conservare gli originali, ossia matrice degli istromenti di cui si rogheranno, tranne gli atti semplici che possono nell'originale consegnarsi alle parti.

XXVIII.

I notaj non potranno privarsi di nessuna matrice, eccetto i casi previsti dalle leggi, ed in virtù di una sentenza. Prima di privarsene distenderanno, e firmeranno una copia esatta di essa, la quale dopo essere stata approvata, e firmata dal presidente del tribunale di prima istanza sarà surrogata alla matrice, di cui essa terrà luogo fino alla sua riportazione.

XXIX.

Se però un testatore che abbia consegnato al notajo la schedola chiusa del suo testamento voglia ritirarla, il notajo deve restituirla conservando ne' suoi atti la ricevuta che glie ne fa il testatore per pubblico istromento alla presenza dei testimonj.

XXX.

Ogni notajo è obbligato di conservare con esattezza ed in luogo sicuro le matrici de' rogiti colle rispettive inserzioni, disponendo il tutto in libri con ordine cronologico, e corrispondente all' ordine progressivo del repertorio, il qual numero si deve porre in margine di ciascun atto.

Quindi si vuol tolto l'uso, che dai più si pratica, d'inchiudere istrumenti entro altri istromenti in guisa che si componga un libro informe, e disordinato. Il protocollo pertanto deve essere formato da istromenti singolari, che raccolti insieme e legati presentino una serie di atti con numero progressivo, onde sieno conservati al bisogno.

XXXI.

È tenuto ancora di avere un sigillo particolare in cui sarà impresso il triregno ed intorno il nome, la professione, a residenza del notajo, secondo un modello uniforme che si spedirà dalla prefettura.

XXXII.

Gli atti saranno legalizzati, quando usciranno fuori di legazione, o delegazione dove sono stati fatti. La legalizzazione dovrà essere firmata o dal presidente del tribunale di prima istanza, ovvero dai rispettivi governatori, nel cui circondario è stato l'atto formato.

Titolo III.

Delle copie dei repertorj, e loro custodia

XXXIII.

§. 6. Il diritto di dare le copie appartiene privativamente al notajo, che ha rogato gli atti fintanto che ne sarà possessore: anche il notajo presso cui sia De copiis, et custodia repertoriorum

stato depositato un atto, quando sia originale, o copia autentica d'atto rogato fuori di stato potrà spedirne copia.

XXXIV.

Quando il notajo non possa rilasciare le copie per infermità, o per assenza, potrà dare la facoltà ad un altro suo collega, e questi nell'autenticare le copie farà menzione della delegazione avutane. Il notajo sospeso non può delegare. La delegazione di un supplente del notajo sospeso deve farsi dal prefetto degli archivj.

XXXV.

Le copie che si consegnano ai preposti del registro, o ad altri porteranno la stessa intestazione come gli originali; prima però della consegna dovranno essere collazionate coi medesimi, onda sieno perfettamente conformi, e perciò si debbono terminare = per copia conforme da me infrascritto collazionata = avranno inoltre il numero del repertorio segnato nella matrice, l'impressione del segno del tabellionato, la sottoscrizione del notajo, e la data del giorno, in cui sono autenticate.

XXXVI.

Il notajo che dolosamente, o per grave negligenza rilasciasse copia discorde dalla matrice, verrà punito a tenore delle leggi, e renderassi responsabile delli danni causati alle parti.

XXXVII.

Tutti i notaj dovranno di quadrimestre in quadrimestre esibire all'archivista competente il repertorio vidimato dal preposto del registro nel fine del trimestre decorso dentro lo stesso quadrimestre. Dovranno pagare allo stesso archivista gli emolumenti a lui spettanti sulli respettivi atti del medesimo trimestre a tenore del disposto negli art. LXXIV e IC. L'archivista dovrà firmarsi in margine dello stesso repertorio, e questa sua firma sarà in luogo di quietanza dei suddetti emolumenti.

XXXVIII.

In fine di ciascun repertorio dovranno i notaj tutti apporre in carta libera un indice alfabetico contenente i cognomi, e nomi delle parti, alle quali sono relativi gli atti descritti nel medesimo.

XXXIX.

I protocolli, e repertorj de' notaj morti o distituiti, ovvero che mutano domicilio saranno depositati entro il termine di un mese nell'archivio del circondario, ed i governatori insieme cogli archivisti avranno cura che si effettui la consegna nei respettivi archivj. Trascurandosi questa operazione che tanto interessa il pubblico bene, il titolare o gli eredi di lui saranno soggetti a gravatoria per la spedita esecuzione.

XL.

Ogni volta sarà distesa in carta libera la nota sommaria delle matrici, che si consegnano all'archivista, ed egli ne farà ricevuta a piè della medesima. Una copia consimile verrà registrata in un libro che a tale effetto dovrà ritenersi parimente in carta libera dall'archivista sottoscritto in ogni pagina dal governatore, e firmato in fine di ogni consegna tanto da quello che la eseguisce, quanto dall'archivista che la riceve.

XLI.

Seguita la morte del notajo i protocolli, e repertorj saranno posti sotto sigillo dal governatore, finchè se ne faccia formale deposito in archivio. Nell'atto della consegna si formerà uno stato di spese anticipate, e degli onorarj, di cui potesse essere creditore il notajo defonto, e questi si riscuoteranno dagli eredi.

Titolo IV.

Requisiti necessarj per essere ammesso al notariato, e modo onde conseguire la nomina.

XLII.

De requisitis necessariis pro admissione ad munus notarii, et methodo servanda pro obtinenda nominatione.

§. 7. Quando i notaj saranno ridotti al numero prescritto dall' art. IV Sua Santità nomina il nuovo notajo, che rimpiazzi l'ufficio vacante.

XLIII.

Chiunque voglia essere ammesso al notariato, dovrà essere o nativo, o legalmente domiciliato nello stato, e dovrà provare

1. Di essere di onesti natali.
2. Di aver compiti anni 24 di età.
3. Di aver ultimato il corso de' primi studj della filosofia, e giurisprudenza civile.
4. Di aver esercitata la professione presso qualche notajo per due anni almeno, ed anche per sei mesi quando sarà stato giudice, o procuratore per un anno almeno presso alcun tribunale.
5. Di non essere mai stato inquisito per delitti.
6. Di aver fama di probità, e di non aver esercitato mestieri vili.

XLIV.

Dovranno i notaj prestare prima dell'assunzione dell' ufficio una cauzione ipotecaria a disposizione della prefettura degli archivj per garanzia dell' esercizio delle loro funzioni. Qualora questa cauzione fosse stata in parte o in tutto esau-

rita, per ordine della prefettura il notajo rimarrà sospeso fino a tanto che la cauzione non sarà ristabilita.

XLV.

Queste cauzioni per i notaj dei capi luoghi di legazione, o delegazione saranno portate a scudi ottocento: per quei dei governi distrettuali a scudi seicento; saranno poi di scudi quattrocento per tutti gli altri.

XLVI.

Per provare la fama di probità il postulante si dirigerà al vescovo della sua diocesi, affine di conseguire la testimoniale.

XLVII.

L'aspirante presenta al prefetto degli archivj la petizione corredata dai documenti succennati, e dopo che dal medesimo sieno stati esaminati, ed approvati ai spedisce la commissione, in cui si esprimerà il luogo della residenza del candidato, e la facoltà per essere esaminato.

XLVIII.

La commissione sarà diretta al capo della provincia sia legato o delegato sotto la cui giurisdizione è l'aspirante.

XLIX.

Nello spazio di due mesi dopo la commissione sarà egli tenuto di presentarsi al medesimo, onde essere esaminato.

L.

Il capo della provincia fisserà il giorno dell'esame, a cui egli interverrà in un con l'assessore civile: v'interverrà altresì il presidente del tribunale di prima istanza, o altro giudice in di lui vece, l'archivista della città, ed un notajo di credito da destinarsi alla circostanza.

LI.

Gli esaminatori si concerteranno fra loro onde proporre la compilazione di un rogito, che contenga due o più contratti, e di un altro che comprenda qualche atto di ultima volontà.

LII.

Si stenderanno i rogiti suddetti dall'aspirante in presenza degli esaminatori, e poi risponderà a due quesiti che gli verranno fatti da ciascun di loro.

LIII.

Le domande, e le risposte saranno registrate dal notajo esaminatore, e verranno inviate alla prefettura degli archivj insieme coi sopradetti due rogiti, e col voto degli esaminatori.

LIV.

Conoscendo quindi il prefetto degli archivj che nell'aspirante concorrano le qualità volute dal presente regolamento ne farà relazione a Sua Santità, affine d'impetrarne la nomina.

LV.

Ottenuto che abbia il rescritto di nomina lo farà registrare nella cancelleria del tribunale di prima istanza, e presterà il giuramento colla formola che si spedisce dalla stessa prefettura; ciò eseguito depositerà nella detta cancelleria, non che negli archivj del circondario la sua firma munita del segno del tabellionato.

LVI.

Egli non potrà entrare nell'esercizio, se non dopo prestata la cauzione secondo gli art. XLIV e XLV, e dopo aver riportata la fede di essere stato posto nella tabella dei notaj, che dovrà ritenersi nella segreteria della prefettura. Questa fede dovrà esibirsi nella cancelleria del governatore del circondario, come pure negli archivj del circondario medesimo.

Titolo V.

Dei notaj attuali

LVII.

§. 8. Sono conservati tutti i notaj, i quali saranno in esercizio nel giorno della promulgazione del presente regolamento, salvo il disposto nell'art. XI di questo regolamento. De notariis exercentibus

LVIII.

Continueranno ad esercitare il loro ufficio nei limiti della rispettiva giurisdizione secondo l'art. VI. Saranno poi obbligati nel termine di tre mesi di presentare alla segreteria della prefettura degli archivj i titoli delle loro nomine, onde ottenerne la conferma, ed in questa verrà fissata la loro residenza.

LIX.

Stabiliti in tal guisa i notaj presteranno dopo due mesi la cauzione ipotecaria prescritta negli art. XLIV e XLV.

LX.

I notaj conservati giusta l'art. XI continueranno ad usare del segno attuale, finchè dal prefetto degli archivj non avranno ricevuto il nuovo a forma del disposto dell'art. XXXI.

LXI.

Dopo che saranno stati confermati, e fissato a ciascuno il luogo di residenza, il prefetto degli archivj ne pubblicherà l'elenco per ogni provincia da spedirsi ai supremi magistrati, ai tribunali di prima istanza, e ad ogni archivio secondo l'articolo VIII.

Titolo VI.

Degli archivj

LXII.

De archivis §. 9. Gli archivj degli atti, e contratti sono conservati nei capo luoghi di provincia, nelle città di governo distrettuale, e nei paesi ov' è fissata la residenza dei governatori. Si vuole eccettuare l'archivio di Bologna che rimarrà, come è al presente, concentrato nella città.

LXIII.

Rimane la proprietà degli archivj alle comuni, nelle quali sono stati come sopra stabiliti. Esse pertanto debbono fornire una o più camere atte alla custodia dei protocolli, che si conserveranno negli scaffali a spese delle medesime.

LXIV.

In compenso di questo carico la comune elegge l'archivista a vita fra i notaj del circondario. L'elezione però deve essere approvata dal prefetto degli archivj, da cui immediatamente dipende il conservatore di essi, nè potrà essere rimosso se non che per delitto da giodicarsi dai tribunali competenti, ovvero per gravi colpe da esaminarsi economicamente dallo stesso prefetto. Sono conservati gli attuali archivisti de' luoghi fissati nell'art. LXII, qualora non concorreranno in essi dei motivi, onde le comuni o la prefettura possano dubitare della loro esattezza.

LXV.

Viene pertanto abolito ogni appalto esistente sulli lucri dall'archivio per parte della comune. E tanto più s'intende proibito qualunque ulteriore appalto; giacchè questo impedisce la libertà della elezione che deve sempre essere diretta a favore del più atto, e più onorato fra i notaj locali.

LXVI.

Lo scopo principale dell'archivista è di custodire tutti gli atti; deve aver cura altresì che il luogo destinato non soffra verun danno tanto nell'esteriore fabbricato, quanto nell'interno; che sia chiuso in modo l'archivio, che niuno possa entrarvi; e che di notte non si permetta a veruno l'ingresso, essendo ivi proibito l'uso dei lumi, e del fuoco.

LXVII.

L'archivista devrà ogni anno nel mese di gennajo dar conto al prefetto dello stato degli archivj sia riguardo all'ordine degli atti, sia riguardo al fabbricato; se per eventualità l'archivio avesse bisogno di pronto ristauro, l' archivista è tenuto farne consapevole il prefetto, il quale si porrà di concerto col governatore, affinchè obblighi la comune al dovuto risarcimento.

LXVIII.

Il solo conservatore degli archivj può permettere la ricerca degli atti, ed a lui privativamente appartiene il dare le copie, e gli estratti che sieno conformi alle matrici, e muniti di sua firma, e segno notariale a forma del prescritto all' articolo XXXV.

LXIX.

Per tale effetto dovà ogni conservatore avere un repertorio di tutti gli atti disposto con ordine cronologico coi nomi de' notaj, e delle parti contraenti, onde sia facile il rinvenire gli atti, e le notizie che si richiedono dai postulanti. La prefettura spedirà a ciascun archivista la modula del detto repertorio, affinchè sia presso tutti conforme.

LXX.

Gli archivisti devono invigilare se presso private persone per qualsivoglia titolo si ritengano protocolli spettanti a notaj defonti, se gli eredi abbiano adempito l'obbligo di consegnarli all'archivio, e se le matrici lasciate dai notaj siene state scritte in buona forma, affine di fare il consueto deposito. Di tutto ciò gli archivisti ne avviseranno il prefetto, onde con valevoli mezzi possa costringere i detentori all'adempimento delle leggi.

LXXI.

Conformemente all'art. XV deve l'archivista rendere inteso il prefetto della morte dei notaj del proprio circondario, seguita la quale si farà la consegna dei protocolli secondo gli art. XXXIX, XL e XLI, i quali chiusi in luogo separato dovranno custodirsi, affine di dividere i lucri cogli eredi del notajo defonto.

LXXII.

In ogni archivio secondo l'art. VIII deve ritenersi l'elenco dei notaj della provincia, come pure i notaj novellamente creati debbono depositare la firma munita col segno del tabellionato conforme l'articolo XXXVI.

LXXIII.

Questa precauzione si vuole estendere a tutti i notaj antichi, i quali dopo aver adempito al disposto negli art. LVIII, LIX. e LX saranno tenuti di lasciare nell'archivio la loro firma coll' impronta del nuovo segno.

LXXIV.

Gli archivisti oltre il lucro delle copie, e della lettura degli atti secondo la tassa avranno pure un emolumento sulle stipolazioni degli altri notaj del circondario, coerentemente a quanto si prescrive

nell' art. IC. richiamando alla osservanza l'antica legge.

LXXV.

Dovendo gli atti notariali a norma del disposto del regolamento sul registro art. II consegnarsi da ciascun notajo ai respettivi preposti del registro, il deposito di tali atti presso i preposti suddetti dovrà durare per un solo biennio, quale decorso, il medesimo deposito dovrà passare ai rispettivi archivj dei circondarj dentro i quali sarà stato fatto il rogito de' suddetti atti. Il passaggio di un tal deposito dal registro agli archivj per essere perpetuamente conservato si effettuerà nel modo seguente.

I preposti del registro, nel giro trimestrale che fanno gl' Ispettori, dovranno a questi consegnare tutte le copie di atti notariali di tre mesi, in guisa però che nell' ufficio del registro rimanga sempre compiuta la serie di atti di due anni, onde gl'ispettori possano agevolmente verificare le successioni, e tutt' altro che loro spetta. Raccolti questi atti dovranno gl'ispettori farne la consegna agli archivisti del luogo, dove esiste l' ufficio del registro, e perchè sia regolare, terrassi in questi archivj un libro in carta semplice, dove verranno sommariamente registrate le copie degli atti, di cui si fa la consegna, la quale sarà firmata tanto dai conservatori che la ricevono, che dagl'ispettori che l'eseguiscono.

LXXVI.

I detti archiviati del luogo, ove esiste l' ufficio del registro conserveranno presso di loro le copie degli atti appartenenti ai notaj del proprio circondario; le altre poi colle stesse formalità, onde furono ricevute le passeranno ogni anno nel mese di settembre ai rispettivi archivisti, a cui spettano, rimanendo a carico di questi il ritirarle.

LXXVII.

È vietato ad ogni conservatore degli archivj di far uso di tali copie; le quali non possono prodursi nè presso i tribunali, nè fuori di giudizio, affine di non defraudare i notaj viventi del lucro che loro compete per gli estratti, e copie delle matrici.

LXXVIII.

Il conservatore pertanto dovrà custodire queste copie come un deposito chiuso, tenendo però un separato registro cronologico delle medesime, come si è detto degli atti in matrice all'art. LXIX.

Titolo VII.

Della vigilanza su i notai ed archivj.

LXXIX.

§. 10. Il prefetto degli archivj ha giurisdizione sulli notaj, ed ogni specie di archivj, che rinchiudono atti e contratti, affinchè sieno esattamente adempite le prescrizioni contenute in questo regolamento. De vigilantia adhibenda quo ad notariös, et archivia.

LXXX.

Quando il notajo è sospeso, o destituito dall' ufficio, ovvero se egli emetta rinuncia dell'esercizio di sue funzioni, o accetti impiego incompatibile, il prefetto ne darà formale avviso ai paesi del circondario, a cui il notajo era addetto. Gli archivisti dovranno affiggere una copia autentica di un simile avviso ne' rispettivi archivj.

Titolo VIII.

De' notaj ed archivj di Roma.

LXXXI.

§. 11. Restando ferma per tutti gli effetti preveduti ne' presenti regolamenti la giurisdizione competente ai respettivi capi de' tribunali sopra i notaj di Roma, le leggi del presente regolamento dovranno osservarsi anche rapporto ai medesimi, salve le eccezioni ne' seguenti articoli. De notariis, et archiviis urbis.

LXXXII.

I notaj di Roma addetti alle diverse cancellerie potranno proseguire ad esercitarle.

LXXXIII.

Il numero degli stessi notaj di Roma per ora resta conservato: sarà poi preso un provvedimento per farne la restrizione, che possa convenire alla quantità della popolazione ed alle circostanze della capitale.

LXXXIV.

La legge della cauzione stabilita negli art. XLIV e XLV non ha luogo per i notaj capitolini, i quali, avendo l'ufficio del proprio, danno collo stesso ufficio una cauzione sufficiente. Nemmeno la stessa legge comprende gli altri notaj di Roma addetti ai diversi tribunali, su de' quali rapporto a quest'oggetto si avrà ragione nel provvedimento da prendersi.

LXXXV.

Nella stessa guisa viene conservata competente giurisdizione sull'archivio così detto Urbano a monsig. tesoriere.

Titolo IX.

Degli onorarj competenti ai notaj ed archivisti

LXXXVI.

De honorariis debitis notariis, et archiviorum custodibus.

§. 12. Gli onorarj de' notaj ed archivisti per le matrici, e copie degl'istromenti, sia che contengano atti e contratti tra vivi e titolo gratuito, ovvero oneroso, sia che comprendano disposizioni a causa di morte, sono fissi o proporzionali secondo la natura degli atti medesimi.

LXXXVII.

Gli onorarj fissi si percepiscono per gli atti che non contengono traslazione di proprietà d'usufrutto, e di possesso di beni stabili e mobili, nè obbligazioni, liberazioni, liquidazioni, e quietanze di denaro o valore.

LXXXVIII.

I proporzionali poi si percepiranno per gli atti e contratti tra vivi, o per causa di morte, che seco portano una traslazione di proprietà d'usufrutto e possesso di fondi stabili e mobili, obbligazioni, liberazioni, liquidazione di denaro e valore.

LXXXIX.

Gli uni e gli altri sono regolati dalla tariffa pubblicata qui appresso.

XC.

Le questioni che potranno insorgere tra i notaj, archivisti, e parti interessate sul modo di regolare l'onorario saranno decise economicamente sopra semplici memorie e senza spese dai respettivi governatori, o assessore civile nelle città di residenza di legazione o delegazione, i quali in questa parte procederanno come delegati del prefetto degli archivj. La decisione sarà eseguita, e qualunque ricorso al sudetto prefetto non avrà luogo, se non in devolutivo.

XCI.

I notaj ed archivisti saranno tenuti di porre in fine delle copie e degli atti, che lasceranno alle parti in originale la dichiarazione, e la quietanza de' diritti percetti.

XCII.

I diritti di copia degl'istromenti di qualunque specie, o siano contratti tra vivi, o disposizioni di ultima volontà, le cui matrici per la morte o destituzione de' notaj si trovano depositate in archivio, si dividono per metà tra l'archivista ed il notajo rogante, o gli eredi di lui.

XCIII.

I lucri poi di ricerca nei protocolli depositati in archivio appartengono esclusivamente all'archivista.

XCIV.

Affine di garantire l'interesse de' notaj destituiti, o de' loro eredi se defonti pe' diritti di copia loro dovuti, si terrà in ogni archivio un registro in carta semplice sottoscritto in ogni pagina dal governatore: in questo l'archivista dovrà notare senza lasciare alcun vacuo tutte le copie che rilascerà, indicando la natura dell'atto, il giorno, mese ed anno in cui è stato rogato, il nome del notajo, la data della spedizione, il nome della persona che l'ha richiesto, l'onorario percetto, la parte dovuta al notajo o suoi eredi, e la loro quietanza. Questo registro verrà chiuso, colla firma dell'archivista ogni giorno, in cui si faranno spedizioni di atti.

XCV.

Non essendovi eredi cogniti del notaio defonto, la porzione ad essi dovuta resterà in deposito presso gli archivisti durante lo spazio di due anni, passati i quali, se niuno che abbia interesse siasi presentato a riceverla, rimarrà a beneficio dello stesso archivista.

XCVI.

Ogni abuso nell'applicazione della tariffa, ed ogni percezione indebita verrà punita colla sospensione del notajo, o dell'archivista pel tempo non minore di un mese, nè maggiore di tre, a nel caso di recidiva colla destituzione. Vi sarà sempre luogo in favore della parte lesa alla restituzione dell'indebitamente percetto.

XCVII.

Tutte le tasse tanto pei notaj, che per gli archivisti, che sono in uso nelle provincie dello stato vengono di autorità pontificia abolite, e sono surrogate le seguenti.

Titolo X.

Tariffa degli atti notarili

Diritti fissi

XCVIII.

Specimen emolumentorum.

§. 13. Gli emolumenti fissi si percipiranno sulle matrici, ossiano originali de' seguenti atti nella specie qui appresso stabilita.

§. 1.

Per le procure sieno generali o speciali, sia che contengano uno o più oggetti, e siano fatte da una o più persone, allorchè si rilascerà l'originale alla parte . . . . — 50

Facendosi per istromento, il cui originale rimanga presso il notajo . . . . » — 75

§. 2.

Per l'estensione e rogito di qualunque attestato, benchè fatto da più persone, quando depongano sopra un medesimo oggetto . » — 15

§. 3.

Per ogni atto di protesto, di cui si rilascia alla parte protestante l'originale, o la copia al protestato (compreso il registro) che deve rimanere in ufficio secondo la prassi . . . . . . » 1 50

§. 4.

Per ogni atto di ricognizione, e legalizzazione di firme, benchè siano di più persone . . . . » — 50

§. 5.

Per ogni atto di deposito di scrittora . . . . » — 50

Se però il deposito consista in atti di firma privata che mediante l'atto notariale vadano a rendersi pubblici, ovvero riguardi copie autentiche di contratti o atti di ultima volontà rogati fuori di stato, avrà luogo nell'uno e nell'altro caso la percezione del diritto proporzionale secondo l'importanza o qualità dell'atto.

§. 6.

Per ogni atto di consegna de' testamenti o codicilli chiusi » 1 50

Il simile pel rogito de' testamenti, o codicilli aperti.

§. 7.

Per ogni atto di emancipazione . . . . » 1 50

§. 8.

Per ogni atto di adozione, o arrogazione . . . . . . » 1 50

§. 9.

Per ogni atto di assunzione di tutela . . . . » 1 50

Se sarà compreso in altro atto, e nei contratti di pupilli e minori.

§. 10.

Per ogni fidejussione per atto separato . . . . » 1 —

Se sarà compreso nell'obbligazione principale . . . . » — 50

§. 11.

Per ogni sessione di tre ore impiegate nell' inventario o altra descrizione . . . . » 1 50

Gli atti di apertura o chiusura degl'inventarj, e delle descrizioni si considerano sempre per due sessioni.

§. 12.

Per l'adizione di una eredità, compresa la redazione dell'editto citatorio, e bannimento, e la segnatura de' connotari, o altre formalità, secondo le prassi locali . . . . » 3 —

§. 13.

Per l'insinuazione della donazione, compreso l'emolumento del connotaro che eccede in solidum . . . . » 2 —

§. 14.

Per l'accettazione di devoluzione . . . . » 1 —

§. 15.

Le rinunzie *ob ingressum in Religionem*, e quell' *attenta congrua dote* rapporto ai beni e diritti eventuali, de' quali il rinunciante non si trovi attualmente in possesso . . . . » 2 —

Dove intervengano le solennità e decreto di giudice . . . » 2 50

§. 16.

Le ratifiche di un atto, di cui siasi rogato il medesimo notajo » — 60

Se poi il notajo adoperato per la ratifica non sarà il medesimo che si è rogato dell'atto primiero, compete il diritto proporzionale dell'atto ratificato.

§. 17.

Li consensi al cancellamento delle ipoteche, se sia una sola ipoteca . . . . » — 50

Per ogni ipoteca da cancellarsi oltre la prima, per la quale resta fermo l'emolumento di baj. 50 . . . . » — 20

§. 18.

Gli atti di possessi meramente stragiudiziali in virtù della clausola del costituto senza mandato di giudice, per ogni possesso sopra fondi essenzialmente distinti e separati, o sopra oggetti mobili esistenti sotto lo stesso tetto » — 50

§. 19.

Le biffe ossiano apposizioni di sigilli che sogliono farsi dai notaj stragiudizialmente per la custodia e conservazione de' mobili da inventariarsi; per ogni biffa, compresa l'assistenza . . » — 30

§. 20.

Per la ricognizione, o remozione di ogni biffa . . . . » — 20

§. 21.

Le quietanze, liberazioni o discarichi di ogni sorta separati dal primiero atto di obbligazione, di cui siasi rogato il medesimo notajo, non eccedenti il valore di sc. 100 . . . . » — 75

Al di sopra baj. 20 per ogni

sc. 100, purchè in tutto non si eccedano li sc. 10.

§. 22.

I rendiconti, ove sia paregio d'introito ed esito, o la differenza non sia maggiore di scudi 100 . . . . » 1 —

Al di là si osservi la tassa proporzionale.

Diritti proporzionali

§. 23.

De emolumentis proportionalibus. §. 14. Per gli atti non eccedenti il valore di sc. 100 . . » — 75

§. 24.

Da sc. 100 a sc. 300 » 1 60

§. 25.

Da sc. 300 a sc. 5000 » 3 —

§. 26.

Da sc. 500 a sc. 1000 » 3 50

§. 27.

Da sc. 1000 a sc. 1500 » 4 50

§. 28.

Da sc. 1500 a sc. 2000 » 5 50

§. 29.

Da sc. 2000 a sc. 3000 » 7 50

§. 30.

Da sc. 3000 a sc. 5000 » 10 —

§. 31.

Da sc. 5000 fino a qualonque somma baj. 20 per sc. 100, purchè in tutto non si eccedano li sc. 30.

§. 32.

Se l'atto eccederà due carte di scrittura di 25 linee per pagina, oltre i sudetti diritti di stipolazione, i notaj percepiranno baj. 10 per carta, escluse sempre le prime due.

§. 33.

Per l'apertura de' testamenti o codicilli si dovrà baj. 50 fino al valore di sc. 1000. Dai sc. 1000 alli sc. 5000 sc. 1, dalli sc. 5000 alli sc. 10000 sc. 2, dalli sc. 10000 fino a qualunque somma . . . » 4 —

§. 34.

Per le quietanze, liberazioni, e discarichi di ogni sorta, separati dal primiero atto di obbligazione, di cui siasi rogato il medesimo notajo, eccedenti il valore di sc. 100, baj. 20 per ogni sc. 100 purchè in tutto non eccedano li sc. 10. Se poi sarà per gli atti di un diverso notajo, si dovrà l'intiero secondo la tassa proporzionale degli altri atti.

§. 35.

Per i rendiconti, nei quali risulti una differenza maggiore di scudi 100 avrà luogo la tassa proporzionale stabilita per gli altri contratti.

Delle copie ed estratti

§. 36.

De copiis, et extractibus. §. 15. Per le copie ed estratti in forma autentica dei testamenti e codicilli l'emolumento sarà regolato in tutto e per tutto a forma de' diritti proporzionali stabiliti per le copie pubbliche de' contratti.

§. 37.

Per la copia degli atti che va rimessa in archivio, baj. 10 per carta di cui ogni pagina contenga 25 linee, ed in ogni linea tredici sillabe.

§. 38.

Per le copie ed estratti in forma autentica l'emolumento sarà eguale a quello fissato per le stipolazioni tanto rapporto agli atti di diritto fisso, quanto rapporto a quei di diritto proporzionale, avuta sempre ragione dell'eccesso di scrittura, come al §. 32.

§. 39.

Per le copie autentiche duplicate date ad una medesima persona cioè a quella, a cui è stata rilasciata la prima copia, si esigerà la quinta parte oltre l'eccessività di scrittura come sopra.

§. 40.

Per l'astratto in forma aotentica di una particola dell'atto esigerà il notajo l'emolumento giusta l'importanza di quella particola, ed inoltre l'eccesso di scrittura.

§. 41.

Per le copie semplici, esclusi tutti gli atti di ultima volontà, si dovranno baj. 30 se il valore non eccede li sc. 100; qualora sia maggiore si aumenteranno baj. 10 per ogni 100 scudi, purchè in tutto non eccedano li sc. 2, oltre l'eccesso di scrittura come sopra.

§. 42.

Fuorchè ai notaj che conservano la matrice, ossia atto originale, non è permesso a veruno di darne le copie o estratti. Resta quindi vietato espressamente agli archivisti, ai preposti del registro, ai conservatori delle ipoteche, ed anche ad altri notaj di rilasciar copie tratte da altre conformi conservate ne' loro ufficj o altrove. Contravvenendovi saranno obbligati a reintegrare i notaj possessori delle matrici dell'intiero importo della tassa che compete ai medesimi, qualunque sia l'emolumento da essi percetto, e soggiaceranno inoltre ad una multa di sc. 10 a favore dell'erario per ogni con-

travvenzione. Nell'unico caso di smarrimento degli autografi ossiano matrici sarà permesso ai soli archivisti di darne le copie conformi tratte da altre simili esistenti in archivio previa l'autorizzazione del presidente del tribunale competente di prima istanza, il quale dovrà darla per semplice rescritto, inteso il notajo che conservava la matrice smarrita.

Onorarj degli archivisti

XCIX.

De honorariis debitis custodibus archiviorum. §. 16. Ogni notajo residente in provincia dovrà all'archivista del suo circondario baj. 10 per ogni atto, di cui sarà rogato esso notajo.

C.

Per ogni visura di atto o contratto sia tra vivi, o di ultima volontà, baj. 10. E poi baj. 5 per ogni dieci anni di ricerca dell'atto richiesto.

Non ritrovandosi l'atto, nulla si dovrà, fuorchè l'emolumento di ricerca come sopra.

CI.

Per le copie siano autentiche, o semplici tratte dagli originali de' notai defonti, o dimissionarj, o destituiti che si conservano in archivio, percepiranno gli archivisti i medesimi diritti di sopra tassati pe' notaj, salva la porzione dovuta agli eredi de' notaj defonti, o ai dimissionarj, o destituiti come egli articoli XCII, e XCIV. La mercede però di scrittura apparterrà privativamente ed interamente agli archivisti.

CII.

L'emolumento delle copie tratte da altre conformi conservate in archivio, nel caso unico di smarrimento dell'originale, come al §. 38, apparterrà esclusivamente agli archivisti.

Titolo XI.

Disposizioni generali

CIII.

Dispositiones generales. §. 17. Se l'atto non avrà un valore espresso, ma potrà desumersi dall'annua rendita della cosa ceduta in contratto, se ne desumerà il capitale moltiplicando 20 volte l'annua rendita: ne' contratti vitalizj si moltiplicherà 10 volte: nelle locazioni ed affitti si farà il cumulo delle annua corrisposte per tutto il tempo della durata della locazione o affitto. Se poi i contratti non saranno in alcun modo suscettibili di valuta, le parti contraenti ne coeverranno all'amichevole col notajo, ed in caso di discrepanza avrà luogo il disposto nell'art. XC.

CIV.

Dovendo il notajo per la celebrazione degli atti allontanarsi dal suo domicilio, oltre gli onorarj di sopra fissati, avrà diritto di percepire una somma a titolo di viatico. Questa, ove la distanza nell'interno del paese non ecceda un miglio, sarà di baj. 30. Se ecceda il miglio, o il viaggio si faccia di notte, sarà di baj. 60. Per il viatico fuori di porta non eccedente il miglio da misurarsi dalla porta, baj. 60, al di là baj. 25 per ogni miglio, compreso accesso e recesso oltre la vettura; ritenuto che per il primo miglio saranno sempre dovuti baj. 60. Ogni miglio principiato si avrà per intiero. Se il viaggio importa 6 ore di cammino, il notajo avrà anche diritto alle cibarie ed ospizio.

CV.

Negli affari di grave indagine si dovranno avere a calcolo anche le minute che il notajo è obbligato a stendere. Quindi negli affari complicati si permette ai notaj di concordare un emolumento speciale per la minuta, che non mai però sia maggiore di sc. 2 50.

Non sono affari di grave indagine quegli atti che dipendono semplicemente da formola, o che non richieggono le solennità.

CVI.

Se il notajo oltre la stipolazione dell'atto avrà dovuto tenere de' congressi, per conciliare le parti sulle convenzioni e condizioni dell'atto medesimo, oltre gli emolumenti di sopra stabiliti gli si dovrà sc. 1 per ogni congresso, compreso l'accesso fuori di domicilio: questi emolumenti peraltro non saranno mai dovuti oltre il numero di tre.

CVII.

Se in un medesimo contratto si conterranno disposizioni diverse aventi un prezzo o valore distinto; o dichiarato, o che possa desumersi come al § 39, questo si unirà a quello dell' atto principale per desumerne l'emolumento combinato.

CVIII.

Per le disposizioni soggette al diritto fisso contenute in qualunque atto e contratto, questo si percepirà dai notaj oltre a quello proporzionale derivante dal contratto medesimo.

CIX.

L'emolumento dell'accesso o accessi dei notaj al preposto del registro per far eseguire la registrazione dell'atto, se l'ufficio del registro sia nel luogo ove risie-

de il notajo sarà di baj. 30 in tutto; se fuori di baj. 60.

CX.

Oltre i sudetti emolumenti i notaj non potranno altro percepire che l'importo della carta bollata, del dritto di registro, e dell'emolumento all'archivista, come si è stabilito di sopra.

CXI.

In ogni triennio dovrà farsi la visita degli atti notariali, e degli archivj; la detta visita potrà eseguirsi o partitamente formando tre sezioni, o intieramente ma in maniera che al fine di ogni tre anni sia compita la visita di tutto lo stato.

CXII.

Al visitatore, o visitatori è rigorosamente vietato di ricevere qualunque ospitalità, e donativo dai notaj ed archivisti: l'emolumento dovuto ai medesimi visitatori sarà pagato dall'erario pubblico.

CXIII.

I notaj dovranno nel fine di ciascun anno allorchè esibiranno il loro repertorio al preposto del registro sborsare al medesimo la somma di uno scudo: gli archivisti avendo la rappresentanza di notajo dovranno sborsare allo stesso preposto nella detta circostanza e tempo il doppio della sudetta somma, cioè scudi due. L'ammontare di questa esigenza servirà in reintegro all'erario dell'emolumento che dovrà pagare alli sudetti visitatori.

CXIV.

Terminata la visita, il visitatore o visitatori ne faranno accurata relazione in iscritto al prefetto degli archivj, precisando le mancanze commesse dai notaj ed archivisti, affinchè possa egli prendere le risoluzioni convenienti, ed allontanare gli abusi, e correggere i difetti.

CXV.

Eserciterà presso monsig. prefetto degli archivj le funzioni di assessore il legale che in tal qualità si trova già nominato presso la stessa prefettura pel sistema ipotecario, e lo stesso s'intende del segretario, de' quali si prevarrà monsignor prefetto pel disimpegno di tutte le sue incombenze.

Clausulae servatrices, et irritantes. §. 18. Volendo, e decretando, che alla presente Nostra cedola di motu-proprio, ed a quanto con essa viene ordinato, e prescritto non possa mai opporsi difetto veruno di Nostra volontà, neppur per titolo di gius quesito, o di pregiudizio del terzo, di riduzione *ad viam juris*, e di aperizione di bocca, e che così come trovasi espresso, e non altrimenti debba sempre, ed in perpetuo interpetrarsi, giudicarsi, ed osservarsi da ogni giudice, e tribunale con la semplice eccezione delle curie, e tribunali ecclesiastici nelli giudizj, che sono di loro propria competenza in ragione della materia, o delle persone ecclesiastiche, contro le quali sieno introdotti, dichiarando fin da ora nullo, irrito, ed invalido tutto ciò, che da qualunque autorità scientemente, o ignorantemente si giudicasse, e prescrivesse, o si tentasse di giudicare, e prescrivere diversamente da quello, che è stabilito nelle presenti disposizioni, le quali vogliamo, che abbiano il loro pieno effetto, ed esecuzione con la semplice Nostra sottoscrizione, quantunque non siano state chiamate, e sentite quali si siano persone, che avessero, o pretendessero avervi interesse, e che per comprenderle vi fosse bisogno d'individualmente, ed espressamente nominarle.

Derogatio contrariorum. §. 19. Non ostante la bolla di Pio IV *de registrandis*, la regola della Nostra cancellaria *de jure quaesito non tollendo*, e qualsisiano costituzioni apostoliche Nostre, e dei Nostri predecessori, ordinazioni, brevi, decreti, chirografi, leggi, riforme, stili, consuetudini, ed altra qualunque cosa, che facesse, o potesse fare in contrario, alle quali tutte avendone il tenore per espresso, e riferito di parola in parola, in quanto possano opporsi alla piena esecuzione, ed osservanza di quanto si contiene nel presente motu-proprio, e nelle singole disposizioni con il medesimo confermate, ed approvate ampiamente deroghiamo, ancorchè tali costituzioni apostoliche, ed altre ordinazioni fossero rivestite di clausole derogatorie, e derogatorie delle derogatorie, essendo precisa Nostra intenzione, e volontà, che sempre, ed in tutto il Nostro stato debbino inviolabilmente, ed in ogni tempo osservarsi le regole da Noi presentemente stabilite e prescritte, abolendo, e dichiarando nulle, irrite, e di niuna efficacia tutte le altre, che non si conformino alle medesime.

Dato dal Nostro palazzo apostolico nel Quirinale, questo dì 31 maggio 1822.

PIUS PP. VII.

MXLVII.

Dat. die 7 junii 1822 anno XXIII.

Concessio novorum indumentorum magis insignium pro canonicis ecclesiae collegiatae, et parochialis sanctae Mariae in coelum Assumptae oppidi Magentiae dioecesis Privernensis.

Pius pp. VII.

Ad perpetuam rei memoriam

Proemium. §. 1. Indulgentia Romanorum pontificum iis, qui Deo laudes conspicuis in templis persolvunt peculiaria ornamenta non raro tribuit, ut externa decora adepti magis illi magisque conentur interius virtutibus enitere.

Tenor precum porrectarum. §. 2. Quum igitur dilecti filii archipresbyter, et canonici ecclesiae collegiatae, ac parochialis sanctae Mariae in coelum Assumptae oppidi Magentiae Privernensis dioecesis enixis prec bus Nobis afflagitarint, ut loco almutiae, qua antea decorabantur, rocchetto et mozzetta violacei coloris erantur, quumque venerabilis frater episcopus Privernensis apud Nos testimonium dicat de splendore ejusdem ecclesiae, in qua octo canonicorum perantiquum collegium viget, praeside archipresbytero, qui dignitas habetur, curamque animarum oppidi totius gerit, addictis etiam choro adjutoribus duobus, quos beneficiatos appellari mos est, quum insuper idem venerabilis frater episcopus, bis omnibus commemoratis, atque etiam sacris reliquiis insignibus, quae in ea ecclesia coluntur, praedictos oratores plane dignos petitis honoribus arbitretur; annuendum eorum votis, atque obsecundandum putamus.

Tenor concessionis §. 3. Nos igitur memoratum archipresbyterum, et canonicos specialibus favoribus et gratiis prosequi volentes, ac quemque eorum a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, et poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existant, ad effectum praesentium tantum consequendum, harum serie absolventes, et absolutos fore censentes, hujusmodi precibus inclinati, iis, qui modo sunt, quique in posterum erunt, archipresbytero, ac canonicis collegiatae sanctae Mariae in coelum Assumptae oppidi Magentiae Privernensis dioecesis, ut loco almutiae, quam antea deferebant, rocchettum, et mozzettam sericam violacei coloris in processionibus, aliisque functionibus, et actibus publicis capitularibus quibuscumque gestare libere et licite possint et valeant, auctoritate apostolica concedimus, et indulgemus; ipsumque archipresbyterum, et canonicos hoc super re a quoquam quovis praetextu, causa, et occasione molestari, aut impediri nullatenus posse decernimus.

§. 4. Sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos, etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores, et Sedis apostolicae nuntios, ac S. R. E. cardinales etiam de latere legatos, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super bis a quocumque quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Clausulae sublata, et decretum irritans.

§. 5. Non obstantibus apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, aliisque in contrarium facientibus quibuscumque. Derogatio contrariorum.

Datum Romae apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die septima junii, millesimo octingentesimo vicesimo secundo, pontificatus Nostri anno vicesimo tertio.

MXLVIII.

Dat. die 14 Junii 1822 anno XXIII.

Applicatio bonorum spectantium simplici beneficio sub invocatione s. Catharinae oppidi Panicalis favore ecclesiae parochialis s. Mariae ad Nemora dioecesis Civitatis Plebis

Pius PP. VII.

Ad futuram rei memoriam

Prooemium. §. 1. Sollicitudines inter graves, atque multiplices, quibus ob curam omnium ecclesiarum a Deo Nobis injunctam noctes et dies angimur, illa est vel praecipua, consulere animarum pastoribus vel majoris ordinis vel minoris, quidem nec falso, nec raro opportunis, et vel consuetudine, vel synodorum sanctione praescriptis redditibus carere se dolenter exponunt.

Expositio precum. §. 2. E quorum numero dilectus filius Silvester Cherubini parochus ecclesiae sanctae Mariae ad Nemora dioecesis Civitatis Plebis, narrata suorum tenuitate redituum, exposuit simul, reperiri nunc rectore vacuum simplex beneficium ab episcopo conferendum, quod a diva Catharina nomen habet, erectumque est in oppido Panicalis, ejusdem dioecesis, cui assequendo nemo animum applicuit, quod ex eo, detractis oneribus vectigalium, vix scutata tria quotannis redeant, illius adipiscendi ergo, canonicae institutionis impensas sibi ferendas censeat. Quae cum ita se habeant, suppliciter a Nobis petiit, ut praedictum sanctae Catharinae in oppido Panicalis institutum beneficium parochiae sanctae Mariae ad Nemora auctoritate apostolica perpetuo uniamus, et hoc saltem parvo praesidio illius inopiam, atque egestatem levemus.

Tenor concessionis. §. 3. Nos vero eumdem oratorem peculiari beneficentia prosequi volentes, et a quibusvis anathematis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, et poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quas forte incurrerit, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutum fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, acceptoque testimonio venerabilis fratris episcopi Civitatis Plebis, ex quo Nobis innotuit, res ita se habere prout expositum, et ipsi episcopo in votis esse, eam unionem sanciri, memoratum sanctae Catharinae beneficium parochiae sanctae Mariae ad Nemora auctoritate apostolica perpetuo unimus, et adjungimus, et pro unito, adjunctoque haberi praecipimus; id tamen ea lege, ut ab oratore, ejusque successoribus parochis adjuncto beneficio inhaerentia onera accurate expleantur. Id mandamus, ac constituimus.

Clausula sublata, et decretum irritans. §. 4. Decernentes has praesentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri, et obtinere, ac rectori ecclesiae parochialis sanctae Mariae ad Nemora, ejusque successoribus plenissime suffragari; sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos, etiam causarum palatii apostolici auditores, ac S. R. E. cardinales, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpetrandi facultate, et auctoritate judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum. §. 5. Non obstantibus fel. rec. Benedicti pp. XIV. praedecessoris Nostri super divisione materiarum, aliisque apostolicis ac in universalibus, provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, nec non legis fundationis ejusdem beneficii etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus, privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, et innovatis; quibus omnibus, et singulis illorum tenores praesentibus pro plene et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die decima quarta junii millesimo octingentesimo vicesimo secundo, pontificatus Nostri anno vicesimo tertio.

MIL.

Dat. die 14 junii 1822 anno XXIII.

Confirmatio concordiae stipulatae a mensa episcopali Amerina, et monasterio s. Benedicti congregationis Cisterciensium ejusdem loci.

Pius PP. VII.

Ad futuram rei memoriam

Expositio vicissitudinum quibus Amerina sedes subecit.

§. 1. Caeteras inter calamitates, quas licentia atque atrocitas praeteritorum temporum invexit, insignis illa profecto fuit, promercalia habita esse ac divendita Amerinae mensae episcopalis bona, sicque Amerinis episcopis adempta fuisse praesidia, quibus sese ac dignitatem tueri suam possent. Cui vulneri haud differendam medicinam poscenti remedia adhibere quum studeremus, illud in caeteris adhibendum censuimus, ut suppresso monasterio Focensi, titulum beatae Mariae Gratiarum gerente, sitoque in Amerina dioecesi, quod monachi ordinis sancti Benedicti Congregationis Cisterciensis nuncupatae tenuerunt usque ad annum 1810 ejus bona quaecumque, et quovis modo ad idem monasterium tunc pertinentia Amerinae episcopali mensae largiremur, perpetuoque unita atque adjuncta vellemus. Id Nos statuimus, ac sanximus literis Nostris datis sub annulo piscatoris die vicesima quinta septembris anno millesimo octingentesimo decimoquinto; per quas mandavimus simul ab episcopis Amerinis pendi quotannis monasterio urbano sancti Bernardi ad Thermas quod a Cisterciensibus monachis incolitur, scutatorum ducentorum canonem; Focense vero monasterium, eique junctam ecclesiam clericis congregationis Passionis Domini Nostri Jesu Christi attribui, darique. Sed quum de eorum clericorum ad id monasterium accessu nihil hactenus sit expeditum, studio fervens divinae gloriae venerabilis frater episcopus Amerinus, cernensque opera unius parochi apud Focense templum manentis non eo, quo decet splendore sacras peragi caeremonias posse, de consilio etiam canonicorum suae cathedralis ecclesiae, utque suae et aliorum pietati obsequeretur, verba fecit cum Cisterciensis congregationis praefectis de monachorum ad Focense templum ac monasterium reditu. Multis propositis hinc inde sententiis atque rationibus, quibus episcopali mensae utilitas aliqua ex bonis monasterii manaret, simulque monachorum alimoniae, et oneribus, quae ab eis sustinenda consuleretur, visum est, eos redire Focense ad monasterium atque ad ecclesiam posse, si omnia eorum jura, ac non distracta bona Cisterciensibus monachis redderentur, exceptis duobus in unum coalescentibus fundis, qui = Casali di Montenero = vernaculo sermone dicuntur, ac de quibus cautum est, ne a dominio episcopalis mensae recedant. Insuper monachi subire onus non detrectant pendendi singulis annis eidem episcopali mensae scutata sexaginta ex reliquis bonis ad se rediturís. Quia vero aliquo temporis decursu ac paratu rerum opus est, priusquam congregationis Cisterciensis rectores religiosam ibi familiam collocare queant, definitum est triennii tempus quod ultra accessum moraturae in iis claustris familiae differre non liceat. Quae omnia, ut ex Nostro assensu ac venia exequutioni mandari possint, obtulit Nobis preces venerabilis idem frater episcopus Amerinus.

§. 2. Praedictos ergo venerabilem fratrem episcopum, nec non dilectos filios monachos ordinis sancti Benedicti congregationis Cisterciensis nuncupatae peculiari beneficentia prosequi volentes, et a quibusvis anathematis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, ac poenis a jure vel ab homine quavis occasione vel causa latis, si quas forte incurrerant, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, omnia ac singula superius exposita de quibus convenit inter venerabilem eumdem fratrem episcopum Amerinum, ac rectores congregationis Cisterciensis quoad Focense monasterium ac templum iis monachis restituendum, deque bonis partim ab episcopali mensa retinendis, partim monachis cum onere annuae pensionis scutatorum sexaginta reddendis, itemque de praefinito tempore ad figendam ibi sedem religiosae familiae approbamus, confirmamus, iisque robur apostolicae auctoritatis adjicimus. Tenor concessionis

§. 3. Praeterea omnes et singulos juris et facti, ut vocantur, defectus, qui in pactis ejusmodi ineundis fortasse irrepserint eadem apostolica auctoritate supplemus atque sanamus, decernentes insuper has praesentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, ac fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere, et Amerinis qui quovis tempore erunt episcopi, nec non monachis praedictae Cisterciensis congregationis plenissime suffragari; sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores judicari et definiri debere, ac irritum et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate Clausulae salutares, et irritantes.

scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum. §. 4. Non obstantibus felicis recordationis Benedicti XIV. praedecessoris Nostri, super divisione materiarum, aliisque apostolicis, atque in universalibus, provincialibusque et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, Nostraque et cancellariae apostolicae regula de jure quaesito non tollendo, et praedictis literis Nostris datis die vicesimaquinta septembris anno millesimo octingentesimo decimo quinto, caeterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die decima quarta junii millesimo octingentesimo vicesimo secundo, pontificatus Nostri anno vicesimo tertio.

ML.

Dat. die 15 junii 1822 anno XXIII.

Concessio novorum indumentorum magis insignium pro mansionariis ecclesiae cathedralis Faventinae.

Pius PP. VII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Expositio precum. §. 1. Quum dilecti filii mansionarii capitulares, et Durazzo, ut vocantur, cathedralis ecclesiae Faventinae demissis precibus a Nobis petierint, ut loco almutiarum, quas antea gerebant, aliis Nostra concessione, ac beneficentia insignibus instruantur; venerabilis vero frater episcopus Faventinus suo apud Nos scripto testetur, oratoribus decorum, simulque canonicorum collegio non ingratum fore, si quidem eos violacei coloris mozzettam (sic enim appellant) superpelliceo, quod etiam cotta dicitur sinamus imponere; haud gravato inducimur, ut ejusmodi eos insignibus exornemus.

Tenor concessionis. §. 2. Quapropter praedictos oratores peculiari beneficentia prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, ac poenis, a jure vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, auctoritate apostolica tenore praesentium concedimus, et indulgemus, ut loco ornamenti almutiarum, futuro tempore laneam violacei coloris mozzettam deferant, eamque cottae quemadmodum moris est, superaddant. Quae quidem insignia illis deferre licebit in choro, et quibus interesse solent, collegii canonicorum, sive intra sive extra ecclesiam, functionibus publicis.

Clausula sublata et decretum irritans. §. 3. Haec mandamus et indulgemus, decernentes has literas semper firmas, validas, et efficaces existere et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, iisdemque oratoribus, nec non eorum successoribus plenissime suffragari; sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos, etiam causarum palatii apostolici auditores, ac S.R.E. cardinales, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum. §. 4. Non obstantibus felicis recordationis Benedicti pp. XIV praedecessoris Nostri super divisione materiarum, aliisque apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, caeterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die decima octava junii millesimo octingentesimo vicesimo secundo, pontificatus Nostri anno vicesimo tertio.

MLI.

Dat. die 25 junii 1822 anno XXIII.

Confirmatio statutorum sodalitii nuncupati a Christo Domino Cruci affixo civitatis Perusinae.

Pius PP. VII.

Ad futuram rei memoriam

Proemium. §. 1. Sodalitia ad pietatem fovendam, ejusque opera exercenda salubri consilio instituta, Romanorum pontificum praedecessorum Nostrorum, ac Nostris quoque sibi curas vindicant. Quumque, ne hujusmodi sodalitia a pietate umquam excidant, sed in ea magis, magisque roborentur, magnam vim leges habeant, quibus illa reguntur; non alienum ducimus a Nostro munere, eorum legibus perpendendis animum advertere; ac si prudenter conditae, christianaeque charitatis ignibus excitandis reperiantur idoneae, non illas recusamus apostolicae approbationis praesidio firmare.

Expositio precum. §. 2. Enim vero non ita pridem dilecti filii Franciscus Gaspardi, Seraphim Silvestrini, ac Caesar Augustus Torelli custodes, seu, ut vocitant, guardiani sodalitatis, a Christo Domino Cruci affixo, nomen adeptae, quae Perusiae in ecclesia sanctae Mariae Novae erecta est, suppliciter a Nobis petierunt, ut leges seu statuta quaedam, suo coetui moderando elucubrata, approbatione Nostra muniremus. Quibus in statutis quum nonnulla expungi, atque emendari jusserimus; iidem vero custodes novum illorum exemplar e Nostro praescripto emendatum, jamque a venerabili fratre episcopo Perusino sub datum diei 9 aprilis 1821 approbatum Nobis subjecerint, rursusque pro munimine apostolicae Nostrae approbationis institerint; haud gravate inducimur, ut eorum precibus annuamus.

Tenor apostolicae confirmationis. §. 3. Praedictos ergo oratores, nec non alios, quibus hae literae favent, peculiari beneficentia prosequi volentes, et a quibusvis anathematis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, ac poenis, a jure vel ab homine quavis occasione vel causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes et absolutos fore censentes, supplicationibus hujusmodi Nobis humiliter porrectis inclinati, leges seu statuta Perusinae sodalitatis, quae a Christo Domino Cruci affixo nomen habet, et in ecclesia sanctae Mariae Novae erecta est, prout in exemplari habentur Nostro jussu emendato, motu etiam proprio, dici ut solet, et certa scientia approbamus, confirmamus, et a cooptatis vel cooptandis in id sodalitium viris accurate servari mandamus, eisdemque statutis robur apostolicae auctoritatis adjicimus.

§. 4. Praeterea omnes et singulos juris ac facti defectus, qui in iis condendis fortasse irrepserint, supplemus atque sanamus, decernentes has praesentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere ac fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri et obtinere, ac illis ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus et per omnia plenissime suffragari; sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam caussarum palatii Nostri apostolici auditores judicari et definiri debere, ac irritum et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari. Clausulae sublatae, et decretum irritans.

§ 5. Non obstantibus constitutionibus et sanctionibus apostolicis, caeterisque contrariis quibuscumque. Derogatio contrariorum.

Datum Romae apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die vicesima quinta junii millesimo octingentesimo vicesimo secundo, pontificatus Nostri anno vicesimo tertio.

MLII.

Dat. die 23 junii 1822 anno XXIII.

Nova distributio servitii choralis pro ecclesia cathedrali Bituntina.

Pius PP. VII.

Ad futuram rei memoriam.

Prooemium.

§. 1. Imposita Nobis totius christiani gregis sollicitudo eas quoque partes Nobis injungit, ut de canonicorum collegiis, ac praesertim de iis, quae constituta sunt in ecclesiis episcoporum sede conspicuis, impensam, ac minime intermissam curam geramus.

Expositio precum.

§. 2. Sane expositum Nobis nuper a capitulo et canonicis cathedralis ecclesiae Bituntinae se hac lege praebendas suas obtinere, ut vacare choro debeant alternis hebdomadis; et tamen vix triginta per annum diebus a suis functionibus requiescere, quia nimirum diebus augustioribus canonicorum nemo a choro eximitur, itemque quum singulis annis parentatur fundatoribus canonicatuum, et aeque aliis, qui se beneficos in illos praebuerint. Quia tamen in eo collegio dignitates, ut vocant, recensentur sex, canonici triginta, sacerdotes autem emolumentorum participes, qui mansionarii dicuntur, triginta sex; in tanta copia divino cultui in ea ecclesia addictorum videtur sane opera a singulis exigi posse minus assidua, quin de majestate sacrarum caeremoniarum decedat, ac quin labore nimio, uti nunc accidit, eorum valetudo frangatur. Quapropter suppliciter a Nobis postularunt, ut choro minus assiduam a se operam exigendo, paterna sibi benignitate prospiciamus; praesertim quum certi tutique redditus praebendae cujusque sint tenues, quarumdam vero ob praeteritas rerum vices nulli, et labori, qui modo imponitur, haud profecto respondeant.

Tenor concessionis.

§. 3. Nos vero eosdem oratores peculiari prosequi beneficentia volentes, et a quibusvis anathematis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, ac poenis, a jure vel ab homine quavis occasione vel causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantem rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes supplicationibus hujusmodi Nobis humiliter porrectis inclinati quum venerabilis frater episcopus Bituntinus suo Nobis scripto testatus fuerit, res ita se habere, prout expositum, et ipse viam ac rationem ostenderit eorum labores levandi, quin templo quotidianus cultus desit, isque cultus a ministrorum etiam numero splendorem habere possit, quin oratores onere propemodum assiduo premantur apostolica auctoritate sancimus atque constituimus, ut dignitates, canonici, atque mansionarii Bituntinae ecclesiae in tres veluti sectiones dividantur, quarum singulae duabus dignitatibus, canonici decem, ac mansionariis duodecim constent. Tertia autem quaque hebdomada ad sectionem quamvis sacrarum functionum labor redibit, duabus autem hebdomadis unaquaeque sectio abstinere poterit ab ecclesia, illis exceptis diebus, per quos nemini ab illis abesse licebit. De parentalibus autem, quibus praeterito tempore omnes adesse cogebantur, ita sancimus, ut ea tantum sectio funebria justa persolvat, cui hebdomada illa in quam incidunt inserviendum ecclesiae est. Ne tamen, imminuto eorum numero, quia anniversaria justa persolvunt decrescat in defunctos pietas, immo ut majori vi et efficacia quaeratur eorum animabus aeterna beatitas jubemus atque mandamus, ut praeter solemne sacrum, quod anniversario die fit pro illorum expiatione cum lugubri cantu, aliud sacrificium sine cantu offeretur. Ceterum clericis octo, qui Bituntinae famulantur ecclesiae, nolumus famulatum fieri liberiorem, sed, ut hactenus obtinuit, in geminas sectiones dividi, alterisque hebdomadis choro, ac sacris functionibus interesse, quod eorum aetas coesuetum ferre laborem possit, et majori assiduitate in pietatis exercitio ad futurae sanctimoniae jacenda fundamenta indigeat. Haec concedimus ac constituimus.

Clausulae sublata, et decretum irritans.

4. Decernentes has literas semper firmas, validas, et efficaces existere ac fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri et obtinere, ac illis ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus et per omnia plenissime suffragari; sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores judicari et definiri debere, ac irritum et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigeri attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 5. Non obstantibus felicis recordationis Benedicti XIV praedecessoris Nostri super divisione meteriarum, aliisque apostolicis ac in universalibus, provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, nec non legis fundationis ejusdem cathedralis ecclesiae vel capiteli etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis vel consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscum-

que tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus et singulis illorum tenores praesentibus pro plene et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die vicesima octava junii millesimo octingentesimo vicesimo secundo, pontificatus Nostri anno vicesimo tertio.

MLIII.

Dat. die 28 junii 1822 anno XXIII.

Concessio indulgentiarum favore sociorum qui in Belgio, et Hollandia curant salutaria scripta in vulgum diffundere ad tuendam Ecclesiam Catholicam.

Pius PP. VII.

Ad futuram rei memoriam.

Prooemium. §. 1. Quo tempore nequam librorum dira colluvies in Ecclesiae Catholicae campum agitur, furentique illum impetu conatur obruere, pollicitus se cum illa futurum = usque ad saeculi consummationem = Christus eam spectatissimis e Belgio, atque Hollandia viris mentem dedit, suas vellent ut curas in veritatis tutela collocare, et salubribus scriptis proseminatis, pharmacum propinato veneno opponere. De quo consilio vix audivimus, statim ad coelum manus extulimus, Deoque Optimo Maximo Ecclesiae auctori gratias egimus, qui idoneum ei praesidium in tanta illius jactatione, ac procella submittendum curavit.

Ratio concessionis. §. 2. Quum autem cuperemus intentis in Ecclesiae bonum viris benevolentiam Nostram aliqua significatione testari; ipsi autem a Nobis petiissent, ut quotquot in societatem salutaria scripta vulgandi coiverunt, coibunt sacris donarentur indulgentiis nonnullis; Nos Omnipotentis Dei in suos filios misericordia, ac beatorum apostolorum Petri et Pauli auctoritate confisi per rescriptum editum die nona decembris anni superioris eorum petitioni ac votis alacriter obsecundavimus.

§. 1. Quum Nobis relatum fuerit, inter venerabilem fratrem Ambrosium Marechal archiepiscopum Baltimorensem in foederatis Americae provinciis, ac dilectos filios patres societatis Jesu in Marylandia commorantes exortam fuisse controversiam de jure, quod sibi vindicat memoratus archiepiscopus, annuam scilicet et consuetam percipiendi pensionem ex fundis, quos iidem patres sibi penitus vindicant, affirmante archiepiscopo, ejusmodi pensionem sibi, suisque successoribus pro mensa episcopali deberi; Nos pro pastoralis officii Nostri sollicitudine controversiam praedictam expendendam concillandamque commisimus venerabilibus fratribus Nostris Sanctae Romanae Ecclesiae cardinalibus negotiis Propagandae Fidei praepositis, quibus in congregatione generali habita die tertia julii vertentis anni millesimi octingentesimi vicesimi secundi referente venerabili fratre Nostro cardinali Fesch ponente, placuit rem de bono et aequo componere per concordiam inter partes Romae ineundam coram tribus ex praedictis venerabilibus fratribus Nostris, scilicet Francisco Xaverio Castiglioni, Josepho Fesch, et Hannibale Della Genga. Quum autem optata hujusmodi concordia ad exitum perduci haudquaquam potuerit, iidem venerabiles fratres Nostri in congregatione habita die prima julii ejusdem anni, referente eodem ponente cardinali Fesch, omnibus rite perpensis, censuerunt ac decreverunt, sub spe Nostrae obtinendae approbationis, stabiliter constituendam esse archiepiscopalem mensam Baltimorensem super bonis stabilibus, quae felicis recordationis Pius pp. VI decessor Noster anno millesimo septingentesimo octuagesimo nono episcopo Baltimorensi administranda tradiderat; ac ne ulla in posterum suboriator dissidii vel contentionis causa, pariter censuerunt, nonnullis standum esse conditionibus, quae hic referuntur, videlicet.

I.

Tenor pactorum concordiae initae a congregatione deputata.

§. 2. Ut reverendissimus Pater Aloisius Fortis praepositus generalis socie-

tatis Jesu in virtuto sanctae obedientiae, quam apostolicae Sedi praestare tenatur, reverendissimum dominum Ambrosium Marechal archiepiscopum Baltimorensem immittere omnino debeat in possessionem praedii nuncupati White Marsh cum omnibus suis adjunctis, nempo colonis, pecudibus, instrumentis, frugibus, atque annonis, et in eadem sanctae obedientiae virtute praecipiat patribus Jesuitis Marylandiae, nt promptam hujusmodi decreto exequntionem dent intra mensem a reditu ejusdem praesulis in suam dioecesim supputandum.

II.

Si praedium White Marsh mensuram excesserit duorum millium jugerorum, siva, nt vocant, arpanarum, ea terrae portio, quae superat, quaeque magis a centro distat ad patres Jesuitas possidenda pertineat, ducto centro ab ecclesia, quae in eodem fundo sita est.

III.

Postquam archiepiscopus ipsius praedii possessionem adierit si graves aliquae causae concurrant, quibus expediri videatur, ne patres societatis eodem fundo priventur, liceat praeposito generali ejusmodi rationum momenta exponera sacrae congregationi, quae judicabit an mensa archiepiscopalis in eo potius, quam in alio praedio constituenda sit, firmo semper archiepiscopi jure.

IV.

Si allatae a praeposito generali rationes eae revera futurae sint, ut ad praedii commutationem sacrae congregationis judicio deveniendum sit, idem praepositus generalis obligare tenebitur patres Jesuitas Marylandiae, ut loco fundi White Marsh offerant, accedant Baltimorensi antistiti aliud praedium ejusdem valoris, et commoditatis, quod jugera, siva arpanas bismille contineat, et fundo White Marsh, quantum fieri potest, aeque respondeat tum quoad positionem, et coeli salubritatem, tum quoad fecunditatem. Archiepiscopus vero in pacifica possione manebit fundi White Marsh donec conventa permutatio a sacra congregatione approbata fuerit ejusque adprobationis documentum ad archiepiscopi manus pervenerit.

V.

Omni studio curandum erit iisdem patribus, ut praedium White Marsh usque ad diem, in qua archiepiscopus illius possessionem inierit, eadem industria, ac sedulitate excolatur, ac si ipsi perpetuo illud possidere deberent.

VI.

Si fundus White Marsh, vel alius pro eo subrogandus aliquo aere alieno gravatus fuerit ante initam archiepiscopi possessionem contracto, ejus solutio ad patres societatis Jesu spectabit. Pari modo fructus ab eodem fundo, vel ab illins conductoribus, si qui sunt, provenientes usque ad eamdem possessionis diem ab iisdem patribus percipientur.

VII.

Quoties patres societatis Jesu in Marylandia commorantes ea omnia diligenter impleverint, quae a sacra congregatione in hisce articulis sancita sunt archiepiscopus Baltimorensis ex parte sua obligat se, suosque successores, spondens, tam se, quam illos semper agnituros, ratamquo esse habituros liberam, ac pacificam Jesuitarum possessionem in reliquis bonis, quae exinde pontificio etiam accedente placito, iisdem libere administranda relinquuntur, ita ut nulla unquam in posterum vel ab archiepiscopis, vel a clero saeculari possit iis inferri molestia, aut in pacifica hujusmodi possessione aos ullo modo, vel sub quovis obtentu turbari, firmo tamen semper remanente interdicto de bonis non alienandis, et salvis oneribus, quae iisdem bonis inhaerent.

§. 3. Omnibus mature perpensis et uti supra dispositis nomine praedictae congregationis de Propaganda Fide petitum a Nobis fuit, ut apostolicae potestatis Nostrae munimine roboremus, idque praecipiamus, quod stabili constitutioni mensae archiepiscopalis Baltimorensis juxta praemissa opportunum videtur. Nos hujusmodi congregationis votis annuere volentes, ac singulares personas quibus praesentes Nostrae literae favent, specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, suspensionis et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes et absolutos fore censentes supplicationibus hujusmodi Nobis humiliter porrectis inclinati, omnia superius relata et a congregatione venerabilium fratrum Nostrorum Sanctae Romanae Ecclesiae cardinalium negotiis Propagandae Fidei praepositorum circa stabilem constitutionem mensae archiepiscopalis Baltimorensis sancita, auctoritate apostolica tanore praesentium approbamus, eisque apostolicae firmitatis robur adjicimus, ac omnes et singulos juris et facti defectus, si quos in ea irrepsisse contigerit, sanamus, atque supplemus, mandantes propterea in virtute sanctae obedientiae praeposito generali societatis Jesu, ut, statim ac praesentes Nostrae literae ei fuerint exhibitae, omnia in illis expressa et a Nobis approbata accurate exequi teneatur. Confirmatio apostolica.

Clausula sublata, et decretum irritans. §. 4. Decernentes has praesentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, ac fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri, et obtinere, ac omnibus, ad quos spectat et spectabit pro tempore plenissime suffragari, et ab eisdem inviolabiliter observari; sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores judicari et definiri debere, ac irritum et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum. §. 5. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, caeterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die vicesima tertia julii millesimo octingentesimo vicesimo secundo, pontificatus Nostri anno vicesimo tertio.

MLVII.

Dat. die 30 julii 1822 anno XXIII.

Deputatio sacerdotis qui auxilium tribuat parocho ecclesiae s. Joannis Evangelistae civitatis Arimini, cum congrua ejus dotatione.

Pius PP. VII.

Ad futuram rei memoriam

Prooemium. §. 1. Pertinet ad impositum Nobis apostolicum ministerium venerabilium fratrum episcoporum labores atque conatus ad paroeciarum rationem ac redditus probe constituendo, Nostra auctoritate auxilioque juvare. Sane quum venerabilis frater episcopus Ariminensis praeterito anno in id incumberet, ut parocho ecclesiae sancti Joannis Evangelistae, quae etiam sancti Augustini dicitur, quaeque inter paroecias urbis Arimini amplissima ac frequentissima est, ad animarum regimen, et ad divinum cultum opportuni adjutores adsint, nonnulla sanxit, praesertim circa beneficium sanctae Mariae in Acumine, ad ecclesiam sancti Joannis Nostra auctoritate translatum, per quae paroeciae hujus bono consulitur, sed quae opem apostolicae Nostrae potestatis exposcant.

Expositio precum. §. 2. Quapropter dilectus filius Aloisius Nardi memoratae ecclesiae sancti Joannis parochus suppliciter petiit, ut ad ea constituenda atque firmanda ope Nostra apostolica praesto simus.

Tenor concessionis. §. 3. Nos vero eumdem oratorem peculiari beneficentia prosequi volentes, et a quibusvis anathematis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, ac poenis a jure vel ab homine quavis occasione vel causa latis, si quas forte incurrerit, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutum fore censentes, volumus atque mandamus, ut rector beneficii sanctae Mariae in Acumine dilectus filius Antonius Trampolesi pergat fructus ac redditus ejus beneficii, donec vita fruetur, percipere, ita tamen ut in animarum cura sacrisque caeremoniis auxiliari parocho debeat, simulque pergat pecunias percipere, quae sacerdoti adjutori ejus parochi Nostra concessione solvuntur. Quum vero idem dilectus filius Antonius excesserit vita, beneficii ejus fructus, ac pecunias insuper, alendo uni sacerdoti adjutori parochi sancti Joannis jam constitutas, percipi volumus a parochis ejus ecclesiae, qui quidem sibi duos semper sacerdotes paroecialium munerum adjutores adsciscent, ad nutum amovibiles, ut dici solet, singularisque in singulos menses jam expletos scutata sex pendent, iisque domum, paroeciali aedi proximam, incolendam tradent, ut nocturnis horis atque diurnis facere a parocho impetrata, ac plebi adesse queant, quae parochi curae concredita. Denique quidquid, soluta adjutoribus praedicta pensione et beneficii sanctae Mariae in Acumine oneribus expletis ex ejus fructibus reliquum erit, id totum erogabitur a parochis in ecclesiae reparationem, et ad illius sacrarium opportuna supellectili ornandum atque instruendum.

Clausula sublata, et decretum irritans. §. 4. Haec constituimus atque mandamus decernentes has literas semper firmas, validas, et efficaces existere ac fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, praedictoque parocho ecclesiae sancti Joannis, ejusque successoribus, et adjutoribus plenissime suffragari; sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores judicari et definiri debere, ac irritum et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum. §. 5. Non obstantibus felicis recordationis Benedicti XIV praedecessoris Nostri super divisione materiarum, aliisque apostolicis constitutionibus, et sanctionibus, caeterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die trigesima julii millesimo octingentesimo vicesimo secundo, pontificatus Nostri anno vicesimo tertio.

MLVIII.

Dat. die 30 julii 1822 anno XXIII.

Facultas tributa fratribus congregationis Ruthenorum s. Basilii Magni admittendi Latinos in eamdem congregationem.

Pius PP. VII.

Ad futuram rei memoriam.

Proemium.

§. 1. Ea sunt ordinis s. Basilii Magni Ruthenorum erga rem Catholicam merita, praesertim in Ruthenae nationis cum hac Petri cathedra unione confovenda, atque firmanda, ut commemorari satis, ac satis amplo praeconio laudum extolli non possint. Quae quidem merita probe noscens ac praedicans congregatio venerabilium fratrum Nostrorum Sanctae Romanae Ecclesiae cardinalium negotiis Propagandae Fidei praepositorum, cupiensque simul, prout ex usu catholicae rei est quamplurimos ad institutum illud amplexandum accedere, non ita pridem decretum edidit in haec verba.

Expositio precum, et ratio concessionis.

§. 2. Cum ordo s. Basilii Magni congregationis Ruthenorum non modo plurimum de ipsius nationis unione cum Sancta Catholica Ecclesia sit meritus, sed etiam praecipuum sit orthodoxae religionis inter Ruthenos columen ac propugnaculum, adeoque ex felicis recordationis Clementis VIII, Pauli V, Benedicti XIV, aliorumque summorum pontificum concessione pluribus cumulatus fuerit indultis, ac privilegiis, eoque praesertim, ut latinis etiam liber pateat in eamdem congregationem ingressus, cumque modo decrescente eorumdem monachorum numero, procurator generalis nomine totius ordinis humillime supplicaverit, ut ad conservandam augendamque tam benemeritam congregationem ex qua potissimum episcopi, sacri praecones, ac praeceptores desumuntur, et ad latinos adolescentes magis, magisque excitandos ad amplectendum tam salutare institutum benigne renovetur, et quatenus opus sit, denuo concedatur indultum, ut nempe latinis eidem congregationi se addicere, et regularem in ea professionem emittere liceat, sacra congregatio animadvertens, indultum hoc ad sanctam Ruthenorum unionem servandam, propagandamque valde conferre, censuit supplicandum Sanctissimo pro ejusmodi indulti confirmatione, seu concessione, itaut latini libere, ac licite possint in eadem congregatinno admitti, ipsius professionem facere, et ad sacros ordines servatis in omnibus servandis promoveri.

Tenor concessionis.

§. 3. Nos vero, pro studio, quo in monachos ejusdem ordinis ferimur, caventesque, ne sacra illa societas ad solitudinem redigatur, aut saltem infrequens fiat, neve legendi saepe ex ea Rutheni gregis pastores, catholicaeque veritatis praecones desint, referente dilecto filio magistro Carolo Maria Pedicini ejusdem congregationis secretario, die duodecima maii hujus anni decretum id approbatione Nostra munivimus. Quum vero nomine congregationis praedictae petitum Nobis fuerit, ut de Nostra ejusmodi approbatione, et indulto apostolicis literis constare velimus, haud gravate inducimur, ut oblatis precibus obsequamur. Rursum igitur decretum, de quo egimus, confirmantes, omnesque ac singulos quibus hae literae favent peculiari beneficentia prosequi volentes, et a quibusvis anathematis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, ac poenis, a jure vel ab homine, quavis occasione vel causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, ut qui latino utuntur ritu, libere ac licito possint ordini sancti Basilii Magni Ruthenorum, ejusque congregationibus nomen dare, votisque Deo nuncupatis, id institutum profiteri auctoritate apostolica concedimus et indulgemus, aliorum pontificum praedecessorum Nostrorum hac de re indulta renovantes, ac quatenus opus sit id facultatis denuo impertientes.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 4. Decernentes insuper has literas semper firmas, validas, et efficaces existere ac fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere; praedictoque ordini sancti Basilii Magni Ruthenorum, in eumque admittendis tyronibus plenissime suffragari; sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores judicari et definiri debere, ac irritum et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 5. Non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis, caeterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die trigesima julii millesimo octingentesimo vicesimo secundo, pontificatus Nostri anno vicesimo tertio.

MLIX.

Dat. die 30 julii 1822 anno XXIII.

Concessio novorum indumentorum magis insignium pro canonicis, et dignitatibus ecclesiae cathedralis Placentiae.

Pius PP. VII.

Ad futuram rei memoriam.

Proemium.

§. 1. Apostolicae benignitatis dona eo libentius iis, qui ministerio ecclesiarum addicti sunt, elargimur, quo ecclesiae ipsae per haec in posterum munera honorificentius colendae, et clariori temporum vetustate praecellunt, et laudabiliori ministrorum praestantia celebrantur.

Expositio precum.

§. 2. Quum itaque, sicut Nobis nuper expositum est nomine dilectorum filiorum praepositi et canonicorum insignis basilicae sancti Antonini civitatis Placentiae, eorum pervetusta ecclesia, quae jussu sancti Victoris primi Placentini episcopi anno reparatae salutis tercentesimo vicesimo quarto fuit aedificata, cathedralis nomine et privilegiis potita fuerit, usquedum anno octingentesimo septuagesimo septimo novo constructa cathedrali ecclesia multi ex praedicto numeroso capitulo divisi illam incoluerunt, persistentibus in dicta basilica viginti et ultra canonicis, qui separatum collegium, cui praepositus auctoritate apostolica approbatus praeesset constituerunt; quumque hujusmodi basilicae collegium, quod ad praesens ex praeposito, et duobus super viginti canonicis, sex mansionariis, et tresdecim praebendatis constat, viris nobilitate, doctrina, pietate insignibus semper floruerit; quumque praedicti oratores, qui hujus sanctae Sedis beneficentia ecclesiasticis indumentis sunt ornati, suppliciter a Nobis petierint, ut novo aliquo decoramento exteriori, collare nempe violaceo, nec non vitta serica ejusdem coloris in pileo eos donemus; haud gravate inducimur, ut eorum precibus obsecundemus, quum ex testimonio ordinarii Placentini Nobis innotuerit res ita se habere, prout expositum, eosque dignos esse ut exaudiantur.

Tenor concessionis.

§. 3. Quapropter praedictos oratores peculiari beneficentia prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus hujusmodi Nobis humiliter porrectis inclinati, praeposito, et canonicis insignis basilicae sancti Antonini Placentinae civitatis praesentibus, et futuris, ut ipsi inter limites dioecesis Placentinae tantum collare violaceum, nec non vittam sericam ejusdem coloris in pileo gestare libere possint et valeant, auctoritate apostolica tenore praesentium concedimus, et indulgemus, eosque desuper a quoquam quavis auctoritate impediri, molestari, perturbari nullatenus posse, ac irritum et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, decernimus.

Derogatio contrariorum.

§. 4. Non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis, nec non dictae basilicae etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, et aliis efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus et singulis illorum tenores praesentibus pro pleno et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die trigesima julii millesimo octingentesimo vicesimo secundo, pontificatus Nostri anno vicesimo tertio.

MLX.

Dat. die 5 augusti 1822 anno XXIII. Concessio indulgentiae plenariae assequendae ab illis, qui nomen dederint congregationi nuncupatae Scholarum Piarum, et opera explent eisdem ab instituto praescripta.

Pius PP. VII.

Ad futuram rei memoriam.

Ratio concessionis. §. 1. Quamquam de parochia ubique gentium sitis haud verendum videtur, ne in defigenda adolescentium mentibus christiana doctrina studium ac sedulitatem suam desiderari patiantur, nec eorum quemquam animo esse ducimus adeo immisericordi ac duro, ut quaerentibus panem recuset frangere, jucundissimum tamen fuit Nobis accipere, in quibusdam Belgii civitatibus post rerum conversiones tantas vigere adhuc quasdam Christianae doctrinae scholas, eo utentes instituto, quod felicis recordationis Benedictus XIII praedecessor Noster suprema auctoritate approbavit, et in quibus labore ac curis sodalium, qui a scholis ipsis Christianis nomen accipiunt, tenera puerorum atque adolescentium aetas sanctissimae religionis rudimentis, moribusque praeceptis imbuitur. Quia enim nonnullis parochis tam frequens ac numerosa plebs subest, ut licet maxime cupiant accurate hac in re suo muneri satisfacere, aliquibus tamen e grege suo, operam, ut saepe evenit, peculiarem poscentibus, eam nequeant impendere; non potest non esse opportunum, alios quoque in tradendae Christianae doctrinae provinciam incumbere, et parochorum conatibus fructuosam opem adjungere. Quum igitur, pro totius Ecclesiae procuratione a Deo Nobis tradita, anxii ac solliciti simus de omnium salute, quam profecto assequi nemo potest, nisi ea saltem ex Christianae religionis elementis teneat, quae trita loquutione apud theologos = *necessitate medii* = necessaria dicuntur; quumque in eam necessariam institutionem sciamus sodales seu fratres praedictos Scholarum Christianarum seu Piarum nuncupatos maxima cum laude ac profectu adolescentium insistere; cupimus sane, non eas tantum, quae modo sunt, Christianae doctrinae scholas juxta approbatum ab hac Sede institutum, patere, verum etiam, venerabilium fratrum episcoporum assensione impetrata, alias aliasque aperiri, ubi praesertim plebs rudior est, magisque periculo errorum, qui circumferuntur, obnoxia. Quo autem pii homines libentius societati isti dent nomen, et proposito spiritalium bonorum praemio, adolescentes alacrius informandos suscipiant = *ad illuminationem scientiae claritatis Dei* = petitum a Nobis suppliciter est, ut in eam societatem adlectos viros munere aliquo sacrarum indulgentiarum donemus.

Tenor concessionis. §. 2. Nos vero coetui de re catholica benemerenti gratificari cupientes, Deique omnipotentis misericordia, ac beatorum ejus apostolorum Petri et Pauli auctoritate confisi, viris in eam societatem cooptatis, vere poenitentibus, suaque peccata confessis, et Dominici corporis dape refectis, quo die societatem ingrediuntur, iisdemque sodalibus in mortis articulo, saltem ex animo poenitentibus, si Ecclesiae sacramenta accipiendi non sit facultas, plenariam omnium criminum indulgentiam largimur. Plenariam illis aeque indulgentiam post detersas sacra confessione vitae sordes, acceptamque eucharistiam in diebus conceptui beatae Virginis, et sancto Josepho dicatis (eorum enim in tutelam sodales se receperunt) ac semel quolibet mense, si per mensem superiorem pietatis opera, societatis legibus praescripta, sedulo sint exequuti, ac dummodo publico aliquo in templo pro christianorum principum concordia, haeresum extirpatione, gloriaque Sanctae Matris Ecclesiae pias ad Deum preces effundant, concedimus.

Fides habenda transumptis. §. 3. Has autem literas perpetua volumus efficacia pollere; earumque exemplis, etiam impressis, manuque publici notarii subscriptis, et per constitutum in ecclesiastica dignitate virum sigillo munitis, eamdem fidem tribuendam statuimus, quae concessioni Nostrae, hoc ipso diplomate ostenso, haberetur.

Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die nona augusti millesimo octingentesimo vicesimo secundo, pontificatus Nostri anno vicesimo tertio.

MLXI.

Dat. die 26 augusti 1822 anno XXIII.

Revocatio literarum apostolicarum a Leone X pontifice maximo latarum super exclusione a canonicatibus, et dignitatibus in ecclesiis chathedralibus eorum, qui sanguinis nobilitate donati non essent.

Pius PP. VII.

Ad futuram rei memoriam

Proemium.

§. 1. Quoniam ut docuit sanctus Leo magnus praedecessor Noster « sicuti quaedam sunt, quae nulla possunt ratione convelli, ita multa sunt, quae aut pro consideratione aetatum, aut pro necessitate rerum oporteat temperari » idcirco aliquando non recusamus in iis, quae meram ad disciplinam pertineant, aliquid intendere vel remittere, nonnulla etiam, quae prius obtinebant, prorsus invertere.

Expositio constitutionis Leoninae pro regno Poloniae.

§. 2. Sane quum res Polonorum publica iis olim vigeret legibus, quae supremam potestatem ad optimates fere integram traherent, facileque in Polonia despicerentur, qui clara majorum gesta, ductamque generoso e sangine originem prae se ferre non possent, salubri consilio felicis recordationis Leo X praedecessor Noster quum sciret, curandum esse ut sacris addicti viri in honore habeantur, Sigismundi primi Poloniae regis preca permotus, vetuit per litoras apostolicas datas pridie kalendas augusti anno millesimo quingentesimo quinto ne, exceptis duobus sacrae theologiae, ac totidem juris magistris, assequi aliquis posset dignitates et canonicatus in ecclesiis episcoporum sede conspicuis, quae intra Poloniae fines essent, nisi a nobilibus parentibus ortum duceret. Sequuta plures post annos sunt tempora, quibus in cunctis, quae veteri Poloniae regno continebantur, regionibus opinionum ac rerum magna est facta conversio, ut quae Sigismundus Rex cum studio in catholicam religionem clarus, tum rei Polonicae apprime gnarus ac prudens, recte petiit, et a Leone X pontifice pientissimo prudentissimoque impetravit, ingens nunc catholicae rei detrimentum importent. Etenim quum modo illis in regionibus non ea copia sit nobilium adolescentium qui cooptari sacratum in coetum velint minus digni, immo aliquando, prorsus indigni ad ecclesiarum cathedralium dignitates, ac canonicatus vocentur necesse est, si in iis legendis discedere a nobilitate non liceat.

Preces porrectae pro assequenda revocatione legis Leoninae.

§. 3. Quae quidem incommoda venerabilis frater episcopus Plocensis Nobis exposuit, postulavitque, ut aliquibus nunc, deinceps vero aliis veniam queat pontificiae legis facare, ut quamvis haud summo loco nati sint, dignitatibus tamen et canonicatibus ecclesiae suae Plocensis licite admoveantur. Quumque serenissimus Moschorum imperator ac Poloniae rex apud Nos agendum curaverit, ut Leonis X, interdictum de viris haud nobilibus ad dignitates et canonicatus ecclesiarum cathedralium non promovendis in universo Poloniae regno quoad Plocensem etiam dioecesim complectitur abrogemus.

Tenor dispositionis.

§. 4. Nos quibus id studium est, serenissimo imperatori ac regi, optime de Nobis merito, quantum Deo propitio, possumus, gratificari, agnita postulationis aequitate, interdictum illud Leonis X praedecessoris Nostri in universo Poloniae regno revocamus et abrogamus, revocatumque et abrogatum haberi apostolica auctoritate mandamus. Quare ibidem licebit homines haud ortu nobiles, sed tamen honesto loco natos et ex legitimo matrimonio procreatos, nec obnoxios impedimento ulli a sacris legibus constituto, servatis iis, quae servanda sunt, ad dignitates quasvis et canonicatus ecclesiarum cathedralium deinceps evehere.

Derogatio contrariorum.

§. 5. Id concedimus ac constituimus, non obstantibus memoratis literis felicis recordationis Leonis X praedecessoris Nostri datis pridie kalendas augusti anno millesimo quingentesimo quinto et felicis pariter recordationis Benedicti XIV praedecessoris Nostri super divisione materiarum, aliisque constitutionibus, et sanctionibus apostolicis, nec non Nostra et cancellariae apostolicae regula de jure quaesito non tollendo, caeterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die decima sexta augusti millesimo octingentesimo vicesimo secundo, pontificatus Nostri anno vicesimo tertio.

MLXII.

Dat. die 30 augusti 1822 anno XXIII.

Subjectio piae domus nuncupatae sanctae Annae ad quatuor Fontes de orbe jurisdictioni eminentissimi cardinalis pro tempore vicarii Sanctitatis Suae.

Pius PP. VII.

Ad futuram rei memoriam

Prooemium.

§. 1. Dignitas militantis Ecclesiae si verum inquirimus atque tenemus, inde in primis originem ducit, quod, non secus ac coelestis Hierusalem, Deo, et homine Jesu Christo praesente nobilitatur, integumentis quidem specierum quarumdam velato, sed tamen illo ipso omnipotentis Dei filio, humana carne induto, quem velo non amplius obtectum intuetur populus, cui datum est = in pulchritudine pacis et tabernaculis fiduciae et in requie opulenta = sedere. Quumque ab illo calice, qui = communicatio sanguinis Christi est = et ab illo pane, qui = participatio corporis Domini est = praecipuam gloriam ac splendorem suum Ecclesia militans hauriat, ut pote quae tantorum mysteriorum communicatione prope ad sanctae civitatis dignitatem accedit; plurimum ex ea dignitate ac gloria in eos redundet necesse est, qui, dum versantur in terris, sacrosanctum Eucharistiae sacramentum majore, qua possunt, assiduitate venerantur.

Laudatur piae domus erectio.

§. 2. Quapropter, quum jam inde ab anno millesimo octingentesimo octavo piae nonnullae mulieres, duce dilecta in Christo filia Magdalena ab Incarnatione, veniaque accepta a dilecto filio Nostro in urbe ejusque districtu vicario in spiritualibus generali, convenerint in religiosam domum, quae sanctae Annae ad quatuor Fontes dicitur, ibique sub tutela beatae virginis Dolentis id vitae genus susceperint, cui divinam hostiam perpetuo adorare propositum est, toto nempe mulierum coetu oliquando adorante, horis autem quibusdam certo earum numero, pro majore vel minore frequentia coetus, reputantes nobilitatem ac pietatem officii, quod sibi mulieres spectatissimae praeoptaverunt illi Magdalenae persimiles, quae Christo, remissis curis olus, haerebat, passi numquam sumus auctoritatem illis Nostram, opemque deesse.

Memorantur leges istae pro recto ejusdem piae domus gubernio.

§. 3. Ac quia mulierum earum urbanam istam societatem, et societates alias, quae fortasse idem propositum aliquando amplectentur, oportet quadam legum constitutione regi, a qua non deflectentes propositum sibi scopum attingant, augendi nimirum in suis atque aliorum cordibus charitatem erga omnium bonorum ac sanctitatis fontem Christum Dominum per augustissimae Eucharistiae adorationem perennem; Nos rescripto edito die quinta junii anni millesimi octingentesimi decimi septimi, referente venerabili fratre archiepiscopo Berytensi, secretario congregationis venerabilium fratrum Nostrorum Sanctae Romanae Ecclesiae cardinalium negotiis et consultationibus episcoporum et regularium praepositae, quaedam capita, seu ut vocari solent, articulos approbavimus, quibus ea legislatio niteretur, et ejusmodi articulos mandavimus inseri regulis, quas quidem piae illae mulieres praescriptas habebant, sed in quibus nonnulla immutanda videbantur, negotiumque id omne memoratae congregationi excutiendum dedimus. A qua, post examen multiplex ac post veterum regularum emendationem, aliarumque adjectionem piarum mulierum institutum, ac regulae approbatae sunt. Nos vero, quae congregatio pronunciaverat, rescripto Nostro firmavimus die decima tertia martii anni millesimi octingentesimi decimi octavi, ac demum literis apostolicis datis sub annulo piscatoris die vicesima secunda junii ejusdem anni ad institutum ac regulas solemni approbatione, ac confirmatione donavimus.

Dispositio provisoria de jurisditione exercenda super eadem domo.

§. 4. Sed quia in rescripto Nostro edito die quinta junii anni millesimi octingentesimi decimi septimi non solum mentio erat de regulis a monialibus instituti hujus tenendis, verum etiam de jurisdictione in urbanum earum monasterium ad quatuor Fontes exercenda, de qua ea rescripti sunt verba = Quoad vero monasterium urbis eadem Sanctitas Sua declaravit jurisdictionem in eodem exercendam fore per eminentissimum urbis vicarium pro tempore, et per aliquem ex Romanae curiae praelatis ab eodem eminentissimo cum facultatibus sibi benevisis deputandum, quoties adjutorem in exercenda ejusdem monasterii jurisdictione habere placuerit. Voluit etiam eadem Sanctitas Sua, ut pro hac vice sit deputatus praelatus, et ad hujusmodi munus deputatus remaneat episcopus Porphiriensis = Idem venerabilis frater episcopus, bono religiosarum mulierum sibi creditarum prospiciens, earumque vota ad Nos deferens, suppliciter petiit, ut hoc etiam de jurisdictione caput apostolicis literis munitum esse velimus.

Concessio perpetuae jurisdictionis favore eminentissimi cardinalis vicarii de orbe.

§. 5. Nos vero dilectas easdem in Christo filias moniales ob instituti dignitatem, morumque puritatem, qua sponso placere student, peculiari beneficentia prosequi volentes, et a quibusvis anathema-

tis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, ac poenis, a jure vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes et absolutas fore censentes, supplicationibus hujusmodi Nobis humiliter porrectis inclinati, quum probe intelligamus, religiosas mulieres, de quibus agitur, a caeteris institutis mulierum sacrarum discretas, discreta etiam ac peculiari ratione esse regendas, monasterium urbanum sanctae Annae ad quatuor Fontes, quod a monialibus incolitur perpetuae adorationi sanctissimi Eucharistiae sacramenti addictis, a Romani vicariatus jurisdictione eximimus, et apostolica auctoritate exemptum haberi praecipimus. Volumus tamen, ut Nostro et Romanorum pontificum quovis tempore vicario in urbe, ejusque districtu in spiritualibus generali, tamquam peculiari suo praesidi, subsit, cum eo tamen, ut, si illi adjutorem in monialibus illis regendis habere placuerit, alicui ex Romanae curiae praesulibus apprime probo, et in regimine animarum exercitato ac navo, monialibus petentibus, suum munus injungat. Caeterum electionem venerabilis fratris episcopi Porphiriensis in praesidem ejus monasterii atque monialium, quoad illi vita manebit, firmam ac ratam esse mandamus.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 6. Haec praecipimus ac constituimus decernentes has litteras semper firmas, validas, et efficaces existere ac fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere, ac praedictis monialibus plenissime suffragari; sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 7. Non obstantibus Nostra, et cancellariae apostolicae regula de jure quaesito non tollendo, et constitutionibus ac sanctionibus apostolicis, caeterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die vicesima augusti millesimo octingentesimo vicesimo secundo, pontificatus Nostri anno vicesimo tertio.

MLXIII.

Ampliatio dotationis, et concessio aliorum privilegiorum societati nuncupatae unionis sancti Pauli, erectae in urbe pro diffusione ecclesiasticorum operam dantium studiis.

Dat. die 30 augusti 1822 anno XXIII.

Pius PP. VII.

Ad futuram rei memoriam

Prooemium.

§. 1. Ex quo aeternae mentis inaccessa consilia ad hoc supremae potestatis fastigium Nos immeritos evexere, ei semper curae incubuimus, ut ingeniis ad praeclara nitentibus quam amplissima, pro facultate Nostra, praemia proponeremus, studiumque in rebus cultu dignis adlaborandi non voce solum Nostra atque hortate, verum etiam constitutis emolumentis excitaremus. Quod quidem si erga omne genus homines, scientiarumque et ingenuarum artium quarumvis cultores praestitimus, liberalitate Nostra vel in primis dignos arbitramur e clero juvenes, quibus propositum sit rerum divinarum scientiam sibi parare, non umbratilem, jejunam, atque audacter garrulam, sed solidam in commoda Ecclesiae patentem, legitimis petitam e fontibus, qualem denique felicis recordationis Gregorius IX praedecessor Noster in epistola ad Parisiensis academiae doctores data e divinis literis, patrumque sanctorum voluminibus hauriri ac tradi mandavit.

Laudatur pia institutio in urbe erecta sub nomine unionis s. Pauli.

§. 2. Quamvis vero in Nostra hac urbe, tamquam in praecipuo ac nobiliori doctrinae Catholicae domicilio, multa jamdiu excogitata fuerint et constituta, quae tenerioris praesertim fortunae clericis praesidio esse queant, ut sibi, christianoque gregi profuturis in studiis non ignobiles progressus faciant; nemo tamen fortasse concepit adhuc formam ac quasi designationem operis ei proposito tam congruentis, quam illi conceperint, qui societatem quamdam excogitarunt sacra in studia incumbentium clericorum, vernaculo sermone dictam = *Diramazione degli ecclesiastici studenti dell'unione di s. Paolo* = quod nimirum societas ejusmodi e primigenia illa unione Pauliana pluribus in hanc Nostram urbem meritis affluente, se tamquam ex arbore rames effundat.

Recordatur dotatio institutioni facta a marchione Philonardio.

§. 3. Accidit autem per commode, ut quum iste incumbentium in studia clericorum coetus haud modicis vectigalibus egeat, eorum ut ingenia ope ac praemiis alantur, dilectus filius marchio Philippus Philonardius, e patricia Romana nobilita-

ta sacerdos, idemque unionis a divo Paulo nomen habentis, rector primarius, ad opus tam salubre bona conferre paratus sit, quorum e fructibus annua scutata bis mille confici aliquando possint. Verumtamen, quum praecogitata imago operis ampliora certe adjumenta desideret, appliciter a Nobis petitum est, ut privati hominis liberalitatem, Nobis quoque acceptam ac commendatam, constituta ex aerario annua pensione cumulemus. Quibus permoti precibus die secunda februarii hujus anni rescriptum edidimus in haec verba.

Rescriptum editum pro annua amplificatione ejusdem dotationis.

§. 4. Nos maxime optantes, ut societas nuncupata = *Diramazione degli ecclesiastici studenti* = jam alio Nostro hujus dici rescripto approbata, in dies augeatur, annuimus, et praecipimus, ut quantum annui redditus a fidelium pietate eidem obvenerit, tantundem ab aerario nostro annuatim augeatur, ita ut si redditus aliunde acquisitus annua scuta quingentum attingat, totidem solvat aerarium: si mille, addat et mille, atque ita deinceps, eo tantum adjecto modo, ut aerarii subministrationes annua scuta ter mille non excedant, et ad thesaurarium generalem pro executione.

Preces porrectae pro obtinendis legibus instituti.

§. 5. Nuper vero dilectus idem filius marchio Philippus supplici libello apud Nos iustitit, ut leges ei clericorum societati regendae scriptas, quosque venerabilis frater Petrus archiepiscopus Iconiensis, et dilectus filius presbyter Petrus Ostinius, integerrimi viri atque eruditionis laude clarissimi, accurate recognoverunt, ac conditioni societatis, eique fini, quem spectat ad quemque refertur, accommodas fore putarunt, suprema Nostra potestate approbemus. Sunt autem eae leges hujusmodi, videlicet.

Regole per la Diramazione

degli ecclesiastici studenti

della unione di san Paolo

Tenor earumdem legum.

§. 6. Fino dalla sua prima istituzione l'unione di san Paolo non solo ebbe in mira gli spirituali vantaggi degl'infermi, dei poveri, e di tanti altri di ogni ceto, cui essa procura, ed accresce i mezzi onde menare una cristiana, o santa condotta; ma si occupò benanche di coltivare negli ecclesiastici collo spirito di santità proprio del loro ministero l'amore allo studio, onde riuscissero valorosi non meno, che impegnati a promuovere il culto di Dio, ed i vantaggi delle anime. Frutto di queste sue cure sono quelle adunanze tanto gradite al clero di quest'alma città, ed onorate frequentemente della presenza d'illustri porporati, nelle quali si riunisce ad una pia esortazione tutta propria del ceto ecclesiastico la discussione esatta di una qualche difficoltà della morale teologia. Ora però concepisce l'unione medesima fondate, e ragionevoli speranze di vantaggi assai più estesi su questo particolare, essendochè per la benefica liberalità di un pio personaggio può disporre di una rendita annua destinata ad animare i giovani ecclesiastici a fatiche letterarie confacenti alle loro professioni coll'eccitamento del premio, e col fornire i mezzi, a chi per avventura ne fosse mancante, di coltivare il proprio ingegno. Quindi si è voluta stabilire una diramazione diversa da tutte le altre, diretta a questo solo fine d'incoraggiare i giovani ecclesiastici allo studio, in guisa che lo impieghino poscia in vantaggio della Chiesa, e delle anime, e che questa diramazione abbia le sue proprie leggi tutte conspiranti al medesimo fine.

Capo primo

Regolatori, o censori della Diramazione

I.

§. 7. Sarà retta questa diramazione da alcuni sacerdoti secolari sotto il titolo di censori, delli quali non si fissa per ora il numero, ma non potranno essere più di otto.

De regulatoribus, et censoribus societatis

II.

Questi nel dirigere la presente opera saranno totalmente indipendenti e liberi, seguendo però sempre come norma inalterabile le leggi stabilite, e sebbene l'opera sia congiunta a tutte le altre dell'unione di s. Paolo, ne sarà affatto indipendente il reggimento. Soltanto il regolatore primario dell'unione, ed il segretario generale della medesima saranno sempre nel numero dei censori.

III.

Tutte le cose si decideranno fra di loro con perfetta eguaglianza, ed ancorchè taluno di essi sia di dignità vescovile, o prelatizia non avrà alcuna particolare influenza.

IV.

Il segretario generale dell'unione sarà anche segretario di questa diramazione, quando pure non sembri al corpo dei censori di stabilirne un altro; questi proporrà in ciascuna loro radunanza le cose da discutersi, ma gli altri non meno potranno in seguito mettere in deliberazione altre cose che credono utili alla diramazione.

V.

Passato alcuno dei censori a miglior vita, ovvero promosso alla sacra porpora, o assente stabilmente da Roma, o per qualunque altra ragione vacante il suo posto, gli altri ne sceglieranno liberamente il successore a loro talento, purchè sia un professore publico, ovvero un consore dell'accademia Teologica, o di quella di Religione, o un consultore delle cinque sacre congregazioni, che si annuncieranno in appresso, o finalmente un membro della Diramazione ammesso a titolo di participazione ed emerito.

VI.

I concorsi di ammissione, le fatiche degli ammessi, ed ogni altra cosa, di cui si va a parlare in seguito, deve essere regolata dal corpo dei censori, e discutersi a pluralità di voti, o segreti, o palesi come loro sembrerà più opportuno. In particolare si prenderanno cura dell' amministrazione economica riducendola frequentemente ad esame.

VII.

Questi rispettabili personaggi componenti il corpo dei censori, nell'impiegare le loro fatiche a pro di un opera tanto pregievole, ne avranno appresso Dio il guiderdone ed il merito. Si stabilirà soltanto una piccola riconoscenza annua proporzionata alla loro assidua frequenza alle radunanze.

Capo II.

Concorsi

I.

De Concursibus. §. 8. Si faranno alcuni concorsi con quella maggior frequenza che si potrà; ma si procurerà che ve ne sia almeno uno ogni anno.

II.

Questi cadranno sopra diverse materie, o sono le seguenti. Primo le materie apologetiche della religione, 2.° la teologia dogmatica, 3.° il gius ecclesiastico congiunto alla storia ecclesiastica, 4.° la sacra scrittura coll' intelligenza delle due lingue greca, ed ebraica, 5.° la predicazione, e la teologia morale pratica. I censori proporranno in ciascuna volta il concorso supra qualunque vogliano di questi soggetti, prescegliendo quello che credano più utile, o per la sua importanza, o pel maggiore numero e valore dei concorrenti. In seguito, quando l'opera sarà regolarmente stabilita, sarà fissato un turno regolare delle diverse materie dei concorsi a seconda della maggiore, o minore loro importanza.

III.

Per essere ammesso al concorso qualunque egli sia dovrà un giovane presentare i seguenti requisiti. Primo l' essere Romano, o almeno da un anno domiciliato in Roma. 2.° l' essere immuno da qualunque eccezione sul costame. 3.° l'aver frequentato una qualche congregazione, o altro pio esercizio conveniente al clero. 4.° l'aver compiuto il corso di filosofia, e teologia lodevolmente alle pubbliche scuole della nostra città; ed in caso che lo avesse fatto altrove, o privatamente subirne l'esame che sarà a lui destinato dai censori. 5.° l'avere ricevuto almeno il suddiaconato. Da quest' ultima condizione i censori potranno se credano accordare dispensa ad un chierico, che abbia già dato molti segni della sua vocazione; purchè se dopo il concorso dovesse essere ammesso a titolo di partecipazione, non vi sia assolutamente ammesso, se non è antecedentemente ordinato suddiacono.

IV.

Oltre questi requisiti generali per concorrere nelle materie apologetiche si ricerca abilità nelle scienze mattematiche e fisiche, o così l' abilità nella canonica per concorrere nel gius ecclesiastico, o l'abilità nella teologia morale per concorrere alla predicazione.

V.

Proposti pubblicamente cinquanta temi sulla materia in cui cade il concorso, tutti suscettibili di pingue dissertazione, in un giorno destinato nè sarà estratto uno per bussolo alla presenza dei concorrenti, ciascuno dei quali nello spazio di gierni quindici vi stenderà la sua dissertazione.

VI.

Dopo la revisione delle dissertazioni, quelli i quali avranno meritata l'approvazione saranno ammessi ad un saggio estemporaneo in luogo assegnato. Il tema verrà proposto in iscritto, e sarà analogo alla materia trattata nella dissertazione; per esempio si dovrà confrontare le maniere differenti da provare l' assunto in essa già sviluppato, ovvero si esaminerà se dalla dottrina, che si è dovuta difendere nascano alcune rimote conseguenze a pretesi assurdi, o rapporti con altre materie, e cose simili, procurando però che questi quesiti riescano ai concorrenti inaspettati quanto si può per meglio sperimentarne il criterio. Scriveranno essi la risposta in cinque ore di tempo senza ajuto di libri, o carte antecedentemente

scritte, e senza confabulare con alcuno estraneo, e neppure fra di loro.

VII.

Se nelle revisioni si troverà l'esperimento estemporaneo non corrispondente al criterio, all'ordine, allo stile della dissertazione non sarà il concorrente nel numero degli approvati.

VIII.

Fra gli approvati non si riconosce possibile il caso di una perfetta eguaglianza. Perciò dal confronto delle dissertazioni, ed insieme dai saggi estemporanei si desumerà la destinazione del merito.

IX.

Quello che supera tutti gli altri riceverà subito una medaglia d'oro di un rilevante valore, che si destinerà prima di fare il concorso. Gli altri saranno dichiarati primo accedente, secondo, e terzo.

X.

Si darà alle stampe la dissertazione del premiato, ed il suo saggio estemporaneo, aggiuntovi in poche parole il giudizio delli censori. Si farà lo stesso verso tutti gli accedenti, il lavoro dei quali sarà giudicato dai censori degno dell'occhio del pubblico, avvertendo che ogni concorrente approvato ha diritto ad una copia di ciascuna dissertazione stampata. Tutte le dissertazioni unitamente ai soggetti non riputati meritevoli della stampa, ossiano approvate o no, saranno rese agli autori colla giunta dal breve giudizio dei revisori.

XI.

Si avverte che il concorso di scrittura, oltre le cose già dette abbraccierà un terzo sperimento sulla perizia delle due lingue greca, ed ebraica.

XII.

Il concorso per la predicazione, e morale pratica sarà diverso dagli altri, e conterrà tre esperimenti. Primo sciogliere in sei ore di tempo dottrinalmente un caso di morale. 2.° In altrettanto tempo scrivere una predica in istile oratorio, con buona e pura lingua italiana sopra un tema proposto. 3.° Un brevissimo discorso morale estemporaneo in istile piano cavandosi a sorte per ciascuno dei concorreti il tema sopra uno dei vangeli dell'anno, presenti i censori e membri dalla Diramazione, i competitori, e qualunque altro invitato dai censori. Al terzo saggio non sia ammesso chiunque non sia approvato nei primi due. Vi saranno le stesse distinzioni, di premio, e di merito che negli altri concorsi, eccettuata la stampa, ed in quella vece le cose scritte del premiato e degli accedenti giudicati dai censori più meritevoli, saranno lette con publico invito coll' elogio che esse hanno meritato dai censori.

Capo III.

Membri della Diramazione
a titolo di partecipazione

I.

§. 9. Si stabiliranno alcuni assegnamenti di scudi duecento all'anno in favore di ecclesiastici, i quali sodisfino le mire della Diramazione, coltivando assiduamente alcune delle diverse scienze accennate sopra, parlando dei concorsi. Di questi posti di partecipazione si farà un esatta e stabile distribuzione fra le diverse materie scientifiche, secondo che i censori li giudicheranno più, o meno interessanti, quando i mezzi permetteranno di fissare qualche posto per ognuna delle suddette materie. *De membris participantibus.*

II.

L' unica strada per ottenere l' assegnamento stabile deve essere quella del concorso, di maniera che, quando vi è luogo a dare l'assegnamento per esempio ad uno che coltivi la teologia dogmatica, vi abbia diritto quello, il quale nei concorsi di essa ha superato gli altri, ed in caso di eguaglianza di meriti in quella materia, si calcoleranno i meriti acquistati nei concorsi delle altre scienze.

III.

Quello però il quale a ragione di concorso deve avere il posto stabile non vi sarà ammesso, 1.° se abbia impiego di qualunque sorta per cui serva a chiese, o segretarie, o corti ec. a meno che non vi rinunci. 2.° Se abbia una rendita maggiore di scudi centocinquanta all'anno comunque essa sia, sì in beni ecclesiastici, che in qualsivogliano altri beni. Nella rendita non si vuol compresa l' elemosina della messa, la quale non s'intende giammai di computare. In questi casi, egli sarà ammesso a titolo di onore, ed un altro che più gli si avvicini di merito, ed in cui non si verifichino tali ostacoli avrà il posto di partecipante.

IV.

Che se uno il quale già gode della partecipazione ottenga un impiego di quelli detti or ora lascierà di partecipare, e sarà membro della Diramazione emerito.

V.

Se poi un partecipante dopo ammesso acquisti altre rendite, percui oltrepassi li scudi cento cinquanta annui di rendita gli sarà diminuito a proporzione l' asse-

gnamento. Di più si vede che giunto alcuno alli trecento cinquanta scudi annui colli proprj beni ecclesiastici, o patrimoniali l'assegnamento è cessato, ed egli è emerito.

VI.

Le disposizioni espresse nei precedenti articoli IV. e V., le quali debbano rendere frequanti le vacanze delle partecipazioni, presentano ai giovani ecclesiastici l'occasione, onde essere promossi ai posti di partecipanti che restano vacanti.

VII.

Ciascuno degli ammessi al principio di ciascun anno di sua partecipazione (sia pure che piaccia ai censori di seguire l'anno comune, o lo scolastico) proporrà a tutti i censori riuniti, ed anche alla presenza dei suoi compagni, quale è il lavoro scientifico a cui desidera applicarsi nell'anno. Potrà questo essere, o di comporre un opera, o di abituarsi alle pubbliche cattedre, o ad essere consultore di alcuna delle cinque congregazioni, cioè della santa Romana ed universale Inquisizione, di Propaganda Fide, dell'Indice, dei Sacri Riti, e degli affari ecclesiastici straordinarj, ed a queste ultime cose non potrebbe diriggersi se non che chi fosse destinato agli studj teologici, e canonici; chi lo fosse alla predicazione, e morale pratica, potrebbe anche chiedere fatiche di suo genere di pulpito, e di confessionario.

VIII.

I censori esamineranno la proposta di ciascuno partecipante, e lo ammetteranno, se credano, o come credono, fissando così a ciascuno le fatiche dell'anno. Dopo sei mesi agli nell'atto di ricevere la prima rata dell'assegnamento, dovrà rendere un qualche conto del suo lavoro: lo renderà completo, ed innanzi a tutti i censori prima di ricevere il totale alla fine dell'anno. Che se non avesse soddisfatto convenientemente al suo dubito, potrebbe diminuirsegli, ed anche del tutto togliergli l'emolumento.

IX.

Oltre di questo ciascun partecipante avrà obligo stretto di prestarsi almeno nei dì festivi, ed in qualche straordinaria occasione dell'anno all' opere di pietà dell'unione, alle quali sarà destinato, col ministero anche della divina parola, se a ciò sembrerà adattato, e coll'ascoltare le confessioni, quando dal superiore ecclesiastico sarà riputato idoneo, per l'età e per gli altri requisiti.

X.

In oltre nell'intimare, e rivedere i concorsi, nell'amministrazione economica, ed in ogni altra occorrenza della unione, i partecipanti potranno essere destinati dai censori in loro vece, e sotto la loro direzione per quanto ne verranno giudicati idonei.

XI.

Quindi niun partecipante senza espressa licenza sarà assente da Roma in alcun giorno, in cui la di lui opera possa servire alla Diramazione, o all'unione, o in alcun dì festivo, eccettuato l'ottobre, mese destinato comunemente al riposo.

Cap. IV.

Partecipanti emeriti e membri a titolo di onore

I.

§. 10. Si è detto quali saranno i partecipanti emeriti, in oltre che quelli i quali avrebbero marito per entrare partecipanti nella vacanza di qualche posto, ma non vi entrano perchè possidenti, o impiegati sono ammessi a titolo di onore; si aggiunge che anche senza la vacanza del posto, quello il quale nei concorsi di qualunque delle materie già esposte ha superato ogni altro, se rinunzia la partecipazione, entra membro di onore. *De participantibus emeritis, et cooptatis di onore*

II.

I membri di onore a gli emeriti, sebbene non abbiano particolari fatiche assegnate, impiegandosi a seconda della mire della Diramazione saranno favoriti e distinti dai censori. Inoltre si stabilirà ogni anno un premio eguale o superiore, a quello dei concorsi, il quale si darà al membro della Diramazione, che nell' atto avrà fatto fatiche a giudizio dei censori, più belle, e più utili, sia pure partecipante, o di onore, o emerito.

III.

Come si diceva parlando dei censori, i membri di onore od emeriti possono essere scelti al paro dei publici professori, e di chiunque altro a rimpiazzare il posto di censore vacante. Anzi si raccomanda caldamente ai censori di preferire agli esteri piuttosto qualcuno di questi, se abbia dato prove del suo impegno, e zelo per la presente opera.

Capo V.

Distribuzioni straordinarie

I.

§. 11. Fatte tutte queste opera con tutta la maggiore estenzione possibile *De distributionibus extraordinariis*

che i mezzi permetteranno, ma in una maniera però che le spese siano sempre inferiori alle rendite, qualche somma di sopravanzo sarà distribuita dalla prudenza dei censori a qualche giovine ecclesiastico, il quale abbia disposizioni allo studio, sia di saggia condotta, e frequenti le opere dell'unione, sia anche bisognoso di sussidj onde proseguire l'intrapresa carriera.

II.

Può anche accordarsi dai censori uno straordinario soccorso a qualche membro della Diramazione cui sopraggiunga qualche luttuosa circostanza degna di compassione.

Confirmatio apostolica.

§. 12. Nos igitur petitioni dilecti filii marchionis Philippi annuentes, eumque et alios pariter quibus hae litterae favent, a quibusvis anathematis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, ac poenis, quovis modo, vel causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, leges superius excriptas, ac Nobis apprime cognitas, nec non ipsam societatem seu coetum incumbentium studiis clericorum qui audit. = Diramazione degli ecclesiastici studenti dell' unione di san Paolo = volentes, scientesque, sive, ut dici solet, motu proprio, ac certa scientia approbamus ac confirmamus, easque leges a cooptatis in eam societatem viris, quascumque in illa partes gerentibus, sedulo servari praecipimus. Insuper juris ac facti defectus, quos vocant, qui in legibus iisdem condendis fortasse irrepserint, auctoritate apostolica supplemus atque sanamus. Praeterea rescriptum die secunda februarii hujus anni a Nobis editum, quod est de pecunia publica quotannis societati impendenda, eadem Nostrae confirmationis accessione munimus.

Deputatio censorum.

§. 13. Denique, quum censoria potestas, de qua leges illae loquuntur, praecipuum sit ejus societatis firmamentum ac fulcrum; et inter ejus initia, adhuc imperfecta ac rudia, non alia auctoritate nisi Nostra, creari in ea censores possint; in illa censores creamus ac dicimus viros dotibus probe instructos, quas in censura defercuda ipsius societatis leges spectent, venerabilem fratrem Franciscum archiepiscopum Edessenum, in congregatione Romanae universalis Inquisitionis, et in congregatione Indicis consultorem, venerabilem fratrem Petrum archiepiscopum Juniensem, in iisdem congregationibus et in congregatione ecclesiasticis extraordinariis negotiis expendendis idem muneris sustinentem, necnon dilectos filios Joannem Soglia, in Romano archigymnasio sacrorum canonum professorem, et in congregatione Indicis consultorem, marchionem Philippum Philoeardium, unionis a dive Paulo nuncupatae rectorem primarium, Petrum Ostinium, in Gregoriana studiorum universitate ecclesiasticae historiae professorem, in congregationibus Indicis, Fidei Propagandae, negotiisque ecclesiasticis extraordinariis expendendis consultorem, in Paulina autem unione a scriptis exarandis et consiliis intimis, Franciscum Finuccium, in Gregoriana studiorum universitate linguae hebraicae professorem, in congregatione Fidei Propagandae consultorem, in academia Theologica censorem emeritum, Piem Bighium in eadem studiorum universitata Christianae ethices professorem, denique Aloisium Frezza, in congregatione Fidei Propagandae consultorem. Quos quidem omnes in societatem, de qua agitur, frui volumus potestate ac juribus, quibus frui per leges a Nobis approbatas censuram exercentibus licet, atque insuper facultate pollere aliquid iisdem legibus adjiciendi, quod a praecipuo societatis scopo non discrepet, in ejusque utilitatem ocssurum esse videatur, idque ea conditione si non plures quam unus, aut alter e censoribus propositae adjectioni adversetur. Haec constituimus atque mandamus, non obstantibus constitutionibus apostolicis, aliisque contrariis quibuscumque.

Fides habenda transumptis.

§. 14. Volumus autem ut barum literarum exemplis, etiam impressis, manuque publici notarii subscriptis et per constitutum in ecclesiastica dignitate virum sigillo munitis, eadem habeatur fides, quae Nostrae voluntatis significationi ipso hoc diplomate ostenso, haberetur.

Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die trigesima augusti millesimo octingentesimo vicesimo secundo, pontificatus Nostri anno vicesimo tertio.

MLXIV.

Dat. die 3 septembris 1822 anno XXII.

Unio nonnullorum frustulorum terrae pertinentium commendae s. Luciae Viterbii cum bonis commendae nuncupatae s. Mariae in Carbonare prioratus hospitalis sancti Joannis Hierosolymitani.

Dilecto filio bajulivo Antonio Busca locumtenenti hospitalis sancti Joannis Hierosolymitani

Pius PP. VII.

Dilecte fili
Salutem et apostolicam benedictionem

Expositio precum.

§. 1. Expositum Nobis nuper fuit a dilecto filio commendatario Carolo Candida fratre milite de justitia expresse professo istius hospitalis sancti Joannis Hierosolymitani, linguae Italiae, et prioratus Capuae, qui legitimus, prout asseritur, possessor existit commendae sanctae Mariae in Carbonara nuncupatae Viterbii intra limites prioratus Romae sitae, sibi in votis esse, quaedam fundorum parva frustula vulgo spezzature recuperata, quae antea ad amissam commendam sanctae Luciae Viterbii, et domicilium Balneoregii pertinebant, quaeque afferunt quotannis redditum scutatorum circiter decem, nec non praedium quoddam insolutum sancti Basilii Reatis commendae sanctae Agathae Firmii alias obnoxium, ex quo annua proveniunt scutata circiter septuaginta suae monetae commendae sanctae Mariae in Carbonara perpetuo incorporari, ita, ut ipse, aliique successores bonis praedictis valeant legitime frui et gaudere. Nobis propterea humiliter supplicari fecit, ut in praemissis opportune providere et, ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis.

§. 2. Nos igitur dictum commendatarium, ac singulares personas, quibus praesentes Nostrae literae favent specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerit hujus tantum rei gratia absolventes et absolutum fore censentes, supplicationibus hujusmodi Nobis humiliter porrectis inclinati, tibi facultates necessarias et opportunas incorporandi, seu in unum corpus redigendi tam praedicta fundorum frustula vulgo spezzature recuperata, quam praedium sive membrum sancti Basilii Reatis cum commenda sanctae Mariae in Carbonara Viterbii, ita, ut bona praedicta sic incorporata commendatarius pro tempore illius libere, et licite valeat possidere, eorumque fructus percipere, et onera puriter, si quae sint, illis adnexa sustinere, auctoritate apostolica tenore praesentium tribuimus et impertimur.

Derogatio contrariorum.

§. 3. Non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis, nec non praedictarum et ejusdem hospitalis etiam juramento confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus et personis sub quibuscumque tenoribus et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis et innovatis. Quibus omnibus et singulis illorum tenores praesentibus pro plene et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die tertia septembris millesimo octingentesimo vicesimo secundo, pontificatus Nostri anno vicesimo tertio.

MLXV.

Dat. die 17 septembris 1822 anno XXIII.

Erectio praeposituræ in ecclesia parochiali ss. Petri et Pauli oppidi Piscoliae Lucanae dioecesis.

Pius PP. VII.

Ad futuram rei memoriam

Proemium.

§. 1. Romanorum indulgentia pontificum dignitatis atque honoris appellationes aliquando ecclesiis tribuit, ad quas christiana plebs confluit, praesertim si in illis animarum rectores sedeant, ibidemque sacramentorum sit copia, per quae divina virtus ac bonitas sub rerum corporearum tegumentis (ut habet cathechismus sancti Pii V. praedecessoris Nostri jussu editus) occulte salutem efficit.

Expositio precum.

§. 2. Cum igitur, sicuti nuper expositum Nobis est, in templo parochiao sanctorum apostolorum Petri et Pauli oppidi Piscalia Lucanae dioecesis, ab aevo memoriam hominum excedente baptismatis sacramentum ministratur, ideoque in eo fons sacri laticis adsit, cujus aquae, addito mystico unctionis oleo, feria sexta majoris hebdomadae consecrantur, adstante etiam Pascuosi rectore ex contracta ab eo per solemnes tabulas obligatione; quum insuper ea ecclesia ibi principem locum teneat, in illaque ad tempus aliquod morari archiepiscopi Lucani soleant, quum dioecesim suam obeunt ac lustrant, a quibus, ut ex synodo Lucana constat, nomine « prioratus » vocatur, quomque demissis precibus a Nobis petitum sit, ut ampliori praeposituræ nomine eam auctoritate Nostra suprema ornatam, atque illustrem esse velimus; haud gravate inducimur, ut ejusdem precibus obsequamur.

Tenor concessionis.

§. 3. Accepto igitur testimonio venerabilis fratris archiepiscopi Lucani, ex quo Nobis innotuit, res ita se habere, prout a dilecto filio presbytero Sebastiano Alexandro Giusti, ejus ecclesiae rectore ac parocho, Nobis expositum est, ecclesiam praedictam, assurgentem in oppido Piscalia Lucanae dioecesis, quaeque a divis Petro et Paulo apostolis nomen accepit, auctoritate a beatissimis iisdem apostolis Nobis tradita ad praeposituræ dignitatem evehimus, attollimus, ut eo nomine ec titulo in literis etiam apostolicis appelletur concedimus atque maudamus.

Derogatio contrariorum

§. 4. Non obstantibus felicis recordationis Benedicti XIV praedecessoris Nostri super divisione materiarum, aliisque constitutionibus, ac sanctionibus apostolicis, nec non legis fundationis ejusdem ecclesiae etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus et formis, ac cum quibusvis etiem derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Qoibus omnibus et singulis illorum tenores praesentibus pro plene et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansoris, ad prasmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die decima septima septembris millesimo octingentesimo vicesimo secundo, pontificatus Nostri anno vicesimo tertio.

MLXVI.

Dat. die 17 septembris 1822 anno XXIII.

Praeceptum de solvendo munere ecclesiasticis viris a rege Sardiniae imposito per triennium, cum sanatione irregularitatum occursarum tempore praeterito.

Pius PP. VII.

Ad futuram rei memoriam

Proemium.

§. 1. Egregiam atque fortissimam Sabaudiae ducum, eamdemque a pluribus annis Sardiniae regum stirpem, quae numquam magis ditionis suae finibus, quam Jesu Christi Domini Nostri cultui castissimaeque religioni propagandae studuit, omni benevolentiae significatione Romani pontifices praedecessores Nostri prosequuti sunt, neque vero ipsi destitimus, ex quo ad Ecclesiae Catholicae gubernacula divino nutu vocante, consedimus, eumdem erga carissimos in Christo filios Nostros Sardiniae reges, quotiescumque se occasio obtulit, neque facultas defuit, paternum amorem testari.

Expositio precum.

§. 2. Sane expositum Nobis nuper est a venerabili fratre archiepiscopo Calaritano, uti praeside ecclesiastici ordinis in regno Sardiniae inveteravisse in eo regno consuetudinem, ut tres illi coetus, sive ordines, ex quibus constat, ecclesiasticus nempe, civilis, ac militaris, regi quotannis pendant muneris nomine acu-

taforum nummorum Romani ponderis sexagies mille; quod munns tertio quoque anno ab ordinibos regi offerendum decernitur, et meneris ordinarii nomen apud ipsos obtinet; cui usque ab anno millesimo septingentesimo nonagesimo septimo, quum regio fisco regiaeque familien majori pecunia opus fuerit, annnum, ac superiori par munus accessit, quod extraordinarium vocarunt, pariterque tertio quoque anno ab ordinibus decretum est. Insuper idem venerabilis frater archiepiscopus Nobis exposuit, supremam banc Sedem aliquando aditam fuisse, quum ea munera decreta sunt, ut ecclesiasticum ordinem sineret partem ejus oneris in se recipere; nec Sedem istam esse cunctatam suam in id opem veniamqne conferre. Noluit tamen Nos latere, inter acerbitates temporis proximo praeteriti, interdicto atque intercluso ad apostolicam auctoritatem eccessu, deinde vero, procedentibus rebus ex nsu tempore calamitatis inducto, utrumqne munus ab ecclesiasticis Sardiniae viris regi fuisse oblatum, quin concessus ec venia supremae bujus Sedis petita sit. Quum autem non ita pridem, exacto ultimo triennio utriusque decreti muneris ordines per aliud ea triennium offerri statuerint, suppliciter a Nobis archiepiscopus petiit, ut pro ea parte pecuniarum, quee conferenda erit istius trienni tempore ab ecclesiasticis viris, id auctoritate Nostra permissum ac ratum esse velimus; pariterque postulavit, ut de muneribus, absque Nostro concessu ad aliquot annos praebitis, habeamus apostolica benignitate rationem; quo nimirum animi desinant sollicitari curis molestis, culpaeque violatarum sacrarum legum solvantur..

Tenor concessionis.

§. 3. Nos vero omnes ac singulos, quibus hae literan favent, peculiari beneficentia prosequi volentes, et a quibusvis anethematis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censnris, ac poenis quacumque ratione, vel dn causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantnm rei gratia absolventes, et ebsolutos fore censentes, facultatem facimus et impertimur, ut ecclesiastici regni Sardinian viri utrumqun de qoo actum est, munus annuam summam conficiens nummorum acutatorum Romani ponderis centum viginti millium, pro ea parte, quam in illud ecclesiastici iidem viri conferre solent ex bonorum sacrorum redditibus, carissimo in Christo filio Nostro Carolo Felici Sardinian regi offerant, sistant; idque facultatis ad trienninm impertimur, cujus a proximo elapso triennio exordium sit. Insuper vitia, quae in praeteritis aliquibus eorumdem munerum oblationibus irrepsernnt, quum silicet ad Nos aditio patebat, et tamen, sine interventu auctoritatis Nostrae, ab ecclesiasticis Sardiniae viris ina data sunt munera, sanamus ut tollimus, abolemus.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 4. Decernentes bas literas semper firmas, validas et efficaces nxistere ac fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri et oblinere, iisque ad quos spectat, ac spectabit plenissime suffragari; sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores judicari et definiri debere, ac irritum et inane si secus super his a qooquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 5. Non obstantibus felicis recordationis Benedicti XIV praedecessoris Nostri super divisione materiarum, aliisqne apostolicis ac in universalibus, provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibns, vel specialibus constitutionibus, ordinationibus, et sanctionibus, caeterisque contrariis quibuscumqua.

Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die decima septima septembris millesimo octingentesimo vicesimo secundo, pontificatus Nostri anno vicesimo tertio.

MLXVIII.

Dat. die 24 septembris 1822 anno XXIII.

Concessio indumentorum magis insignium pro archipresbytero, et canonicis oppidi Portus Majoris dioecesis Ravennatensis.

Pius PP. VII.

Ad futuram rei memoriam

Prooemium.

§. 1. Romanorum indulgentia pontificum peculiaria insignia, praeteritis augustiora, aliquando illis tribuit, qui Deo laudes conspicuis in templis solvunt, ut optata exterius ornamenta adepti, magis illi conentur internis virtutibus enitere, in suisque muneribus obeundis sedulitate ac gravitate commendari.

Expositio precum.

§. 2. Quum igitur dilecti filii archipresbyter, et canonici oppidi Portus Majoris Ravennatensis dioecesis in templo profecto illustri populosi oppidi Deo famulentur, utpote, quum templum illud remoto ab aevo, eo canonicorum collegio fuerit instructum, nunc vero archipresbyter idem atque canonici demissis precibus a Nobis petierint, ut, loco pelliceae, quam vocant, almutiae, cujus ornamento antea utebantur, nova illis et honorifica magis insignia, archipresbytero seorsum ac canonicis, concedamus; venerabilis autem frater archiepiscopus Ravennatensis suo apud Nos scripto testatus fuerit, res ita se habere, prout expositum, et oratores ob eam, quam in sacro ministerio diligentiam praestant, apostolicae Nostrae benevolentiae dona esse promeritos; haud gravate inducimur, eorum ut precibus obsequamur.

Tenor concessionis.

§. 3. Praedictos ergo oratores peculiari beneficentia prosequi volentes, et a quibusvis anathematis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, ac poenis, quavis ratione, vel de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, concedimus, et indulgemus, ut veteris ornamenti loco, archipresbyter ecclesiae Portus Majoris, collegio canonicorum illustris, rocchettum et sericum mantellettum (sic enim appellant) nigri coloris gerat; canonici vero rocchetto pariter, et serica, ita nuncupata, mozzetta violacei coloris utantur. Quae quidem insignia illis usurpare licebit in choro, in conventibus, seu, ut dici solet, capitulis deliberationis causa coactis, in sacris supplicationibus, aliisque collegii ejusdem functionibus publicis.

Derogatio contrariorum.

§. 4. Id concessum atque indultum volumus non obstantibus felicis recordationis Benedicti XIV praedecessoris Nostri super divisione materiarum, aliisque constitutionibus et sanctionibus apostolicis, nec non legis fundationis collegii praedicti canonicorum etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus et formis ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus et singulis illorum tenores praesentibus pro plene et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die vicesima quarta septembris millesimo octingentesimo vicesimo secundo, pontificatus Nostri anno vicesimo tertio.

MLXVIII.

Dat. die 27 septembris 1822 anno XXIII.

Deputatio temporanei administratoris ecclesiae Tutelensis in regno Galliarum.

Venerabili fratri
Joanni Paulo episcopo Lemovicensi

Pius PP. VII.

Venerabilis frater
Salutem et apostolicam benedictionem

Ratio, et tenor concessionis.

§. 1. Inter ecclesias episcopales, quarum erectionem decrevimus per Nostras literas = Commissa divinitus = sexto kalendas augusti anno millesimo octingentesimo decimo septimo, Tutelensem recensuimus, eique pro dioecesi assignavimus provinciam Amnis Corresii, quam proinde ex Lemovicensi dioecesi sejunximus, in qua una cum provinciis Creusae et Vigennae superioris comprehendebatur. Novae tamen Gallicanarum dioecesium circumscriptionis effectus suspensus certis quibusdam ex causis remansit, Nosque urgentioribus earumdem malis consulere temporario illo remedio adacti fuimus, quod in consistoriali allocutione die vicesima tertia augusti anno millesimo octingentesimo decimo nono retulimus, cunctaque eodem, quo erant statu interea temporis ediximus perstare. Cum vero carissimus in Christo filius Noster Ludovicus Galliarum rex christianissimus omni studio contendere haud destiterit, ut triginta ex noviter erectis per eamdem bullam sedibus conserventur, habet inter eas locum Tutelensis ecclesia, quae tamen pastorem suum illico obtinere nequit, quod ejusdem dotationi nondum consultum fuerit. Quapropter donec antistitem memoratae ecclesiae praeficere datum non sit, regimen provinciae praedictae Amnis Corresii tuae adhuc fidei cum omnibus facultatibus necessariis, et opportunis committimus, ut plenam ibidem episcopalem jurisdictionem interea libere exerceas. Haud porro ambigimus pro tuo in animarum salutem studio in illius gregis procuratione fraternitatem tuam adlaboraturam fore, cui proinde apostolicam benedictionem, coelestis praesidii auspicem, peramanter impertimur.

Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die vicesima septima septembris millesimo octingentesimo vicesimo secundo, pontificatus Nostri anno vicesimo tertio.

MLXIX.

Dat. die 27 septembris 1822 anno XXIII.

Deputatio temporanei administratoris ecclesiarum episcopalium provinciae Oesiae in regno Galliarum.

Venerabili fratri
Joanni Petro episcopo Ambianensi

Pius PP. VII.

Venerabilis frater
Salutem et apostolicam benedictionem

Ratio et tenor concessionis.

§. 1. Inter ecclesias episcopales, quarum erectionem decrevimus per Nostras literas = Commissa divinitus = sexto kalendas augusti anno millesimo octingentesimo decimo septimo Bellovacensem, et Noviodunensem recensuimus, earumque dioeceses, divisa inter ipsas provincia Oesiae, constituimus, quam proinde ex Ambianensi dioecesi sejunximus, in qua una cum provincia Sominae comprehendebatur. Novae tamen circumscriptionis effectus suspensus certis quibusdam ex causis remansit, Nosque urgentioribus Gallicanarum ecclesiarum malis consulere temporario illo remedio adacti fuimus, quod in consistoriali allocutione die vicesima tertia augusti anno millesimo octingentesimo decimo nono retulimus, cunctaque eodem, quo erant statu interea temporis ediximus perstare. Cum vero carissimus in Christo filius Noster Ludovicus Galliarum rex christianissimus omni studio contendere haud destiterit, ut triginta ex noviter erectis per eamdem bullam sedibus conserventur, cumque nondum in promptu sint media, quibus integrae illarum dotationi celeriter prospiciatur, Nos spirituali memoratae provinciae regimini consulere volentes, eamdem tuae adhuc fidei cum omnibus facultatibus necessariis, et opportunis committimus, ut plenam ibi episcopalem jurisdictionem libere exerceas, donec apostolica auctoritate de novis sedibus, earumque dioecesibus stabili ratione decernatur. Haud porro ambigimus pro impenso tuo in animarum salutem studio in illius gregis procurationem fraternitatem tuam collaboraturam fore, cui proinde apostolicam benedictionem, coelestis praesidii auspicem, peramenter impertimur.

Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die vicesima septima septembris millesimo octingentesimo vicesimo secundo, pontificatus Nostri anno vicesimo tertio.

MLXX.

Dat. die 18 septembris 1822 anno XXIII

Concessio juris nominandi antistites ad sedes episcopales Tridentinam, et Brixinensem favore serenissimi imperatoris Austriae pro tempore.

Pius episcopus
Servus servorum Dei

Ad perpetuam rei memoriam.

Charissimo in Christo
Filio Nostro Francisco primo
Austriae imperatori
Salutem, et apostolicam benedictionem

Proemium

§. 1. Quae Nos gravissimi momenti rationis paucis ab hinc annis impulerunt ad novam statuendam in Tyrolensi ac Voralbergensi provinciis dioecesium circumscriptionem ea simul Nobis suaserunt, ut immutationem prioris status ecclesiarum Tridentinae ac Brixinensis aliquantulum differremus, reservata tamen facultate in posterum decernendi quidquid pro earumdem ecclesiarum capitulorum, et seminariorum tuitione ac dotatione in bonis stabilibus, nec non pro earum juribus et praeeminentiis expedire cognoverimus, prout in Nostris sub plumbo literis datis sexto nonas maii anno Domini millesimo octingentesimo decimo octavo plenius continetur.

Expositio precum.

§. 2. Nunc autem habitis jam venerabilis fratris Francisci Caroli episcopi, ac dilectorum filiorum capituli, et canonicorum residentium cathedralis ecclesiae Brixinensis, nec non dilectorum pariter filiorum capituli et canonicorum vacantis episcopalis ecclesiae Tridentinae respectivis consensibus, quoniam dilectus filius comes Appony tunc apud Nos, et Sedem apostolicam orator extraordinarius Nobis tuo nomine iteratas exhibuit preces, quibus efflagitabamur, ut indultum nominandi antistites praedictarum duarum ecclesiarum in tui Austriaci imperii ditionu existentes tibi concederemus.

Tenor concessionis.

§. 3. Nos itaque, ut singularem animi Nostri in te benevolentiam magis magisque testificemur votis tuis libenter obsecundantes, ac plurimum in Domino confidentes, quod tuis in religionem studiis Catholicae Ecclesiae res semper melius sint processurae ex certa scientia ac matura deliberatione Nostris, deque apostolicae potestatis plenitudinu, firmo tamen ut antea decreto statuendi in posterum super earumdem ecclesiarum, capitulorum et seminariorum juribus, provisionibus, praeeminentiis, statu, tuitione, ac dotatione in bonis stabilibus quidquid magis duxerimus opportunum, tibi ac successoribus tuis imperialis Austriacae domus, qui unacum subditis in sinceritate fidei, et unitate Sanctae Romanae Ecclesiae, nec non in obedientia hujus sanctae Sedis, ac Nostra et successorum Nostrorum Romanorum pontificum canonice intrantium perseverent indultum nominandi infra tempus a jure praefinitum Nobis, et Romano pontifici pro tempore existenti ecclesiasticas personas probatas bonorum nominis et famae, ac secundum sacrorum canonum et concilii Tridentini decretorum dispositiones, idoneas ad memoratas Tridentinam ac Brixinensem episcopales ecclesias tenore praesentium de specialis dono gratiae concedimus atque impertimur.

Clausula sublata, et decretum irritans

§. 4. Decernentes hasce Nostras literas et in eis contenta quaecumque etiam ex eo, quod quilibet in praemissis interesse habentes nullimode vocati aut auditi non fuerint, vel illis non consenserint, nullo umquam tempore de subreptionis vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostrae, vel quovis alio etiam substantiali defectu notari, vel impugnari unquam posse, sed eas semper validas et efficaces existere et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere debere, et si secus super his a quoquam scienter vel ignoranter contigerit attentari, irritum et inane declaramus.

Derogatio contrariorum.

§. 5. Non obstantibus de jure quaesito non tollendo, aliisque Nostris, et cancellariae apostolicae regulis, nec non constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, praedictarumque ecclesiarum etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis etiam specifica et individua mentione dignis, caeterisque contrariis quibuscumque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam Nostrae concessionis, indulti, impartitionis, decreti, declarationis, derogationis, ac voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire; si quis autem hoc attentare praesumpserit indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum.

Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem anno Incarnationis Dominicae, millesimo octingentesimo vicesimo secundo, tertio kalendas octobris, pontificatus Nostri anno vicesimo tertio.

MLXXI.

Dat. die 1 octobris 1822 Anno XXIII

Concessio magis insignium indumentorum pro dignitatibus, et canonicis metropolitanae ecclesiae Lucanae.

Pius PP. VII.

Ad futuram rei memoriam

Proemium

§. 1. Eo libentius apostolicae Nostrae benignitatis testimonia ad majorem divini honoris cultum redundatura ecclesiarum ministris conferre non ambigimus, quo Nobis luculentius constat ecclesias ipsas, quibus illi addicti sunt, antiquitate, dignitate, aliisque praerogativis insignes esse.

Expositio precum.

§. 2. Hinc quum dilecti filii dignitates, et canonici metropolitanae ecclesiae Lucanae suppliciter a Nobis petierint, ut Crucem auream ante pectus appensam gestare possint; quumque ven. frater archiepiscopus suo apud Nos scripto testetur, capitulum praedictum vetustate fundationis, privilegiorum distinctione inter celebriora merito recenseri, haud gravato inducimur, ut eorum precibus obsecundemus.

Tenor concessionis.

§. 3. Quapropter praedictos oratores ampliori beneficentia prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis et poenis quovis modo et quacumque de causa latis si quas forte incurrerint hujus tantum rei gratia absolventes et absolutos fore censentes, supplicationibus hujusmodi Nobis humiliter porrectis inclinati, modernis et pro tempore existentibus dignitatibus, et canonicis metropolitanae praedictae Lucanae facultatem gestandi crucem auream praeseferentem imaginem Jesu Christi Crucifixi, quae in ecclesia praedicta veneratur, cordulis violaceis ante pectus appensam, quae magnitudine et forma a cruce episcopali differat, et sit absque sacrarum reliquiarum custodia, vulgo sepulcrino nuncupata, ubique locorum, more canonicorum cathedralium Bononiensis, et Florentinae, auctoritate apostolica tenore praesentium tribuimus et impertimur, eosque desuper a quoquam impediri, molestari, ac perturbari nullatenus posse, ac irritum et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari decernimus.

Derogatio contrariorum.

§. 4 Non obstantibus felicis recordationis Benedicti pp. XIV praedecessoris Nostri super divisione materiarum, ac constitutionibus et ordinationibus apostolicis, caeterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die prima octobris millesimo octingentesimo vicesimo secundo, pontificatus Nostri anno vicesimo tertio.

MLXXII.

Dat. die 1 octobris 1822 anno XXIII

Nova insignia indumenta conceduntur canonicis ecclesiae cathedrali Massanensis.

Pius PP. VII.

Ad futuram rei memoriam.

Proemium

§. 1. Consuevit haec apostolica Sedes quaedam sacrorum indumentorum insignia, et externa decora iis conferre, qui ministerio ecclesiarum antiquitatis, celebritatis, alteriusve tituli laude pollentium perfunguntur, ut et ipsis ecclesiis decus accrescat, et ipsarum ministri insignioribus vestibus ornati forinsecus ad interiora incitentur ornamenta virtutum, quibus tum in conspectu Altissimi, qui corda intuetur, purius adstare, tum oculo plebis cui morum exemplo esse debent, sanctius in dies satagant apparere.

Expositio precum

§. 2. Hinc quum dilecti filii capitulum et canonici cathedralis ecclesiae Massanensis suppliciter a Nobis petierint, ut ea cappa vulgo cappino violacei coloris, quae aliis capitulis Hetruriae concessa est, uti, et vittam sericam ejusdem coloris in pileo gestare possint; quumque venerabilis frater Joseph episcopus Massanensis suo apud Nos scripto testetur, cathedralem praedictam vetustate fundationis celebratam esse, illamque episcopalem sedem a nonnullis sanctitate, doctrina, et eminenti dignitate conspicuis viris fuisse moderatam, haud gravate inducimur, ut eorum precibus obsecundemus.

Tenor concessionis.

§. 3. Quapropter eosdem capitulares peculiari beneficentia prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus hujusmodi Nobis humiliter porrrectis inclinati, dignitatibus et canonicis cathedralis Massanensis tam praesentibus, quam futuris licentiam, et facultatem utendi cappa vulgo cappino violacei coloris juxta

formam in aliis cathedralibus Hetruriae consuetam, tam in choro et ecclesia, quam in processionibus, et sacris functionibus, caeterisque actibus capitularibus publicis quibuscumque, nec non facultatem gestandi in pileo vittam sericam ejusdem violacei coloris intra limites dioecesis tantum auctoritate apostolica tenore praesentium tribuimus et impertimur; eosque desuper sic decoratos ab ullo unquam quacumque auctoritate et quovis sub titulo hac in re quomodolibet molestari, perturbari, vel impediri nullatenus posse, ac irritum et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari decernimus.

Derogatio contrariorum.

§. 4. Non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis, et quatenus opus sit, etiam felicis recordationis Benedicti pp. XIV praedecessoris Nostri super divisione materiarum, caeterisqu contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die prima octobris millesimo octingentesimo vicesimo secundo, pontificatus Nostri anno vicesimo tertio.

MLXXIII.

Dat. die 4 octobris 1822 anno XXIII.

Prorogatio facultatum dispensandi ab impedimentis matrimonialibus, et deputandi idoneos sacerdotes ad illa contrahenda facta antistitibus locorum Brasiliae, s. Thomae in Insula, s. Jacobi Capitis Viridis, et Angolensi in Affrica.

Venerabilibus fratribus
Antististibus locorum Brasiliae,
sancti Thomae in Insula,
sancti Jacobi Capitis Viridis, et Angolensi
in Affrica sub ditione carissimi
in Christo filii Nostri Joannis Brasiliae,
Portugalliae, et Algarbiorum
regis fidelissimi existentium.

Pius PP. VII.

Venerabiles fratres
Salutem et apostolicam benedictionem

Veteris concessionis tenor.

§. 1. Apostolicae Sedis benignitas spirituali fidelium utilitati semper intenta, eorumque peculiari necessitati prospicere cupiens, leges, quas Christi Ecclesia provide, sapientissimeque sancivit, aliquando, inspectis temporum, locorum, rerumque circumstantiis, temperare consuevit, extraordinariis idcirco, gravissimisque causis permotus sanctae memoriae Pius pp. VI decessor Noster, instante clarae memoriae Maria Francisca regina fidelissima, nonnullas peculiares et amplas ad utilitatem catholicorum in Brasilia commorantium sub ditione laudatae reginae, per suas apostolicas literas in simili forma brevis datas die vicesima sexta januarii millesimo septingentesimo nonagesimo sexto tribuit facultates per annos vigintiquinque tantum duraturas, quas dein ad catholicos in regionibus sancti Thomae in Insula, sancti Jacobi Capitis Viridis, et Angolensi in Affrica sub eadem ditione degentes, per similes apostolicas literas datas die vicesima decembris ejusdem anni pariter extendit.

Expositio precum.

§. 2. Quum autem, vigintiquinque annorum spatio jam elapso, carissimus in Christo filius Noster Joannes Brasiliae, Portugalliae et Algarbiorum rex fidelissimus exponens Nobis, memoratas gravissimas causas non solum vigere, verum etiam necessitates catholicorum in praefatis omnibus regionibus commorantium in dies augeri, enixis precibus a Nobis petierit, ut spirituali Christi fidelium regimini, et utilitati nova quoque apostolicae Sedis benignitate opportune consulere dignaremur.

Derogatio concessionis.

§. 3. Nos igitur extraordinariis inspectis rerum, temporum, locorum et personarum circumstantiis, omnibusque mature perpensis, piis ipsius Joannis regis votis, quantum in Domino possumus, benigne duximus annuendum, vestraque, venerabiles fratres, freti pietate, prudentia, et doctrina infrascriptas ad alios vigintiquinque dumtexat annos duraturas, et ab unoquoque vestrum in propria sua dioecesi cum fidelibus suae curae commissis, intercedente semper aliqua justa, et rationabili causa, gratis exercendas, concedimus facultates; videlicet = Dispensandi in matrimoniis tam contractis, quam contrahendis super impedimento sive occulto, sive publico primi, nec non primi et secundi, ac secundi tantum affinitatis gradus ex illicita copula proveniente, ac prolem legitimam declarandi, et quatenus agatur de copula habita cum putatae uxoris matre, dummodo illa secuta fuerit post ejusdem putatae uxoris nativitatem, et non aliter. = Dispensandi super impedimento criminis sive occulto sive publico in matrimoniis contrahendis, neutro tamen conjugum machinante, et in matrimoniis jam contractis etiam quando intervenerit machinatio, dummodo hujusmodi impedimentum fuerit occultum insinuata per confessarium necessaria renovatione consensus, et in casu difficultatis, conva-

lidato matrimonio in radice, et injuncta gravi poenitentia salutari = Dispensandi super impedimento cognationis spiritualis etiam inter levantem, et levatum = Dispensandi super impedimento consanguinitatis et affinitatis in secundo simplici in linea aequali, et in secundo etiam mixto cum primo gradu tam in contractis quam in contrahendis = Dispensandi in quinquaginta dumtaxat casibus durante spatio supradictorum vigintique annorum in matrimoniis, tam contractis, quam contrahendis super impedimento primi affinitatis gradus lineae transversae = Dispensandi in matrimoniis tam contractis quam contrahendis super impedimento tertii, et quarti consanguinitatis et affinitatis gradus simplicis et mixti, nec non super impedimento publicae honestatis justis ex sponsalibus proveniente = Absolvendi dispensandos ab incestus reatu, ac censuris, et poenis ecclesiasticis ob hujusmodi excessus quomodolibet incursis, et dummodo mulier rapta non sit, et si rapta in potestate raptoris non existat = Dispensandi super defectu unius anni aetatis pro pubertate statutae ad contrahendum matrimonium, quando malitia suppleat aetatem = Item dispensandi super impedimento disparitatis cultus, seu communionis nuncupato in matrimoniis tam contractis, quam contrahendis ab una parte catholica cum altera parte Christiana acatholica, celebrandis tamen extra ecclesiam, et absque parochi benedictione, privatim coram proprio parocho partis catholicae, et duobus, vel tribus testibus juxta formam a sacro concilio Tridentino praescriptam, ac praemissa per partem acatholicam in forma juris valida obbligatione jurata permittendi educationem prolis utriusque sexus in religione catholica, nec impediendi parti catholicae liberum suae religionis exercitium, simulque monita parte catholica de gravi ejus obligatione curandi pro viribus partis acatholicae conversionem = Demum deputandi simplices sacerdotes probatae doctrinae ac virtutis pro administrando sacramento confirmationis catholicis dioecesanis in illis dumtaxat locis cuilibet ex hujusmodi presbyteris assignandis, ad quae vos personaliter accedere nequeatis, chrysmate tamen per vos, aut alium catholicum episcopum gratiam et communionem Nostram, et Sedis apostolicae habentem benedicto, eodemque novo, si praesto sit, sin minus etiam antiquo, absque tamen pontificalibus insignüs, et ad normam institutionis editae jussu sacrae congregationis de Propaganda Fide sub die quarta maii millesimo septingentesimo septuagesimo quarto ac typis impressae. Potestatem insuper vobis tribuimus exercendi praedictas facultates matrimonia respicientes etiam per idoneos presbyteros a vobis in quolibet necessitatis casu prudenter subdelegandos.

§. 4. Volumus autem, ut opportune prae oculis habeatis, quae de dispensationibus in causa matrimoniorum inter propinquos Tridentina synodus sapientissime praecepit capite quinto de reformatione, sessione vicesima quarta, ut, occasione oblata, dilucide illa Christi fidelibus explicetis. Attenta vero maxima distantia, et amplitudine locorum regni Congensis, ut catholicorum quoque in illis regionibus degentium spiritualibus necessitatibus opportune occurratur, tibi venerabili fratri episcopo Angolensi potestatem facimus communicandi supra dictas facultates matrimonia respicientes dignis et idoneis presbyteris, modo tamen et forma superius expressis exercendas, eosdemque presbyteros deputandi pro administratione sacramenti confirmationis juxta praescriptum in memorata instructione congregationis de Propaganda Fide. Conditiones concessioni adjectae.

§. 5. Non obstantibus apostolicis ac in universalibus, provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, aliisque licet expressa et individua mentione dignis non obstantibus quibuscumque. Volumus autem, ut praesentium literarum exemplis etiam impressis notarii publici manu subscriptis, et sigillo alicujus personae in dignitate ecclesiastica constitutae munitis, eadem omnino fides, quae ipsis originalibus in judicio et extra adhibeatur. Derogatio contrariorum.

Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die quarta octobris millesimo octingentesimo vicesimo secundo, pontificatus Nostri anno vicesimo tertio.

MLXXIV.

Dat. die 6 octobris 1822 anno XXIII.

Executio literarum apostolicarum alias latarum super circumscriptione dioecesium in regno Galliarum.

Pius episcopus
Servus servorum Dei

Ad perpetuam rei memoriam

Memorantur veteres literae quarum executio suspensa fuerat.

§. 1. Paternae charitatis sollicitudo, qua conventionem ad diem undecimam junii anno millesimo octingentesimo decimo septimo cum charissimo in Christo filio Nostro Ludovico Galliarum rege christianissimo de rebus ecclesiasticis in ipsius regno aptius ordinandis inivimus, subinde Nos compulit, ut designata ex ejusdem regis voto per apostolicas literas = *Commissa divinitus* = quas sexto kalendas augusti eodem anno dederamus, circumscriptione dioecesium novos illico antistites canonicae institutionis beneficio donaremus, qui positi excubitores in Israel traditi sibi gregis custodiam prompta susciperent. Earumdem porro literarum tenor est, qui sequitur videlicet.

Pius episcopus
Servus servorum Dei
Ad perpetuam rei memoriam.

Tenor earumdem literarum.

§. 2. Commissa divinitus infirmitati Nostrae omnium ecclesiarum cura a Nobis efflagitat, ut ad Dominici gregis custodiam impigro vigilates affectu, in ea semper apostolicae auctoritatis praesidium conferamus, quibus majorem divini nominis gloriam, et cumulatiora catholicae religioni incrementa noverimus comparari. Hoc sane consilio conventionem nuper inivimus cum charissimo in Christo filio Nostro Ludovico Francorum rege christianissimo, quam Nostris decimo quarto kalendas augusti sub plumbo datis apostolicis literis pontificiae adprobationis robore firmavimus. In ea autem praeter caetera statuitur, ut archiepiscopalium et episcopalium sedium numerus in universo Galliarum regno augeatur, novaque propterea fiat dioecesium circumscriptio, quae ut communia Nostra et pientissimi regis vota exoptatum cito nonciscantur effectum, statum illico dioecesium, quae in praesens extant ac regionum quibusve continentur magnitudinem atque naturam, et domum incolarum frequentiam expendendas accurate suscepimus, ut ubi majorem videremus messem, quae prae sui multitudine, locorumve qualitate minus comodo procurarctur, operarios adjiceremus, ac juxta propheticum verbum augeremus custodiam, levaremusque custodes. Universam itaque rei rationem collatis cum eodem christianissimo rege consiliis, audita que selecta venerabilium fratrum Nostrorum Sanctae Romanae Ecclesiae cardinalium congregatione maturo diligenterque perpendimus, datisque ad archiepiscopos et episcopos, atque ad capitula ecclesiarum vacantium literis Nostra ipsis studia significavimus, ut in propositam dioecesium divisionem animum lubentem praeberent.

Nova erectio septem metropolitanarum et triginta cathedralium ecclesiarum cum earum titulis.

§. 3. Quapropter rebus omnibus feliciter compositis, ad omnipotentis Dei gloriam ac Deiparae virginis, quam illustris francorum natio praecipuo veneratur obsequio, aliorumque coelestium singularum dioecesium patronorum honorem, atque ad fidelium animarum bonum de certa scientia et matura deliberatione Nostris, deque apostolicae potestatis plenitudine praeter archiepiscopales et episcopales sedes, quae modo numerantur in Galliis de novo constituimus et erigimus alias septem metropolitanas ecclesias, nimirum Senonensem sub invocatione sancti Stephani protomartyris = Rhemensem sub invocatione beatae Mariae virginis = Albiensem sub invocatione sanctae Ceciliae = Auxitanam sub invocatione beatae Mariae virginis = Narbonensem sub invocatione sanctorum Justi et Pastoris = Arelatensem sub invocatione sanctorum Trophimi et Stephani = et Viennensem in Delphinatu sub invocatione sancti Mauritii = Itemque alias trigintaquinque ecclesias episcopales videlicet = Carnutensem sub invocatione beatae Mariae virginis = Blesensem sub invocatione sancti Ludovici Franciae regis = Lingonensem sub invocatione sancti Mamantis martyris = Cabillonensem sub invocatione sancti Vincentii = Sancti Claudii sub invocatione sancti Petri = Antissiodorensem sub invocatione sancti Stephani = Nivernensem sub invocatione sancti Cyri = Molinensem sub invocatione beatae Mariae virginis = Catalaunensem sub invocatione sancti Stephani = Laudonensem sub invocatione beatae Mariae virginis = Bellovacensem sub invocatione sancti Petri = Noviodunensem sub invocatione beatae Mariae virginis = Macloviensem sub invocatione sancti Vincentii = Aniciensem sub invocatione beatae Mariae virginis = Tutelensem sub invocatione sancti Martini = Ruthenensem sub invocatione beatae Mariae virginis = Castrensem provinciae Albiensis sub invocatione sancti Benedicti = Petrocoriensem sub invocatione sanctorum Stephani, et Frontii = Lucionensem sub invocatione beatae Mariae virginis = Aturensem sub invocatione sancti Joannis Baptistae = Tarbiensem sub invocatione beatae Mariae

virginis de Sede nuncupatae = Nemausensem sub invocatione beatae Mariae virginis = Elnensem sub invocatione sancti Joannis Baptistae = Biterrensem sub invocatione sanctorum Nazarii et Celsi martyrum = Montis Albani sub invocatione beatae Mariae virginis = Apamiensem sub invocatione sancti Antonii seu sancti Antonini = Massiliensem sub invocatione beatae Mariae virginis = Forojuliensem sub invocatione beatae Mariae virginis = Vapicensem sub invocatione beatae Mariae virginis et sancti Arnoldi = Vivariensem sub invocatione sancti Vincentii = Virdunensem sub invocatione beatae Mariae virginis = Bellicensem sub invocatione sancti Joannis Baptistae = Sancti Deodati sub invocatione ejusdem sancti = Boloniensem sub invocatione beatae Mariae virginis = et = Aurajacensem sub invocatione beatae Mariae virginis a Nazareth nuncupatae = Cumque Avenionensis et Cameracensis ecclesiae, quae antiquitus metropolitico jure et dignitate fulgebant inter simplices cathedrales cooptatae fuerint per apostolicas literas incipientes = *Qui Christi Domini vices* = datas tertio kalendas decembris millesimo octingentesimo primo, easdem nunc in pristinum gradum et honorem apostolica auctoritate Nostra plene restituimus, caeterisque archiepiscopalibus ecclesiis accensemus, ac ne alterius pervetustae et insignis metropolitanae sedis Ebrodunensis, quae praefatarum literarum vigore suppressa remenet memoria penitus obliteretur, ipsius titulum archiepiscopali Aquensi adjungimus.

Distributio singularum novarum dioecesium. §. 4. Nostras autem sollicitudines in id impense intendentes, ut ex sedium mox erectarum accessione recta dioecesium circumscriptio habeatur, quae in utiliorem rei sacrae procurationem cedat, certisque distincta finibus omnes auferat de spiritualis jurisdictionis exercitio quaestiones, novem pro locorum ac regionum statu opportune praefinitam metropolitanarum et suffraganearum respective ecclesiarum in Galliis distributionem, ipsarumque divisionem per has literas de ejusdem apostolicae potestatis plenitudine decernimus, praescribimus et constituimus juxta modum qui sequitur videlicet = Metropolitana Parisiensis = provinciae Sequanae = ejusdem suffraganeae = Carnutensis = provinciae Eburae et Liderici = Meldensis = provinciae Sequanae et Matronae = Aurelianensis = provinciae amnis Liderici seu Ligerulae = Blesensis = provinciae Liderici et Cari = Versalliensis = provinciae Sequanae et Oesiae = Metropolitana Lugdunensis = provinciae Rhodani Ligeris = ejusdem suffraganeae = Augustodunensis = duo districtus nimirum Augustodunensis et Quadrigellarum in provincia Araris et Ligeris = Lingonensis = provinciae Matronae superioris = Cabillonensis = tres districtus scilicet Matisconensis, Cabillonensis, et Lovinciensis in provincia Araris et Ligeris = Divionensis = provinciae Collis Aurei = sancti Claudii = provinciae Jurassi = Metropolitana Rothomagensis = provinciae Sequanae inferioris = ejusdem suffraganeae = Bajocensis = provinciae Rupis Calvadosiae = Ebroicensis = provinciae Eburae = Sagiensis = provinciae Olinae = Constantiensis provinciae Rothomagensis provinciae Oceani Britannici = Metropolitano Senonensis = duo districtus nimirum Senonensis et Joviniocensis in provincia Icaunae = ejusdem suffraganeae = Trecensis = provinciae Albulae = Antissiodorensis = tres districtus scilicet Antissiodorensis = Aballonensis et Tornddoriensis in provincia Icaunae = Nivernensis = provinciae amnis Niverni = Molinensis provinciae Elaveri = Metropolitana Rhemensis = districtus Rhemensis in provincia Matronae = provinciae Arduennae Sylvae = ejusdem suffraganeae = Suessionensis = duo districtus nempe Suessionensis et Castri Theodorici in Axonae provincia = Catalaunensis = quatuor districtus nimirum Catalaunensis = Sparnacensis = Fani sanctae Menechildis et Victoriaci Francici in provincia Matronae = Laudunensis = tres districtus scilicet Laudunensis = Verbinensis et Fani, sancti Quintini in Axonae provincia = Bellovacensis = duo districtus nempe Bellovacensis et Silvanectensis in provincia Oesiae = Ambianensis = provinciae Sominae = Noviodunensis = duo districtus scilicet Compendiensis et Claromontensis in provincia Oesiae = Metropolitana Turonensis = provincia Ingeris et Ligeris = ejusdem suffraganeae Cenomanensis = provinciae Sartae Meduanae = Andagavensis provinciae Meduanae et Ligeria = Rhedonensis = quatuor districtus videlicet Rhedonensis = Rotonensis = Viniacensis et Monfortensis in provincia Ellae et Vicenoniae = Nannetensis = provinciae Ligeris inferioris = Corisopitensis = provinciae Finisterrae = Venetensis = provinciae Sinus Morbihani = Briocensis = provinciae Orarum Septentrionalium = Macloviensis = duo districtus = videlicet = Macloviensis et Filiceriarum in provincie Ellae et Vicenoniae = Metropolitana Bituricensis = provinciae Amnis Cari = Ingeris = ejusdem suffraganeae = Claromontensis = provinciae Moutis Damaa = Lemovicensis = provinciae Vigennae superioris = Crosae = Aniciensis = provinciae Ligeris superioris = Tutelensis provinciae amnis Corresii

= sancti Hilarii = provincia Montis Cantalini = Metropolitana Albiensis = duo districtus nimirum Albiensis et Galliacensis in provincia Tarnis = ejusdem suffraganeae = Ruthenensis = provinciae Aveyronis = Castrensis provinciae Albiensis = duo districtus scilicet = Castri Albiensis et Vauricensis in provincia Tarnis = Cadurcensis = provinciae Oldi alias Loti = Mimatensis = provinciae Lovexani Montis = Metropolitana Burdegalensis = provinciae Girumnae = ejusdem suffraganeae = Agennensis = provinciae Oldi et Garumnae = Engolismensis = provinciae Carentoni = Pictaviensis = provinciae utriusque Separis = Vigennae = Petrocoricensis = provinciae Dordoniae = Rupellensis provinciae inferioris Carentoni = Lucionensis provinciae Amnis Vendeani = Metropolitana Auxitana = provinciae Amnis Gersi = ejusdem suffraganeae = Aturensis = provinciae Agri Syrtiei = Tarbiensis = provinciae Pyreneorem superiorum = Bajanensis = provinciae Pyreneorum inferiorum = Metropolitana Narbonensis = duo districtus videlicet = Narbonensis et Limosieus, ac tres circuli nimirum Tuchensis, Montishumeti, et Gradissensis in provincia Ataxis = ejusdem suffraganeae = Nemausensis = provinciae Amnis G ardi = Carcassonensis = duo districtos scilicet, Carcassononsis et Castelli Arianorom in provincia Ataxis = Montis Pessulani = duo districtus nimirum Montis Pessulani et Lutevensis in provincia Araurae = Eloensis proviociae Pyreneorum Orientalium = Biterrensis = duo districtus videlicet. Biterrensis, et sancti Pontii Tomeriarum in provincia Araurae = Metropolitana Tolosana = provinciae Garumnae superioris = ejusdem suffraganeae Montis Albani = provinciae Tarnis et Garumnao = Apamicnsis provinciae Aurigenae = Metropolitana Arelotensis = districtus Arelatensis in provincia Ostiorum Rhodani = ejusdem suffraganeee = Messiliensis = districtus Massiliensis in provincia Ostiorum Rhodani = Adjaccnsis = provinciac Corsicae = Metropolitana Aquensis et Ebrodunensis in provincia provinciae = districtus Aquae Sextiae in provincia Ostiorum Rhodani = ejusdem suffraganeae = Forojeliensis = provinciae Varidiniensis = provinciae Alpium inferiorum = Vapincensis = provinciae Alpium superiorum = Metropolitana Viennensis in Delphinatn = duo districtus, scilicet Viennesis et Pini Turris in provincia Isarae = ejusdem suffraganeae = Gretiaeopolitana = duo districtus = videlicet Gratianopolitanus et sancti Marcellini in provincia Isarae = Vivariensis = provinciae Ardeschee = Valentinensis = provinciee Drumae = Metropolitana Bisuntina = provinciae Dubis Araris superioris = ejusdem suffraganeae = Argentinnnsis = provinciae Rheni superioris = Rheni inferioris = Metensis = provinciae Mosellac = comprehensis etiam communitatibus Rouchlingae, Liseingae, Hindelingae, Zettingae et Didingae, quae ad dioecesim Trevirensem spectabant = Virdunensis = provinciae Mosae = Bellicensis = proviecine Idani, addito quoque districtu Gexeosi, qui intra fines dioecesis Camberiensis continebatur = sancti Deodati provinciee Vosagi Saltus = Nancejensis provinciae Mortae = Metropolitana Cameracensis = provinciae Septemtrionis = ejusdem suffraganeae = Atrebatensis = tres districtes, nimirum Atrebatensis = Bethundarum et sancti Pauli in provincia Freti Gallici = Boloniensis tres districtus videlicet Boloniensis = Fani sancti Audomari et Monasterioli in provincia Freti Gallici = Metropolitaea Avenionensis = duo districtus, scilicet = Avenionensis et Aptensis in provincia Fontis Vallis Cleusae = ejusdem suffraganea Aurajacensis = dun districtus nimirum Aurajacensis et Carpentoractensis in provincia Fontis Vallis Clausae.

Consulitur dotationi singularum ecclesiarum.

§. 5. Cum vero Galliarum ecclesiae in praeterita rerum conversione suo fuerint orbatae patrimonio, et eo quae de peractis bonorum ecclesiasticorum alienationibus articulo decimotertio conventionis anni millesimi octingentesimi primi ex pacis studio decrevimus suum jam effectum nacta sint, ac firma semper, suoque in robore perstare debeant, hiec necessariae ipsarum dotationi alia utili dispositione consulentes, praefatarum archiepiscopalium et episcopalium ecclesiarum dotem constituimus in bonis stabilibus, redditibusque super regni debito fendatis vulgo = Rentes sur l' Etat = assignatis interim quoad haec bona et redditus haberi possiet aliis redditibus, qui sacrorum antistitum statum meliorem reddant, quemadmodum in articulo octavo conventionis nuper initae cautum est. Preeterea cum in qualibet metropolitana, et cathedrali ecclesia capitulum et seminarium juxta Tridentini Concilii decreta extare oporteat, cumque nondum praefinito dignitatum et canonicorum numero, ad formam capitulorum actu in Galliis existentium, nequeamus illico ad hujusmodi erectionem devenire, idcirco archiepiscopis et episcopis sedium mox erectarum committimus et mandamus, ut quandocitius fieri possit eadem capitula et seminaria rite constituant, quorum dotationi per articulem octavum praefatae conventionis consultam est. Ut vero felici eoremdem capitulorum statui ac regimini prospiciant peculiaria a sin-

gulis canonicorum collegiis statuta decerni curent, sibique postea sancienda ac probanda proponi, quibus cum primis de recto divini cultus servitio, de sacris officiis ordinandis, de propriis muneribus rite obeundis, opportuna praecepta ad legum ecclesiasticarum, utque ad synodalium decretorum praestituta imponantur. Curent praeterea, ut in unoquoque capitulo duo adsint canonici, quorum alter poenitentiarii, alter theologi officio fungatur. Volumus autem, ut cum primum capitulorum erectionem perfecerint, erectionis hujusmodi documentum designato dignitatum et capitulorum numero ad Nos mittant, sua pariter studia ad seminaria convertant, quibus adolescentes clerici ad ecclesiae disciplinam informentur, eaque utilibus legibus communiant, quas ad sanam praesertim doctrinam hauriendam, retinendamque, atque ad pietatem, morumque probitatem fovendam magis in Domino expedire censuerint, utque ibidem novellae plantationes in spem ecclesiarum alantur, succrescant feliciter uberrimos Deo juvante fructus allaturae.

Erectio civitatum in archiepiscopales et episcopales.

§. 6. Porro civitates praedictas in archiepiscopales et episcopales tenore praesentium erectas, itemque memoratas provincias, seu districtus singulis ecclesiis pro dioecesi attributos, eorumdemque incolas utriusque sexus tam laicos quam clericos et presbyteros praefatis ecclesiis, earumque futuris praesulibus pro suis civitate, territorio, dioecesi, clero, et populo perpetuo assignamus, et respective in spiritualibus subjicimus. Quocirca personis ad easdem archiepiscopales et episcopales ecclesias regendas tam pro hac prima vice, quam aliis futuris temporibus apostolica auctoritate praeficiendis liceat quemadmodum iisdem praecipimus, et mandamus per se ipsas, vel per alios earum nomine veram, realem, actualem, et corporalem possessionem regiminis, administrationis, et omnimodi juris dioecesani in praedictis civitatibus, et earum ecclesiis, et dioecesibus, ac bonis, aliisque redditibus, ad ipsarum dotationem assignatis, vel assignandis vigore literarum apostolicarum canonicae institutionis libere apprehendere, apprehensamque perpetuo retinere. Quod quidem relate ad bona ac redditus cautum volumus etiam favore sedium archiepiscopalium et episcopalium in praesens extantium.

Consulitur temporaneo spirituali regimini praedictarum novarum ecclesiarum.

§. 7. Praeterea cum post hanc dioecesium circumscriptionem aliquod temporis spatium necessario intercedere debeat, antequam acta pro canonica nominatorum institutione praemittantur, novique antistites ad suas sedes accedant, volumus ideirco ac declaramus spirituale locorum iisdem dioecesibus attributorum regimen per id tempus eodem statu, ac sub iisdem ordinariis uti in praesens est perseverare, donec novi antistites possessionem suarum ecclesiarum rite susceperint. In decernenda tamen nova dioecesium circumscriptione, quae Avenionensem quoque ducatum et comitatum Venusinum complectitur, nullum inferri praejudicium volumus, testatissimis apostolicae Sedis juribus super eas regiones, quemadmodum alias, praesertim Vindobonae apud foederatorum principum comitia, et in consistorio habito die quarta septembris millesimo octingentesimo decimo quinto protestati fuimus, illudque a christianissimi regis religione Nobis pollicemur, ut vel eaedem regiones apostolorum principis patrimonio reddantur, vel aequa saltem pro eis compensatio tribuatur. Sicque majestas sua id perficiat, quod gloriosissimus ipsius frater decessori Nostro felicis recordationis Pio Sexto spoponderat, quodque injustissima morte abreptus praestare nequivit. In tanto equidem opere ad Dei gloriam, animarumque salutem perficiendo id potissimum a misericordiarum patre expetimus, et Deipara virgine ac sanctis Dionysio et Ludovico, caeterisque coelitibus adprecantibus, quos Galliarum regnum statores, propugnatoresque suos veneratur assequi certo confidimus, ut aucto sedium episcopalium numero, et majori adscita antistitum copia, uberius impleatur ministerium Verbi, doceantur indocti, et quae perierant oves in pastoris sinum revocentur. Fiet sane hoc pacto, ut summum ex hac dioecesium nova circumscriptione fructum Nos caepisse laetemur, ut nimirum grassantibus erroribus profligatis, re sacra ordinata, aucto divini cultus splendore, catholica religio in amplissimo regno in dies magis floreat, unaque sit quod Nostra et christianissimi regis vota, studia, ac consilia efflagitant, fides mentium, una pietas actionum.

Clausulae salutares, et irritantes.

§. 8. Praesentes autem literas et in eis contenta et statuta quaecumque etiam ex eo, quod quilibet in praemissis, seu in eorum aliquo jus aut interesse habentes, vel habere praetendentes etiam quomodolibet in futurum cujusvis status, ordinis, praeeminentiae et dignitatis sint, etiam specifica et individua mentione et expressione digni illis non consenserint, seu quod aliqui ex ipsis ad praemissa minime vocati, vel etiam nullimode, aut non satis vel sufficienter auditi fuerint, aut ex alia qualibet etiam laesionis, vel alia juridica, et privilegiata, ac privilegiatissima causa, colore, praetextu, et capite etiam in corpore juris clauso, nullo unquam tem-

pore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, vel intentionis Nostrae, aut interesse habentium consensus, aliove quolibet defectu quantumvis magno, inexcogitato, et substantiali, sive etiam ex eo quod in praemissis solemnitates, et quaecumque alia forsan servanda, et adimplenda seu causae propter quas praesentes emanaverint non satis adductae, verificatae, et justificatae fuerint, aut ex quibuslibet aliis causis, vel praetextibus notari, impugnari, aut alias infringi, suspendi, restringi, limitari, aut in controversiam vocari, seu adversus eas restitutionis in integrum, aperitionis oris, aut aliud quodcumque juris vel facti, aut justitiae remedium impetrari, easque omnino sub quibusvis contrariis constitutionibus, revocationibus, suspensionibus, limitationibus, derogationibus, modificationibus, decretis, vel declarationibus generalibus, vel specialibus quemodolibet, ac quibusvis de causis pro tempore factis minime comprehendi, sed semper ab illis exceptas esse et fore, et tamquam ex pontificiae providentiae officio, deque apostolicae potestatis plenitudine factas, et emanatas omnimoda firmitate perpetuo validas et efficaces existere et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri, at obtinere, ac ab omnibus ad quos spectat et spectabit quomodolibet in futurum perpetuo et inviolabiliter observari, ac earumdem ecclesiarum sic, ut praefertur, noviter erectarum episcopis, capitulis, et canonicis, aliisque, quorum favore praesentes Nostrae literae concernunt, perpetuis futuris temporibus, plenissime suffragari debere, eosdemque super praemissis omnibus et singulis, vel illorum causa ab aliquibus quavis auctoritate quomodolibet molestari, perturbari, inquietari, vel impediri posse, neque ad probationem, seu ad verificationem quorumcumque in eisdem praesentibus Nostris literis narratorum nullatenus unquam teneri, nec ad id in judicio vel extra cogi, seu compelli posse, et si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari, irritum et prorsus inane esse et fore pari apostolica auctoritate volumus atque decernimus.

Derogatio contrariorum.

§. 9. Non obstantibus de jure quaesito non tollendo, aliisque Nostris et cancellariae apostolicae regulis, ac supramemoratis apostolicis literis = *Qui Christi Domini vices* = nec non metropolitanarum ecclesiarum a quarum subjectione aliquae suffraganeae subtractae sunt, ac tam archiepiscopalium, quam episcopalium ecclesiarum actu existentium a quibus certae territorii partes ad novas dioeceses constituendas sejunguntur, statutis, consuetudinibus, privilegiis, et indultis etiam confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis; quibus omnibus et singulis etiamsi de illis, eorumque totis tenoribus et formis specialis, specifica et individue mentio, seu quaevis alia expressio habenda, aut alia aliqua exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum tenores ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, et forma in illis tradita observata, inserti forent praesentibus pro expressis habentes, ad praemissorum omnium et singulorum dumtaxat effectum, illis alias in iis quae praesentibus non adversantur in suo robore permansuris latissime et plenissime, ac specialiter et expresse de apostolicae potestatis plenitudine derogamus, et derogatum esse volumus, caeterisque contrariis quibuscumque. Volumus etiam ut ipsarum praesentium transumptis etiam impressis manu alicujus personae in ecclesiastica dignitate constitutae munitis eadem prorsus fides ubique adhibeatur, quae ipsis praesentibus adhiberetur, si forent exhibitae, vel ostensae.

Sanctio poenalis

§. 10. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam Nostrorum erectionis, constitutionis, adjectionis, dismembrationis, distributionis, divisionis, assignationis, subjectionis, dotationis, commissionis, mandati, decreti, declarationis, voluntatis, et derogationis infringere, vel ei ausu temerario contraire; si quis autem hoc attentare praesumpserit indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem anno incarnationis Dominicae millesimo octingentesimo decimo septimo, sexto kalendas augusti, pontificatus Nostri anno decimo octavo.

Ratio quae impulit ut cuncta in suspensum manerent.

§. 11. Ast gravi animi dolore memoratae superius conventionis executionem suspensam vidimus, fructusque proinde uberes, quos ex ea praestolabamur praepeditos dilatosque condoluimus. Expositum siquidem ejusdem christianissimi regis nomine fuit Nobis, onera quibus regnum premitur haud pati nonaginta duas sedes episcopales constitui, aliaque etiam impedimenta conventionis executioni se se objecisse, ad quae removenda christianissimus rex apostolicam auctoritatem efflagitavit, ut meliori quo potuisset modo habita ratione circumstantiarum regni, aliqua sedium, quas erigi petierat, imminutio ad sacrorum canonum normam perageretur. Aegre profecto id tulimus, sed ne quid praetermitti a Nobis videretur, quod viam sterneret ad Ecclesiae res in Galliarum regno stabili tandem ratione or-

dinandas facilem hisce postulatis aurem praebuimus, atque interim ne ex diuturniori plurium sedium viduitate Gallicanarum ecclesiarum mala in dies augerentur, id duximus temporarii remedii adhibere, quod in tanta rerum difficultate unice occurrebat. Collatis quippe cum eodem Ludovico rege consiliis, totaque re diligenter, diuque perpenso, atque audito voto selectae congregationis venerabilium fratrum Nostrorum Sanctae Romanae Ecclesiae cardinalium decrevimus, ut in dioecesium et ecclesiasticarum provinciarum divisione cuncta interea temporis eo in quo tunc erant statu consisterent, prout fuse exposuimus, tum in allocutione habita in consistorio secreto diei vicesimae tertiae augusti millesimo octingentesimo decimo nono tum in apostolicis in forma brevis literis, quas ad antistites, quorum interat, dedimus. Quae quidem apostolicae Sedis indulgentia bonis omnibus probata, etsi ad animorum anxietates levandas, at ad majora incommoda praecavenda non mediocriter profuerit, non ea tamen Nostris et regis christianissimi curis ac sollicitudinibus fuit satis, ut communia de augendo pastorum numero vota ac populorum, quorum pro re catholica studium ac pietatem summopere admirati sumus postulationes explerentur. Probe enim sentiens rex christianissimus salutem animarum id omnino efflagitare ne diutius Dominicae oves solatio carerent pastorum exponenda Nobis, curavitque utiliora inspecta temporum difficultate iniri possent consilia, retulitque id demum ex expensis in eum finem studiis assequi potuisse, ut media haberentur quibus successive triginta recens erectarum sedium dotationi prospiceretur.

Quomodo consilium fuerit novae erectioni ecclesiarum exponitur.

§. 12. Cumque census pro sex sedibus in promptu essent, praesules a rege nominati et canonica institutione per Nos donati suarum ecclesiarum possessionem illico adepti sunt, magno fidelium illarum dioecesium gaudio, qui optatissima suorum antistitum praesentia recreati fuera. Cum interim et Nobis et christianissimo regi maxime interesset, ut hujusmodi tam salutare negotium prompte conficeretur, utque fructus quos ex paterna Nostra sollicitudine longo jam tempore praestolabamur facilius colligere liceret, cumque in id plurimum conferre videatur sedium designatio, quae subtectae servandae sunt, ut iis cognitis media pro ipsarum dotatione quamprimum habeantur, celerique antistitum institutione fidelium desideria cumulentur, Nos ejusdem regis precibus inclinati saluberrimo huic operi supremam manum apostolica auctoritate Nostra admovere decrevimus. Quamvis enim pro ipsa locorum natura, ac regionum amplitudine major antistitum numerus uberiora religioni pareret incrementa, animadvertimus tamen triginta sedium accessionem non mediocri emolumento futuram, quippe quae certam Nobis spem praebet, ut et antistitum electio festinetur, atque salutares illi in religionis incrementum consequantur effectus, ad quos diuturna assiduaque Nostra in ecclesiasticis Galliarum rebus firmiter componendis studia contenderunt, aliqua porro suberant obstacula ob jus acquisitum a nonnullis praesulibus, qui canonica institutione donati fuerant pro sedibus in novissima hac circumscriptione minime comprehensis. Omnis autem adempta est difficultas cum eorum plures ad alias sedes rite translati fuerint, cumque praesules archiepiscopalium ecclesiarum Arelatensis, et Viennensis juri suo sponte cesserint, seque promptos paratosque declaraverint ad ea amplectenda, quae pro majori Gallicanarum ecclesiarum utilitate hac super re forent a Nobis decernenda = Rhemensis quoquo archiepiscopus libenter assensus est instaurationi episcopalis ecclesiae Catalaunensis pro cujus dioecesi quatuor districtus provinciae Matronae intra limites Rhemensis dioecesis huc usque descriptos divellere oportebat.

Declaratur quae veteres ecclesiae serventur, et quae de novo erigantur.

§. 13. Sublatis itaque hisce impedimentis, auditaque supramemoratae selectae congregationis sententia, nec non rei ratione maiore diligenterque considerata, illud primum gravibus de causis decernendum ducimus, ut Cameracensis ecclesiae in metropolitanam erectio per memoratam bullam anni millesimi octingentesimi decimi septimi sancita suspensa remaneat ad Nostrum et apostolicae Sedis beneplacitum, eaque interea subsit, ut antea metropolitanae ecclesiae Parisiensi inter cujus suffraganeas recensentur Atrebatensis ecclesia, quam Cameracensi archiepiscopo suffraganeam dederamus. Item et si per Nostras in forma brevis literas diei vicesimae quartae septembris millesimo octingentesimo vicesimo primo quatuor districtus provinciae Matronae, quibus dioecesis Catalaunensis constituebatur Rhemensi sedi adjunxerimus. Cum tamen illius episcopalis sedis conservatio maximopere utilis dignoscatur, eos a dioecesi Rhemensi sejungimus, ac pro Catalaunensi dioecesi rursus assignamus. Ne vero trium archiepiscopalium sedium nimirum Arelatensis, Narbonensis, et Viennensis in Delphinatu, quarum erectio suo caret effectu, memoria pluribus nominibus commendanda intereat, earumdem titulos aliis archiepiscopalibus sedibus adjiciendos mandamus, atque epi-

scopales ecclesias, quas eisdem suffraganeas dederamus aliis ecclesiasticis provinciis adjungimus. Pari ratione territoria per memoratam bullam anni millesimi octingentesimi decimi septimi pro dioecesibus duodecim sedium, quae conservari nequennt, attributa dioecesibus super extantium ecclesiarum accensemus, Quare nt cuncta baec, quae ex apostolica benignitate statuimus perspicue innotescant, nullumque in exercitin spiritualis jurisdictionis dubium subrepat nniversam Gallicanarum dioecesium circumscriptienem inferins exhibemus, eamdemque ex certa scientia ac matura deliberatione Nostris de apostolicae potestatis plenitudine decernimus, praescribimus, et constituimns juxta modum qui sequitnr videlicet = Metropolitana Parisiensis = provinciae Sequanae = ejusdem suffraganeae = Caroutonsis = provinciae Eburae et Liderici = Meldensis = provinciae Sequanae et Matronaa = Aurelianensis provinciae Amnis Lidericini seu Ligorulae = Blesensis = provinciae Liderici et Cari = Versalliensis = provinciae Sequanae et Oesine = Atrebatensis = provinciae Freti Gallici = Cameracensis = provinciae Septentrionis = Metropolitana Lugdnnensis et Viennensis in Delphinatu = provinciae Rodani Ligeris = ejusdem suffraganeae = Augustodunensis = provincine Araris et Ligeris = Lingonensis = provinciae Matronae superieris = Divionensis = provinciae Collis Aurei = sancti Claudii = provinciae Jurassi = Gratianopolitana = provinciae Isarae = Metropolitana Rothemngensis = provinciae Sequanae inferioris = ejusdem suffraganeae = Bajocensis = provinciae Rupis Calvadosiae = Ebroicensis = provinciae Eburae = Sagiensis = provinciae Olinae = Constantiensis provinciae Rothomagensis = provinciae Oceani Britannici = Metropolitann Senonensis = provinciae Icaunae = ejusdem suffrageneae = Trecensis = provinciae Albulae = Niveroensis = provinciaa amnis Niverni = Molinensis = provinciae Elaveri = Metropolitana Rhemensis = districtus Rhemensis in provincia Matronao provinciae Arduennae Sylvae = ejusdem suffraganeae = Suessienensis = provinciae Axonae = Catalaunenis = quatuor districtus nimirum = Catalaunensis = Sparnacensis = Fani sanctae Menechildis et Victoriaci Francici in previncia Matronae = Bellevacensis = provinciae Oesiae = Ambiacensis = provinciae Sominae = Metropolitana Turonensis = provinciae Ingeris et Ligeris = ejusdem suffraganeae = Cenomanensis previnciae Sartae Medunnae = Andegavensis = provinciae Meduanae et Ligeris = Rhedonensis = previnciae Ellae et Vicanoniae = Nannetensis = provinciae Ligeris inferieris = Corosopitenis = previnciae Finisterrae = Venetensis = provinciae Sinus Morbibani = Briocensis = provinciae Orarum Septentriunalium = Metropolitana Bituricensis = provinciaa Amnis Cari Ingeris = ejusdem suffraganeae = Claramentensis = provinciae Montis Damae = Lemovicensis = provinciae Vigennae superioris Crosae = Aniciensis = provinciao Ligeris superioris = Tutelensis = provinciae amnis Corresii = sancti Flori = provinciae Montis Cantalini = Metropolitana Albiensis = provinciae Jarnis = ejusdem suffraganeae = Ruthenensis = provinciae Aveyronis = Cadurcensis = provinciae Oldi alins Loti = Mimatensis = provinciae Lozerani Montis = Elnensis = provinciae Pireneorum Orientalium = Metropolitana Burdegalensis = provinciae Girumnae = ejusdem suffraganeae = Agennensis = provinciae Oldi et Garumnae = Engolismensis = provinciae Carentoni = Pictaviensis = provinciae Utriusque Separis Vigennae = Petrocoricensis = provinciae Dordoniae = Rapellensis = provincia inforioris Carentoni = Lucinnensis = provinciae Amnis Vendeani = Matropolitana Auxitann = provinciae Amnis Gersi = ejusdem suffraganeae = Atarensis = provinciae Agri Syrtici = Tarbiensis = provinciae Pyreneornm superierum = Bajonensis = previnciae Pyreneorum inferiorum = Metropolitana Telosaua et Narbonensis = provinciae Garumnae superinris = ejusdem suffraganeae = Montis Albani = provinciae Jarnis et Garumnae = Apamiensis = provinciae Aurigerae = Carcassonensis = provincine Ataxis = Metropolitann Aquensis, Aretnlensis et Ebrodunensis in provincia provincise = provinciae Ostiorum Rhodani, excepto districtu Massiliensi = ejusdem suffraganeae = Massiliensis districtus Massiliensis in provincia Ostiorum Rhodani = Forojuliensis = provincine Vari = Diniensis = provincine Alpium inferiorom = Vapincensis = provinciae Alpium superiorum = Adjacensis = provincise Corsicae = Metropolitana Bisuntina = provinciae Dubis Araris superioris = ejusdem suffraganeae = Argentinensis = previnciae Rheni superieris = Rheni inferioris = Metensis provinciae Mosella, comprehensis etiam communitatibus Rouchlingae = Liseingae = Hindclingae = Zettingae = et Didingae, quae ad dioecesim Trevirensem spectnbant = Virdunensis = provinciae Mosae = Bellicensis = provinciae Idani, addito quoqua districtu Gexensi, qui intra fines dioecesin Camberiensis continebatur = sancti Deodati provinciae Vosagi Saltns = Nancejensis provinciae Mortae = Metropolitana Avanionensis = provinciae Fentis Vallis Clausae = ejusdam suffraganeae = Nemausensis = previnciae Amnis Gardi = Valentinensis = provinciae Drumae = Viva-

riensis = provinciae Ardeschae = Montis Pessulani = provinciae Araurae.

Declaratur quomodo sit procedendum ad erectionem capitulorum et seminariorum in novis dioecesibus.

§. 14. Porro caetera in iisdem apostolicis literis anni millesimi octingentesimi decimi septimi statuta et ordinata praesertim pro capitulorum et seminariorum erectione ac pro temporarie administratione locorum novis dioecesibus attributorum, donec antistites possessionem suarum ecclesiarum rite susceperint, firma et integra perstare volumus atque decernimus, utque eorumdem capitulorum statui ac regimini felicius atque expeditius prospiciatur archiepiscopi et episcopi pro singulis canonicorum collegiis statuta decernent, et ab ipsis observari curabunt. Cum primum vero capitulorum formam et erectionem perfecerint omnium hanc in rem gestorum documentum ad Nos mittent. Praeclara quam gerimus opinio de christianissimi regis pietate ac religione, pollicitationesque ipsius nomine ad Nos delatae animum Nostrum ad novum hoc apostolicae indulgentiae testimonium adduxerunt, quod eo unice spectat, ut cuncta removeantur obstacula ad ecclesiasticas res in Galliarum regno plene stabiliterque ordinandas, itemque ad uberrimos fructus percipiendos, quos in conventione anni millesimi octingentesimi decimi septimi ineunda tanto studio, tantisque curis comparare satagimus, quosque illustris Gallicanus clerus, et quotquot sunt in amplissimo Galliarum regno verae fidei cultores impatienter expectant. Id enixis precibus a misericordiarum patre efflagitamus ex quo quidem magna Nobis et christianissimo regi obveniat laetitia ingentiaque in Ecclesiam et rem publicam redundabunt emolumenta.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 15. Praesentes vero literas, et in eis contenta et statuta quaecumque, etiam ex eo, quod quilibet in praemissis, seu in eorum aliquo jus aut interesse habentes, vel habere praetendentes etiam quomodolibet in futurum cujusvis status, ordinis, praeeminentiae, et dignitatis sint etiam specifice et individua mentione digni illis non consenserint, seu quod aliqui ex ipsis ad praemissa minime vocati, vel etiam nullimode aut non satis, vel sufficienter auditi fuerint, aut ex alia qualibet etiam laesionis, vel alia juridice et privilegiata ac privilegiatissima causa, colore, praetextu, et capite etiam in corpore juris clauso, nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, vel intentionis Nostrae, aut interesse habentium consensu, aliove quolibet defectu quantumvis magno, inexcogitato, et substantiali, sive etiam ex eo quod in praemissis solemnitates, et quaecumque alia servanda, et adimplenda minime servata et adimpleta, seu causae propter quas praesentes emanaverint non satis adductae, verificatae, et justificatae fuerint, aut ex quibuslibet aliis causis, vel praetextibus notari, impugnari, aut alias infringi, suspendi, restringi, limitari, aut in controversiam vocari, seu adversus eas restitutionis in integrum, aperitionis oris, aut aliud quodcumque juris, vel facti, aut gratiae, seu justitiae remedium impetrari, easque omnino sub quibusvis contrariis constitutionibus, revocationibus, suspensionibus, limitationibus, derogationibus, modificationibus, decretis, vel declarationibus generalibus, vel specialibus quomodolibet, ac quibusvis de causis pro tempore factis minime comprehendi, sed semper ab illis exceptas esse et fore, et tamquam ex pontificiae providentiae officio, deque apostolicae potestatis plenitudine factas, et emanatas omnimoda firmitate perpetuo validas, et efficaces existere, suosque integros effectus sortiri, et obtinere, ac ob omnibus, ad quos spectat et spectabit quomodolibet in futurum perpetuo et inviolabiliter observari, ac personis quarum favorem praesentes Nostrae literae concernunt, perpetuis futuris temporibus plenissime suffragari debere, easdemque super praemissis omnibus et singulis, vel illorum causa ab aliquibus quavis auctoritate quomodolibet molestari, perturbari, inquietari, vel impediri posse, neque adprobationem seu verificationem quorumcumque in iisdem praesentibus Nostris literis narratorum nullatenus unquam teneri, nec ad id in judicio vel extra cogi, seu compelli posse, et si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari, irritum et prorsus inane esse et fore pari apostolica auctoritate volumus, atque decernimus.

Derogatio contrariorum

§. 16. Non obstantibus quatenus opus sit de jure quaesito non tollendo, aliisque Nostris, et cancellariae apostolicae regulis, ac supramemoratis apostolicis literis = *Commissa divinitus* = nec non metropolitanarum ecclesiarum a quarum subjectione aliquae suffraganeae subtractae sunt, ac tam archiepiscopalium, quam episcopalium ecclesiarum actu existentium in quarum dioecesium limitibus aliquid immutatum est statutis, consuetudinibus, privilegiis, et indultis etiam confirmatione apostolica, vel quovis firmitate alia roboratis. Quibus omnibus et singulis etiamsi de illis, eorumque totis tenoribus et formis, specialis, specifica et individua mentio, seu quaevis alia expressio habenda, aut alia aliqua exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum tenores ac si de

verbo ad verbum, nihil penitus omisso, et forme in illis tredita observate, inserti forent praesentibus, pro expressis habentes ad praemissorum omnium et singulorum dumtaxat effectum illis alias in iis, quae praesentibus non adversantur, in suo robore permansuris, latissime et plenissime, ac specialiter et expresse de apostolicae potestatis plenitudine derogemus, et derogatum esse volumus, caeterisque contrariis quibuscumque.

Fides habenda transumptis. §. 17. Volumus etiam, ut ipsarum praesentium transumptis etiam impressis, manu tamen alicujus personae in ecclesiastica dignitate constitutae subscriptis, ac sigillo munitis eadem prorsus fides ubique adhibeatur, quae ipsis praesentibus adhiberetur, si forent exhibitae vel ostensae.

Derogatio contrariorum. §. 18. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam adjectionis, dismembrationis, distributionis, divisionis, assignationis, subjectionis, statuti, mandati, decreti, et voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire; si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum.

Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem anno incarnationis Dominicae millesimo octingentesimo vicesimo secundo, pridie nonas octobris, pontificatus Nostri anno vicesimo tertio.

MLXXV.

Restitutio ecclesiae Materanensis, ejusque dismembratio ab ecclesia archiepiscopali Acheruntina.

Dat. die 9 novembris 1822 anno XXIII.

Pius episcopus
Servus servorum Dei

Ad perpetuam rei memoriam

Venerabili fratri Alexandro archiepiscopo Petrensi Nostro et Sedis apostolicae apud carissimum in Christo filium Nostrum Ferdinandum utriusque Siciliae regem illustrem nuncio
Salutem et apostolicam benedictionem

Ratio constitutionis. §. 1. Posteaquam bo. me. Didacus Innicus Sanctae Romanae Ecclesiae, dum viveret, cardinalis Caracciolo nuncupatus in exequendo apostolicas literas sub datum Romae apud sanctam Mariam Majorem quinto kalendas julii anno incarnationis Dominicae millesimo octingentesimo decimo octavo, et in statuendo novam circumscriptionem dioecesium in ditione utriusque Siciliae regni citra Pharum Materanensem sedem episcopalem alteri archiepiscopali ecclesiae Acheruntinae jam unitam suppressit, et extinxit, cathedralem ecclesiam Materanensem ad statum simplicis collegiatae ecclesiae redigendo, illiusque territorium Acheruntinae dioecesi incorporando ad formam executorialis decreti sub die octava augusti ejusdem anni a praefato Didaco Innico cardinali prolati, exhibitae Nobis fuerunt tum nomine laudati Ferdinandi regis, tum a venerabili fratre Camillo moderno archiepiscopo Acheruntino, nec non a capitulo, et canonicis, atque ab universo clero et populo civitatis Materanensis enixae preces pro impetranda redintegratione praefatae sedis archiepiscopalis Materanensis, ejusque cum archiepiscopali sede Acheruntina nova perpetua unione: quibus precibus cum Nos benigne annuerimus literas apostolicas ad hunc effectum expediri mandavimus sub datum quinto decimo kalendas aprilis anno similiter incarnationis Dominicae millesimo octingentesimo decimo octavo.

Tenor concessionis. §. 2. Quoniam vero in hesce postremas literas nonnulla contra mentem, et voluntatem Nostram fortuito irrepserunt, quae aditum alicui molestae quaestioni facile praebere possent, idcirco motu Nostro proprio et ex certa scientia, atque de apostolicae potestatis plenitudine hujusmodi literas revocando, ac penitus cassando,

et omnimode annullando, perinde ac si nunquam fuissent emanatae, simulque priores literas sub datum quinto kalendas julii in hac parte moderando, fraternitati tuae per praesentes committimus, et mandamus, ut Nostro et apostolicae Sedis nomine supradictam ecclesiam Materanensem ad statum ecclesiae archiepiscopalis alteri archiepiscopali ecclesiae Acheruntinae perpetuo unitam de novo restituas in eodem prorsus statu, in quo ante dispositum in pluries memoratis literis datis quinto kalendas julii reperiebatur, itaut unus idemque antistes archiepiscopus Acheruntinus, et Materanensis, ut prius nuncupetur, et sit.

Derogatio contrariorum.

§. 3. Nos enim tibi omnes et singulas ad integrum praemissorum effectum necessarias, et opportunas facultates tribuimus atque impertimur, in contrarium facientibus, licet expressa, et individua mentione dignis non obstantibus quibuscumque.

Sanctio poenalis.

§. 4. Nulli ergo omnino hominum liceat paginam hanc Nostrarum revocationis, cassationis, annullationis, commissionis, mandati, restitutionis, facultatis, derogationis, et voluntatis infringere vel ei ausu temerario contraire; si quis autem hoc attentare praesumpserit indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum.

Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem anno incarnationis Dominicae millesimo octingentesimo vicesimo secundo, quinto idus novembris, pontificatus Nostri anno vicesimo tertio.

MLXXVI.

Concessio jurisdictionis super ecclesia Jurassi Bisuntinae dioecesis favore archiepiscopi Bisuntini.

Dat. die 19 novembris 1822 anno XXII.

Venerabili fratri
Paulo Ambrosi archiepiscopo Adanensi,
Bisuntini archiepiscopi coadjutori

Pius PP. VII.

Venerabilis frater
Salutem et apostolicam benedictionem

Ratio, et tenor concessionis.

§. 1. Per Nostras sub plumbo literas datas quarto kalendas augusti millesimo octingentesimo decimo septimo, quibus novam Galliarum dioecesium circumscriptionem sancivimus, provinciam Jurassi a Bisuntinae dioecesis territorio sejuiximus, eamdemque pro dioecesi sancti Claudii assignavimus. Hujusce vero circumscriptionis effectus suspensus certis quibusdam causis remansit, Nosque temporarium remedium adhibere coacti, cuncta interea temporis eodem, quo erant, statu perstare ediximus, quemadmodum fuse declaravimus in consistoriali allocutione die decima nona augusti anno millesimo octingentesimo decimo nono. Hinc factum est, ut venerabilis frater Gabriel modernus archiepiscopus Bisuntinus memoratae provinciae administrationem adhuc retineat, eamdemque apostolica auctoritate sibi per Nos delegata in spiritualibus regat. Quid autem facto opus sit quando ex Bisuntinae sedis viduitate liberam ejusdem procurationem sis suscepturus vigore literarum apostolicarum, quibus fraternitatem tuam coadjutorem dedimus archiepiscopo Bisuntino cum futura successione a Nobis humiliter petiisti. Itaque consultatione tua diligenter perpensa, omnem tibi adimere de ea re dubitationem ducimus Nostris hisce literis, quibus cautum prorsus volumus, atque decernimus, ut cum primum istius archiepiscopalis ecclesiae possessionem nanciscaris provinciam quoque Jurassi creditam tuae fidei arbitreris, atque in ea spiritualem jurisdictionem exerceas, donec novus episcopus sancti Claudii canonica institutione suffultus, adsignatae sibi dioecesis regimen suscipere valeat. Hac satis esse arbitramur, ut quid agendum sit tibi plane agnoscas, ac paternae Nostrae charitatis testem apostolicam benedictionem tibi, venerabilis frater, ex animo impertimur.

Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die decimanona novembris millesimo octingentesimo vicesimo secundo, pontificatus Nostri anno vicesimo tertio.

MLXXVII.

Dat. die 3 decembris 1822 anno XXIII

Deputatio tribunalis inquisitorialis cum facultatibus cognoscendi crimina, quae objiciuntur episcopo Syrensi.

Venerabili fratri
Aloisio Cardelli archiepiscopo Smyrnensi ac in insula, et urbe Syrensi visitatori apostolico

Pius PP. VII.

Venerabilis frater
Salutem et apostolicam benedictionem

Prooemium.

§. 1. In Petri apostolorum principis locum suffecti, cui claves regni coelorum Christus Jesus tradidit, universumque suum gregem pascendum commisit, intelligimus, cum suprema hac potestate impositum Nobis gravissimum onus fuisse vigilandi, quoad possumus, et cavendi, ne quae ex eo grege ovis intereat. Itaque arbitramur muneris Nostri esse, non solum errores avellere, et zizania eradicare, quae in agro Dominico superseminavit inimicus homo, sed et Christifideles ad omnem sanctitatem informare, et scissuras, et schismata inter eos vel impedire, vel compescere, sontibus etiam si necesse sit, ex sacrorum canonum praescriptione mulctatis.

Memorantur omnia, quae fuerunt praemissa, et componerentur dissidia de bono et aequo.

§. 2. Haec Nobis continenter animo revolventibus non potuit, quin occurreret isthaec Syrensis ecclesia, quam jamdudum magnis molestissimorum dissidiorum motibus perturbatam, et in extremum veluti discrimen adductam compertum habemus. Ac doluimus sane, et vehementer ingemuimus ecclesiam exiguam illam quidem, sed fidelium in religionem catholicam et hanc beati Petri Sedem studio ac pietate antea floridissimam nunc in eum statum devenisse, ut metuendum videatur, ne plures ex iis, rerum meliorum desperatione, et in episcopum suum odio adducti, novo plane, et hactenus inaudito exemplo, ad schismaticos deficiant. Harum siquidem auctor calamitatum, quod dolenter dicimus, habetur venerabilis frater Joannes Baptista Syrensis episcopus, quem plerique accusant, quasi in ea gubernanda ecclesia usus sit ratione, quae cum adversetur sacris canonibus, episcopi officiis, justitiaeque praescriptionibus, fere omnium animos ab eo alienavit, et vitae, morumque disciplinam vehementer labefactavit. Plurimum Nos laboravimus, ut gravissimo huic malo remedium aliquod afferremus, et episcopum, tum coram, cum Romae esset, quo eum vocaveramus, tum absentem per literas congregationis de Propaganda Fide, saepe arguimus, obsecravimus, increpuimus in omni patientia, et doctrina, ut se tandem reciperet, ad sacros canones omnem suam vitam conformaret, eamque susciperet in sua ecclesia administranda rationem, quae sublata omni offensionis causa Syrenses ei reconciliaret. Verum nihil profecimus, quemadmodum a probabilibus, et gravibus auctoribus memorata congregatio accepit, a quibus nunciatum est episcopum post reditum in suam dioecesim (quem Nostra benignitate impetraverat) nihil de veteri illa sua ratione remisisse, immo pertinaciorem, et audentiorem evasisse. Has ob causas de consilio sacrae ejusdem congregationis eum iterum Romam vocavimus. Cui mandato cum paruisset, et ex urbe, ac insula Syrensi ejus vicarius, qui episcopi consiliorum, et gestorum particeps videbatur, auctoritate Nostra discedere jussus esset, Nos per literas in forma brevis die decima octava junii hujus anni datas, ne ecclesia illa episcopali gubernatione careret, te apostolicum ejusdem visitatorem cum potestate episcopali declaravimus. Verum haec satis visa non sunt ad restituendam in pristinam tranquillitatem, et splendorem ecclesiam Syrensem. Nec enim sperandum videbatur Syrenses cum episcopo hoc unquam pacem habituros, et desituras ecclesiae illius calamitates, si ille episcopatum retineret. Censuit igitur congregatio, idque a Nobis probatum est, ut episcopo suaderetur voluntaria a suo munere abdicatio, atque si id impetrari ab eo non posset justa et legitima quaestio de criminibus, quae ei adjiciebantur, institueretur, ac ex sacris canonibus in eum animadverteretur. Si ille aequissimum abdicationis consilium amplexus esset, res omnis feliciter, et ex ejus dignitate composita fuisset. At numquam ad id flecti potuit. Illud igitur tantum restat miserum sane, ac Nobis luctuosum, sed ecclesiae illius saluti omnino necessarium, ut nempe legitima quaestio de episcopo instituatur. Huic quaestioni te praeficiendum arbitramur, venerabilis frater, qui cum eo munere, quod jam indicavimus, in Syrensi ecclesia fungaris, et singulari praestas doctrina, dexteritate, at

integritate io primis aptus videris gravissimo buic negotio perficiendo.

Tenor decreti.

§. 3. Itaque te a quibusvis exeommunicationis, sospensionis at interdicti, aliisque ecclesiasticis censnris, sententiis et poenis quovis modo, et quacumque da causa latis, si quas forte incurristi bujus tantum rei gratia sbsolventes et nbsolutum fore censentes, tibi facultates necessarias et opportunas auctoritate apostolica coocedimus, ut servata saltem in iis quae substantiam spectant, et quoad temporum, locorum et personarum circumstantiae patientur, forma quae a sacris canonibus, et constitutionibus apostolicis statuta est, summariom per viam specialis inquisitionis judicialis quaestionem de criminibus, quae episcopo Syrensi objiciuntur, instituas, rationem sequens, quae in instructione eb eadem coagregatione du Propaganda Fide mittenda tibi designabitur, ita tamen, nt solam factornm instructionem sumas, processumque conficias, quem primo quoque tempore ad Nos transmittes, nt definitivam sententiam pronuuciare possimus, quam Nobis reservamus. Mandamus insuper omnibus et singulis in virtute sanctae obedientiae, ut tibi in iis omnibus, qnae processum hunc respicinnt, ubtemperent, nt obsequantur, utque pransertim a te acciti, tribnneli tuo se sistant, et interrogati verum dicant testimonium, et caetera omnia praestent, qnae tu ex jnre, et ex instructione tibi missa, ab iis ad processum memoratum cooficiundum postulaveris.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 4. Decernentes hns praesentes literas semper firmas, validas et efficaces existere ac fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis ad quos spectat, et pro tempore quandocumqun spectabit in omnibus et per omnia plenissime suffragari; sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etlam causarum palatii Nostri epostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum et inane, si secus saper his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contingerit attentari,

Derogatio contrariorum.

§. 5. Non obstaotibus constitetionibus, et nrdinationibus apostolieis, caeterisque quibuscumque in contrarium facientibus, etiam speciali ac individua mentione dignis, quibus apostolica nuctoritate derogamus.

Datum Romae apod sanctam Mariam Majorem sub aanulo piscatoris die tertia decembris millesimo octingentesimo vicesimo secundo, pontificatus Nostri anno vicesimo tertio.

MLXXVIII.

Confirmatio decreti lati pro moderatione costitutionis Urbanae vigentis pro Conventualibus ordinis minorum sancti Francisci.

Dat. die 10 januarii 1823 anno XXIII.

Pius PP. VII.

Ad futuram rei memoriam

Proemium.

§. 1. Non raro in humanis accidit, ut ea, quae certis temporibus, et aliquibus stantibus circumstantiis necessaria videbantnr, illis immntatis, vel moderari, vel abrogari identidem debeaet.

Expositio precum.

§. 2. Expositum siquidem Nobis nuper fuit a dilecto filio Josepho Maria du Bonis ordinis minorum sancti Francisci Conventualium nuncupatorum ministro generali, constitutiones illas, quae Urbanae aplantur, et quibus praedictus astringitur ordo multis ab hinc onnis, et praesertim post notissimas rerum, ac regularium praecipue familiarum perturbationes, earumque bonnrum jacturam, servari adamussim minime posse, et praesertim communem illam vitam agere, quam praedictae constitutiones a fratribus requirunt; eaque proinde indigere moderatione, quae in praesenti rerum statu ad enimarum salutem et faciliorem votorum executionem conducere potest. Expositum pariter fuit, tot, tantasqun irrogatas esse ecclesiasticas poenas, atque censuras contra praedictarum constitutionum violatores, ut tam ipse minister generalis, qnam ejusdem ordinis religiosi viri timentes, ne in illas inciderint, opportunam absolutionem, saltem ad cautelam, humilitar expostolent. Quum eutem praedictus minister generalis, impetrata prius a Nobis facultete, ec de consilio, ut consensn suorum assistentium, et definitorum na in praedictis constitutionibus moderare, aut minuere curaverit, quas praesentibus in circumstantiis, vel impossibilia, vel certe observatu sunt difficillima, et praesartim sveritatem censurarum, quae earumdem constitutionibus violatoribus infliguntur, linire stoduerit, quumqua eaixis precibus a Nobis ipse petierit, ut constitutiones sic moderates typis mandare, et praefati ordinis fratribus servandas proponere sineremus, Nos per rescriptum dutum die decimaquinta septembris millesimo octingentesimo vicesimo primo, referente Nobis venerabili fratre Nostro Petro Francisco episcopo Albanensi Sanctae Romanae Ecclesiae cardinali Gallefli nuncapato, et supplicum libellorum Nostrorum a secretis, atque ejusdem or-

dinis apud hanc sanctam Sedem protector re, praevia absolutione a quibuscumque censuris, aliisque poenis ecclesiasticis, seu etiam ob irregularitate, in quas tam ipse minister generalis, quam ejus religiosi ob violationem constitutionum praedictarum forsan huc usque incidere potuerint, in reliquis ejus votis annuimus. Ut autem hujusmodi rescriptum Nostrum majorem acquirat firmitatem, praedictus minister generalis, illud per apostolicas Nostras literas in forma brevis confirmari summopere desiderat, humiliterque a Nobis expostulat.

Tenor confirmationis.

§. 3. Nos igitur praedictum ministrum generalem, ac universos ejusdem ordinis religiosos viros, quibus praesentes Nostrae literae favent, specialibus gratiis et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis et poenis quovis modo et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint hujus tantum rei gratia absolventes et absolutos fore censentes; supplicationibus hujusmodi Nobis humiliter porrectis inclinati, praevia confirmatione Nostri rescripti, easdem constitutiones urbanas ordinis Minorum Conventualium sancti Francisci jam moderatas at explanatas auctoritate apostolica, tenore praesentium denuo approbamus, legitimasque declaramus, ita, ut in posterum omnes dicti ordinis religiosi viri illis teneantur sub poenis in eisdem constitutionibus sic moderatis, et explanatis, violatoribus irrogatis, ac praedicto ministro generali facultatem illas typis mandandi, et religiosis proponendi auctoritate et tenore praefatis tribuimus, et impertimur.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 4. Decernentes has praesentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, ac fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac omnibus praefati ordinis religiosis viris plenissime suffragari, et ab omnibus inviolabiliter observari; sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores, et Sedis apostolicae nuncios, et Sanctae Romanae Ecclesiae cardinales etiam de latere legatos, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi et interpretandi facultate, et auctoritate, judicari et diffiniri debere, ac irritum et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 5. Non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis, nec non dicti ordinis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis et literis apostolicis superioribus et personis sub quibuscumque tenoribus et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus et singulis illorum tenores praesentibus pro plene et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die decima januarii millesimo octingentesimo vicesimo tertio, pontificatus Nostri anno vicesimo tertio.

MLXXIX.

Concessio juris privativi condendi pulverem vulgo nuncupatam = Biacca = favore Petri Tonelli, et Felicis Cartoni ad dodicennium.

Dat. die 20 januarii 1823 anno XXIII

Bartolomeo per la misericordia di Dio vescovo di Porto e S. Rufina cardinal Pacca della S. R. C. camerlengo

Pubblicatio chirographi ad rem lati.

§. 1. Essendosi benignamente degnata la Santità di nostro signore Pio papa VII felicemente regnante di accordare a Pietro Tonelli, e Felice Cartoni la privativa fabbricazione della biacca per anni dodici in tutta l'estensione de' suoi ecclesiastici dominj, ci rendiamo solleciti di manifestare al pubblico questa sovrana concessione con emanare qui appresso il chirografo a noi diretto li 20 gennaro prossimo passato, ed esibito per gli atti dell'infrascritto segretario e cancelliere della Reverenda Camera il dì primo corrente.

Reverendissimo cardinale Bartolomeo Pacca camerlengo della Santa Romana Chiesa

Tenor chirographi.

§. 2. Il costante desiderio Nostro di accordare protezione, a favore agl' industriosi introduttori di estere utili manifatture generalmente sconosciute nei Nostri pontificj dominj, ci ha fatto clementemento accogliere le suppliche di Pietro Tonelli, e Felice Cartoni, i quali hanno di recente stabilito in questa alma Nostra

città di Roma, e pienamente attivato una grandiosa fabbrica di biacca ed uso di Genova, e che implorano da Noi una temporanea privativa, d'impedire, che dall'invida rivalità non venga loro frastornata sì vantaggiosa impresa, e compromassi i forti capitali su questa fiducia impiegati per l'esecuzione, ed esercizio della medesima, e chieggon pure esenzioni e premj a maggiore incoraggimento di questa nascente manifattura. Avendovi pertanto Noi commesso l'esame dell' affare, ci aveta riferito, che promossa interpellazione in tutte le provincia dei Nostri pontificj dominj, nell'opificio di tal natura vi si trovi eretto, e che sottoposti a rigorosa esperienza ed esame de' più valenti chimici e di altre perite persone i risultati di questa lavorazione siensi eminentemente verificati dello stesso pregio, e adatti agli usi stessi pe' quali si adoperano le biacche di Genova; e tale prodotto di biacca renda questa fabbrica a potere agevolmente cimentare tutto il consumo, che di essa si fa nella estensione del Nostro stato, dondo siate di parere doverne derivare un reale vantaggio a beneficio del medesimo. Imperocchè siamo condiscesi alla benigna determinazione di concedere, come col presente Nostro chirografo, in cui abbiamo per espresso, e di parola in parole inserto il tenore di qualunque più necessaria, e consueta cosa ad esprimersi, di moto proprio, certa scienza, e pienezza della Nostra suprema potestà concediamo ai ricorrenti Pietro Tonelli, e Felice Cartoni l'implorato privilegio esclusivo di fabbricare la biacca ad uso di Genova in tutta l'estensione de' Nostri pontificj dominj, e quelle esenzioni, e premj non meno, che possano eccitare l'aumento, e la perfezione di questa industria, rendendola benanche un commercio attivo coll' estero, sotto l'osservanza di taluni obblighi, patti, e condizioni nel seguente modo.

I.

De comprehensis in concessione.

§. 3. Che dalla presente concessione ai soli Pietro Tonelli, e Felice Cartoni competa il diritto privativo di fabbricare le biacca ad uso di Genova nella totale estensione de' Nostri pontificj domini, limitatamente però ad anni dodici, rimanendo a qualunque altro impedito in questo intervallo di erigere e costruire a tal'effetto nuove macchina ed ordigni.

II.

Privilegium non extenditur ad venditionem

§. 4. Ristretta questa concessione al diritto di privativa fabbricazione, ed escluso affatto quello della privativa di vendita, sarà lecito a chiunque importare e vendere sì all'ingrosso, che al minuto la biecca estera di qualunque sorta, purchè abbia pagato le competenti gabelle.

III.

De jure aliis legitime quaesito non laedendo.

§. 5. Sebbene dalle informazioni diligentemente procurate risulti concludentemente, che non esista alcuna fabbrica per verun conto applicata alla lavorazione della biacca, pur tuttavolta se altri potesse provare di aver prevenuto gl' intraprendenti in questo genere d'industria, ed essere in attuale lavorazione, e vendita di detta manifattura, sarà da voi abilitato a continuare nel suo attuale esercizio: a godere peraltro del medesimo dovrà entro il perentorio termine di mesi due dalla pubblicazione del presente giustificare legalmente avanti di voi, e con prove superiori ad ogni eccezione i pretesi titoli di anteriorità, passato il qual termine non si darà luogo a ricorsi e pretensioni su questo particolare.

IV.

De conditionibus implendis pro exercitio privilegii

§. 6. Gl' intraprendenti dovranno mantenere sempre in piena attività ed esercizio la presente fabbrica colle opportune macchine, e necessarj ordigni, e procurarne con ogni sforzo l'incremento, e la perfezione, esibendo a voi in ciascun'anno i campioni della biacca legalmente desunti dalla lavorazione dell'anno medesimo: che se l'esercizio della detta lavorazione fosse interrotto per un tempo sensibile, e molto più trascurato per un anno intero, decaderanno immediatamente dalla presente concessione.

V.

De exemptionibus concedendis in vim privilegiorum datis imponendis super extera merce.

§. 7. A secondare possibilmente poi le suppliche de' ricorrenti, prenderete voi col Nostro monsignor tesoriere generale tutti que' concerti, che reputerete opportuni all'oggetto di far godere ai medesimi l'esenzione da qualunque dazio in via di restituzione e di rimborso per tutta quella quantità di piombo, e di aceto, che saranno essi per adoperare nella fabbricazione della biacca, secondo la forza giustificata de' prodotti; del pari che darete luogo allo aumento del dazio sopra le biacche estere, con adequata proporzione, che sia d' incoraggimento alla novella fabbrica de' ricorrenti, fermo però il dazio attuale per la sola biacca di Kremnitz, e per quella di Francia, così detta d'argento.

VI.

De duratione exemptionum et dationum.

§. 8. Quali esenzioni, ed aumento di dazio dovranno continuare fintantochè gl' intraprendenti, mantengeno in piena attività di lavorazione, e perfezione la istituita fabbrica.

VII.

Reservatio specialis.

§. 9. Se i ricorrenti aggiungeranno all'attuale industria l'altra d'introdurre la perfetta lavorazione delle biacche di Kremnitz e di Francia, così detta d'argento, ci riserbiamo, presso le più accurate esperienze e verificazioni da assumersi da voi, di riguardarli con più particolari favori, e premj.

VIII.

De canone a privilegiatis quolibet anno solvendo.

§. 10. Finalmente in ricognizione della presente grazia dovranno i privatarj, durante il privilegio, contribuire alla cassa delle giubilazioni istituita con Nostro motu-proprio dei 26 febbrajo 1817 l'anaua somma di scudi dodici ripartita in rate bimestrali, oltre pari somma nell'atto di questa concessione, e saranno obbligati non meno a presentare in cadaun'anno in camera de' tributi nella vigilia o festa de' santi apostoli Pietro e Paolo il canone di scudi tre, sotto pena della cadnciià di questa concessione. A forma pertanto del presente Nostro chirografo, e colle condizioni sopra espresse stipolerete l' istromento di concessione, pnblicarete editti, interporrete decreti, e farete tutt'altro che per la plenaria esecuzione della presente Nostra grazia riconoscerete espediento ed opportuno, essendo tale la mente, e volontà Nostra espressa.

Clausulae salutares, et irritantes.

§. 11. Volendo e decretando, che al presente Nostro chirografo, benchè non esibito, nè registrato in camera e ne' suoi libri non possa mai darsi, nè opporsi di surrezione, o orrezione, nè di alcun'altro vizio della Nostra volontà, ed intenzione; e che così e non altrimenti debba sempre giudicarsi, definirsi, ed interpretarsi da qualsivoglia giudice, o tribunale benchè collegiale, e congregazione composta di reverendissimi cardinali, togliendo loro ogni facoltà, e giurisdizione di definire, ed interpetrare diversamente; dichiarando Noi fin d'adesso nullo, irrito, ed invalido tutto ciò, che scientemente o ignorantemente fosse giudicato, o si tentasse giudicare contro la forma, e disposizione del presente Nostro chirografo, quale vogliamo, che vaglia, e debba avere il suo pieno effetto, esecuzione, e vigore colla semplice Nostra sottoscrizione, ancorchè non vi sia stato chiamato nè sentito monsig. commissario della Nostra camera, nè qualsivoglia altra persona o corpi, ancorchè privilegiati, e privilegiatissimi, che vi avessero o pretendessero di avervi interesse, e che per comprenderli fosse bisogno di speciale menzione.

Derogatio contrariorum.

§. 12. Non ostante la bolla di Pio IV Nostro predecessore *de registrandis*, la regola della Nostra cancelleria *de jure quaesito non tollendo*, e qualunque altra costituzione, ed ordinazione apostolica Nostra, e de' Nostri predecessori, bandi, leggi, statuti, riforme, usi, stili, e consuetudini, e qualsivoglia altra cosa, che facesse, o potesse fare in contrario, alle quali tutte e singole avendone il di loro tenore qui per espresso, e registrato, e supplendo Noi colla pienezza della Nostra suprema potestà a qualunque vizio e difetto, che potesse intervenire, per questa volta sola, ed all'effetto premesso amplamente, ed espressamento deroghiamo.

Dato dal Nostro palazzo apostolico al Quirinale questo dì 20 gennaro 1823.

Pius papa VII.

Executio chirographi.

§. 13. Inerendo pertanto noi ai supremi voleri di Sua Beatitudine, e per l'autorità del nostro officio di camerlengato, comandiamo che nel decorso della privativa non ardisca alcuno di qualsivoglia stato, grado e condizione, sia pure ecclesiastico, o secolare, e di special menzione de gno, applicarsi in tutto lo stato Ecclesiastico alla fabbricazione della biacca, nè impedire, o molestare i privatarj Tonelli, e Cartoni nel libero esercizio della suddetta privilegiata facoltà. In caso di qualsivoglia contravvenzione sarà inflitta penale di scudi duecento per cadauna volta, oltre la perdita degli stigli, ed attrezzi, e l'emenda dei danni. La qual pena sarà per una terza parte devoluta a favore de' luoghi pii confidati alla nostra rappresentanza, per la seconda agli esecutori ed accusatori, e per l'altra ai concessionarj Tonelli e Cartoni, procedendosi anche per inquisizione, per officio, e in ogni altro modo più confaciente al fisco.

Sanctio poenalis.

§. 14. Avverta pertanto ciascuno di uniformarsi alle premesse ordinazioni, le quali colla presente legge pnblicate ed affisse che sieno ne' soliti luoghi di Roma, o in tutto lo stato, obbligherà ciascuno, come se gli fossero personalmente intimate.

Dato in camera apostolica li 15 febbraro 1823.

B. card. Pacca camerlengo di S. C.

Domenico Attanasio uditore

Gioacchino Maria Farinetti seg. e cancell. della R. C. A.

MLXXX.

Dat. die 21 januarii 1823 anno XXIII.

Dismembratio duarum provinciarum Floridarum a dioecesi Novae Aureliae, earumque unio vicariatui apostolico noviter erecto in territorio Missisipi, et Alabama.

Pius PP. VII.

Ad futuram rei memoriam

Prooemium.

§. 1. Inter multiplices, gravissimasque apostolatus Nostri curas non exiguam tenent partem ea, quae dioecesium per universum orbem distributarum respicit statum, siquidem supremae potestatis, judiciique Nostri est novos earum limites constituere, vel constitutos immutare, prout, habita temporum, locorum, et circumstantiarum ratione, fidelium utilitati conducere dignoscimus.

Ratio concessionis.

§. 2. Quum sicut Nobis relatum est, duae Floridarum provinciae, Orientalis nimirum, et Occidentalis in America septentrionali, quae primum archiepiscopo sancti Jacobi de Cuba, deinde per consistoriale decretum diei decimae septembris millesimo septingentesimo octuagesimo septimo episcopo sancti Christophori de Havana in spiritualibus subjectae fuerunt, demum per litteras apostolicas datas die vicesima quinta aprilis millesimo septingentesimo nonagesimo tertio Neo-Aurelianensi ecclesiae sub metropolitico jure archiepiscopi sancti Dominici, tam longe distent a civitate sancti Ludovici in Loysiana superiori, ubi Novae Aureliae episcopus sedem statuit suam, ut ipse Floridarum curam gerere nullo modo possit, eamque propterea sponte dimiserit.

Tenor concessionis.

§. 3. Nos, ne fideles, qui in Floridis versantur, spiritualibus careant auxiliis, de venerabilium fratrum Nostrorum Sanctae Romanae Ecclesiae cardinalium Propagandae Fidei praepositorum consilio, ambas Floridarum provincias a Novae Aureliae dioecesi distrahere, easque per modum provisionis unire et adjungere apostolico vicariatui nuper erecto duorum confinium territoriorum Missisipi, et Alabama volentes, spiritualem Floridarum curam et jurisdictionem venerabili fratri Josepho Rosati tamquam vicario apostolico non minus duorum territoriorum Missisipi et Alabama novissime electo cum charactere et titulo episcopali, quam utriusque Floridarum provinciae cum facultatibus, quibus caeteris foederatarum provinciarum episcopi potiuntur, auctoritate apostolica tenore praesentium committimus, donec tamen per hanc sanctam Sedem aliter provideatur. Mandantes propterea venerabili fratri episcopo sancti Christophori de Havana in virtute sanctae obedientiae, ne deinceps in Floridarum cura se amplius immisceat.

Derogatio contrariorum.

§. 4. Non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis, nec non dioecesis Novae Aureliae etiam juramento, confirmatione apostolica vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibus usque et aliis decretis in genere vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis et innovatis. Quibus omnibus et singulis illorum tenores praesentibus pro pleno et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes illis alias in suo robore permansuris ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die vicesima prima januarii millesimo octingentesimo vicesimo tertio, pontificatus Nostri anno vicesimo tertio.

MLXXXI.

Dat. die 21 januarii 1823 anno XXIII

Prorogatio ad septennium gratiarum, et privilegiorum alias concessorum subditis regni Hispaniarum, qui exempti a jurisdictione suorum ordinariorum subjiciuntur jurisdictioni patriarchae Indiarum.

Carissimo in Christo
Filio Nostro Ferdinando
Hispaniarum regi catholico

Pius PP. VII.

Carissime in Christo fili Noster
Salutem et apostolicam benedictionem

Memorantur literae apostolicae alias ad rem latae.

§. 1. Majestas tua per dilectum filium equitem Josephum Narcisum Aparici tuorum negotiorum procuratorem, literas Nostras in simili forma brevis die vicesima octava julii anno millesimo octingentesimo decimo quinto datas, et prorogationem ad septennium Castrensis ecclesiasticae jurisdictionis a Romanis pontificibus praedecessoribus Nostris, et a Nobis in tuis regnis atque dominiis permissae respicientes, oculis Nostris subjicii curavit, tenoris sequentis videlicet.

Carissimo in Christo
Filio Nostro Ferdinando
Hispaniarum regi catholico

Pius PP. VII.

Carissime in Christo fili Noster
Salutem et apostolicam benedictionem

Tenor praedictorum literarum.

§. 2. Compertum est Nobis, Carolum III felicis recordationis regem catholicum pio flagrantem desiderio parandi militibus, aliisque ad regios exercitus pertinentibus praesidia, quibus, quum fixas sedes plerumque non habeant, frui nihilominus valeant spiritualibus utilitatibus, et adjumentis, quae caeteri Christifideles ab ecclesiasticis suis superioribus, et praelatis consequuntur, Clementem XIII sanctae memoriae praedecessorem Nostrum supplicem adiisse, ut praedictos milites, aliosque ad regios exercitus pertinentes ab ordinariorum jurisdictione eximeret, subjiceretque jurisdictioni venerabilis fratris pro tempore existentis Indiarum patriarchae, ac regiorum exercituum vicarii generalis, qui facultates sibi impertitas per ecclesiasticos viros a semetipso delegandos exercere posset super praedictos ubicumque locorum ii morarentur. Annuit pio religiosissimi principis desiderio praefatus Clemens praedecessor Noster, literisque in forma brevis die decima martii anni millesimi septingentesimi sexagesimi secundi datis in venerabilem fratrem patriarcham Indiarum expeditas contulit facultates, quas deinde aliis similibus literis die decima quarta martii anni millesimi septingentesimi sexagesimi quarti datis, confirmavit, quibus etiam ad tollendas nonnullas contentiones inter cardinalem de la Cerda nuncupatum Indiarum tunc patriarcham, et ordinarios locorum exortas declaravit, concessas facultates porrigi in omnes, qui aut pacis, aut belli tempore sub ejusdem Caroli regis vexillis, terra, marique militarent, viverentque stipendio, et aere militari, aliosque practerea, qui ob aliquam legitimam causam illos sequerentur: eaedem facultates prorogatae deinceps de septennio in septennium fuerunt, tam ab ipso Clemente praedecessore Nostro literis in forma brevis die vicesima septima augusti anni millesimi septingentesimi sexagesimi octavi datis, quam a Pio felicis recordationis papa VI praedecessore itidem Nostro similibus literis die vicesima sexta octobris millesimo septingentesimo septuagesimo sexto, et vicesima prima januarii millesimo septingentesimo octuagesimo tertio, et secunda octobris millesimo septingentesimo nonagesimo quinto, ac a Nobis ipsis similibus pariter literis die decima sexta decembris millesimo octingentesimo tertio expeditis. His et praedecessorum, et Nostris apostolicis literis ordo constitutus fuit Castrensis ecclesiasticae jurisdictionis, quam quum Clemens praedecessor, limitibus, quos memoravimus, circumscripsisset, Pius tamen pariter praedecessor tuis, tuique parentis supplicationibus benigne annuens ampliavit etiam respectu personarum, erga quas exercere eam oporteret, concessa quoque venerabili fratri Indiarum patriarchae facultate absque ullo scrupulo tutaque conscentia declarandi quaenam personae gaudere praedicta Castrensi jurisdictione deberent, cujus quidem praedecessoris Nostri exemplum in superius memoratis Nostris literis Nos quoque sequuti sumus. Hujus ampliationis occasione, duo in lucem prodierunt disignationes hujusmodi personarum, altera a cardinali Delgado die tertia februarii millesimo septingentesimo septuagesimo nono, altera ab illius in dicto patriarchatu successore cardinale Sentmanat die decima julii millesimo octingentesimo quarto editis, quibus quum propositum esset personas recensere, quas Castrensis ecclesiastica jurisdictio complecti deberet, praestitutos

tamen antea fines praetergredi altimus praesertim visus est, ita ut Hispaniarum archiepiscopi, et episcopi non leviter offenderentur, et ipse venerabilis frater archiepiscopus Toletanus cardinalis de Bourbon nuncupatus, vir sane praeclarissimus, et religiosissimus conquestus ob hanc causam apud regium thronum tuum fuerit de venerabili fratre Indiarum patriarcha, quod in declarandis supradictis personis facultates ab hac apostolica Sede Nostra concessas multis modis excesserit, ingenti ordinariorum potestatis dispendio. Quas querelas et si praedictus Indiaram patriarcha diluere conatus sit, ac ostendere nihil in ea re a se peccatum esse, attamen quae tua ast, charissime in Christo fili Noster, pietas, et erga hanc apostolicam Sedem devotio, totam haoc controversiam, integrumqoe de ea judicium ad hanc Nostram apostolicam Sedem deferri jussisti, ad quam ut pote antedictae jurisdictionis fontem pleno jure spectat ipsius jurisdictionis amplitudinem, certosque fines praescribere, ac declarare. Quam ob causam audita antea sententia congregationis dilectorum filiorum Nostrorum Sanctaa Romanae Ecclesiae cardinalium, quam hanc in rem deputavimus, die decima januarii superioris anni literas apostolicas in forma brevis ad te dedimus, quibus quidquid in nuperrimo praedicti cappellani majoris edicto super aliis personarum classibus jurisdictioni suae subjiciendis, additum reperitur super ea, quae in praecedenti defuncti cardinalis Delgado edicto, aut in literis apostolicis concessionis hujusmodi singillatim fuerat expressum, id omne contra Nostram, et hujus sanctae Sedis mentem, et concessiones factum fuisse declaravimus, atque apostolica auctoritate definivimus. Hisce peractis, sperabamus, omnem in posterum ambigendi occasionem fuisse sublatam. Sed ineunte hoc anno expositum Nobis humiliter tuo nomine fuit, haerere adhuc piissimo tuo in animo dubitationes de hac ecclesiasticae Castrensis jurisdictionis ampliatione, versarique hac de re interdum magnas inter angustias religiosissimam conscientiam tuam, quas sperares tolli radicitus posse, si Castrensis ecclesiasticae jurisdictionis ratio per Nos ad eam formam redigeretur, cujus ipse specimen, ac veluti prospectum Nobis scriptis reverenter exhiberi jussisti, additus etiam seorsim rationibus, et declarationibus, quae eorum, quae postulabas, opportunitatem demonstrarent, Nos propterea orans, ut per Nostras apostolicas literas exhibitam tuo jussu Castrensis jurisdictionis formam adprobare benigne dignaremur. Quamobrem quum nihil Nobis sit optatius, quam controversiarum germina amputare, omnesque compescere anxietates, quae tuam, piissime rex, tuorumque subditorum conscientiam agitare possent, libenti animo postulationes tuo nomine porrectas excepimus, rogataque iterum sententia congregationis dilectorum filiorum Nostrorum Sanctae Romanae Ecclesiae cardinalium, quos in re adeo gravi in consilium advocare censuimus, cancta a te in ordinationem ecclesiasticae Castrensis jurisdictionis proposita examini subjiecimus. Comperimus autem, quod quum ea non adeo ingenti intervallo ab iis finibus recedant, quos cardinalis Delgado descripserat sua in declaratione, quem Nos apostolicis Nostris postremis literis quodammodo adprobavimus, tom illud praeseferunt peculiare, ac commendatione dignissimum, quud graphico, ac veluti in tabula depictum commostrant, totius ejusdem Castrensis jurisdictionis ambitum, dumque ita ambiguitates, et controversias amoveet, praeciduntque, hac utilitate pensant aliquatenus quidquid ordinariorum potestati decerptum, augent Castrensi jurisdictioni. Quae quidem eo lubentius animo observavimus, quo magis comperimus graviores Nobis suppeditare rationes, ob quas desiderium, quo jugiter flagramus, obsecundandi iis, quae tibi grata, et accepta esse noscimus, implere tutius, atque alacrius valeamus. Quum enim conveniat providae apostolicae Sedis benignitati facilem se, et liberalom ostendere in gratiis, et favoribus elargiendis christienis principibus, qui ex praeclaris majorum suorum meritis, et suarum virtutum ornamentis, pietate erga Deum, devotione, et obsequio erga sanctam Sedem in cospectu omnium splendere noscuntur, nihil Nobis optatius obtingere potest, quam quum occasionem oblatam cernimus, qua obsequi tuis votis valeamus, qui tuorum majorum exemplis, tuaque egregia animi indole excitatus omnibus hisce laudibus cumulatissime praefulges.

§. 3. Quibus causis permoti, teque specialibus favoribus, et gratiis pro tua erga hanc Nostram apostolicam Sedem observantia prosequi volentes; tuisque piis desideriis annuere, Castrensem ecclesiasticam jurisdictionem in tuis regnis, et dominiis eo modo, quem inferius juxta propositas a te regulas, enucleabimus, constituere, et circumscribere decrevimus, prout vigore praesentium constituimus et definimus. Ac primum quidem statuimus et decernimus, quod Castrensi ecclesiasticae jurisdictioni praedictae subje- Tenor pristinae concessionis.

cti sint, et subjecti habeantur tam illi, qui foro gaudent belli, aut marinae militari, aut politico, dummodo integro hoc foro gaudeant, et civili scilicet, et criminali, quam eorum etiam familiae, et omnes personae quod servitiis addictae, dummodo hae pariter familiae, atque personae, toto, integroque gaudeant praedicto foro, expresse declarantes, quod quae illorum familiae, et personae hoc foro non gaudent, aut gaudent quidem, sed non integro, sub Castrensi ecclesiastica jurisdictione haud comprehenduntur. Quam quidem praefiniendae ejusdem jurisdictionis priorem regulam quum amplectimur, pro certo habemus, nec majestatem tuam, nec reges tuos successores ullo unquam tempore permissuros, ut toto, et integro belli, aut marinae foro ulli alii gaudeant, praeter eos, qui pro re militari aut politica regiis exercitibus sint addicti, quique horum familias constituant, ac in horum versentur famulatu. Quoniam vero si omnes et quotquot praedicto gaudent foro ad ecclesiasticam Castrensem jurisdictionem pertinere deberent, graves persaepe orirentur difficultates in administrandis spiritualibus praesidiis aliquibus personarum classibus, quae quum per omnia majestatis tuae regna, et dominia dispersae sint, non raro in locis degunt, in quibus nec ulli existunt Castrenses parochi, nec eos constituare expedit, idcirco, ut saluti animarum, et sacramentorum administrationi pro injuncti Nobis pastoralis muneris sollicitudine undique consultum sit, volumus, et decernimus, quod generalis regula superius praestituta de personis ecclesiasticae jurisdictioni Castrensi in posterum subjiciendis locum non habeat in officialibus, aliisque personis iis copiis adscriptis, quae militiae in Hispaniis nuncupantur, quandocumque dicti officiales, dictaeque personae in armis non sint ob aliquod servitium majestati tuae praestandum, in quo tamen casu illae quidem personae jurisdictioni Castrensi subjectae erunt, sed non earum familiae, nec earum famuli, nisi illae seu isti ipsas personas sequantur, et integro gaudeant foro; praeterea a generali praedicta regula excipimus quemcumque militiae addictum, qui tamen a regio majestatis tuae servitio immunis sit, etiamsi aliquod a pietate tua stipendium accipiat. Excipimus insuper viduas militum eorumdemque familias, et servos, nautas, naucleros praeterea, et artifices in cathalogo descriptos, veluti servitio armamentariorum, et regiarum navium mancipatos, qui etsi integro gaudeant marinae foro, tamen tunc solum sub Castrensi jurisdictione erunt, quum ad opera, servitiaque, quibus vacant, vocati, consueta stipendia percipere incipiant, in quo tamen casu familiae, servique eorum ad Castrensem jurisdictionem non pertinebunt, nisi morentur in urbe provinciae principe, aut in loco, in quem convenire jussi fuerint ad proprias uniuscujusque artes exercendas, et integro foro saepedicto gaudeant. Demum sub Castrensi ecclesiastica jurisdictione comprehendi nolumus damnatos ad opus, qui intra arces, atque praesidia non continentur, quippe qui custodiae tantum causa a militari imperio pendent, haud vero pertinent ad militiam. Praeter hos vero, quos fori militaris causa Castrensi jurisdictioni subesse volumus ad eamdem jurisdictionem spectabunt omnes personae, quae regios exercitus sequuntur, eisqua exercitibus quocumque nomine, seu titulo, probantibus tamen ducibus, aliisve militaribus superioribus, inserviunt etiamsi praedictae personae supradicto foro non gaudeant, idque servabitur in casu cujuscumque militaris expeditionis, tam etsi copiae fuerint auxiliares, dummodo tamen spirituali earum regimini alia prospectum non sit ratione, quae a presenti Nostra dispositione sit diversa, cui regimini et peculiaribus ejus constitutionibus nihil detractum volumus. Ad eamdem praeterea jurisdictionem spectabunt omnes, qui in navibus majestatis tuae existant, quamvis militiae non sint adscripti, aut ad aliud quodcumque forum, aliamve jurisdictionem pertineant: quod etiam servari volumus in navibus mercatoriis, quae nomine aerarii regii conductae, praesidio navium majestatis tuae protectae propter aliquam causam, sive expeditionem iter facient, etiamsi bellicae naves, quibus proteguntur, auxiliares sint majestatis tuae, quo in casu eadem repetita intelligantur, quae de copiis auxiliaribus superius constituimus. Eamdem vero ob loci causam regiorum exercituum vicarius generalis jurisdictione utetur in omnes, qui in quibuscumque arcibus, fortalitiis, castellis stativis, armamentariis, nosocomiis militaribus, opificiis in usum rei militaris, et nauticae majestatis tuae institutis, collegiis militaribus commorentur, in quibus majestas tua Castrenses habeat parochos, aut expedire censeat hujusmodi parochos constituere, excepto oppido Septa, praesidiisque minoribus in Africa existentibus, quibus in locis eorumdem ordinarii plena jurisdictione fruentur, qua hactenus potiti sunt, ratioueque loci potiri debuerunt, eaeque tantum personae vicariatui subjectae erunt, quae comprehenduntur

sub aliis regulis generalibus a Nobis constitutis. In aliis vero arcibus, fortalitiis, castellis stativis, armamentariis, nosocomiis, opificiis, et collegiis militaribus praefatis vicariatui suberunt etiam quotquot iis in locis in poenam detinentur, nec non damnati ad opera, infirmi, aliique, qui quamcumque ob causam iis in locis commorari debeant. Arcium autem, fortalitiorum, castellorum supradictorum nomine intelligenda esse declaramus loca illa muris instructa, et praesidiis munita, quorum ambitus non pagum, non vicum, non oppidum, non civitatem, aut alia id genus complectitur. Demum jurisdictioni Castrensi subesse volumus ecclesiasticos viros, qui legitimo, at consueto more designati aliquod obtineant munus, sive pro administratione justitiae, sive pro expeditione negociorum ipsios jurisdictionis, sive pro cura animarum una cum ipsorum familiis, et reliquis personis eorumdem servitio addictis, quod ipsum ad laicos quoque porrigi volumus, qui legitime, ut supra munus aliquod exerceant in vicariatu propter easdem causas administrandae justitiae, expediendique negocia vicariatus, itemque ad ipsorum uxores, et filios non emancipatos cum parentibus cohabitantes, et ad servos. Constituta pro modo, quem hactenus enucleavimus, ecclesiasticae jurisdictionis Castrensis forma, ratioque ex quatuor manat fontibus, titulisve, propter quos dumtaxat sive omnes, sive eorum aliquem quatuor pariter personarum classes vicariatui generali subjicimus, et pro subjectis habendas esse auctoritate apostolica tenore praesentium statuimus, decernimus, et definimus, ita quidem, ut prior classis ratione fori complectatur personas, quae integro eodem gaudent foro militari tam civili, quam criminali, altera ratione servitii eas comprehendat, quae regios exercitus sequuntur, et eis inserviont, tertia ratione loci ex illis constituatur, quae degunt in locis militaris imperio subjectis, quarta denique ratione officii, iis constet personis, quae apud ipsum vicariatum muneribus funguntur. Ex quibus quidem quum certi, statique fines Castrensis ecclesiasticae jurisdictionis sub oculis quodammodo sint, ot illius forma, ratioque in nucleo veluti posita videatur non immerito, charissime in Christo fili Noster in spem ducimur, nullas deinceps ambiguitates, perplexitatesque suburituras esse, quibus religiosissimae conscientiae tuae tranquillitas, cui prae omnibus consulere, cupimus, angi, turbarique valeat. Quod si nihilominus aliquod adhuc oriri dubium contingat, utrum aliqua, aut aliquae personae sint, aut non sint jurisdictioni Castrensi subjectae, quoniam Nostris his literis praescribitur, et declaratur nullam aliam personam dictae jurisdictioni manera subjectam, nisi illas, quae quatuor classibus antea expositis comprehenduntur, idcirco majestatis tuae erit declarare utrum persona aut personae, super quibus dubium oritur, in praedictis quatuor classibus comprehendantur, ad hoc ut sint, aut non sint Castrensi jurisdictioni subjectae. Tandem moderno, et pro tempore existenti patriarchae Indiarum, cappellano majori, ac personis ab ipso delegatis, seu delegandis, ac subdelegandis in ecclesiastica dignitate constitutis, sive aliis sacerdotibus probis, et idoneis facultates omnes juxta tenorem, ac formam praedictarum literarum Romanorum pontificum praedecessorum Nostrorum nempe Clementis XIII die decima martii millesimo septingentesimo sexagesimo secundo, die decima quarta martii millesimo septingentesimo sexagesimo quarto, ac die vicesima septima augusti millesimo septingentesimo sexagesimo octavo, nec non Pii VI die vicesima sexta octobris millesimo septingentesimo septuagesimo sexto, vicesima prima januarii millesimo septingentesimo octogesimo tertio, et secunda octobris millesimo septingentesimo nonagesimo quinto; at signanter Nostrarum tam sub die decima sexta decembris millesimo octingentesimo tertio, quam decima januarii millesimo octingentesimo sexto expeditarum, concessas confirmatas, amplietas, et explicatas, quarum omnium tenores pro plene, et sufficienter expressis hic haberi volumus, auctoritate apostolica tenore praesentium, de novo etiam confirmamus, tribuimus, et elargimur; excepta tamen facultate in dictis literis Pii VI praedecessoris concessa, ac in superioribus Nostris confirmata, sed in postremis pariter Nostris literis die decima januarii millesimo octingentesimo sexto explicata. = declarandi scilicet, quae, et quales debeant esse personae hujusmodi exercituum, et quibus ipsae frui, ac potiri valeant privilegiis, de qua superius jam provisum est, quamque per praesentes auctoritate apostolica excipimus, abolemus ac penitus abrogamus. Itemque easdem gratias, concessiones, privilegia, et indulta quaecumque, de quibus in praedictis apostolicis literis facta est mentio pro memoratis quatuor classibus personarum iisdem modo, et forma auctoritate, et tenore praedictis ad septennium concedimus, et indulgemus.

§. 4. Non obstantibus apostolicis, ac in universalibus provincialibusque, et sy- Derogatio contrariorum.

sodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, nec non ordinum, quorum personae hujusmodi professae fuerint, etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus, privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, et innovatis; quibus omnibus et singulis illorum tenores praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die decima secunda junii millesimo octingentesimo septimo, pontificatus Nostri anno octavo.

Preces porrectae pro consequenda prorogatione indulti.

§. 5. Quum autem, sicut majestatis tuae nomine expositum est, expleto jam septennio, facultates praedictae in praecitatis literis expressae in exitu sint, cupiasque illas alterius prorogari; nova adjecta declaratione, ut castrensi ecclesiasticae jurisdictioni praedictae subjecti sint, et subjecti habeantur non solum illi, qui juxta ante actas leges foro gaudebant integro belli, aut marinae militari, aut politico, civili scilicet et criminali, quamvis ad praesens civili non gaudeant, qui nunc non existit, sed etiam eorum familiae, et omnes personae ipsorum servitiis addictae, dummodo hae pariter familiae atque personae ex illis sint, quae, si anteactae vigerent leges, toto integroque gauderent praedicto foro.

Tenor prorogationis.

§. 6. Nos vero majestatis tuae votis, quantum in Domino possumus annuere volentes, supplicationibus tuo nomine Nobis porrectis inclinati, moderno ac pro tempore existenti patriarchae Indiarum uti cappellano majori, ac regiorum exercituum cappellano majori, et idoneis sacerdotibus ab ipso delegatis, vel delegandis, aut subdelegandis omnes et singulas facultates in praeinsertis Nostris literis contentas et expressas ad septennium proximum tantum duraturas auctoritate apostolica tenore praesentium denuo concedimus, et impertimur, nec non easdem gratias et privilegia quaecumque in praecitatis literis concessa iterum elargimur, et confirmamus, decernentes, ut castrensi ecclesiasticae jurisdictioni praedictae subjecti sint, et subjecti habeantur non solum illi, qui juxta anteactas leges foro gaudebant integro belli, aut marinae militari, aut politico, civili scilicet, et criminali, quamvis ad praesens civili non gaudeant, qui nunc non existit, sed etiam eorum familiae, et omnes personae ipsorum servitiis addictae, dummodo hae pariter familiae atque personae ex illis sint, quae si anteactae vigerent leges, toto, integroque gauderent praedicto foro; servata tamen in reliquis forma et dispositione apostolicarum Nostrarum literarum superius relatarum.

§. 7. Non obstantibus omnibus et singulis illis, quae in eisdem literis non obstare voluimus, caeterisque contrariis quibuscumque.

Alia derogatio in contrarium facientium.

Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die vicesima prima januarii millesimo octingentesimo vicesimo tertio, pontificatus Nostri anno vicesimo tertio.

MLXXXII.

Praefinitio partis redditUum a qualibet praebenda praelevandorum in ecclesia Camajore dioecesis Lucanae pro distributionibus quotidianis inter praesentes.

Dat. die 20 januarii 1823 anno XXIII

Venerabili fratri archiepiscopo Lucano

Pius PP. VII.

Venerabilis frater

Salutem et apostolicam benedictionem.

Ratio concessionis.

§. 1. Sacrosancti Tridentini concilii sanctione praeceptum est, in ecclesiis tam cathedralibus, quam collegiatis, in quibus nullae sunt distributiones quotidianae, vel. ita tenues, ut verosimiliter negligantur, tertiam partem fructuum et proventuum et obventionum separari debere, et in distributiones quotidianas converti, quae inter divinis interessentes dividantur (Sessio XXI cap. III de reformat.) Tridentinis decretis apostolica haec Sedes arcte semper adhaesit, nec, nisi gravi interveniente necessitate, de iis patitur aliquid interverti vel minui. Quare quum ex praescripto Nostrarum literarum, quas annulo piscatoris obsignavimus die octava aprilis anno millesimo octingentesimo vicesimo collegium canonicorum in oppido Camajore dioecesis istius institutum, ac temporum adversitate dissipatum

restituendum esset, illud simul Nostrarum literarum jussu praestandum fuit, ut tertia pars annui fructus canonicatuum, aliorumque beneficiorum illius collegii in quotidianas distributiones seponerentur.

Expositio precum.

§. 2. At vero canonici, aliique beneficiarii Camajorensis collegii nuper Nobis exposuerunt, numquam apud illos Tridentinam sanctionem de tertia fructuum parte in quotidianas distributiones eroganda executioni fuisse mandatam, semperque apud illos gestam rem esse, ut diplomate dato anno millesimo quingentesimo decimo quinto geri voluit felicis recordationis Leo X praedecessor Noster; Leonem autem praecepisse, ut decem frumenti mensurae, quae vernaculo sermone dicuntur = staja = certam praebendam conficerent, reliqui autem fructus ac redditus in quotidianas distributiones cederent, easque praesentes tantummodo lucrarentur. Putant autem oratores aptius, et opportunius esse Leonis sanctionem servari apud ipsos, quam Tridentinam induci, ea praesertim de causa, quod annua cujuscumque canonicatus praebenda, minime detractis oneribus, octoginta scutatos nummos non excedat, ac praebende beneficiorum aliorum dimidio sit minor; adeo ut tertia praebendarum pars, quae tantum, juxta concilii Tridentini decretum, in quotidianas esset distributiones insumenda, modicam, et quavis alia industria perbabilem summam conficiat. Distributionibus igitur tam exiguum in censum contractis, verendum esset, (docuntur enim homines suae utilitatis illecebra, resque vocant ad calculum) ne canonici aliqui ac beneficiarii addicerent se curis aliis quaestuosis, deessentque divinis officiis, nec quid pensi haberent quotidianas distributiones amittere. Ita fortassis in choro esset maxima solitudo, et ad divina quaeque officia ministrorum luctuosa penuria. Suppliciter igitur a Nobis petierunt, ut divini cultus in eo templo splendori, et sui collegii frequentiae apostolico studio consulamus.

Tenor concessionis.

§. 3. Nos vero oratores peculiari prosequi beneficentia volentes, et a quibusvis anathematis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, ac poenis, quovis modo, ac quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore nensentes, tibi, venerabilis frater archiepiscope, eas partes imponimus atque mandamus, ut apostolica Nostra auctoritate de summa annuorum redituum statuas, quae cedere apud ipsos in quotidianas distributiones debeat, spectata conditione, quae modo est, canonicatuum, aliorumque beneficiorum Camajorensis collegii, ac prae oculis habito eo modo, quem constitutione sua, quotidianis distributionibus fecerat Leo X praedecessor Noster; ita ut etiam in diversitate reddituum, quoad fieri poterit, modus ille servetur.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 4. Haec concedimus atque mandamus, decernentes has literas semper firmas, validas, et efficaces existere ac fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, iisque canonicis, et beneficiariis, eorumque successoribus hoc, luturisque temporibus plenissime suffragari; sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores judicari et definiri debere, ac irritum et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 5. Non obstantibus memorato concilii Tridentini decreto, ac felicis recordationis Benedicti XIV praedecessoris Nostri super divisione materiarum, praedictisque literis Nostris datis die octava aprilis anno millesimo octingentesimo vicesimo, aliis constitutionibus et sanctionibus apostolicis, caeterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die vicesima octava januarii millesimo octingentesimo vicesimotertio, pontificatus Nostri anno vicesimo tertio.

MLXXXIII.

Dat. die 5 martii 1823 anno XXIII

Participatio indulgentiarum concessarum visitantibus stationes Urbis favore eorum, qui utuntur diplomate = *Cruciatae* = in regno Lusitaniae Brasiliarum, et Algarbiorum.

Pius PP. VII.

Ad futuram rei memoriam.

Prooemium.

§. 1. Salus humano generi et de coelo oborta lux Christus = in ara crucis (ut loquitur felicis recordationis Clemens VI praedecessor Noster in Extrav. Unigenitus de poenitentia et remissione) innocens immolatus non guttam sanguinis modicam, quae tamen propter unionem ad verbum pro redemptione totius humani generis suffecisset, sed copiose velut profluvium sanguinis noscitur effudisse, volens suis thesaurizare filiis pius pater, ut sic sit infinitus thesaurus hominibus, quem quidem thesaurum non in sudario repositum, nec in agro absconditum, sed per beatum Petrum coeli clavigerum, ejusque successores suos in terris vicarios commisit fidelibus salubriter dispensandum. Ad cujus quidem thesauri cumulum beatae Dei genitricis, omniumque electorum a primo juste usque ad ultimum merita adminiculum praestare noscuntur.

Expositio precum.

§. 2. Quum igitur expositum Nobis sit plurimis e catholicis in regno unito Lusitaniae, Brasiliae, et Algarbiorum degentibus opera studiose peragere, quae valent ad privilegia obtinenda pontificio = *Cruciatae* = diplomate consignata, in quibus illud est quoque, ut certis sub conditionibus indulgentiarum participes fiant, quas obeuntibus stationes sacras hujus almae Urbis adipisci conceditur; fuerit autem a Nobis suppliciter postulatum, ut augeamus, latiusque protendamus eas stationum indulgentias, quarum in partem veniunt quicumque unite illo in regno diplomate = *Cruciatae* = juvantur; paterna charitate inducimur, ut amplissima spiritualia emolumenta ac praesidio obvia illis esse velimus.

Tenor concessionis.

§. 3. Quapropter omnipotentis Dei in genus hominum misericordia, et beatorum apostolorum Petri et Pauli auctoritate confisi omnibus ac singulis, quibus in illis regionibus pontificium = *Cruciatae* = diploma, eique juncta indulgentiarum stationum Urbis communicatio suffragatur, dummodo illos de peccatis suis vere poeniteat, et impositis ad earum indulgentiarum participationem conditionibus satisfaciant, plenariam indulgentiam poenarum, quas pro peccatis admissis debent, concedimus et elargimur, diebus lucrifaciendam, qui sequuntur, videlicet cunctis diebus dominicis adventus Domini Nostri Jesu Christi; item in feria quarta, sexta, et sabbatho hebdomadae adventus, in quam incidit jejunium quatuor temporum; item in vespere Nativitatis Domini, et in tribus sacrificiis ipsius diei Nativitatis, itemque diebus tribus, qui Nativitatem Domini subsequuntur, item die Circumcisionis; item in Epiphania Domini, item dominicis diebus septuagesimae, sexagesimae, et quinquagesimae; item in feria quarta Cinerum, diebusque reliquis jejunii quadragenarii usque ad sabbathum sanctum, eo ipso sabbatho comprehenso; item die dominico resurgentis Domini, usque ad diem dominicum, qui in Albis dicitur, eo ipso die minime excepto; item in pervigilio Pentecostes, die Pentecostes, diebusque insequentibus usque ad proximum sabbathum, eo ipso sabbatho comprehenso; item in feria quarta, sexta, et sabbatho jejunii quatuor temporum quod incidit in mensem septembris; denique die festo sancti Marci Evangelistae. Haec futuris temporibus perpetuo valitura concedimus et indulgemus, non obstantibus constitutionibus, et sanctionibus apostolicis, caeterisque contrariis quibuscumque.

Fides habenda transumptis.

§. 4. Volumus autem, ut harum litterarum exemplis, etiam praelo impressis, manu publici notarii subscriptis, sigilloque munitis a viro ad ecclesiasticam dignitatem evecto, eadem prorsus habeatur fides, quae Nostrae concessionis significationi, ipso hoc diplomate ostenso, haberetur.

Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die quarta martii millesimo octingentesimo vicesimo tertio, pontificatus Nostri anno vicesimo tertio.

MLXXXIV.

Dat. die 7. martii 1823 anno XXIII

Participatio indulgentiarum concessarum sodalitatibus Scholarum Piarum in Belgio existentium favore mulierum adscriptarum sodalitiis.

Pius PP. VII.

Ad futuram rei memoriam.

Ratio concessionis.

§. 1. Serendo veritatis lumini, quod a Deo est, et excitando pietatis studio, quum intelligeremus prodesse plurimum in Belgio sodales, qui fratrum Scholarum Piarum seu Christianarum adepti sunt nomen, quod quibusdam in scholis rudimenta christianae religionis pueros doceant, et in officio tam salubri parochis suppetias ferant; Nos per Nostras literas datas die nona augusti anni superioris addictos operi illi sodales sacris nonnullis indulgentiis donavimus. Quia vero, praeter sodales elementa christianae doctrinae gratuito tradentes, alii viri, atque adeo mulieres complures de pio hujusmodi instituto merentur egregie, quum pecunias suppeditent ad necessarias in id opus impensas, cujus pro meriti gratia sodalitatis albo inscribuntur; petitum est a Nobis suppliciter, ut eos socios vel socias, a quibus pium institutum juvatur, juvabitur quod impensas, at hoc nomine ad sodalitatem pertinent vel pertinebunt, earum indulgentiarum participes esse velimus.

Tenor concessionis.

§. 2. Nos igitur confirmantes, ac rata habentes, quae de indulgentiis percipiendis a sodalibus seu fratribus Belgicarum scholarum doctrinae christianae praedictis Nostris literis largiti sumus, quarum quidem literarum sensa ac verba tamquam hic expressa haberi praecipimus, omnipotentis Dei in genus hominum misericordia, ac beatorum apostolorum Petri et Pauli auctoritate confisi, viris ac mulieribus in eam sodalitatem adlectis vel adlegendis, quorum opibus sodalitii propositum promovetur, aut promovebitur quoad scholas jam erectas vel erigendas indulgentias omnes tribuimus atque impertimur, quibus spirituali utilitati prospeximus eorum ex eo coetu sodalium, quorum opera ac studio imbuuntur vel imbuentur pueri christiana doctrina; servatis tamen quoad utrumque sodalium genus conditionibus illis, quae superioribus Nostris literis continentur.

Fides habenda transumptis.

§. 3. Has autem literas perpetua volumus firmitate pollere, earumque exemplis etiam praelo impressis, manuque publici notarii subscriptis, et per constitutum in ecclesiastica dignitate virum sigillo munitis, eamdem fidem tribuendam statuimus quae concessioni Nostrae hoc ipso diplomate ostenso haberetur.

Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die septima martii millesimo octingentesimo vicesimo tertio, pontificatus Nostri anno vicesimo tertio.

MLXXXV.

Allocutio habita in consistorio secreto diei decima martii millesimo octingentesimo vicesimo tertio pro creatione nonnullorum Sanctae Romanae Ecclesiae cardinalium.

Dat. die 10. martii 1823 anno XXIII.

Venerabiles fratres

Tertius jam, et vicesimus elabitur annus, ex quo ineffabilis Nos Dei providentia omnino immerentes ad suam gubernandam Ecclesiam evexit. Quibus toto hoc tempore fluctibus Petri navicula jactata fuerit, quam procellarum vim ipsi experti simus, ut ex immani illa, qua misere hac illac ferebamur procella Nos misericordiarum Pater incolumes ad hujus sanctae Sedis portum reduxerit, opus non est, VV. FF. enarrare vobis, qui vicissitudinum, curarum, laborumque Nostrorum testes, et participes fuistis. Ad propria reversi sauciatae tam diris modis Ecclesiae mederi quantum in Nobis esset cupientes, procubuimus ante Dominum, eique toto mentis, et cordis affectu supplicavimus, ut suo Nos lumine illustraret, at vires tot cladibus reparandis necessarias impertiretur. Quid postea egerimus, qui fuerit conventionum cum summis principibus a Nobis initarum tenor, quae inde commoda in Ecclesiam redundaverint, aut redundatura in posterum sint, eaque vobis compertum est, venerabiles fratres, quorum consilio, et opera usi sumus, quibusque res a Nobis gestas hoc ipso ex loco communicare semper consuevimus. Nostra autem pro religionis, Ecclesiaeque bono studia non ingravescens aetas, non valetudinis infirmitas, non permolestae illae, quae interdum Nobis obiiciuntur difficultates ullo modo restinxerunt. Itaque apostolici quo fungimur muneris partes ad extremum usque vitae spiritum explere, opitulante Deo, tuerique satagemus. Quod ut plenius consequamur amplissimum collegium vestrum notabili collegarum numero imminutum supplere hodie decrevimus, praeclarissimos viros in ipsum cooptando, quorum fidem, probitatem, doctrinam, in commissis sibi mu-

neribus obeundis diligentiam, et sagacitatem experti sumus, et quorum ope, sicuti vestra, Nos in suprema Ecclesiae administratione adjutum iri plane confidimus. Novorum cardinalium creationem ad hunc usque diem eam quoque ob causam reservavimus, ut scilicet laetior, et auspicatior Nobis, vobisque esset quem mox ingressuri sumus quartum supra vicesimum pontificatus Nostri annum. Novi porro cardinales sunt.

Franciscus Bertazzoli archiepiscopus Edessae Noster eleemosynarius.

Joannes Franciscus Falzacappa archiepiscopus Athenarum congregationis Concilii secretarius.

Antonius Pallotta generalis C. A. auditor.

Antonius Frosini palatii apostolici praefectus.

Thomas Riario Sforza Nostri cubiculi praefectus, protonotarius apostolicus.

Franciscus Serlupi s. rotae decanus.

Vivianus Orfini clericorum camerae apostolicae decanus.

Carolus Maria Pedicini congregationis de Propaganda Fide secretarius.

Aloisius Pandolfi Consultae secretarius.

Fabritius Turriozzi congregationis Inquisitionis assessor.

Hercules Dandini praeceptor generalis ordinis hospitalis S. Spiritus.

Carolus Odescalchi Noster auditor.

Quid vobis videtur?

Auctoritate omnipotentis Dei, sanctorum apostolorum Petri et Pauli, ac Nostra creamus S. R. E. cardinales:

Presbyteros scilicet

Franciscum Bertazzoli, Jo. Franciscum Falzacappa, Antonium Pallotta, Franciscum Serlupi, Carolum Mariam Pedicini, Aloisium Pandolfi, Fabricium Turriozzi, Herculem Dandini, Carolum Odescalchi.

Diaconos vero

Antonium Frosini, Thomam Riario, Vivianum Orfini.

Cum dispensationibus, derogationibus, et clausulis necessariis, et opportunis. Una vero cum his, quos nominavimus, creamus etiam alios undecim S. R. E. cardinales, quos tamen in pectore reservamus arbitrio Nostro quandocumque declarandos.

In nomine Patris ✠ et Filii ✠ et Spiritus Sancti ✠ Amen.

PIVS PP. VII.

ANNO VICESIMO QUARTO

MLXXXVI.

Dat. die 20 martii 1823 Anno XXIV Impositio perpetuae pensionis scutatorum centum viginti quolibet anno solvendae ab rectoribus pro tempore s. Mariae Novellae, ecclesiae s. Blasii, Collensis dioecesis.

Pius PP. VII.

Ad futuram rei memoriam

Expositio precum. §. 1. Expositum Nobis nuper fuit nomine dilectorum filiorum equitum Francisci et Ferdinandi fratrum Guicciardini Florentinae civitatis vel dioecesis, gemino eos potiri, prout asseritur, jurepatronatus, uno integro, parochialem ecclesiam seu prioriam sancti Blasii a Cusana nuncupatam Collensis dioecesis respiciente, et altero communi cum nobili familia Borghesi, quod aliam parochialem ecclesiam seu plebaniam sanctae Mariae Novellae Fesulanae dioecesis complectitur, sub lege tamen inter compatronos constituta, et publicis tabulis tradita, ut nominandi rectorem dictae paroeciae bis eisdem Guicciardini, semel familiae Borghesi ordinatim esset facultas. Quumque redditus ecclesiae s. Mariae Novellae praedictae nunc rectore carentis valde sint ampli, et parochialem congruam magnopere excedant, contra vero redditus ecclesiae sancti Blasii valde sint tenues, praedicti fratres Guicciardini quibus in praesenti vacatione spectat nominatio, aegestati pauperis ecclesiae hujusmodi consulere, quantum fas est, summopere cupientes, humiliter a Nobis petierunt, ut rectoribus sanctae Mariae Novellae quos ipsi, eorumque successores et haeredes perpetuis futuris temporibus erunt nominaturi, auctoritate Nostra apostolica onus imponamus solvendi quotannis rectoribus ecclesiae sancti Blasii pensionem scutatorum centum et viginti monetae Florentinae.

§. 2. Nos igitur, audito super praemissis episcopo Fesulano, et cognita veritate narratorum, praedictos exponentes, ac singulares personas, quibus praesentes Nostrae literae favent specialibus gratiis et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus hujusmodi Nobis humiliter porrectis inclinati, omnibus, et singulis rectoribus parochialis ecclesiae, seu plebaniae sanctae Mariae Novellae nuncupatae Fesulanae dioecesis, nunc et in posterum a praedictis fratribus Guicciardini, eorumque successoribus, sive legitimis patronis juris patronatus praedicti nominandis, onus persolvendi quotannis, donec ipsi plebania praedicta fruentur, prioribus ecclesiae sancti Blasii a Cusana nuncupatae Collensis dioecesis pensionem scutatorum centum et viginti monetae Florentinae ab omni onere reali et personali tam imposito, quam imponendo liberam, consuetis cujuscumque anni temporibus, et aequis duabus partibus, auctoritate apostolica, tenore praesentium imponimus et assignamus, ita tamen, ut statim ac e vivis decesserint rectores plebaniae sanctae Mariae Novellae a familia Guicciardini, sive aliis patronis illam legitime referentibus nominati, pensio praedicta tamdiu cesset, dum alius rector a familia Borghesi nominatus in possessione dictae plebaniae manebit, et dein in aliis successivis nominationibus a familia Guicciardini faciendis reviviscat. Tenor concessionis.

§. 3. Non obstantibus felicis recordationis Benedicti pp. XIV praedecessoris Nostri super divisione matriarum, aliisque apostolicis, ac in universalibus, pro- Derogatio contrariorum.

vincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, nec non legis fundationis plebaniae sanctae Mariae Novellae etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis et innovatis. Quibus omnibus et singulis illorum tenores praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter et expresse derogamus, caeterisque in contrarium quibuscumque. Caeterum per praesentes non intendimus praedictum juspatronatum in aliquo approbare.

Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die vicesima martii millesimo octingentesimo vicesimo tertio, pontificatus Nostri anno vicesimo quarto.

MLXXXVII.

Concessio indumentorum magis insignium pro canonicis ecclesiae sancti Christophori in oppido Barga Pisanae dioecesis.

Dat. die 23 martii 1823 anno XXIV

Pius PP. VII.

Ad futuram rei memoriam

Proemium

§. 1. Romanorum indulgentia pontificum peculiaria insignia, praeteritis augustiora, aliquando illis tribuit, qui Deo laudes conspicuis in templis solvunt, ut optata extrinsecus ornamenta adepti magis conentur illi internis virtutibus enitere, et in suis muneribus obeundis sedulitate ac gravitate commendari.

Expositio precum.

§. 2. Quum igitur dilecti filii canonici ecclesiae sancti Christophori, assurgentis in oppido Barga Pisanae dioecesis, illustri profecto in templo Deo famulentur, utpote quum inde usque e saeculo post Christum natum tertiodecimo templum illud canonicorum collegio fuerit instructum, in eoque praepositus, archipresbyter, et archidiaconus ecclesiastica dignitate honestentur; ipsa autem sacra aedes sua vetustate, et amplitudine, accedente etiam supellectilis splendore, et populi affluentia, nobilitetur; haec decora ecclesiae ac collegii sui praeferentes canonici petierunt a Nobis suppliciter, ut quum hoc tempore praeter rocchettum (hoc enim vesti illi nomen) genus quoddam ornamenti, haud satis dignitati suae declarandae aptum gerant, aliquem ipsi insigniorem ornatum apostolica auctoritate tribuamus.

Tenor concessionis.

§. 3. Nos vero peculiari oratores beneficentia prosequi volentes, et a quibusvis anathematis et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, ac poenis, quovis modo ac quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, auctoritate apostolica concedimus, et indulgemus, ut, alio genere ornamenti deposito, quo antea utebantur, pergant uti rocchetto, eique id genus indumenti brevis imponant, quod mozzettam appellari mos est. Ei vero integumento, quod violaceo colore erit imbutum, junctus erit coccinei, vel, ut ajunt, cremisini coloris cucullus. Interiora autem integumenti, de quo agitur, ornabuntur subsuto panno coccinei ejusdem coloris; idemque color erit globulis in foramina immissis, eo ut vestis apte claudatur, orisque eorum foraminum, et punctis, quae vestem illam percurrent. Ea vero ornamenta deferre canonicis licebit in choro,

in conventibus, sive, ut appellari solent, capitulis, quum deliberationis causa coguntur, in sacris supplicationibus, aliisque collegii functionibus publicis.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 4. Haec concedimus et indulgemus decernentes has literas firmas semper, validas, et efficaces existere ac fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri et obtinere, praedictisque canonicis, eorumque successoribus omni tempore plenissime suffragari; sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores judicari et definiri debere, ac irritum et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 5. Non obstantibus felicis recordationis Benedicti XIV praedecessoris Nostri super divisione materiarum, aliisque constitutionibus, et sanctionibus apostolicis, caeterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die vicesima tertia martii millesimo octingentesimo vicesimo tertio, pontificatus Nostri anno vicesimo quarto.

MLXXXVIII.

Dat. die 12 aprilis 1823 anno XXIV

Confirmatio jurisdictionis in ecclesia Trecensi favore episcopi ad eam regendam electi.

Venerabili fratri
Stephano Antonio episcopo Trecensi

Pius PP. VII.

Venerabilis frater
Salutem, et apostolicam benedictionem

Ratio et tenor concessionis.

§. 1. Post novam Gallicanarum dioecesium circumscriptionem, quam literis sub plumbo datis sexto kalendas augusti anno millesimo octingentesimo decimo septimo decrevimus, fraternitatem tuam a vinculo ecclesiae Trecensis absolvimus, tibique metropolitanam Viennensem per bullas canonicae institutionis commisimus. Suspensa attamen illius circumscriptionis executione ex temporario remedio, quod fuse in consistoriali allocutione die vicesima tertia augusti millesimo octingentesimo decimo nono, exposuimus, administrationem ejusdem Trecensis ecclesiae per alias Nostras in forma brevis literas tibi demendavimus. Cum vero archiepiscopalis Viennensis ecclesia inter eas accenseri nequiverit, quarum conservatio in postremis apostolicis literis anno superiori datis pridie nonas octobris sancita fuit, ejusque titulus Lugdunensi metropolitanae addictus fuerit, cumque eam libere fraternitas tua dimiserit, omnem idcirco dubietatem volentes auferre, apostolica auctoritate Nostra statuimus et declaramus nullum plane impedimentum cuncta haec, quae memoravimus inferre, quominus in Trecensi cathedra cum plena ac libera episcopali jurisdictione perseveres, perinde ac si a vinculo, quo eidem ecclesiae jungebaris, numquam solutus fuisses. Nos porro certo confisi, pro eo quo commendaris studio religionis, ac pietatis, in Dominica vinea procuranda felicia semper, et luculenta impensae sollicitudinis testimonia probaturum, coelestis in id auxilii pignus apostolicam benedictionem tibi, gregique tuo peramanter impertimur.

Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die decima secunda aprilis millesimo octingentesimo vicesimo tertio, pontificatus Nostri anno vicesimo quarto.

MLXXXIX.

Dat. die 12 aprilis 1823 anno XXIV.

Concessio jurisdictionis super universa provincia Tarnis in Gallia favore archiepiscopi Albiensis.

Venerabili fratri
Carolo archiepiscopo Albiensi

Pius PP. VII.

Venerabilis frater
Salutem, et apostolicam benedictionem

Ratio, et tenor concessionis.

§. 1. Literis = *Commissa divinitus* = quas sub plumbo dedimus sexto kalendas augusti anno millesimo octingentesimo decimo septimo binos districtus, Albiensem nimirum, et Galliacensem in provincia Tarnis dioecesi Albiensis ecclesiae adsignavimus. Decreta tamen per eas literas dioecesium circumscriptio suspensa gravibus ex causis remansit, collatisque subinde consiliis cum carissimo in Christo filio Nostro Ludovico Galliarum rege christianissimo novam ipsarum divisionem duximus praefinire, prout cautum novit fraternitas tua per Nostras apostolicas literas anno superiori sub plumbo datas pridie nonas octobris. Cum itaque Albiensem dioecesim in praesens ex integra provincia Tarnis constabiliverimus, ad tollendam omnem anxietatem, id tibi significamus, ut licet ex canonicae institutio-

nis bullis anno millesimo octingentesimo decimo septimo expeditis tua isthaec dioecesis binis illis districtibus dumtaxat constaret, nunc tamen per easdem bullas possessionem istius ecclesiae, tuique muneris jurisdictionem in universa Tarnis provincia plene, ac libere exercere valeas. Cumulum porro coelestis auxilii adprecamur tibi ad susceptum ministerium feliciter implendum, ejusque auspicem apostolicam benedictionem tibi venerabili fratri, gregique tuo amantissime impertimur.

Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die decima secunda aprilis millesimo octingentesimo vicesimo tertio, pontificatus Nostri anno vicesimo quarto.

MXC.

Dat. die 12 aprilis 1823 anno XXIV.

Praefinitio clausurae hortis adnexis monasterio a sancto Petro nuncupato ordinis Cassinensis in civitatae Perusiae.

Pius PP. VII.

Ad futuram rei memoriam

Proemium. §. 1. Praefecti sacris familiis quicumque Dei spiritu aguntur, suoque muneri, qua decet, sedulitate satisfaciunt, ii quidem, quum sciant majori securitate ac libertate vacare animos rebus divinis, si a periculoso segregentur consortio, nihilque oculis ipsis occurrat, quod sit illicitis cupiditatibus irritamento diligenter curant, ut religiosi viri suae vigilantiae crediti ab iis sevocentur periculis, eaque securitate ac libertate potiantur.

Expositio precum. §. 2. E quorum praesidum laude dignorum numero dilectus filius Vincentius Binius abbas Perusini monasterii a domino Petro nomen habentis, quodque a monachis incolitur ordinis sancti Benedicti congregationis Cassinensis nuncupatae, supplici nuper libello Nos adiit exposuitque, Perusino illi monasterio adjacere, quin aliqoid intercedat, hortum geminum, undique muris septum, quorum alter januam etiam exteriorem habet, in rariores quasdam opportunitates recludi solitam; utrumque autem bactenus haud legibus fuisse obnoxium, quae plurimae latae sunt de religiosis claustris, sive religiosa, ut vocant, clausura. Quum autem in eo monasterio, praeter provectos aetate monachos, alatur in Ecclesiae spem lecta juventus, tum quae vitae sanctioris a domino Benedicto monstratae tirocinium ponit, tum quae, perfecto tirocinio, votisque nuncupatis, in studia literarum incumbit, enim vero inhonestum ac periculi plenum videtur, hortos illos, loca nimirum proxime monasterio, nec a juvenum illorum domicilio disterminata intercursu viae, aut aedis ullius, sequiori sexui posse patere. Demissis ergo precibus abbas petiit, ea ut viridaria pontificiis claustri legibus, decretisque conciliorum sacrorum Nostra auctoritate subdantur.

§. 3. Nos vero in omnis religiosi coetus commoda ac spirituale bonum intenti, sed eorum praecipue qui in Cassinensi congregatione domino Benedicto constitutis utuntur, quae Nobis honorificentissimum duximus aliquando esse professos, ideoque dilectum filium Vincentium, Perusini monasterii abbatem, nec non alios, quibus hae favebunt literae, peculiari beneficentia prosequi volentes, et a quibusvis anathematis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, ac poenis, quovis modo ac quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, hortos, seu viridaria, de quibus habita est mentio, singulis universisque Romanorum pontificum praedecessorum Nostrorum, conciliorumque sanctionibus, quae de religiosorum virorum claustris sunt, subesse praecipimus; praesertim vero concilii Tridentini decretis, ac literis apostolicis obsignatis annulo piscatoris, datisque die tertia januarii anni millesimi septingentesimi quadragesimi secundi a felicis recordationis Benedicto XIV praedecessore itidem Nostro. Quas quidem sive conciliorum, sive Romanorum pontificum constitutiones atque decreta Nostrae confirmationis accessione munimus, ac tamquam hic insertas, et de verbo ad verbum expressas haberi mandamus, ratasque habemus et instauramus, hujus rei causa poenas omnes propositas et constitutas adversus cujuscumque aetatis ac conditionis mulieres, quae in religiosorum virorum claustra pedem intulerint, et aeque adversus cujuscumque sexus mortales, a quibus sive ope, sive comitatu, sive assensu hujusmodi facinus adjuvetur. Insuper mandamus ut, qui eos hortos circumsepiunt, muri, si altitudine palmorum duodecim depressiores sunt, ad eam altitudinem attollantur saltem palmosque non ad vulgarem exigi modum volumus, sed ad eum, qui ab architectis usu recipitur. Praeterea, si aliquis in eos hortos quid juris habet, sique itineris, actus, viae, haustus aquae, vel alia quacumque servitute inserviunt alicui, hujusmodi servitutes extingui praecipimus, gratuita scilicet, si obtineri poterit, remissione, vel illarum pretio, quibus

Tenor concessionis.

debeatur, juxta legitimam aestimationem soluto. Januam vero, quae in altero hortorum extrinsecus patet, illico obstrui jubemus, aut, si necessario sit usus, ejus claves apud monasterii abbatem, vel priorem manere, qui fida illas custodia tueatur. Denique vetamus et interdicimus, ne jam subjectos claustri legibus, et religiosi recessus ambitu comprehensos hortos ejusmodi liceat alicui, nisi forte clerico, vel ad breve tempus locare, neve ita locati horti a legibus claustri soluti esse habeantur.

Derogatio contrariorum. §. 4. Haec mandamus ac constituimus, non obstantibus felicis recordationis Benedicti XIV praedecessoris Nostri super divisione materiarum, et aliis, quae in memoratis literis datis die tertia januarii anni millesimi septiogentesimi quadragesimi secundi idem praedecessor Noster esse obstare decrevit, caeterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die vicesima nona aprilis millesimo octingentesimo vicesimo tertio, pontificatus Nostri anno vicesimo quarto.

MXCI.

Dat. die 8 maii 1823 anno XXIV.

Concessio novorum indumentorum magis insignium pro dignitatibus, et canonicis ecclesiae Bituntinae.

Pius PP. VII.

Ad futuram rei memoriam

Proemium. §. 1. Consuevit haec apostolica Sedes peculiaria ornamenta illis tribuere, qui ministerio ecclesiarum antiquitatis, celebritatis, alteriusve tituli laude pollentium perfunguntur, ut ipsis ecclesiis decus accrescat, et ipsarum ministri insignioribus vestibus ornati forinsecus, ad interiora incitentur ornamenta virtutum, quibus tum in conspectu Altissimi, qui corda intuetur, purius adstare, tum oculo plebis, cui morum exemplo esse debent, sanctius in dies satagant apparere.

Expositio precum. §. 2. Quum itaque dilecti filii dignitates et cannnici, ac mansionarii cathedralis ecclesiae Bituntinae suppliciter a Nobis petierint, ut eorum decori consulamus, insigniora eis tribuendo ornamenta, quumque venerabilis frater episcopus Bituntinus suo apud Nos scripto testetur, numerosum illud capitulum dignum esse ut exaudiatur, haud gravate inducimur, ut eorum precibus obsecundemus.

Tenor concessionis. §. 3. Quapropter eosdem omnes oratores peculiari beneficentia prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, ac poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, ut in posterum perpetuis futuris temporibus dignitates, ut canonici cathedralis Bituntinae caligas, collare, vittamque in pileo ex serico violacei coloris, intra limites dioecesis tantum gestare, nec non loco almutiae, vel mozetta serica violacei coloris cum globulis et asulis coloris rubri, vel cappa cum serico operimento rubri coloris in anteriori parte, loco pellium armellinarum, etiam aestivo tempore uti; mansionarii vero dictae cathedralis mozettam sericam violaceam cum globulis, et asulis ejusdem violacei coloris gestare tam in ecclesia, ejusque choro, et capitulo, quam in processionibus, aliisque functionibus, et actibus capitularibus quibuscumque libere et licite possint et valeant, auctoritate apostolica tenore praesentium concedimus, et indulgemus, eosque desuper a quoquam quavis auctoritate impediri, molestari, perturbari nullatenus posse, ac irritum et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari decernimus.

§. 4. Non obstantibus felicis recordationis Benedicti pp. XIV praedecessoris Nostri super divisione materiarum, ac aliis constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non dictae ecclesiae etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis et innovatis. Quibus omnibus et singulis illorum tenores praesentibus pro plene et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque. Derogatio contrariorum.

Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die secunda maii millesimo octingentesimo vicesimo tertio, pontificatus Nostri anno vicesimo quarto.

MXCII.

Dat. die 16 maii 1823 anno XXIV.

Concessio indumentorum insignium pro dignitatibus, et canonicis ecclesiae cathedralis sancti Severi in Apulia.

Pius PP. VII.

Ad futuram rei memoriam

Expositio precum. §. 1. Romanorum indulgentia pontificum peculiaria insignia aliquando illis tribuit, qui Deo laudes conspiceis in templis solvunt, ut optata extrinsecus ornamenta adepti, magis conentur illi internis virtutibus enitere, et in suis muneribus obeundis gravitate, ac sedellitate commendari. Quum igitur dignitates et canonici ecclesiae cathedralis sancti Severi illustri sane in templo Deo cultum impendant, utpote quod opulentia, ac redditibus longe ecclesiis caeteris, qeae continentur in Apuliae provincia, antistare feratur, eaque in urbe consurgat, in qua sedem obtinent, qui civilem jurisdictionem ac munera in finitimum omnem tractum exercent, demissis antem precibus eae dignitates ac canonici a Nobis petierint, ut eos, in choro, et in functione qualibet sacra nonnellis jam ornamentis instructos, decoris aliquibus honestemes insignibus, quae deferre illis extra ecclesiam liceat; haud gravate induecimur ut eorum precibus obsecundemus.

Tenor concessionis. §. 2. Nos ergo peculiari oratores beneficentia proseqei volentes, et a quibusvis anathematis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, ac poenis, quovis modo ac quacumque de causa latis, si quas forte incurreriet, hujus tantum induiti assequendi gratia, absolventes et absolutos fore censentes, auctoritate apostolica concedimus et indulgemus, ut dignitates et canonici ecclesiae cathedralis sancti Severi, intra limites illius dioecesis deferre possint caligas, colli tegmen, et in pileo vittam e serico filo violacei coloris; decernentes has literas semper firmas, validas, et efficaces existere, ac fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere; iisdemqoe dignitatibus et canonicis, nec non eorum successoribus plenissime suffragari.

Clausula sublata, et decretum irritans. §. 3. Sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum. §. 4. Non obstantibus felicis recordationis Benedicti XIV praedecessoris Nostri super divisione materiarum, aliisque apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, caeterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die decima sexta maii millesimo octingentesimo vicesimo tertio, pontificatus Nostri anno vicesimo quarto.

MXCIII.

Allocutio habita in consistorio secreto diei 26 maii 1823 pro nominatione, et creatione duorum Sanctae Romanae Ecclesiae cardinalium.

Dat. die 26 maii 1823 anno XXIV

Venerabiles fratres

Ad majorem omnipotentis Dei gloriam, Sanctaeque Romanae Ecclesiae utilitatem, et decus publicamus unum ex undecim S. R. E. cardinalibus, quos in consistorio secreto die 10 martii nuper elapsi habito a Nobis creatos in pectore reservavimus arbitrio Nostro quaedocumque evulgandos. Is est dilectus filius Noster Placidus Zurla Camaldulensium abbas, quem pietate non minus, quam doctrina illustrem amplissimo collegio vestro adscriptum fuisse, hodieque a Nobis manifestari, Nobiscum, venerabiles fratres, certo gaudetis. Quoniam vero egregios viros in vinea Domini excolenda strenue, fideliter, ac fructuose laborantes praeclarioribus apostolicae liberalitatis praemiis augeri maxime decet, hinc venerabilem quoque fratrem Annam, Ludovicum, Henricum de la Fare archiepiscopum Senonensem sacra purpura decorandum a Nobis esse judicavimus. Is enim tutandae religioni, cladibus, quas praeteritorum temporum calamitas rei catholicae intulit, reparandis, utilitatibus Ecclesiae promovendis, augendisque tanta prudentia, tantoque zelo adlaboravit, ut carissimus in Christo filius Noster Ludovicus Francorum rex christianissimus eum Nobis maximopere commendaverit, certioresque seis ad Nos literis fecerit, rem sibi gratissimam Nos facturos, si virum tot nominibus celebratum S. R. E. cardinalem renuntiaveri-

mus. Nos qui nihil unquam magis optavimus, quam debitá sacris praesertim virtutibus praemia lergiri, ac religiosissimi, carissimique regis votis, cum possumus, obsecundare, memoratum Senonensium archiepiscopum ad cardinalitiam dignitatem evehere decrevimus. Quidni praestantissimo regi obsequeremur, qui nova, et praeclarissima singularis in religionem, atque in Nos studii argumenta vel nuperrime Nobis suppeditavit, eum episcopalium in suo regno sedium numerum inter Nos conventum explens, tempus etiam iisdem dotandis praefinitum antevertit? Quae cum ita sint, venerabilem fratrem Annam, Ludovicum, Henricum de la Fare Senonensium archiepiscopum S. R. E. cardinalem hodie creare Nobis in animo est.

Quid vobis videtur?

Auctoritate omnipotentis Dei, sanctorum apostolorum Petri et Pauli, ac Nostra declaramus S. R. E. presbyterum cardinalem.

Placidum Zurla abbatem Camaldulensium.

Insuper creamus S. R. E. presbyterum cardinalem

Annam, Luduvicum, Henricum de la Fare archiepiscopum Senonensem.

Cum dispensationibus, derogationibus, et clausulis necessariis, et opportunis.

In nomine Patris ✠, et Filii ✠, et Spiritus ✠ Sancti. Amen.

MCXIV.

Conservatio tituli ecclesiae episcopalis Antissiodorensis, ejusque adnexio archiepiscopatui Senonensi. Dat. die 6 junii 1823 anno XXIV.

Pius PP. VII.

Ad perpetuam rei memoriam

§. 1. Antissiodorensi ecclesiee vel a primis temporibus antistitum glorie summopere illustri ex quibus eaoctus Germanus decus Galliarum insigne praefulsit per apostolicas literas = *Commissa divinitus* = sexto kalendas augusti anni millesimi octingentesimi decimi septimi episcopalem cathedralem, quem temporum acerbitate amiserat reddidimus, eamque suffraganeam diximus metropolitanae Senonensi. Verum cum onera quibus novimus regnum illud premi, haud passa fuerint decretam Gallicanarum dioecesium circumscriptionem executioni mandari ex defectu census pro earum praesulibus assignandi, nova cum carissimo in Christo filio Nostro Ludovico Francorum rege christianissimo consilia inire opus fuit, quibus proposita sedium, quas recens erexeramus, imminutioni annuendum esse cognovimus, datisque in eam rem apostolicis literis pridie nonas octobris anno superiori, alteram circumscriptionem dioecesium opportune sancivimus; verum cum inter sedes, quas conservari datum fuit numerari nequiverit Antissiodorensis ecclesia, cujus dioecesis territorium in Senonensem accessit, preces nuper ad Nos perlatae fuerunt, quibus municipalis magistratus, omnium ordinum nomine impense efflagitabat, ut titulus saltem Antissiodorensis episcopalis servaretur Senonensi archiepiscopo adjungendus, ne omnis plane pristinae ejusdem dignitatis memoria intereat. Postulationem hanc, quam suis etiam officiis commendatam voluit rex christianissimus lubentes excepimus, eo etiam consilio, ut perenne hoc Nostrae erga praeclaram illam optimeque de Ecclesia meritam sedem voluntatis, ac dilectionis testimonium portenderemus. Quare de apostolicae potestatis plenitudine per praesentes literas titulum Antissiodorensis episcopatus conservari mandamus, eumque archiepiscopali ecclesiae Senonensi perpetuo unimus, unitumque esse ac fore declaramus, statuimus et praecipimus, ita ut archiepiscopus Senonensis pro tempore existens, eo titulo sumpto, una

Ratio et tenor concessionis.

insimul nuncupetur at inscribatur episcopus Antissiodorensis.

Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die sexta junii millesimo octingentesimo vicesimo tertio, pontificatus Nostri anno vicesimo quarto.

MXCV.

Dat. die 17 junii 1823 anno XXIV. Emendatio erroris irrepti in decernenda dotatione seminarii Bisinianensis ex suppressione nonnullarum ecclesiarum parochialium.

Dilecto filio
Vicario capitulari ecclesiae Bisinianensis
Sede illius episcopali vacante
Legitimo deputato

Pius PP. VII.

Dilecte fili
Salutem, et apostolicam benedictionem.

Expositio precum. §. 1. Expositum Nobis nuper tuo nomine fuit, istius Bisinianensis ecclesiae ultimo episcopo, dum in humanis ageret, cum Nobis urgentem necessitatem seminarium dioecesanum, quod viginti et ultra ab hinc annis ob deficientiam redditnum non sine gravi totius dioecesis detrimento, clausum fuerat, majoribus bonis instruendi, ipse patefecerit, simulque proposuerit, id facilius exequi posse septem ex quatuordecim paroeciis in civitate Bisinianensi, praeter necessitatem, existentibus, supprimendo, illarumque bona praedicto seminario in perpetuum applicando; per apostolicas Nostras in simili forma brevis die decima septima julii anni millesimi octingentesimi vicesimi primi datas literas, quarum tenorem praesentibus pro plene et sufficienter expresso, ac de verbo ad verbum inserto haberi volumus, certis modo et forma in eisdem expressis, datis opportunis facultatibus, concessum fuisse, ut si id in Domino expedire censeret, tam suppressionem, quam bonorum unionem exequi curaret. Nunc autem per te Nobis innotuit, errori petitionem defuncti episcopi obnoxiam fuisse, septem enim paroeciae supprimendae, et seminario dioecesano adjungendae non omnes ex quatuordecim in dicta civitate Bisinianensi existentibus erunt desumendae, sed quinque ex quatuordecim praedictis, una ex terra Lubiorum, et altera ex terra Rosarum ejusdem dioecesis, prout erat in votis; hujusmodi igitur errore detecto, ut literas Nostras apostolicas praedictas in hac parte moderemur, enixis precibus tuo nomine petitum a Nobis fuit.

§. 2. Nos vero te, ac singulares personas, quibus praesentes Nostrae literae favent, specialibus gratiis et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurristi, vel incurrerunt, hujus tantum rei gratia absolventes et absolutas fore censentes, supplicationibus tuo nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, discretioni tuae, attento quod praedicta ecclesia Bisinianensis adhuc vacat, dummodo vera sint exposita, et id ad optatam utilitatem conducere valeat, facultates necessarias et opportunas ex septem paroeciis in civitate Bisinianensi existentibus, jam in Nostris literis designatis duas detrahendi, totidemque illis substituendi, unam videlicet ex terra Lubiorum, et alteram ex terra Rosarum intra limites ejusdem Bisinianensis dioecesis sitas, ita quidem, ut in hujusmodi substitutione omnia, quae in praecitatis Nostris literis circa septem praedictas paroecias praescripta sunt, adamussim serventur, auctoritate apostolica, tenore praesentium tribuimus et impertimur. Tenor concessionis.

Clausulae sublata, et decretum irritans. §. 3. Decernentes has praesentes literas firmas semper, validas, et efficaces existere ac fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri, et obtinere; ac illis ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus et per omnia plenissime suffragari; sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores judicari, at definiri debere, ac irritum et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum. §. 4. Non obstantibus felicis recordationis Benedicti pp. XIV praedecessoris Nostri super divisione materiarum, aliisque apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, nec non praedictarum paroeciarum etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoria-

rum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus et singulis illorum tenores praesentibus pro plene et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die decima septima junii millesimo octingentesimo vicesimo tertio, pontificatus Nostri anno vicesimo quarto.

MXCVI.

Dat. die 28 junii 1823 anno XXIV.

Facultas tributa vicario apostolico in regione Chiliensi existenti deputandi viros idoneos cum qualitate episcopali, qui ei opitulentur in cura animarum in eadem regione.

Pius PP. VII.

Venerabilis frater
Salutem, et apostolicam benedictionem

Ratio concessionis.

§. 1. Animarum salus cujus studio vehementer urgemur, id Nobis consilii suggessit, ut fraternitatem tuam diligeremus ad gravissimam vicarii apostolici munus in regione Chiliensi obeundum. Pluribus idcirco extraordinariis facultatibus te instruximus, quibus et malis, quae illic invenies mederi, et spiritualibus christifidelium inibi degentium necessitatibus praesto esse valeas. Animo autem reputantes quid potissimum ad uberiorem capiendum ex procuratione tua fructum conducere possit, facile occurrit in tanta locorum amplitudine, ac plane dolenda ecclesiarum viduitate opportunissimum fore, si aliqui sacerdotes doctrina et integritate vitae commendati episcopali dignitate augeantur; ut praesidio tibi sint, et dioecesium quarum administratio temporarie eis per te committenda erit, commodo et utilitati prospiciant.

Tenor concessionis.

§. 2. Ne igitur bonum, cui vehementer intendimus, in longum tempus differatur, motu proprio, et ex certa scientia, ac matura deliberatione, deque apostolicae potestatis plenitudine, tibi facultatem et auctoritatem impertimur, similque committimus, ut duos, vel tres ecclesiasticos viros virtute conspicuos, omnibusque dotibus per sacros canones requisitis praeditos, antistites designes, assignata cuilibet una ex infrascriptis ecclesiis episcopalibus in partibus infidelium, nimirum Iborensem vacantem per obitum bonae memoriae Francisci Josephi de Souza Lima ultimi illius episcopi extra Romanam curiam defuncti, itemque Polomoniensem vacantem per obitum bonae memoriae Joannis Sodhorodeski, ac Vranopolitanam vacantem per obitum bonae memoriae Josephi Olechowski, qui utramque ultimo loco tenuerant, et extra Romanam curiam decesserunt.

Conditiones servandae in nominatione.

§. 3. Postquam vero iidem ecclesiastici viri patentibus literis canonicae institutionis Nostro, et apostolicae Sedis nomine per te expediendis, donati fuerint, ac fidei professionem, et fidelitatis Romano pontifici debitae juramentum emiserint, potestatem tibi facimus, ut ipsis consecrationis munus impendere libere ac licite possis.

Derogatio contrariorum.

§. 4. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, caeterisque etiam expressa et individua mentione dignis, in contrarium facientibus quibuscumque.

Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die vicesima octava junii millesimo octingentesimo vicesimo tertio, pontificatus Nostri anno vicesimo quarto.

MXCVII.

Dat. die 8 julii 1823 anno XXIV.

Erectio episcopalis sedis Sangallensis in Helvetia.

Pius episcopus
Servus servorum Dei

Ad perpetuam rei memoriam

Prooemium.

§. 1. Ecclesias, quae antiquitate ac dignitate praestant sedis episcopalis honore augere, ubi ex loci ratione, atque ex fidelis populi utilitate id expedire videatur, apostolicae benignitatis dispensatione consueverunt Romani pontifices, quorum est, in id assidue intendere, quod ad majorem Dei gloriam, et ad rei sacrae augumentum apprime conferre dignoverint.

Memoratur suppressio sedis constantiensis facta cum animo erigendi alias sedes.

§. 2. Porro jam per alias Nostras sub plumbo literas datas decimo septimo kalendas septembris anni millesimi octingentesimi vicesimi primi, episcopali ecclesiae Constantiensi suppressa et extincta, justisque de causis separata parte Helvetica, tercentum circiter millia incolarum continente, vicarium in illa apostolicum temporarie deputavimus, in animo simul habentes novas deinde in iis regionibus episcopales sedes erigere, ut spirituali Christifidelium bono stabili modo perpetuis futuris temporibus consuleretur.

Ratio decernende novae erectionis.

§. 3. Et quoniam senatus catholicus Sangallensis cum assensu supremi consilii pagi Sangallensis episcopalem inibi sedem erigi, et cum altera episcopali ecclesia Curiensi aeque principaliter perpetuo uniri, enixis precibus postulavit, ita, ut fideles illius pagi a Curiensi antistite cujus ab administratione nunc pendent, tanquam a proprio episcopo, et ab ejus in posterum successoribus gubernentur, licet graves obstarent difficultates; quae animum Nostrum diu ancipitem tenuerunt, attamen serio perpensis difficillimis rerum, ac temporum circumstantiis, quae vota Nostra de rebus in pago illo in pristinum statum restituendis non patiuntur expleri, inspectaque majori Christifidelium utilitate, itemque ut per hujus novae dioecesis adjunctionem aliquo modo compensentur damna ecclesiae Curiensi postremis hisce annis illata, ex pluribus dioecesani illius territorii dismembrationibus opera usi Nostri apostolici nuntii apud Helveticos, auditoque venerabili fratre Carolo Rodulpho moderno episcopo Curiensi, omnibusque de hac re tractationibus opportune compositis, antedicti senatus catholici Sangallensis circa novi episcopatus erectionem iteratis obsequentissimis precibus in praesentiarum duximus annuendum.

Tenor erectionis.

§. 4. Ex certa igitur scientia ac matura deliberatione Nostris, deque apostolicae potestatis plenitudine civitatem Sangallensem ad gradum civitatis episcopalis cum assuetis juribus, honoribus, et praerogativis extollimus; ac omnimode suppresso, et extincto priori statu, et quocumque jure abbatiali ei pridem competenti ecclesiam sub invocatione sancti Galli abbatis in cathedralem ecclesiam Sangallensem nuncupandam, et parochialem, ut antea extituram, cum sede, cathedra, et dignitate episcopali, quam alteri cathedrali ecclesiae Curiensi in Rhetia existenti aeque principaliter perpetuo canonice unimus, atque huic sanctae Sedi una cum eadem ecclesia Curiensi perpetuo item immediate subjicimus gubernandam ab uno, eodemque Curiensi, et Sangallensi nuncupando episcopo, qui utriusque ecclesiae canonicam institutionem, tam pro hac prima vice, quam in futuris vacationibus a Nobis, et pro tempore existente Romano pontifice in consueta forma impetrare teneatur, quique tam ecclesiae Curiensi, quam ei perpetuo aeque principaliter canonice unitae Sangallensi ecclesiae, civitati, ac territorio dioecesano infra designando, illiusque clero, et populo praesit, ecclesiasticos ad synodum convocet, omnia, et singula jura, officia, et munia pastoralia exerceat, cum suis infrascriptis capitulo, mensa episcopali, arca, sigillo, caeterisque insignis, jurisdictionibus, praeeminentiis, praerogativis, privilegiis, honoribus, gratiis, favoribus, et indultis non tamen titulo oneroso acquisitis, quibus dignitas abbatialis in suo territorio nullius sancti Galli fruebatur, quibusque aliae episcopales cathedrae illarum partium legitime gaudent, cum obligatione dicto Carolo Rodulpho futuro, ac pro tempore Curiensi, et Sangallensi episcopo per dimidiam, quoad fieri poterit, anni partem in una et altera dioecesi respective residendi, ad omnipotentis Dei gloriam, et ad catholicae religionis augumentum perpetuo erigimus, et constituimus.

Novae dioecesis designatio.

§. 5. Integrum propterea territorium Sangallensi gubernio in temporalibus subjectum cum suis oppidis, paroeciis, aliisque ecclesiis, ac utriusque sexus personis et incolis tam ecclesiasticis, quam laicis a quacumque, tam ordinaria, quam delegata spirituali jurisdictione prorsus eximentes designamus in novi episcopatus Sangallensis dioecesanum territorium, ac futuri, et pro tempore existentis episcopi Sangallensis ordinariae jurisdictioni, potestati,

et superioritati plenarie supponimus, atque subjicimus.

Dotatio mensae episcopalis

§. 6. Pro congrua vero episcopalis mensae Sangallensis dotatione ad hoc, ut episcopus pontificalis dignitatis splendorem tueri, ac expensis pro vicario generali, et pro reliqua episcopali curia in Sangallensi dioecesi residente occurere valeat, annuum redditum florenorum Rhenensium septem millium quingentorum in fundis, seu capitalibus summam centumquinquaginta millium florenorum similium, ut infra recensebitur, constituentibus perpetuo quoque canonice tribuimus, itemque pro decenti Sangallensis episcopi, ejusque curiae ecclesiasticae habitatione satis amplum, et pulchrum in loco vulgo Rosaco nuncupato duarum horarum itinere ab ecclesia cathedrali dissito, palatium pro nunc assignamus, donec alterum pro commodo episcopi, et curiae habitatione prope ipsam cathedralem sancti Galli a praefato gubernio Sangallensi perpetuo possit libere cedi, atque donari.

Erectio capituli ecclesiae cathedralis.

§. 7. Novum profecto hujus cathedralis ecclesiae Sangallensis capitulum septem constabit capitularibus residentibus, duabus nempe dignitatibus, una videlicet praepositi prima post pontificalem, qui singulis de jure debitis praeeminentiis gaudebit, atque altera decani, et quinque canonicis; atque insuper octo canonicis foraneis, sive titularibus nuncupandis, ac quinque cappellanis. Animarum parochianorum cura habitualis erit penes capitulum residentem, atque ab uno de gremio ab eodem capitulo deputando, et ab episcopo, si in examine idoneus repertus fuerit, approbando stabiliter, ac perpetuo, et nullimode per turnum exercebitur. Praedicti autem quinque cappellani adjungentur capitularibus, tam in servitium chori, quam in subsidium parochi in exercenda cura animarum. Quilibet vero Sangallensis antistes ad praescriptum canonicarum sanctionum studiose curabit, ut duo ex capitularibus ab eo approbandi theologi, ac poenitentiarii officia quovis tempore laudabiliter expleant, super quibus ipsius episcopi conscientiam oneramus. Utque novum cathedrale capitulum Sangallense aequalibus, quoad fieri possit, ac capituli Curiensis honoribus praefulgeat, clementer indulgemus, ut Sangallenses capitulares iisdem insigniis, caeterisque gratiis, ac favoribus, quibus fruuntur capitulares Curienses, dummodo sint in usu, nec sint revocati, uti, et gaudere libere, et licite valeant.

Consulitur erectioni seminarii.

§. 8. Statuimus ulterius, ut futurus episcopus Sangallensis in nova sua dioecesi peculiare seminarium a Curiensi distinctum ac separatum erigat, in quo sub sua immediata jurisdictione clerici ipsius territorii Sangallensis instruantur, et efformentur, servatis iis omnibus, quae circa seminaria dioecesana a sacro concilio Tridentino decreta sunt; cui proinde seminario praeter proportionatam, et congruentem habitationem, necessariis mobilibus instructam a gubernio Sangallensi tradentur annuu tria millia florenorum Rhenensium inferius designandorum ad hoc, ut universa praesertim theologia a tribus professoribus ibidem doceatur. Siquid minus professoribus tributum fuerit, quod redundat ad mobilia et alumnos alendos, erit impendendum.

Assignatio fundorum pro dotatione mensae capituli fabricae, et seminarii.

§. 9. Pro fundandis autem, atque in tuto ponendis dotationibus mensae episcopalis, capituli, fabricae, ecclesiae cathedralis, et seminarii decernimus, ut conformiter ad ea, quae senatus catholicus sancti Galli in se recepit, assignentur in fundis, et capitalibus probe, et secure hypothecatis ab eodem senatu designatis, ab episcopo, et capitulo respectivo una cum aliis suis proventibus libere administrandis, atque ab infrascripto praesentium literarum exequutore distincte exprimendis quingenta, ac decem florenorum Rhenensium millia, quorum redditus florenis similibus vigintiquinque millibus, et quingentis annuatim libere respondeat, quique hac methodo dividentur nempe: mensae episcopali etiam pro vicarii generalis salario, et curiae ecclesiasticae expensis annui floreni septemmille, et quingenti; cuilibet ex duabus dignitatibus, et ex quinque canonicis residentibus annui floreni mille; unicuique ex quinque cappellanis annui floreni quingenti; fabricae ecclesiae cathedralis annui floreni quinque mille respondentes doti centum millium florenorum; seminario episcopali annui floreni termille; sepositis fundis in reliqua summa florenorum decem millium, quorum redditus florenis quingentis annuatim respondebit, ut habeatur, unde in omnem casum deficienti canonicorum sive cappellanorum congrua suppleri, aliisque seminarii vel ecclesiae necessitatibus provideri possit. Et siquando fundus excreverit, tunc dignitatibus, canonicis, et cappellanis congruum aliquid superaddatur, praesertim ut dignitatum praebendae aliquanto majores praebendis canonicorum reddantur. Universam autem hanc dotem episcopus, et capitulum residens propriis expensis juxta canonicas leges administrabit, ea tamen speciali sub conditione, ut nihil unquam extra fines pagi Sangallensis quomodocumque ad census locetur, vel extradatur.

De methodo servanda in vacatione beneficiorum.

§. 9. Quoad redditus beneficiorum vacantium sequens methodus servabitur videlicet: proventus mensae episcopalis a die obitus episcopi decurrendi spectent ad episcopum successorem; redditus vacantium praebendarum a die obitus dignitatum, vel canonicorum per tres menses cedant haeredibus defuncti; fructus vero vacantium cappellaniarum accrescant deposito, seu thesauro communi in summa capitali florenorum decemmillium, ut supra constitutum. Atque ultra praefatos annuos redditus, tam episcopus, ejusque curia ecclesiastica, quam singuli dignitarii, canonici, et cappellani, pariterque seminarium suas respective habebunt aedes convenientes, quas sartas tectas propriis impensis conservabunt: structuras autem principales feret fundus ad id a gubernio designatus.

De extradictione dotationis mensae episcopalis.

§. 11. Decernimus insuper, ut dotatio mensae episcopalis in praedicta summa capitali florenorum centum quinquaginta millium extradatur, statim ac praesentes literae fuerint plenariae executioni demandatae; ita ut instrumentum hujusmodi extraditionis in decreto ab infradicendo exequutore exarando inseri possit, quodque dotatio capituli cathedralis, et seminarii suspensa interea remaneat, donec successive a gubernio Sangallensi assignari valeat, ea proportione, qua fundi ad id requisiti, et jam nunc in cumulo destinati vinculis suis hodiernis inveniantur soluti et sufficientes. Ubi primum autem dotatio hujusmodi efficietur, exequutor harum literarum fundos, et capitalia a gubernio tradita explicet, et capitulo, ac seminario respective peculiari suo decreto canonice attribuat. Ne vero hanc ob causam Sangallensis ecclesia capitulo, et episcopus consiliariis, adjutoribusque suis careat, et ne ipsa ecclesia sancti Galli in successoris episcopi electione suorum jurium detrimentum patiatur, Nos cathedrale capitulum, quam citius fieri poterit, constituamus, etiam antequam canonici suis proventibus gaudeant.

De episcopi jurisdictione, et privilegiis.

§. 12. Volumus profecto, ut in regimine dioecesis Sangallensis id omne episcopo exercere liberum sit, quod illi in vim pastoralis ejus ministerii, sive ex declaratione, sive ex dispositione sacrorum canonum secundum praesentem, et a sancta Sede approbatam ecclesiae disciplinam competit, et speciatim causas ecclesiasticas, atque in primis causas matrimoniales, quae juxta canonem XII sess. XXIV sacri concilii Tridentini ad judices ecclesiasticos spectant, in ejus foro cognoscere, ac de iis ferre sententiam. Et quoad regulas sporturales, tam pro curia episcopali; quam pro aliis juribus ecclesiasticis ab exequutore harum literarum, quo pacto erunt illae in posterum praescribendae, in decreto suo declarari praecipimus.

De jure nominandi episcopum in quavis vacatione.

§. 13. Praeterea mandamus, ut antedictae aedis episcopalis quovismodo eveniente vacatione, atque in futuris Curiensis, et Sangallensis ecclesiarum invicem perpetuo canonice unitarum vacationibus jus electionis novi episcopi Curiensis, et Sangallensis penes utrumque cathedrale capitulum resideat, atque a singulis dignitariis, et canonicis, tam residentialibus, quam foraneis seu titularibus dictarum ecclesiarum Curiensis, et Sangallensis in unum locum de unanimi utriusque capituli consensu cum interventu auctoritatis exequutoris praesentium literarum, et supradicti Caroli Rodulphi episcopi designandum, ac in singulis electionibus observandum, infra spatium trium mensium a die obitus episcopi computandum, collectis communibus suffragiis ex ipsorum gremio novus episcopus juxta canonicas sanctiones eligatur. Hujusmodi autem electionis instrumentum in autentica forma exaratum ad sanctam Sedem de more mittetur, a qua si electio canonice peracta agnoscatur, et ex processu inquisitionis ab apostolico nuncio Lucernensi ad formam instructionis sanctae mem. Urbani papae octavi praedecessoris Nostri aeditae confecto, de electi idoneitate constiterit, electio ipsa a Romano pontifice confirmabitur.

De collatione dignitatum, et canonicatuum, et cappellaniarum.

§. 14. Hac prima vice dignitates, canonicatus, et cappellanias apostolica Sedes conferet clericis Sangallensibus senatui catholico non ingratis. In futuris vero vacationibus prima dignitas praepositura nuncupata perpetuo Sedi apostolicae reservata manebit, et ab ea conferetur, decanus autem secunda dignitas a capitulo cathedrali Sangallensi canonice eligetur, et electus antequam suae praebendae capiat possessionem, redditusque percipiat, bullas institutionis canonicae a dataria apostolica impetrare debebit. Reliquorum omnium tam canonicorum quam cappellanorum nominatio spectabit episcopo, et capitulo cathedralis per menses inter se alternandos, videlicet in januarii, martii, maii, julii, septembris, et novembris mensibus ad episcopum, in mensibus autem februarii, aprilis, junii, augusti, octobris, et decembris ad capitulum, ita tamen, ut nominans praevie exhibeat senatui catholico Sangallensi nomina septem clericorum eligibilium, senatus sibi minus placituros pro hic, et nunc, si vult, excludet, relictis tamen in quolibet casu tribus ad liberam nominantis optionem. Eligibiles vero ii erunt, qui habeant re-

quisita sacrosancti concilii Tridentini in genere, et in specie sint dioecesani Sangallenses, ibidemque in cura animarum cum zelo, et prudentia diutius versati, aut aliis functionibus ecclesiasticis addicti, vel curiae episcopalis, aut seminarii directione, aut munere docendi theologiam benemeriti, et insigniter commendati ac praefulgentes. Quando nominatio fiet ab episcopo tunc nominatus canonicus, vel cappellanus praebendae suae canonicam institutionem ab ipsomet episcopo obtinebit, quando vero nominatio fiet a capitulo, tunc nominatus canonicus, vel cappellanus antequam suae praebendae capiat possessionem redditusque percipiat, bullas canonicae institutionis ab apostolica dataria debebit impetrare.

Ius capitulo tribuitur condendi statuta.

§. 15. Novo praeterea cathedralis Sangallensis capitulo licentiam impartimur, ut pro chori servitio, pro distributione et aliorum quorumcumque emolumentorum divisione, pro onerum supportatione, pro rerum ac jurium tam spiritualium, quam temporalium prospero, feliciqne regimine, ac directione quaecumque statuta, capitula, et decreta licita tamen, et honesta, et canonicis regulis minime adversantia, quae ab episcopo erunt inspicienda, et adprobanda, condere atque edere libere, et licite possit et valeat. Eidem insuper capitulo cathedrali facultatem concedimus gaudendi privilegiis omnibus, quibus alia cathedralium ecclesiarum in illis partibus capitula legitime gaudent, dummodo non sint aliquo titulo oneroso acquisita.

De electione vicarii capitularis in casu vacationis sedis.

§. 16. Eveniente autem vacatione episcopalium ecclesiarum Curiensis, et Sangallensis invicem perpetuo aeque principaliter canonice unitarum fas erit unicuique capitulo, tam Curiensi, quam Sangallensi, ad electionem peculiaris sui vicarii capitularis juxta formam concilii Tridentini procedere.

Praeceptum de inscribendis fructibus mensae in libris camerae apostolicae.

§. 17. Habita porro ratione bonorum, et redditnum in episcopalis mensae Sangallensis dotationem ut supra assignatorum, eamdem ecclesiam Sangallensem in libris camerae apostolicae in florenis auri tercentum de more taxari mandamus.

De conservatione documentorum in cancellaria dioecesana.

§. 18. Utque Sangallensium dioecesanorum bono melius consulatur, praecipimus omnia et singula cujusvis generis documenta novum hujusmodi dioecesanum territorium respicientia a veteribus cancellariis episcopalibus extrahi, atque novae Sangallensi episcopali cancellariae tradi pro dioecesanorum commoditate inibi asservanda.

Deputatio executoris apostolici.

§. 19. Quocirca supradicto venerabili fratri Ignatio archiepiscopo Cyrensi Nostro, et Sedis apostolicae nuntio Lucernae commoranti, quem in harum literarum Nostrarum exequutorem eligimus ac deputamus, necessarias omnes et opportunas ad praemissorum effectum tribuimus facultates, etiam quamcumque personam in ecclesiastica dignitate constitutam subdelegandi, ac super quacumque oppositione in actu exequutionis hujusmodi quomodolibet forsan oritura, servatis tamen de jure servandis, etiam definitive et quavis appellatione remota libere, ac licite decernendi, et pronunciandi.

Praeceptum de remittendis actis expletis pro erectione.

§. 20. Eidem vero Ignatio archiepiscopo injungimus, et mandamus, ut exempla singulorum actorum in praesentium literarum exequutione conficiendorum, quamprimum fieri poterit ad hanc apostolicam Sedem in authentica forma transmittat, in archivio congregationis rebus consistorialibus praepositae diligenter asservanda.

Clausulae sublata, et decretum irritans.

§. 21. Praesentes autem literas, et in eis contenta quaecumque etiam ex eo, quod quilibet interesse habentes, vel habere praetendentes vocati, et auditi non fuerint, ac praemissis non consenserint, nullo unquam tempore de subreptionis vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostrae, vel quovis alio etiam substantiali defectu notari, impugnari, aut in controversiam vocari posse, sed perpetuo validas, et efficaces existere et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac ab omnibus, ad quos spectat, inviolabiliter observari debere volumus, atque decernimus.

Derogatio contrariorum.

§. 22. Non obstantibus de jure quaesito non tollendo, de suppressionibus committendis ad partes, vocatis quorum interest, aliisque Nostris, et cancellariae apostolicae regulis, ac in synodalibus, provincialibus, universalibusque conciliis aeditis specialibus vel generalibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, praedictarumque Curiensis, et Sangallensis ecclesiarum, etiam confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, privilegiis, et consuetudinibus, caeterisque contrariis quibuscumque.

Fides habenda transumptis.

§. 23. Volumus praeterea, ut harum literarum Nostrarum transumptis etiam impressis, manu tamen alicujus notarii publici subscriptis, ac sigillo personae in ecclesiastica dignitate constitutae munitis eadem prorsus fides ubique adhibeatur, quae ipsis praesentibus adhiberetur, si forent exhibitae, vel ostensae.

Sanctio poenalis.

§. 24. Nulli ergo omnino hominum liceat, paginam hanc Nostrarum suppressionis, extinctionis, immutationis, erectionis, unionis, subjectionis, suppositionis, attributionis, assignationis, constitutionis,

concessionis, indulti, facultatis, declarationis, commissionis, deputationis, mandati, decreti, derogationis, ac voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire, siquis autem hoc attentare praesumpserit indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum.

Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem anno incarnationis Dominicae millesimo octingentesimo vicesimo tertio, sexto nonas julii pontificatus Nostri anno vicesimo quarto.

MXCVIII.

Dat. die 3 julii 1823 anno XXIV.

Dismembratio archidiaconatus Szathmariensis a dioecesi Munkacsiensi Graeci ritus, ejusque unio dioecesi Varadiensi Latini ritus.

Pius episcopus
Servus servorum Dei

Ad perpetuam rei memoriam

Prooemium. §. 1. Imposita humilitati Nostrae in rem christianam universam sollicitudo, proferre Nos adigit apostolicae benignitatis dispensationem ad ea comparanda, quibus in Dominici gregis utilitatem facilius prospectum iri dignoscamus. Hoc proinde consilio in eas dioecesium divisiones annuendum, ut plurimum censuimus, quibus facilior, atque commodior sacrorum procuratio fideli populo conciliaretur.

Expositio precum. §. 2. Neque alia de causa preces audiendas duximus, quibus charissimus in Christo filius Noster Franciscus primus Austriae imperator, atque Hungariae et Bohemiae rex apostolicus superioribus annis institerat, ut ab episcopatu Munkacsiensi Graeci ritus catholici amplissima dioecesi tot loca separaremus, quot essent satis ad alteram episcopalem sedem noviter constabiliendam; itemque nonnulla alia sejungeremus alteri jam existenti sedi episcopali incorporanda. Factum inde fuit, ut quinquennio ante omnibus opportune compositis per apostolicas sub plumbo literas datas decimo kalendas octobris anno incarnationis Dominicae millesimo octingentesimo decimo octavo novam Eperiessensem Graeci ritus catholici episcopalem ecclesiam erexerimus. Nunc vero quoniam laudatus Franciscus imperator et rex per dilectum filium Antonium comitem Appony suum apud Nos et hanc apostolicam Sedem oratorem extraordinarium preces iteravit, ut ab antedicta dioecesi Munkacsiensi infrascripta loca dismembrando eadem uniamus magno Varadiensi dioecesi Graeci pariter catholici ritus; cumque habito etiam venerabilis fratris Alexii moderni episcopi Munkacsiensis expresso consensu, luculentis et testimoniis, monumentisque Nobis constiterit novam hanc dispositionem in summum illius populi commodum fore cessuram, idcirco ejusmodi petitioni benigne annuendum in Domino censuimus.

Tenor concessionis. §. 3. Quare omnibus accurate ac diligenter perpensis, ut catholicorum Graeci ritus uniti in illis partibus degentium spirituali regimini facilius consulatur ex certa scientia ac matura deliberatione Nostris, deque apostolicae potestatis plenitudine a Munkacsiensi Graeci ritus catholici dioecesi perpetuo dismembramus, sejungimus ac separamus archidiaconatum Szathmariensem sex vice-archidiaconatus complectentem cum septuaginta duabus paroeciis nempe ex vice-archidiaconatu Szathmariensi in comitatu ejusdem nominis paroecias nuncupatas = Ovarie = Parisalma = Vetes = Dob = Bagos = Csenger Ujfalu = ; ex vice-archidiaconatu magno-Karolyiensi paroecias nominatas = Nagy = Karoly = Valachor = Nagy = Karoly Ruthenor = Veszend = Portelek = Dengelak = Endred = Reszege = Körtuéllises Szaniszlo = Csamankoz = Kiss-Majteny = Domahida = Szeot-Mikloss = Esztrö = Genes = MezoTerem = Kapjon = ; ex vice-archidiaconatu Nyierensi in comitatu Szathmariensi paroecias vocitatas = Lugos = Fabianháza = Vasvany = Ders = Claszari Gebe = Hadasz = Paraszuya = Penisziek ex vice-archidiaconatu Bihaliensi in comitatu Szathmariensi paroecias denominatas Nanto = Also-Bokad = Rakos-Terebess Kiss-Szokond = Nagy-Szokond = Felsö-Bokad = Olah-Kodos = Meddes = Olah-Györös = Gyongy = ac paroecias = Alsö-Szopor = et = Kenge = in comitatu Szolnoti mediocri; ex vice-archidiaconatu Erdödiensi in comitatu Szathmariensi paroecias nuncupatas = Madorosz = Föcre-Terebess = Piskarkos = Zsadány = Amacx Nagy-kolts = Ivasko = Paczafalu = Kozep Homorod = Rez-Teleck = Orosz-Faln = et ex vice-archidiaconatu Erdoszadiensi in comitatu Szathmariensi paroecias vocitatas = Erdö-Szada = Remette-Mezo = Olah-Ujfalu = Tamary = Vorosmarth = Barlina = Lipo = Krasso = Cziko = Olah-Tatfalu = Farhas-Aszod = Szakalos-Biko Barlafalu = Magyoros = Pap-Biko = Ralaszut = ac = Balatafalu = et in eis respective existentes collegiatas, si quae sint, filiales, et alias quascumque ecclesias, abbatias, monasteria, et conventus, nec non

utriusque sexus habitatores et incolas Graeci ritus uniti tam ecclesiasticos quam laicos ab ordinaria jurisdictione, potestate ac superioritate episcopi Munkacsiensis omnino eximimus et liberamus, dictumque archidiaconatum cum sex enunciatis vice-archidiaconatibus, ac memoratis septuaginta duabus paroeciis dioecesi magno Varadiensi perpetuo unimus, annectimus, et incorporamus, omnes in illis habitatores, et incolas Graeci ritus uniti cujusvis gradus, status, ordinis, et conditionis ordinariae jurisdictioni, regimini, potestati, auctoritati, et superioritati moderni, ac pro tempore existentis Graeco-catholici episcopi magno Varadiensis perpetuo item subjicimus, atque supponimus; ea tamen expresse adjecta lege, ut tam venerabilis frater Samuel hodiernus episcopus magno-Varadiensis, quam omnes ejus in eodem episcopatu successores nullum unquam ordinariae jurisdictioni episcoporum catholicorum Latini ritus, quam ipsi in suos subditos ejusdem ritus Latini in paroeciis ut supra dismembratis exercent, praejudicium sub quocumque praetextu inferre praesumant, sed antedictos episcopus magno-Varadiensis, illiusque pro tempore successores jurisdictionem suam in clerum et populum Ruthenorum Graeci ritus uniti, inque alios eumdem ritum et unionem sequentes dumtaxat valeant exercere, servantes adamussim et exacte adimplentes omnia et singula decreta ab hac sacra congregatione de Propaganda Fide quoad Graecos cum Latinis immixtim viventes pluries emanata.

Deputatio executoris apostolici.

§. 4. Quocirca venerabili fratri Paulo archiepiscopo Ephesino Nostro, et apostolicae Sedis apud supralaudatum Franciscum imperatorem ac regem nuntio, quem in harum literarum Nostrarum exequutorem eligimus, et deputamus necessarias omnes et opportunas ad praemissorum effectum plenarie consequendum tribuimus facultates etiam quamcumque personam in ecclesiastica dignitate constitutam subdelegandi, ac super quacumque oppositione adversus praemissa in actu exequutionis quomodolibet forsan oritura, servatis de jure servandis etiam definitive, et quavis appellatione remota, libere ac licite pronunciandi. Eidem vero Paulo archiepiscopo et nuntio injungimus, ut actorum omnium in praemissorum exequutione conficiendorum authentica exempla suo tempore Romam transmittat in archivio sacrae congregationis rebus consistorialibus praepositae de more asservanda.

Clausula sublata et decretum irritans.

§. 5. Praesentes autem literas, et in eis contenta quaecumque etiam ex eo, quod quilibet interesse habentes, seu habere praetendentes vocati et auditi non fuerint, ac praemissis non consenserint, nullo unquam tempore de subreptionis, aut obreptionis, vel nullitatis vitio, seu intentionis Nostrae defectu impugnari vel in controversiam vocari posse, sed perpetuo validas et efficaces existere et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac ab omnibus ad quos spectat inviolabiliter observari debere volumus atque decernimus.

Derogatio contrariorum.

§. 6. Non obstantibus de jure quaesito non tollendo, ac Nostris et cancellariae apostolicae regulis et in synodalibus, provincialibus, universalibusque conciliis editis specialibus, vel generalibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, supradictarumque Munkacsiensis ac magno Varadiensis ecclesiarum etiam confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis et literis apostolicis, caeterisque contrariis quibuscumque.

Sanctio poenalis.

§. 7. Nulli ergo omnino hominum liceat paginam hanc Nostrarum dismembrationis, sejunctionis, separationis, exemptionis, liberationis, unionis, annexionis, incorporationis, subjectionis, suppositionis, statuti, commissionis, deputationis, mandati, decreti derogationis, ac voluntatis infringere vel ei ausu temerario contraire: si quis autem hoc attentare praesumpserit indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum.

Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem anno incarnationis Dominicae millesimo octingentesimo vicesimo tertio quinto nonas julii pontificatus Nostri anno vicesimo quarto.

MIC.

Dat. die 4 julii 1823 anno XXIV

Deputatio administratoris ecclesiarum Urbaniensis, et sancti Angeli in Vado cum applicatione redditnum pro fabricis earumdem ecclesiarum.

Dilecto filio Nicolao Mazzoni
Presbytero Sabinensi
seu alterius civitatis vel dioecesis

Pius PP. VII.

Dilecte fili
Salutem, et apostolicam benedictionem

Prooemium

§. 1. Apostolici Nostri muneris ratio postulat, ut ad ea potissimum sollicita vigilantia incumbere studeamus, quae opportunum ecclesiarum ac dioecesium gubernium et animarum christifidelium respiciunt utilitatem.

Prima deputatio administrationis.

§. 2. Quare vacantibus per obitum bonae memoriae Francisci Leonini episcopalibus ecclesiis Urbaniensi, et sancti Angeli in Vado invicem perpetuo canonice unitis, Nos justis gravibusque causis adducti per alias Nostras literas in simili forma brevis vicarium apostolicum supradictarum ecclesiarum constitueramus dilectum filium Stephanum Scerra presbyterum.

Nova deputatio in locum alterius ad majora munera elati.

§. 3. Cumque in praesentiarum dictus Stephanus deputatus sit ad munus substituti hujus secretariae sacrae congregationis Immunitatis ecclesiasticae, Nos ex certa scientia, ac matura deliberatione Nostris, deque apostolicae potestatis plenitudine te de cujus fide, prudentia ac rerum experientia multum in Domino confidimus in novum supradictarum vacantium episcopalium ecclesiarum apostolicum vicarium tam in spiritualibus, quam in temporalibus ad Nostrum et Sedis apostolicae beneplacitum tenore praesentium constituimus, ac deputamus, plenam tibi facultatem tribuentes ea omnia. ut singula in civitatibus ac dioecesibus Urbaniensi et sancti Angeli in Vado hujus sanctae Sedis nomine gerendi, quae ordinariam spectant, jurisdictionem reservata tamen de more huic sanctae Sedi ecclesiasticorum beneficiorum quomodolibet vacantium collatione.

Mandatum de obediendo administratori deputato.

§. 4. Mandamus praeterea in virtute sanctae obedientiae dilectis filiis clero et populo unius et alterius ecclesiarum praedictarum, ut te interim debita cum reverentia pertractent, tuisque pareant salubribus monitis.

Distributio reddituum quolibet anno facienda.

§. 5. Volumus autem quod ex bonis etiam di Mercatello, ac redditibus earumdem mensarum episcopalium per te administrandis, detractis scutis quinquaginta, in singulos menses pro congrua tua sustentatione, scutis centum viginti quolibet anno erogandis in commodum ecclesiae, ac subsidium pauperum dioecesis Urbaniensis, aliis annuis quinquaginta scutis in simile commodum et subsidium dioecesanorum sancti Angeli in Vado, nec non scutis annuis centum viginti nunc provisorie tantum erogandis in restaurationem fabricae cathedralis sancti Angeli in Vado actu necessariam et non ultra, reliquos omnes dictarum mensarum fructus in complementum fabricae cathedralis ecclesiae Urbaniensis ea majore qua possit celeritate, et minori quo fieri possit dispendio perficienda atque in dimissionem aeris alieni contracti, aliarumque rerum ipsam fabricam respicentium, supputando rationes et computa asservando fideliter erogare tenearis.

Derogatio contrariorum.

§. 6. Non obstantibus quibusvis etiam in synodalibus, provincialibus, universalibusque conciliis editis constitutionibus et ordinationibus apostolicis, dictarumque ecclesiarum Urbaniensis et sancti Angeli in Vado etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis et literis apostolicis in contrarium praemissorum quomodolibet forsan concessis et innovatis; quibus omnibus et singulis eorum tenores praesentibus pro expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad effectum praemissorum hac vice dumtaxat specialiter derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die sexta julii millesimo octingentesimo vicesimo tertio, pontificatus Nostri anno vicesimo quarto.

MC.

Dat. die 4 julii 1823 anno XXIV

Confirmatio decreti S. R. C. super declaratione privilegiorum circa usum insignium pontificalium, quibus ex Sedis apostolicae indulto nonnullae dignitates gaudent.

Pius episcopus

Servus servorum Dei

Ad perpetuam rei memoriam

Proemium.

§. 1. Decet Romanos pontifices pro impensa ipsorum in Ecclesiae bonum sollicitudine maximopere niti, ut quae per eos identidem decernuntur privilegia, praestitutis legibus apprime contineantur, ne vitio illorum, quibus ea delata sunt, rectum inde ordinem perturbari, aliorumque jura laedi contingat. Sapienti proinde consilio praedecessoribus Nostris visum est, re prius per congregationem Sacris Ritibus praepositam discussa, opportune praefinire, quidnam juris inducant mitrae, ac pontificalium usus, aliaque id genus insignia, quibus placuit apostolicae Sedi abbates, praelatosque nonnullos episcopo inferiores, et quaedam canonicorum collegia honestare. Ita sane felicis recordationis Alexander VII praedecessor Noster, habita coram se Sacrorum Rituum congregatione die vicesima septima septembris anno millesimo sexcentesimo quinquagesimo nono, decretum sancivit, quo leges traduntur de usu pontificalium praelatis episcopo inferioribus tributo; itemque felicis pariter recordationis Benedictus XIV constitutionem, quae incipit = *In throno justitiae* = editam tertio kalendas martii anno millesimo septingentesimo quinquagesimo secundo ad decreta adprobanda, quae eadem congregatio vulgeverat de privilegio pontificalium, quo Urbinatense capitulum haud ita pridem auctum fuerat.

Ratio concessionis.

§. 2. Haec vero, aliaque in eam rem data decreta ex ipso temporum lapsu, quandoque etiam ex eorumdem ignoratione sua interdum executione carere, multaque ab ipsorum praescriptionibus plane absona percrebescere dolendum est, quibus in rei sacrae perniciem converti conspiciuntur, quae ob apostolicae Sedis indulgentia ad cultum, religionemque in sacrorum tractatione ipso etiam ornatuum splendore liberaliter obvenere. Crebrae idcirco, et graves querelae perlatae ad Nos sunt, ut et episcopalis ordinis majestati consulamus adversus eos, qui ex communione, quam obtrudunt, privilegiorum cuncta pene, quibus episcopalis dignitas splendescit, sibi adtributa arbitrantur, et accuratam sacrorum rituum observantiam vindicemus, quos talium concessionum praetextu impune perfringi admonemur.

Decretum latum a sacra congregatione Rituum.

§. 3. Ne itaque usus bujusmodi inordinatus privilegiorum diuturnitate temporis convalesceret, occurrere tanto huic malo decrevimus, id adhibentes remedii, quod expostulationes illae, quarum aequitatem probe noveramus, efflagitabant: neque remittendam duximus occasionem, quem ex dubiis nuper propositis de usu pontificalium in metropolitana Barensi nacti eramus, ad praestitutas de eo regulas iterum injungendas. Quare, cum rationem rei universam memoratae Rituum congregationi perpendendam demandaverimus, decretum ab eadem prolatum est die 27 augusti anni proxime praeteriti, quod hic adjungimus, videlicet « Ex Romanorum pontificum indulgentia certa quaedam illustria honoris insignia collegiis canonicorum vel a priscis temporibus adtribui consuevere, quibus et ordinis majestas commendaretur magis, et ipsa sacrorum procuratio splendidiori apparatu ad populorum animos in divinae rei venerationem impensius comparandos effulgeret. Ast cum ea sit rerum humanarum conditio, ut quae providentissime constituta primum fuere, pravo deinceps usu, atque a concedentium voluntate plane absono infeliciter pervertantur, id et de canonicalibus privilegiis ut plurimum contingere, graves undique invalescunt querelae hominum et auctoritate, et sapientia praestantium. Nedum enim modus pontificio diplomate praestitutus interdum violari conspicitur, sed id crebro honoris, ac privilegii usurpari, nulla habita locorum, actuum, personarumque ratione, quod vix primoribus ex ecclesiastica hierarchia datum dignoscitur. »

« Tanto huic malo convellendo haud semel adlaboravit sacra Rituum congregatio, quae ad rectam rerum sacrarum actionem ordinandam est praeposita: atque idcirco, quod praecipuum abusuum id genus caput est, privilegium pontificalium collegiis canonicorum insignioribus liberaliter collatum aetatis quibusdam conditionibus moderandum curavit praesertim in Panormitana die 22 aprilis 1684, et in Urbinatensi die 29 januarii 1752. »

« Novis tamen, et deterioribus adhuc percrebescentibus adversus haec instituta consuetudinibus, nonnullisque dubiis nuper delatis super usu pontificalium in metropolitana ecclesia Barensi placuit SSmo

Domino Nostro Pio pp. VII. rem universam eidem sacrae congregationi discutiendam demandare, quae, exquisita prius sententia sacrae congregationis Caeremonialis secretarii, itemque Sedis apostolicae caeremoniarum magistri, cunctisque rationum momentis accurate, diligenterque perpensis, edendum censuit decretum, quo pontificalium privilegia declarentur, certisque legibus ad ritualium praescriptionum normam coerceantur. Ejus porro decreti articuli sunt, qui sequuntur. »

I.

« Sacra peragere ritu pontificali de jure inhaeret dumtaxat episcopali dignitati. »

II.

« Praelati episcopo inferiores pontificaliter celebrant ex privilegio, sed ornatu moderatiori, statutis tantum diebus in propriis ecclesiis ab episcopali jurisdictione exemptis, et tenentur in reliquis omnibus adamussim servare generalia decreta Alexandri VII a Benedicto XIV confirmata. »

III.

« In ecclesiis non exemptis vetantur iidem pontificalia exercere, etiamsi intercedat expressa ordinarii loci licentia. »

IV.

« Dignitates, canonici, rectores ecclesiarum quocumque nomine insignium, prohibentur ritus et caeremonias pro episcopis, et praelatis inferioribus designatas in sacris peragendis adhibere, aut ornatum aliquem pontificalem induere, absque speciali apostolicae Sedis privilegio. »

V.

« Quodcumque privilegium ad augendum insignium quarumdam ecclesiarum splendorem ab apostolica Sede dignitatibus, canonicis, rectoribus, aut alio quocumque nomine nuncupatis concessum, utpote laesivum dignitati episcopali, de jure strictissime est interpretandum. Quamobrem nil aliud concessum intelligendum est, nisi illud, quod est speciatim expressum, neque ex indulto uno, alterove privilegio trahi potest consequentia ad alia, quae singillatim descripta non fuerint. »

VI.

« Nec tamen, posito privilegio, omnia omnibus aeque competunt, sed discrimine est opus inter celebrantem, et assistentes cum insigniis pontificalibus. »

VII.

« Nam celebranti quaedam competere possunt pontificalia insignia, non item assistentibus, dum dignitates, canonici, rectores etc. sacra sumere debent indumenta. »

VIII.

« Sub generico ornamentorum pontificalium nomine, quae ex privilegio apostolica Sedes insignioribus capitulis quandoque concedit, intelliguntur dumtaxat, ex pluries decisis a sacra congregatione, caligae, sandalia, nec auro, nec argento ornata, sericae item chirothecae, dalmatica, tunicella, annulus cum unica gemma, crux pectoralis sine gemma, mitra simplex ex tela alba cum sericis laciniis rubei coloris. »

IX.

« Hisce omnibus uti poterit solummodo dignitas, canonicus, aut rector solemniter celebrans, nisi forte privilegium non omnia haec, sed aliqua dumtaxat insignia permittat. »

X.

« Qui vero in missa solemni diaconum, et subdiaconum agunt, etiamsi sint dignitates, canonici etc. nec mitram, nec ullum aliud pontificale indumentum, nec palmatoriam, si illius privilegio polleant, ad evangelium, et ad epistolam adhibere poterunt. »

XI.

« Dignitatibus, canonicis, rectoribus etc. missam cum insigniis pontificalibus solemniter celebrare liceat iis dumtaxat diebus, in quibus celebrant vice episcopi absentis, vel impediti, vel vita functi, aut in quibus episcopus assistit, vel assistere deberet cum pluviali, et mitra. In reliquis diebus, etiamsi solemnibus, celebrent more solito. »

XII.

« In ecclesiis civitatis, et dioecesis cum insigniis pontificalibus celebrare ipsis non liceat, nisi in majoribus solemnitatibus, assentiente episcopo, et assistente capitulo. »

XIII.

« Nunquam vero iisdem utantur in missis pro defunctis, licet episcopus assistat cum pluviali et mitra, sed celebrent more solito. »

XIV.

« Si dignitas, vel canonicus etc. ab episcopo designetur pro admittenda aliqua puella ad religiosum habitum, vel novitia, exploto tyrocinio, ad solemnem professionem, pontificalibus insigniis uti nequeat, nisi de expressa episcopi licentia, qua obtenta, iis tantummodo utatur, quae actioni conveniunt. »

XV.

« Cum pontificalibus indumentis celebrans, nec faldistorio uti potest, sed sedere debet in scamno cooperto tapete, vel panno coloris, qui officio diei respondeat. »

XVI.

« Nequit praeterea tam in solemni-

quam in missa privata sacras vestes sumere ex altari, uti canone, palmatoria, presbytero assistente, salutare populum cum ℣. *Pax vobis* = loco ℣. *Dominus vobiscum* = aut trinam dare benedictionem post missam, vel cum Sacramento, et si quae sunt alia, quae solis competunt de jure episcopis, et ex privilegio praelatis inferioribus, dum his pontificalia peragere statis diebus concessum est. »

XVII.

« Dignitates, canonici, rectores etc. quando parati assistunt episcopo pontificaliter celebranti, mitram solummodo adhibere possunt, quam pariter deferre poterunt sacris indumentis, videlicet pluviali, vel casula, vel dalmatica amicti in processionibus ssmi Corporis Christi, benedictionibus candelarum, cinerum, palmarum, etiamsi. has functiones peragat dignitas, vel canonicus loco et vice episcopi absentis, impediti, aut vita functi. »

XVIII.

« Assistentes episcopo tam in altari, quam in cathedra quando ministrent, vel cum eo operantur, stare debent detectis capitibus. »

XIX.

« Solemniter celebrantes, dum episcopus sacra assumit indumenta, aut solium ascendit, stent sine mitra. »

XX.

« Non liceat eis uti pulvino sub genubus, episcopo praesertim assistente. »

XXI.

« Non adhibeatur acolythus ad tenendam mitram cum oloserico velo e collo pendente, nisi pro dignitate, canonico, rectore etc. solemniter celebrante, vel sacramentum in processionibus deferente. »

XXII.

« Dignitates, canonici, rectores in processione ssmi Corporis Christi sacris indumentis amicti mitram manu deferant, nec eadem caput operiant. »

XXIII.

« Praeterea reliqua omnia, quae non sunt in privilegio expressa, ut vetita censeri debent. »

XXIV.

« In missis privatis, quoad indumenta, caeremonias, ministros, alteris ornatum a simplicibus sacerdotibus non differant: sumant proinde sacras vestes in secretario, non utantur cruce pectorali, unico ministro contenti sint, non sibi velint aquam ministrari cum pelvi, et urceolo, et duo tantum candelae luceant in altari. »

XXV.

« Defuncti nequeunt in loculo efferri, nec tumulari cum mitra. »

XXVI.

« In eorumdem funeribus seu anniversariis super tumulo erigi solito, non apponatur mitra. »

XXVII.

« In insigniis, seu stemmatibus familiae mitra non apponatur, nisi solo in casu, quo expresse concessum sit in literis apostolicis. »

XXVIII.

« Quod si super praemissis aliquod exoriatur dubium, hoc ad sacram congregationem deferatur, quae, pro qualitate dubii, providebit. »

« Si quae vero capitula amplioribus, ac praeter hujusce decreti instituta privilegiis se aucta fuisse arbitrentur, peculiaria haec jura in sacram congregationem perpendenda deducant, ut quod e canonicarum sanctionum praescripto visum fuerit opportune decernatur. »

Confirmatio apostolica.

§. 4. Hoc porro decretum, ac rationum momenta, caeterasque sanctae Sedis praescriptiones, quibus illud fulcitur, diligenter consideravimus, cumque experientia edoceamur ex minus recto privilegiorum hujusmodi usu, plura incomoda redundare, ac praesertim haud parum detrahi splendori episcopalis dignitatis, quam sartam ubique ac tectam Nostri est muneris protueri, idem decretum, ut illius dispositio firmius subsistat, atque accuratius observetur ab omnibus, auctoritate apostolica tenore praesentium adprobamus, et confirmamus, eique perpetuae, inviolabilisque firmitatis robur, vim, et efficaciem adjicimus, illudque ab iis omnibus, et singulis, ad quos spectat, et quomodolibet spectabit in futurum firmiter, et inviolabiliter observari, et adimpleri, nec ab illius observantia, et adimplemento ullo unquam tempore recedi debere mandamus.

Conditiones adjectae.

§. 5. Praeterea hisce Nostris apostolicis literis ea iterum ad observationem revocari volumus, ac, quatenus opus sit, denuo adprobamus, et sancimus, quae per praedecessores Nostros, ac praesertim per felicis recordationis Alexandrum VII, in memorato decreto diei vicesimae septimae septembris millesimo sexcentesimo quinquagesimo nono, illiusque declaratione edita sub die vicesima julii millesimo sexcentesimo sexagesimo, nec non per fel. recor. Benedictum XIV sua constitutione, quae incipit = *In throno justitiae* = atque alias per Sacrorum Rituum congregationem praescripta fuerunt de usu pontificalium praelatis episcopo inferioribus, et canonicis attributo.

Mandatum de servando rescripto.

§. 6. Quocirca venerabilibus fratribus patriarchis, primatibus, archiepisco-

pis, et episcopis, aliisque locorum ordinariis per apostolica scripta mandamus, ut praesentes Nostras literas, atque omnia, et singula in eis statuta faciant auctoritate Nostra debitae executioni demandari, illasque inviolabiliter observari, contradictores, et inobedientes quoslibet, per opportuna juris et facti remedia, appellatione postposita, compescendo.

Clausulae salutares, et irritantes.

§. 7. Praesentes autem literas semper, ut perpetuo validas et efficaces existere et fore, ac nullo unquam tempore de subreptionis, obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostrae, vel alio quocumque defectu notari, impugnari, invalidari, retractari, aut in jus, vel controversiam vocari; nec sub quibusvis similium, vel dissimilium gratiarum revocationibus, suspensionibus, limitationibus, derogationibus, aut aliis contrariis dispositionibus per Nos, et Sedem apostolicam praedictam sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis clausulis et decretis, etiam motu proprio factis et faciendis comprehendi, vel confundi, sed semper ab illis excipi, et quoties illae emanabunt, toties in pristinum, et validissimum statum restitutas, repositas, et plenarie reintegratas fore ut esse, suosque plenarios effectus sortiri, et obtinere. Sicque, et non alias per quoscumque judices ordinarios vel delegatos, quavis auctoritate fungentes, etiam causarum palatii apostolici auditores, ac praefatae S. R. E. cardinales etiam de latere legatos, vice legatos, dictaeque Sedis nuncios judicari, et definiri debere, et quidquid secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, irritum et inane decernimus.

Derogatio contrariorum.

§. 8. Non obstantibus quibusvis editis, vel edendis specialibus, vel generalibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, et quatenus opus sit, ecclesiarum, quarum capitulis pontificalia insignia concessa reperiuntur, etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, et consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis, quibusvis personis in genere, vel in specie, aut alias in contrarium praemissorum quomodolibet forsan concessis, confirmatis, et innovatis; quibus omnibus et singulis, etiamsi de illis specialis, specifica, et expressa mentio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, eorum tenores praesentibus pro plene et sufficienter expressis, et insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, latissime, et plenissime, ac specialiter et expresse, nec non opportune et valide ad praemissorum validissimum effectum, hac vice dumtaxat, harum quoque serie derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque.

Fides habenda transumptis.

§. 9. Volumus autem, ut praesentium transumptis seu exemplis etiam impressis, manu alicujus notarii publici subscriptis, et sigillo personae in ecclesiastica dignitate constitutae munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quae haberetur ipsis praesentibus si forent exhibitae, vel ostensae.

Sanctio poenalis.

§. 10. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam Nostrae adprobationis, confirmationis, commissionis, decreti, mandati, derogationis, et voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum.

Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem anno incarnationis Dominicae millesimo octingentesimo vicesimo tertio, quarto nonas julias, pontificatus Nostri anno vicesimo quarto.

MCL.

Dat. die 11 julii 1823 anno XXIV

Concessio ecclesiae sancti Georgii in Velabro, et adnexae domus et viridarii facta archiconfraternitati Doctrinae Christianae urbis.

Pius PP. VII.

Ad futuram rei memoriam

Proemium

§. 1. Qui tenerae puerorum atque adolescentium aetati prodesse cupiunt, ii quidem quum sciant aetatem illam convestita gramine loca adamare, et apricatione mirifice delectari, ejus studio aliquatenus indulgent, animo tamen in id unum intenti, ut pueros atque adolescentes prope se habeant, avertantque a pravorum hominum sermonibus atque congressu, utque puerilibus oblectamentis christianae doctrinae pabulum, et piorum operum exercitium interserant.

Memoratur, et laudatur unio adolescentium erecta in ecclesia s. Mariae de Planctu

§. 2. Quumque in alma hac Nostra urbe, quam sibi legit Deus novam Hierusalem, ut caeteris pietate praeluceat, nihil eodem adspirante ac favente, praetermittatur, quod rectae adolescentium institutioni adjumento esse queat; jamdudum inventi in ea sunt dignissimi praeconio viri, qui in spiritualem illorum utilitatem id genus industriae exercent. Eos nimirum solent diebus a labore ac literaria occupatione vacuis in expedita illis viridaria ducere, ibique animum relaxare patiuntur, ita tamen ut eos crebro ab inanibus curis ad utilia discenda, at ad coelestium rerum contemplationem revocent. In iis vero, qui Romae huic operi salubri incumbunt, commemorari meretur dilectus filius presbyter Antonius Santelli, cubicularius Noster intimus honorarius, et insignis collegiatae ecclesiae sanctae Anastasiae canonicus, rectorque unionis adolescentium sanctae Mariae de Planctu, quemadmodum appellatur. A saeculo quidem decimo sexto in alma hac urbe viget cum puerorum atque adolescentium bono congregatio Christianae Doctrinae; eique deinceps felicis recordationis Paulus V. praedecessor Noster per literas piscatoris annulo obsignatas die sexta octobris anno millesimo sexcentesimo septimo, et institutionem in basilica Principis apostolorum, et titulum archiconfraternitatis indulsit, praetereaque illi geminam in urbe ecclesiam attribuit, ut in iis possent christianae religionis rudimentis pueri atque adolescentes imbui. Quam societatem, seu archiconfraternitatem, quum felicis recordationis Benedictus XIV praedecessor pariter Noster transtulisset ad ecclesiam a sanctae Mariae planctu nuncupatam per diploma datum septimo idus martii anni millesimi septingentesimi quadragesimi quinti, ibi christianae adolescentium institutioni illud quoque additum deinde est, curante Ludovico Lazzari Romano presbytero, archiconfraternitati olim deputato, ut vespere dierum in quibus adolescentes, christianae institutionis causa, ad beatae Mariae ecclesiam accedunt, eorum plurimi in aprica loca ducantur, et ita illis liberum sit ludis vacare, ut aeternae eorum salutis cura minime praetermittatur.

Memorantur vicissitudines, quibus subjecit ecclesia s. Georgii in Velabro.

§. 3. Accidit vero, ut vetustissimum domini Georgii in Velabro templum, cui etiam basilicae nomen imponitur, et uni e Sanctae Romanae Ecclesiae diaconis cardinalibus pro titulo esse solet, cum adnexa religiosa domo, et horto, seu viridario desereretur a dilectis filiis fratribus ordinum Eremitarum sancti Augustini discalceatis nuncupatis, quod dicerent, se illius coeli gravitatem ferre non posse. Quumque sub exitum praeteriti saeculi desertum illud templum ac religiosa domus eorum impietati ac rapacitati patuisset, qui se democraticos appellabant, eo adducta res est, ut aedes religione ac vetustate sanctissima in cellam vinariam atque olcariam migraverit. Fatiscere interim aedes sacra, et juncta illi domus, imbre undequaque perpluente, ac nemine tectum, ruinososque muros reparante speciem miserandam exhibere. Opportunum igitur duximus obsequi precibus praedicti dilecti filii presbyteri Antonii, qui templum illud, adnexamque religiosam domum ac viridarium piae adolescentium unioni tradi postulabat, quam moderatur, quique ea loca tum eorum pietati fovendae, tum animis recreandis accomoda fore putabat. Non solum autem ejusmodi postulatis annuimus, curavimusque de Nostra concessione doceri venerabilem fratrem archiepiscopum Philippensem tunc vicarii Nostri in spiritualibus generalis vicesgerentem per epistolium eidem datum die vicesima octava julii anno millesimo octingentesimo decimonono a dilecto filio Nostro Hercule Sanctae Romanae Ecclesiae diacono cardinali Consalvi nuncupato, quem publicis negotiis praefecimus, verum etiam ex apostolico aerario scutatos nummos octoginta suppeditari mandavimus in templi reparationes urgentes, prout periti viri judicium ferebat. Quam liberalitatem per literas Nostras piscatoris annulo obsignatas die vicesima decembris anni superioris millesimi octingentesimi vicesimi secundi nova liberalitate, et Nostrae benevolentiae significatione cumulavimus er-

ga clericos illos, qui ibidem puerorum et adolescentium piae institutioni desudaverint; prout fusius exponitur iisdem literis Nostris, quas ad verbum expressas hic haberi mandamus. Nec vero Nos Nostrae in coetum illum clericorum prolixae voluntatis poenituit, eorum siquidem curis effectum est, ut non solum reparata sit aedes sacra, illiusque squallor abstersus juxta modum subsidiorum, quae Nos illi indulsimus, verum etiam ut, corrogatis aliunde pecuniis, omnia ibi jam nitida sint, et ad Dei cultum egregie composita. Reboant jam ibi Dei laudes, et aera sacra, illinc olim ablata ac divendita, rursumque comparata, splendidaeque suppellectilis elegantia, et in diviniis officiis sedulitas omnium pietati sunt incitamento.

Preces porrectae pro expeditione literarum apostolicarum earumque tenor

§. 4. Nuper autem idem dilectus filius presbyter Antonius suppliciter a Nobis petiit, ut de concesso adolescentium unioni templo domini Georgii, et adnexa domo ac viridario in aliis Nostris apostolicis literis monumentum extaro velimus. Nos vero eumdem oratorem, nec non alios, quibus hae literae favent, peculiari beneficientia prosequi volentes, et a quibusvis anathematis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, ac poenis, quovis modo, ac quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, templum domini Georgii in Valabro (salva tamen in illud jurisdictione, ac juribus Sanctae Romanae Ecclesiae cardinalium, qui ejus aliquando titulum obtinebunt) piae adolescentium unioni, quae ab archiconfraternitate Doctrinae Christianae proficiscitur, auctoritate apostolica concedimus, tribuimus, addicimus, eademque auctoritate unioni illi concedimus et attribuimus adnexam templo domum, quae a religiosis viris olim incolebatur, ac viridarium, jam latius protensum, parte areae domus semirutae in illud conversa. Unioni autem illi, sive ejus moderatori ac rectori perpetuum onus imponimus templum domini Georgii, ejusque singulas partes reparandi, seu reparari mandandi, quod de adnexa etiam domo praecipimus, ac viridarium ambientibus muris.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 5. Haec concedimus atque mandamus, decernentes has literas semper firmas, validas, et efficaces existere ac fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri, et obtinere, eidemque unioni eorum causa, quae expressa sunt, hoc, futurisque temporibus plenissime suffragari, sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores judicari et definiri debere, ac irritum et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 6. Non obstantibus constitutionibus et sanctionibus apostolicis, privilegiis quoque et indultis, et literis apostolicis etiam Sanctae Romanae Ecclesiae cardinalibus in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus et singulis illorum tenores praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die undecima julii millesimo octingentesimo vicesimo tertio, pontificatus Nostri anno vicesimo quarto.

MCII.

Dat die 14 julii 1823 anno XXIV

Revocatio literarum apostolicarum quibus fuerat institutum vicariatum apostolicum territorii Missisipi et Alabama in foederatis Americae provinciis, et nova dioecesis divisio in ipsis provinciis.

Dilecto filio Josepho Rosati presbytero congregationis Missionis electo episcopo Tenagrensi

Pius PP. VII.

Dilecte fili
Salutem, et apostolicam benedictionem

Ratio concessionis.

§. 1. Quum superiori anno ex relatione secretarii congregationis venerabilium fratrum Sanctae Romanae Ecclesiae cardinalium Propagandae Fidei praepositorum acceperimus, duo territoria Missisipi et Alabama appellata, in foederatis Americae provinciis existentia, quorum spirituale regimen pertinebat ad Baltimorensem archiepiscopatum, a metropolitana sede tam dissita esse, ut neque archiepiscopus praedictus per seipsum, neque per venerabilem fratrem Ludovicum Novae Aureliae episcopum tamquam suum vicarium generalem, attenta translatione suae residentiae in civitatem sancti Ludovici in Luisiana superiori, quae leucas circiter quingentas ab iisdem territoriis distat earum curam gerere posset, ac pro-

inde Baltimorensis archiepiscopus a spirituali eorumdem territoriorum regimine se sponte dimiserit, Nos pastoralis officii Nostri esse duximus, illorum fidelium necessitati consulere, ac propterea te in vicarium apostolicum duobus territoriis praedictis cum charactere et titulo episcopali ecclesiae Tenagrensi, per alias Nostras in simili forma brevis die decima tertia augusti millesimo octingentesimo vicesimo secundo datas literas designavimus, ac dein, quum praedictus episcopus Novae Aureliaa, ob distantiam pariter locorum, Floridarum curom gerere nullo modo posset, comque propterea sponte dimiserit, ambas illas provincias a Novae Aureliae dioecesi distractas, ad tempus, et donec aliter per hanc sanctam Sedem provideretur, apostolico vicariatui praedicto per alias pariter Nostras in simili forma brevis die vicesima prima januarii currentis anni datas literas adjunximus. Nunc autem ex recenti ejusdem congregationis secretarii relationa literis episcopi Novaa Aureliaa innixa Nobis innotuit, vicariatus praedicti institutionem, et successivam Floridarum unionem, nec non tuam ad vicariatum hujusmodi designationem, non modo inutilas esse, ob catholicorum in statibus illis infrequentiam, non modo inopportunas, eo quod regiones illae episcopo sustentando omnino impares sint, verum etiam, quoad praedictam designationem, religioni ipsi in tota Luisiana extremam perniciem afferre, intereant enim oportet, prout asseritur, tum domus congregationis Missionis, quae nuper tanta cum Ecclesiae utilitata in Luisiana condita est, tum seminarium clericorum, tum denique collegium adolescentibus religioni, ac bonis artibus instituendis, te a Luisiania abeunte, qui unus his omnibus propter sacrorum ministrorum, qui in ea regione commorantur, exiguum numerum, et immaturam aetatem, utiliter praesse potes. Hisce mature perpensis, ac de eorumdem venerabilium fratrum Nostrorum Sanctae Romanae Ecclesiae cardinalium Propagandae Fidei praepositorum consilio, pro majori religionis et fidelium utilitate de sententia decedere opportunum esse ducimus.

Tenor revocationis, et novae concessionis.

§. 2. Nos igitur praecitatas apostolicas literas, quibus vicariatum apostolicum territoriorum Mississipi et Alabama in foederatis Americae provinciis instituimus, eique Floridas ex dioecesi Novae Aureliae disjunctas adjunximus, et te in vicarium apostolicum elegimus, auctoritate apostolica, tenore praesentium revocamus et abrogamus, et ita, ut tu, qui episcopus Tenagrensis fuisti a Nobis per alias apostolicas literas die decima tertia augusti millesimo octingentesimo vicesimo secundo datas electus, et nunc forsan consecrationis munus jam suscepisti; revocata designatione ad vicarii apostolici officium, opem episcopo Novaa Aureliae in procuranda ecclesia sua feras, fungendo munere sui coadjutoris, sub lege tamen instituenda, tibiqua et illi episcopo imponenda, ut Luisiana tota in duos episcopatus intra triennium dividenda sit; qua quidem divisione nondum perfecta, si episcopus Novae Aureliae (quod Deus avertat) e vivis decedat, tu universam Luisianam initio obtinere debeas; ea vero divisione ad exitum perducta, unam tantum ex duabus illis sedibus tu gubernare tenearis, altera illi relicta, quem Sedes apostolica designaverit. Quod si vero episcopo Novoe Aureliae adhuc vivo (Id autem a Domino ex corda precamur) Luisianaa divisio absolvatur, tunc volumus ut tu continuo, coadjutoris officio deposito, per apostolicas literas eo tempore scribendas, illius ex duabus sedibus episcopus sis instituendus, quam episcopus Novaa Aureliae relinquet. Haec auctoritate Nostra apostolica mandamus, atque statuimus, non obstantibus praemissis, ac constitutionibus et ordinationibus apostolicis, caeterisqua contrariis quibuscumque.

Mandatum de servanda nova divisione

§. 3. Mandamus propterea in virtute sanctae obedientiae omnibus, et singulis ad quos spectat, ac spectabit pro tempore, ut te ad officium coadjutoris, et, si divisio Luisianae, vivente episcopo Novae Aureliae, ad exitum non fuerit perducta, tunc ad universae Luisianae spirituale gubernium initio, juxta earumdem praesentium tenorem admittant, tibique in omnibus, quae ad hujusmodi gubernium pertinant, praesto sint, atque obediant, tuaqua salubria monita et mandata reverenter suspiciant, ac efficaciter adimpleant, alioquin sententiam seu poenam, quam rite tuleris in rebelles, seu statueris ratam habebimus, et faciemus, auctorante Domino usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari.

Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die decimaquarta julii millesimo octingentesimo vicesimo tertio, pontificatus Nostri anno vicesimo quarto.

MCIII.

Erectio duorum canonicatuum in ecclesia collegiata sancti Alexandri majoris Lucensi.

Dat. die 29 junii 1823 anno XXIV

Venerabili fratri
Archiepiscopo Lucano

Pius PP. VII.

Venerabilis frater
Salutem et apostolicam benedictionem

Monstrantur concessiones jam factae in commodum ecclesiae collegiatae s. Alexandri Majoris.

§. 1. Quum multa ad dignitatem divini cultus, rectamque disciplinam, temporum iniquitate prolapsam, in Lucensi ducatu sanciendam, Deo auxiliante, praestitimus, tum illud quoque Nobis perficere datum est, ut per Nostras literas piscatoris annulo obsignatas die vicesima quinta januarii anno millesimo octingentesimo vicesimo primo collegium canonicorum, quod a pluribus hinc saeculis institutum fuit in Lucensi sancti Alexandri majoris ecclesia, pristinis juribus ac, si quidem opus esset, nova institutione atque erectione donaremus.

Expositio precum pro erectione septimi canonicatus.

§. 2. Nuper autem Nobis expositum est, dilectum filium clericum Aloisium Bonifazj, patronum, ac rectorem simplicis beneficii erecti in ecclesia Montefegatensi istius dioecesis, et a conceptu beatae Virginis, divoque Concordio nomen habentis, ea licentia usum esse, quae olim contra fas omne tribuebatur, liberandi, ut ajebant, ecclesiastica bona, eorumque dominium ad se trahendi, solutis civili regimini quibusdam pecuniis, ideoque illum coepisse se gerere pro domino bonorum illius beneficii. Quum autem Aloisius animus in ita empto dominio non acquiesceat, ac modo cupiat, ea bona annui redditus scutatorum circiter quatuor et quadraginta, nec non scutati dimidii, deservire nihilominus divino semper cultui, paratusque sit addere illis scutata biscentum, ut ex illorum bonorum ac pecuniarum fructibus in ecclesia sancti Alexandri majoris, sex canonicis instructa, septimus canonicatus instituatur, cujus rector onera etiam sacrificiorum sustineat, quae Montefegatensi beneficio nunc inhaerent; suppliciter a Nobis petiit, ut canonicatum ejusmodi apostolica Nostra auctoritate erigamus, permissa oratori facultate se primum illius rectorem nominandi, eumque pariter, qui sibi sit eo in munere successurus manente in suis baeredibus, eorumque familia vel familiis (si e pluribus familiis baeredes sibi constituet) vel eos habebit perpetuo in beneficium jure patronatus, tum quod activum, tum quod passivum nuncupari solet.

Aliae preces porrectae pro erectione octavi canonicatus.

§. 3. Expositum Nobis est praeterea, dilectum filium presbyterum Julianum Marchi cappellanum Nostrum secretum honorarium, suppresso olim vi illegitima beneficio, quo in cathedrali Lucensi ecclesia potiebatur, quodque erat choro addictum, dimissum esse cum pensionis annuae pollicitatione; deinde vero ejus loco accepisse census quosdam, qui fuerant in suppressorum piorum operum patrimonio, quorumque sors scutatis nongentis et quinquaginta Lucensis monetae constituebatur. Qui ut majorem fructum, sibique alendo parem, ex ea pecunia perciperet, illam migrare curavit in censum (sic enim vocant) vitalitium, contractu inito cum dilecto filio Carolo Morigliotti. At quum contractus ejusmodi manifesto vitio laboraret, et Ecclesiae sanctionibus ac juribus adversaretur, tum presbyter Julianus, tum Carolus ad apostolicae hujus Sedis clementiam confugerunt. Utrique autem a Nobis consultum est, conditionibus quibusdam impositis, nempe ut contractus, frustra initus coeteroqui, ab auctoritate Nostra robur acciperet, dummodo Carolus cuidam ecclesiae, auxilii indigae scutata quinquaginta penderet, presbyter autem Julianus, qui restituto jam beneficio, quod in metropolitana ecclesia obtinuit, habet ex illo alimoniam, solveret quotannis administrationi, seu quemadmodum appellant, commissioni bonorum ecclesiasticorum Lucensium fructus sortis censuum, de quibus habita est mentio, juxta modum tamen fructibus pecuniarum a lege definitum. At modo presbyter Julianus, de consensu Caroli, consilium versat, et apud Nos urget institutionis octavi canonicatus in ecclesia sancti Alexandri majoris, eique postulat praebendam constitui e scutatis sexcentis sortis censuum, de quibus cum Carolo vitalitium contractum pepigerat, ita ut, pro hac parte, Carolo minime invito, contractus ille infirmetur. Petit autem a Nobis idem Julianus presbyter ad eum ipse canonicatum provehi, cum facultate retinendi beneficium, choro addictum, quod in ista metropolitana ecclesia est adeptus, seque pro ea scutatorum sexcentorum summa solvi a Nobis obligatione pendendi fructus ecclesiasticorum bonorum Lucensium administrationi. Caeterum de electione seu nominatione rectorum ejus canonicatus cupit jura, consuetudinemque servari, quae viget quoad vetustos canonicatus sex, ut nimirum octavae istius praebendae rector, quoties deinde praebenda vacabit, mensibus per annum octo

ab apostolica hac Sede eligatur, reliquis autem quatuor mensibus a priore collegii canonicorum nominetur.

Tenor erectionis, cum suis legibus, et juribus patronatus.

§. 4. Nos vero omnes, ac singulos, quibus hae favent literae, peculiari beneficentia prosequi volentes, et a quibusvis anathematis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, ac poenis, quovis modo, ac quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei causa absolventes, et absolutos fore censentes, tibi, venerabilis frater archiepiscope, eas partes imponimus atque mandamus, ut Nostra apostolica auctoritate conditiones singulas atque universas probes, quibus, ut praebendae utriusque erectio conficiatur, a Nobis suppliciter petitum est; et utrumque canonicatum, iis sejunctim instruendum bonis atque redditibus, quorum mentionem habuimus eadem apostolica Nostra auctoritate erectum atque institutum esse decernas, eademque bona ac redditus utrique seorsum canonicatui perpetuo addicas. Insuper eorum canonicatuum rectores iis oneribus ac legibus subesse mandabis, quibus caeteri sancti Alexandri Majoris canonici subsunt, ac suberunt, fruique omnibus ac singulis juribus, honoribus, privilegiis, insignibus, praerogativis, quovis nomine nuncupandis, quibus alii ejus ecclesiae canonicis utuntur, fruuntur, vel uti, frui possunt ac poterunt. De jure autem eligendi, seu nominandi rectores canonicatuum Nostro nomine expresse cavebis, ut dilectus filius clericus Bonifazj facultate polleat se ipsum septimi canonicatus rectorem nominandi, itemque sua nominatione successorem sibi designandi. Cavebis insuper, ut in ejus haeredibus, eorumque familia, vel familiis perpetuo maneat jus patronatus, activum passivumque nuncupatum erga institutum ab eo beneficium. Quoad vero canonicatum octavum, ejus primum rectorem eligimus ac constituimus dilectum filium presbyterum Julianum Marchi; eique, ac dilecto filio clerico Bonifazj (dummodo nihil obstet impedimenti, ac servatis, quae servari praecipiuntur) jus auctoritate Nostra tribues percipiendi fructus, proventus, redditus, quicumque percipi ex eorum praebendis poterunt. Caeterum quoad electionem, seu nominationem rectorum octavi illius canonicatus obsequentes precibus dilecti filii presbyteri Juliani, manere rationem ac mensium ordinem praecipimus, qui de electione seu nominatione aliorum canonicorum ecclesiae sancti Alexandri Majoris inter hanc apostolicam Sedem, et priorem obtinet.

Clausula su-

§. 5. Haec concedimus atque mandamus decernentes has literas semper firmas, validas, et efficaces existere, ac fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri, et obtinere, praedictisque presbytero Juliano, et clerico Aloisio, eorumque successoribus hoc futurisque temporibus plenissime suffragari, sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores judicari et definiri debere; ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

blata, et decretum irritans.

Derogatio contrariorum.

§. 6. Non obstantibus felicis recordationis Benedicti XIV, praedecessoris Nostri super divisione materiarum, aliisque apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque et synodalibus conciliis, editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, nec non legis fundationis ejus collegii canonicorum etiam juramento, confirmatione apostolica vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus, privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus et personis sub quibuscumque tenoribus et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus et singulis illorum teneres praesentibus pro pleno et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes illis alias in suo robore permansuris ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die vicesima nona julii millesimo octingentesimo vicesimo tertio, pontificatus Nostri anno vicesimo quarto.

MCIV.

Dat. die 5 augusti 1823 anni XXIV.

Indultum concessum aerario publico regni Hispaniarum exigendi vectigal ex bonis ecclesiasticis usque ad decies centena millia nummorum = *regalium* = quolibet anno

Dilectis filiis nobilibus viris, regendo Hispaniarum regno, absente catholico rege, praepositis.

Pius PP. VII.

Dilecti filii nobiles viri

Salutem et apostolicam benedictionem.

Ratio concessionis.

§. 1. Catholici orbis regnis, quae in graves calamitates inciderint, magnisque urgeantur impensis, saepe numero Romani pontifices praedecessores Nostri ex ecclesiasticis eorum regnorum redditibus subsidio largiti sunt; quum nimirum perspectum est, ex imperatis laicorum hominum coetui pecuniis eam opem, quam rerum difficultates quaererent, parari non posse. Difficultatibus autem ejusmodi ab aliquot annis Hispaniarum regnum premi, et in perturbationes rerum incidisse, quibus fortasse pares nunquam aliam subiit, non sine Nostro, ac vestro dolore Nobis exponitis, et exploratius profecto est, quam ut de eo liceat ambigere. Quumque jam inde ab anno millesimo octingentesimo decimoseptimo, carissimus in Christo filius Noster Ferdinandus Hispaniarum rex catholicus, narrata inopia regii aerarii, magnorumque sumptuum suscipiendorum necessitate, quos e solis laicorum tributis facere non liceret, petiisset a Nobis suppliciter, ut ecclesiasticos etiam viros in exhausti aerarii praesidium, regnique salutem pecunias conferre mandaremus; Nos apostolicis literis sub plumbo datis xvi. kalendas maii ejusdem anni, benemerenti de Ecclesia regi indulsimus, ut ex ecclesiasticis utriusque cleri bonis singulis annis perciperet trecenties centena millia, eorum nummorum quos « regales de Vellon » istic appellari mos est, « Nostramque concessionem ad sex annos valere jussimus. Proximis tamen annis Hispaniarum clerus non juxta definitum a Nobis modum pecunias contulit, sed suis opibus cunctis per vim eversus, necessariis ad Dei cultum, suique alimoniam redditibus caruit.

Expositio precum.

§. 2. Quia igitur, ratione habita praeteritae Nostrae concessionis, nihil aerario clarus debet, quum per annos sex jam elapsos e bonis ejus plus etiam pecuniarum perceptum sit, quam memoratis apostolicis Nostris literis percipi sinebatur; ac quia rerum conditio, et impensae profecto ingentes, quas hoc tempore regni tutela posuit, vobis, de cleri privilegiis, atque immunitate servanda caeteroquin sollicitis, vim quamdam inferunt, ut postquam laicis tributa imposuistis, e bonis etiam utriusque cleri aliquid praesidii hauriatis, demissis precibus a Nobis per dilectum filium Nostrum Dionysium Sanctae Romanae Ecclesiae presbyterum cardinalem Bardaxi nuncupatum postulavistis, ut per aliud Nostrum indultum liceat aerario regio ab utroque Hispano clero tam saeculari, quam regulari, nec non ab iis, qui decimarum, quae dicuntur laicales, atque earum, quae tertiae decimae nuncupantur, participes sunt, vectigal percipere, praeterito sane levius, nempe, ut singulis annis, donec aerarium regium hoc indigeat subsidio, ex ecclesiasticis bonis ac decimis, quas superius memoravimus, idem aerarium percipiat centies centeno eorum « regalium » millia, de quibus habita est mentio. Qua quidem summa comprehendi vultis subsidium vetus, quod ex concessione felicis recordationis Pii IV praedecessoris Nostri Hispaniarum clerus suppeditare solet aerario ad instruendas triremes. Quoniam vero urgens necessitas effecit, ut impetrata nondum apostolica Nostra venia, sed ejus tantummodo spe concepta, pecunias jam aliquas ab exemptis bonis percipi mandaveritis, simul id Nobis exponi voluistis, ut quidquid in hujusmodi negotio haud rite gestum, ac contra ecclesiasticam immunitatem commissum est, apostolica Nostra clementia sanemus.

Tenor concessionis.

§. 3. Vos igitur, dilecti filii nobiles viri, nec non alios, quibus hoc literae favent, peculiari beneficentia prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quaecumque de causa latis si quas forte incurristis, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, quia oculis Nostris ea proponitur rerum Hispaniarum species, quae ex ecclesiasticis bonis praesidia requirat, ac quia utrumque clerum animo non invito narratis aerarii inopiis opem hoc tempore esse laturum (praevia sanatione quoad pecunias e bonis exemptis ante Nostram veniam perceptas) auctoritate apostolica vobis, absente serenissimo catholico rege, concedimus, et indulgemus, ut per annos sex, quorum initium ab eo repetatur tempore, quo percipere pecunias illos coepistis ex omnibus ecclesiasticis regni bonis, decimisque laicalibus,

ac tertiis, ut dicuntur, decimis, centies centena millia nummorum quos = regales de Vellon = isthic appellari mos est, percipere quotannis, et in aerarium inferre possitis.

Deputatio executorum apostolicorum.

§. 4. Ut autem indultum hoc Nostrum accuratam, ac rectam nancisci exequutionem queat dilectos filios ecclesiasticos viros generalem cruciatae commissarium, et generalem spoliorum collectorem, nec non alium probatae integritatis virum ecclesiastica dignitate insignitum, a catholico rege, eoque absente a vobis eligendum apostolicis Nostris facultatibus instruimus, ut onus illud pro viribus ferendum partiantur, curentque pecunias exigi, deferrique ad aerarium, cujus cum supremo administro illis agendum erit. Nos enim tribus illis ecclesiasticis viris totum hujusmodi negotium committimus, tantaque in illud potestate pollere volumus, ut controversias, quas de partitione, annui oneris, ac pecuniarum exactione suboriri contingat, possint, amota appellatione, dirimere, eorumque judicio, atque isti oneri utriusque personas cleri, et decimarum laicalium, tertiarumque decimarum participes subesse volumus, quocumque privilegio, dignitate, ac praerogativa muniantur. Denique praedictos tres ecclesiasticos viros, simul cum regii aerarii administris, sedulam operam dare jubemus, ut ex hoc indulto exigendae pecuniae in eum usum tantummodo, quem concessio Nostra respicit, nempe in opem aerarii, atque in regni utilitatem vertantur.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 5. Haec concedimus, atque mandamus, decernentes has literas firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri, et obtinere, et ad sex annos eorum causa, quae expressa sunt, iis ad quos spectat, ac spectabit plenissime suffragari; sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores judicari et definiri debere, ac irritum et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus, quatenus opus sit, rec: memoriae Clementis papae quinti praedecessoris Nostri, ac etiam in generalibus conciliis editis constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, aliisque licet expressa, speciali, et individua mentione dignis, caeterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub anno piscatoris die prima augusti millesimo octingentesimo vicesimo tertio, pontificatus Nostri anno vicesimo quarto.

MCV.

Dismembratio regionum nuncupatarum de Philippeville, et de Couvin, et portionis magni ducatus Luxemburgensis a dioecesi Metensi, eorumque unio dioecesi Namurcensi in regno Belgico.

Dat. die 5 augusti 1823 anno XXIV

Pius PP. VII.

Ad perpetuam rei memoriam

Proemium.

§. 1. Inter multiplices, gravissimasque apostolatus Nostri curas non exiguam ea tenet partem, quae dioecesium per universum orbem distributarum respicit statum, siquidem supremae potestatis, judiciique Nostri est illas moderari, earumque limites constituare vel immutare, prout, habita temporum ac circumstantiarum ratione, fidelium utilitati conducere dignoscimus.

Expositio precum.

§. 2. Quum autem Nobis relatum fuerit, incolas illius partis regni Belgici, qui inhabitant regiones de Philippeville, et de Couvin vulgo nuncupatas, et portionem magni ducatus Luxemburgensis dioecesi Metensi subjectas, ad episcopum in eorum necessitatibus, ea, qua par est, celeritate adire haud posse, ut remedia singulis casibus opportuna ab eo obtineant, eo quia ipse episcopus Metensis in Galliarum regno ordinariam habet residentiam, ac propterea praedictarum regionum incolae in regno Belgico existentes non parva experiuntur incommoda ob pastoris absentiam, cujus nec vocem audire unquam possunt.

Tenor decreta dismembrationis, et unionis.

§. 3. Nos igitur majori illorum populorum utilitati spirituali consulere volentes, attenta praesertim actuali memoratam ecclesiae Metensis vacatione, omnibusque aliis mature perpensis, referente Nobis dilecto filio magistro Raphaele Mattio Nostrae congregationis Consistorialis secretario motu proprio, atque ex certa scientia et matura deliberatione Nostris, deque apostolicae potestatis plenitudine; supradictas regiones de Philippeville, et de Couvin nuncupatas, nec non partem magni ducatus Luxemburgensis praedictae dioecesi Metensi subjectas una cum earum ecclesiis, clero, utriusque sexus personis, omnibusque aliis et singulis in eisdem existentibus a dioecesi episcopalis ecclesiae Metensis in Galliarum regno posita, ejusque pro tempore episcopi seu ordinarii regimine et superioritate per praesentes dismembramus et sejungimus; easque sic divisas et separatas dioecesi Namur-

censi in regno Belgice existenti, ejusque moderni episcopi et successorum jurisdictioni et potestati, auctoritate et tenore praefatis incorporamus ae supponimus.

Clausula sublata et decretum irritans.

§. 4. Decernentes has praesentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, ac fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus et per omnia plenissime suffragari; sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores judicari et definiri debere, ac irritum et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum

§. 5. Non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis, nec non Metensis dioecesis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus et personis sub quibuscumque tenoribus et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis irritantibusque, et aliis decretis in genere vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus et singulis illorum tenores praesentibus pro plene et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes illis alias in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die octava augusti millesimo octingentesimo, vicesimo tertio, pontificatus Nostri anno vicesimo quarto.

MCVI.

Derogatio constitutionum collegii Capranicensis de urbe in ea parte, quae respicit regimen ipsius collegii quod perpetuo committitur cardinali pro tempore protectori.

Dat. die 8 augusti 1823 anno XXIV.

Pius PP. VII.

Ad futuram rei memoriam

Proemium.

§. 1. Quum pro paterna in cujuscumque coetus ac conditionis homines charitate Romani pontifices curas ingentes sustineant, tum sollicito praesertim animo utilitati juvenum atque adolescentium advigilant, qui initiati sacris, aut iis initiandi in spem Ecclesiae praeclaram succrescunt. Quia enim ex illis sacerdotes, divini verbi praecones, animarumque pastores aliquando legendi sunt, et in eorum scientiae ubertate, morumque sanctitate totius christiani gregis salus vertitur; profecto in illorum adolescentium, ac juvenum recte regimine, piaque institutione curanda plus, quam pro merito, Romani pontifices elloborare non possunt.

Memoratur quae fuerit Eminentissimi institutoris voluntas super jurisdictione, et guberaio collegii.

§. 2. Et Capranicense quidem collegium, quod saeculo decimoquinto religionis incensus studio Dominicus Sanctae Romanae Ecclesiae cardinalis Capranica nuncupatus instituit, ut in eo alantur scholastici ad triginta et unum, qui ingenuam indolem, et ecclesiasticae vitae amplexandae studium praeferant, inde usque ab anno millesimo octingentesimo sexto Nostram in se vigilantiam defixit. Sanxerat Dominicus cardinalis iis in constitutionibus, quas a se condito collegio scripsit, ut illius regimen, veluti habet prologus, « esset penes « Magnificos dominos conservatores almae urbis Romae, et capita regionum, nec non guardianos hospitalis imaginis Salvatoris de urbe, qui pro tempore fuerint ».

Ratio decernendae derogationis.

§. 3. At quum semestris sit urbani magistratus potestas, ac sexto mense expleto qui illum obtinuere, magistratu abire cogantur, aliisque sustinendum relinquere, in hoc tam rapido successionis orbe fiebat, ut nemo ex eo ordine intimam negotiorum collegii notitiam assequeretur, et suscepta pro illius bono consilia immutabantur saepe ac turbabantur, raro ad exitum perducebantur. Itaque almae Nostrae urbis magistratus umbram tantummodo ac speciem jurisdictionis in collegium retinebat; reapse autem illud parebat praefectis valetudinarie Lateranensi, quod a Christi Salvatoris imagine nomen

accipit. Quum vero collegii res sub eorum regimine minus recte se haberent; accuratae institutionis ratio, ac disciplinae vigor sensim in ea domo deficeret; sacerdos autem quem collegii rectorem appellant, continendis in officio alumnis, rebusque ad pristinam sanitatem vocandis opo patrocinii validioris egeret; Nos de ejusmodi incommodis, et soluta ibi disciplina certiores facti, caventesque ne malum altiores radices ageret, tunc in vivis agentem, Franciscum Mariam Sanctae Romanae Ecclesiae cardinalem Pignatelli nuncupatum, quem valetudinarii Lateranensis visitatorem legeramus, collegio seorsum protectorem et administratorem perpetuum dedimus per rescriptum editum anno millesimo octingentesimo sexto; de quo rescripto contigit, ut ob ecclesiae atque urbis vices, quae sequutae sunt, interierit, et in illo quaerendo inanis labor fuerit insumptus. Post Francisci Mariae cardinalis obitum illi in collegii patrocinio atque administratione successorem diximus venerabilem fratrem Nostrum episcopum Portuensem et sanctae Rufinae, Sanctae Romanae Ecclesiae cardinalem Pacca nuncupatum, cujus prudentiae ac fidei nihil est tam arduum ac tam operosum, quod non tuto commendari ac permitti posse arbitremur.

Tenor derogationis, et novae legis in perpetuum servandae.

§. 4. Quoniam vero hunc ordinem perpetuo manere cupimus, ac longe opportunius ducimus ecclesiasticam juventutem a Sanctae Romanae Ecclesiae cardinali, quam a viris minime sacratis regi, derogantes collegii Capranicensis constitutionibus, et cardinalis fundatoris voluntati, auctoritate apostolica sancimus, atque decernimus, ut collegii regimen, atque in illud plena jurisdictio semper penes aliquem e Sanctae Romanae Ecclesiae cardinalibus sit, isti regimini ac jurisdictioni a Romanis pontificibus praeficiendum. Insuper eadem apostolica auctoritate aliorum quorumvis in collegium Capranicense potestatem ac jurisdictionem, sive ad ejus redditus administrandos, sive ad pietatis ac doctrinarum cultum in alumnorum animis promovendum, delemus, extinguimus, perpetuoque extinctam, deletam aliisque abjudicatam haberi mandamus, ut integra et omnibus absoluta numeris pene cardinalem collegii protectorem sedeat.

Derogatio contrariorum.

§. 5. Haec autem omnia eam obtinere vim ac firmitatem volumus, quam illa obtinent, quae motu proprio, ut dicitur, et ex certa scientia a Romanis pontificibus constituta fuerint, atque mandata. Non obstantibus constitutionibus, et sanctionibus apostolicis, ac legis fundationis ejus collegii, etiam juramento, confirmatione apostolica vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum, derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus et singulis illorum tenores praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die octava augusti millesimo octingentesimo vicesimo tertio, pontificatus Nostri anno vicesimo quarto.

INDEX MATERIARUM
QUAE
IN HOC VOLUMINE
CONTINENTUR

A

ABBATIA

ALIENATIO

ALLOCUTIO

ÆS ALIENUM

APPLICATIO

AQUAEDUCTUS

BEATIFICATIO

CIVITAS

CONCESSIO

CONFIRMATIO

CONVENTIO

DIOECESIS

DISMEMBRATIO

FESTUM

INDUMENTUM

161

JUS METROPOLITICUM

JUS NOMINANDI

JUS PRIVATIVUM

JURISDICTIO

MISSA

MONS PIETATIS

NUNDINÆ

OFFICIUM

PENSIO

PRIVILEGIUM

SUBJECTIO

SUPPRESSIO

UNIO

VIA

FINIS INDICIS MATERIARUM

INDEX TITULORUM

OMNIUM MATERIARUM

QUAE

IN INDICE GENERALI HUJUS VOLUMINIS

CONTINENTUR

IMPRIMATUR

Fr. Dominicus Buttaoni Ordinis Praedicatorum S. P. A. Magister

IMPRIMATUR

A. Ligi O. M. C. Arch. Icon. Vicesgerens.